DIVI INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI EIVS NOMINIS III.

Viri Eruditiſsimi ſimul atque grauiſsimi Opera,

QVAE QVIDEM OBTINERI POTVERVNT Omnia, veterum exemplariorum ſubſidio & ope locupletiora, emendatioraque nunc reddita, atque duobus tomis diſtincta.

QVAE VTROQVE TOMO CONTINEANTVR, POST Authoris vitam Catalogus indicabit.

Cum memorabilium ſententiarum Indice locupletiſſimo



VENETIIS, M.D.LXXVIII.

D· INNOCENTII III·
PONTIFICIS MAXIMI VITA, EX DIVERSIS FIDE dignis ſcriptoribus collecta.



NNOCENTIVS Tertius,natione Campanus, patria Anagninus, ex illuſtri Comitum familia pa tre Traſimundo duxit originem : atque à pueritia in celeberrima Parrhiſiorum Academia optimus imbutus ſtudijs, vſque eo & eruditione & vitæ ſan ctimonia profecit, vt etiam antequam ad ſummi Præſulatus ſummam eſſet euectus dignitatem,doctrina & moribus inſignis haberetur . Vnde etiam à Papa Cœleſtino huius nominis tertio in Cardinalium numerum aſcitus eſt,proprio nomine dictus Lotharius. Interea opuſculum edidit de Contemptu Mundi, ſiue de Miſeria humanæ conditionis, ad deprimendam,vt ipſe ait,ſuperbiam,caput vitiorum omnium:in cuius prologo, quem Portuenſi ſcripſit epiſcopo, dignitatem humanæ cõditionis ſe deſcripturum pollicetur, qui liber vtrum interierit, an ab eo editus non ſit, incertum habetur . Vbi autem Cœleſtinus vitam cũ morte commutauit, Lotharius iſte, quamuis inter Cardinales eſſet iunior,tamen nutu Dei, & votis Patrum atque omnium conſenſu tanquam verè dignus & idoneus in demortui locum ſuffectus eſt, mutatoq; noĩe Innocentius tertius dictus eſt.Quo ſumpto honore, nõ eſt ſuperbia inflatus, neq; inerti ſeſe ocio dedidit,nõ aĩum ad voluptates adiecit,nõ deniq; quę ſua ſunt,q̃ſiuit:ſed vt multorũ ſcripta teſtantur, innumeros pro Chriſtianæ Reipub.quæ tũ varijs bellorũ motibus periculoſè quatiebatur, cõparanda ac reſarcienda pace labores ſuſcepit : viuaxq; & verſatile ingenium ſuum ſic ad oĩa vtriuſque vitæ, nempe auctuoſæ, & contemplatiuæ munia applicuit, vt quocunque illud verteret, quàm maximè valeret, perinde ac ſi ſilli vni rei fuerit intentus. Et principio quidem,cum Auaritiam tanquam malorum omnium radicem, præcipuè exoſam haberet, vt eã à Romana Curia prorſus profligaret,mox edictum propoſuit,vti ne quis Officialium Curiæ ſuę quicquam à quoquam exigeret,præter Apoſtolicorum diplomatum ſcriptores,quibus nihilominus certũ pręſcripſit modum, diſtrictè cunctis præcipiens, vt ſinguli officium ſuum gratis impenderent. In quo perſpicuè animi eius ſynceritas & erga iuſtitiam amor poteſt animaduerti. Inde etiam factum eſt, vt oſtiarios, ſicut Antoninus ait, notariorũ cubiculis remoueret,quo

liber ad eos pateret accessus. Erat autẽ, vt idem Antoninus affirmat, intra Palatium Lateranense mensa, cui vasa aurea & argenrea, multusque thesaurus imponebantur: & hanc itidẽ vir solertissimus illico de toto Palatio fecit remoueri. Et quia, vt diximus, ea tempestate qua Pontificatum iniji ac administrauit, bellici tumultus Christianum orbẽ miserè perturbabant, omnes animi neruos pijssimus Pontifex, & pacis amator eò intendit, vt reges & principes Christianos ad concordiam reduceret, & inter eos pace cõciliata, ad terram sanctam, vbi filius omnipotẽtis Dei triginta tres & eo amplius annos vixit, ac tandem acerbissimam mortem perpessus est, recuperandã eos pariter incitaret. Neq; facilè dici queat, quantũ in his efficiẽdis rebus posuerit operæ, quantoq; ei labore & sudore cõstiterit, vt quãdoque suo voto potiretur. Nec tamen his solis tum premebatur curis. Siquidem ingens Saracenorum, Christiani nominis fæuissimorum hostiũ numerus duce Hilminolino quodam ex Aphrica in Hispaniam traiecerat, atque omnem illã terram peruagatus, incendijs, populationibusq; ac cædibus Arelatum vsque & Auenionem peruenerat: maiora haud dubiè moliturus, ni tantis malis remedium adhiberetur. Itaque pius Pontifex hic quoque animo discruciabatur, quibus tandem modis tam cruentus hostis à Christianorum ceruicibus posset auerti. Preter hæc autem non minimam impendit curam & operam tuendo Siciliæ regno, quod Henricus sextus Imperator eius fidei commiserat moriturus, vt Frederico secũdo adhuc puerofilio suo Pontificis ope & authoritate conseruaretur. Germania quidem eo tempore intestinis flagrabat dissidij, dum alij Philippum Henrici Imperatotis fratrem, Ducem Sueuiæ, & Hetruriç, alij Othonem quartum Saxoniç Ducem in Regem Germaniç & Imperatorem elegissent. Othonis partes sequebantur Colonien. Archiepiscopus. cũctiq; eius Suffraganei, pluresq; alij Teutoniæ episcopi. Dux item Louanien. Dux Limburgen. Comes Palatinus Rheni, & Lantgrauius Thuringiæ. Philippo reliqua terra cum cæteris Alemaniæ principibus adhærebat. Et ne quid ad malorum cumulum deesset, Rex Galliarum fœdus cum Philippo pepigit, eò quòd audisset anglorum Regem Othoni fauere. Inter hæc quid animi habuerit Pontifex Innocentius, cui totius Ecclesiç cura diuinitus commendata erat, vnusquilibet secum facile perpendere potest. Sed quia tum antecessores Philippi, duces aliquod Sueuiç, tum etiam Philippus ipse grauibus Ecclesiam Romanam iniurijs affecerant, eaq; causa Philippus excommunicationis sententia ligatus tenebatur, Innocentius Papa in illius electionem consentire noluit, sed Othoni tanquã legitimè electo ab illis, ad quos id ꝑtinebat, potius adheſit. Interim multa perpetrabantur mala, dum principes quidam Pontifici consentire nollent, sed Philippi causam tuerentur. Verum omnipotens

Deus

Deus, qui terribilis est in consilijs super filios hominum, vt Vicarij sui Romani Præsulis sententiam confirmaret, Philippum non multo post ex hac luce tolli permisit, idque morte satis improuisa ac subitaria. Quo defuncto Innocentius Papa Othonem coronauit, exigens ab eo iusiurandum de beati Petri seruando ac tuendo patrimonio. Sed non diu fidem seruauit. Vt enim Platina refert, contra ius fasq; occupatis Mõteflascone, Radicophano, multisq; Ecclesię Romanę oppidis, in regnum Neapolitanum mouit, id adolescenti Frederico secundo sublaturus. Quod grauatè ferens Innocentius Papa, sæpius eũ admonuit, vt ab huiusccmodi machinationibus animum reuocaret. Scribit Abbas Vrspergen. in Chronicis suis, qui hisce tẽporibus vixit, vidisse se Romæ virum religiosum Abbatẽ Morimũdi, qui se dixerit à D. Michaelis festo vsq; ad Quadragesimæ ieiuniũ quinquies ex Roma Capuam Pontificis iussu accessisse ob reformãdam pacem inter ipsum Innocentium & Othonem. Ex quo licet intelligi, quam pacis studiosus fuerit, tot licet iniurijs lacessitus. Verũ tandem nihil se proficere sentiens, Othonem anathemate notatum, Imperij titulis priuauit, vsus hac in parte, vt Antoninus testis est, nõ temeritate sua, sed communi Prælatorum consilio. Quare cognita Bohemiæ rex cum Coloniensi, Moguntino & Treueren. Archiepiscopis, Lantgrauio Turingiæ, atque Austriæ duce suadente, Fredericum secundum Siciliæ Regem, vigesimum agentem annum, Romanorum Imperatorem deligunt. Ita cõpulsus Otho redire in Germaniam, paternę ditioni consulere, Innocẽtio recuperãdi omnia quæ in Italia ceperat, facultatem dedit. Et quia idem Antistes pro animi sui in Deum pietate maximopere desiderabat terrã sanctam, vbi salutis nostræ peracta mysteria sunt, ex Barbarorum manibus ereptã, in Christianorum ditionem redigere, audiens reges Francię & Anglie pernitialibus inter sese bellis tumultuari, animaduertensq; quãtum ex illorum diffidijs Christianę religioni perturbationis ac detrimenti accederet, quantumque ea res impedimẽto foret, quo minus terra sancta posset recuperari, Dominum Petrum Capuanum Diaconum Cardinalem ad reformandam inter illos reges pacem, legatum misit in Galias. Qui eò veniens, pacem quidem reformare non potuit, effecit tamen, vt quinque annorum inducias inirent. Eidem autem Legato Dominus Papa id mandati dederat, vt suis exhortationibus Galię principes ac populos ad subsidium terræ sanctæ ferẽdum induceret ac animaret. Quod quidem ea dexteritate pręstitit, diuina illi opitulante gratia, vt innumera peditum ac equitum multitudo crucis signum acceperit. Inter quos pręcipui fuere Theobaldus Comes Trecen. Ludouicus Comes Blesen. Balduinus Comes Flandren. & Hannoniæ, Comes sancti Pauli, & Suessionen. ac Tre-

 censis

censis Episcopi. Circa idem tempus Marcouardus quidam regnū Siciliæ excluso puero, nempe Frederico, sibi vendicare nitebatur. Itaque Pontifex Innocentius, cuius fidei ac tutelæ Constantia Imperatrix mater Frederici pueri & ipsum puerum & Siciliæ regnū moriens cōmendarat, illi sua auctoritate restitit. Quem cū viribus superare non posset Marcouardus, infinita eidem Pontifici munera obtulit, sperans se pectus apostolicum promissis ac muneribus posse corrumpere. Sed cōtemptus à viro sanctissimo, iustitię acerrimo vindice, & auaritię hoste ac persecutore. Ita nimirum varijs bellorū motibus pius Pontificis animus supra quàm dici queat, agebatur, vt miraculi loco habendum sit, inter tot rerum turbines durare cum potuisse. Sed & in ipsa Italia miseranda erat rerum confusio, dum Veneti contra Dalmatas, Pisani contra Genuenses, & Cisalpinę Galliæ ciuitates inter sese confligerent ac belligerarentur. Quæ igitur mentis tranquillitas pro literarum studio, sanctisq; contemplationibus in tantis bellorum tumultibus terroribusque reliqua esse potuisset, nisi excelsus eius animus spei suæ anchorā in Deo firmiter ac vnicè defigens, omnia tam aduersa quàm prospera fortiter, ęquabiliter ac moderatè ferre nouisset? Porro de perpetuo Ecclesiastici fori strepitu quid dicam? Quid de inquietissimis causarum fluctibus, ac infinitis ex vniuerso orbe allatis dubitantium & consulentium Episcoporum diuersorumq; statuum hominum quæstionibus? Quibus nimirum mens illius scripturarum lectioni, diuinęque contemplationi dedita, in tam varias quotidie curas distrahebatur, vt verissimè dicere potuerit cum Apostolo: In labore & ærumna, in vigilijs multis: præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarū. Quoties enim scripsit in prolixis Epistolis Decretalibus de rebus magnis & difficilibus interrogatus, Consultationi tuæ taliter respondemus? Certe quisquis iuris Canonici quinq; libros Decretalium vel semel perlegerit, facilè cōperiet, plura ibi esse rescripta vnius huius Innocentij, quàm aliorum omniū Pontificū in vnum. Et ea quidem tam cautè, doctè ac luculenter cōposita, vt omniū Iurisconsultorum iudicio nihil possit decerni vel iuri & æquitati conformius, vel rectæ rationi & honestati magis consentaneum. Quod si addas ad hæc omnia latissimę administrationis curas, quas necessario impendit, & gubernandæ vrbi Romæ, & dispēsando sancti Petri patrimonio, totq; regendis populis & prouinciis sedi Apostolicæ subiectis, haud immerito satis fuisse grauatus vel solis ijs occupationibus videretur. Adde insuper curas & impensas ædificationum, quantas nimirum hodie vix vllus Pontificum perferre posset. Ipse enim hospitale S. Spiritus non adeò longè Basilica sancti Petri in Saxia (vt ait Blondus) à fundamentis extruxit, tantisq;

 prouen-

tibus in perpetuū adauxit, vnde alantur peregrini, ægroti, ac vulgo concepti orphani, vt adhuc hodie tam opulentum ac benè institutū, omnibusq; necessarijs ad ægrotātium curā instructū Xenodochiū aut Nosocomiū, non facilè in toto orbe terrarum reperias. Ipse altissimam erexit pro familia sua munitionē, quæ in præsentē vsq; diem Turris comitū appellatur in vrbe. Ipse altare Basilicæ sancti Petri opere vermiculato insigniter exornauit, id quod eius imago & literæ in fornice ipso scriptæ adhuc hodie testantur. Ipse beati Sixti ecclesiam in Auentino vetustate collapsam magnificè restituit. Ipse vniuersis Romanæ vrbis Ecclesiis libram argēti singulis dedit, vnde calices sacrificandi gratia conficerentur. Ipse famis illius tēpore, quæ sub eius pontificatu grassabatur, mox ad vrbem sese recepit, & miseris ac egenis liberalissimè subuenit. Curauit nanq;, vt pauperes illi, quos à publicè mendicādo pudor abstinuit, secretò pecuniā hebdomatim, vnde sustentari possent, acciperent. Qui verò publicè stipem emendicabant, ijs pius pauperum pater larga manu subueniens, & frumentum pro cōficiendis panibus, & pecuniam pro tectis reficiēdis ac reparandis tribuebat. Fuit igitur & in eiusmodi causis & operibus pietatis quàm maximè occupatus & solicitus. Accessit, & alia solicitudo, nec leuis, nec breuis, vtpote labor in extirpandis hæresibus. Oportet enim esse hæreses, vt Apostolus ait, imò Christo ipso authore, necesse est vt veniant scandala, semperq; tetri spiritus quosdā inueniūt aptos atq; idoneos, quorum & ingenijs & linguis siue scriptis ad simplicium euertenda corda abutantur. Ita etiam huius sancti Pontificis tempestate hęresis quædam exorta est; Almarico quodam authore, qui in Academia Parrhisiensi nedum in liberalibus disciplinis, sed etiam Theologica facultate insolitum quendā ac priuatum sibi & discendi & docendi modum vsurpauit. Atque eò tandem insaniæ prorupit, vt constanter asseueraret, vnum quemlibet haud secus quàm alios symboli Apostolici articulos credere esse obligatum, se membrum esse Christi, neque aliter posse saluum effici; Itemq; ideas creari in mente diuina, cum in Deo omnia æterna sint, atque etiam nullum in charitate constitutis peccatum ascribi. Sed cunctis ei contradicentibus, coactus est accedere summum Pontificem Innocentium. Qui tum illius, tum aduersariorum auditis rationibus, contra eum sententiam tulit. Quamobrem Parrhisios reuersus, compulsus est ore proprio palinodiam canere, tametsi corde in sua perfidia perstitit. Deinde breui mœrore ac indignatione confectus, vitā finiuit. At eo defuncto discipuli eius praua dogmata ex ipso hausta spargere cœperunt: qui tandem examinati atque de hæresi conuicti, iussu Regis Franciæ flāmis exausti sunt. Ipseque Almaricus hæresiarcha licet iampridem sepultus, è cœmeterio extractus

est,eiusq; cineres & ossa dispersa sunt. Alius quoq; tum error extitit, Ioachim abbate authore, qui etiã damnatus est in Cõcilio Generali sub hoc Põtifice celebrato. Sed quia idẽ abbas Ioachim Epistola quadã testatur, se tenere fidem Romanæ Ecclesiæ,& oĩa scripta sua Sedi Apostolicæ vel corrigenda, vel approbãda submisit, nõ iudicatur hæreticus, licet errauerit. Enimuero Innocentius Pontifex maximũ ac celeberrimũ indixit ac celebrauit Romę Cõciliũ in Ecclesia Lateranensi, cui ipsemet præsens interfuit ac præsedit. Interfuere et duo Patriarche, Cõstãtinopolitanus & Hierosolymitanus. Archiepiscopi septuaginta, Episcopi quadringẽti. Abbates duodecim. Priores Cõuentuales DCCC. Duorũ Imperatorũ, Romani scilicet & Constantinopolitani Legati, ac Regis Hierusalẽ, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, &c. oratores. Cuius quidẽ Concilij constitutiones aliquot passim recitantur in libris Decretaliũ. Sub hoc etiã sanctissimo Pontifice per plures Monastici Ordines aut instituti, aut in melius sunt restituti: verbi gratia, Eremitarũ sancti Augustini, Carmelitarũ, Cruciferorũ, Guilielmitarũ. Atque vt Sabellicus illustris Historiographus Aeneadis nonæ sexto libro ait, prouidẽtia euenit (vt credere æquum est) nõ casu, quod Innocentio Tertio sedente multũ sit innocentiæ virtus illustrata: multum & religio innocentiæ mater. Nam & Carmelitana, cuius iam meminimus, per id tempus religio vel orta est, vel tũ demum in lucem edita: & duo Christianæ pietatis lumina terris effulsere, quibus multò maxima parte orthodoxa creuit fides. Authores incrementi huius Dominicus Calaguritanus Hispani generis, & Franciscus Asisias in Vmbria Italiæ regione ortus. Aequales ambo tempore, sanctitate clari, vterque alterum vidit. Horum sanctissimorum virorum Ordines in tantum excreuere, vt eo tempore quo Sabellicus vixit, vt ipse testis est, Dominicani instituti fuerint cœnobia quatuor milia cẽtum quadraginta tria,& in his initiati, siue monachi, sex & viginti milia quadringenti sexaginta, quorum circiter mille quingenti essent Theologicæ professionis magistri: exceptis alijs multis cœnobijs, quæ in Armenia & Aethiopia, & alibi fuere: Frãciscani aũt ĩstituti tot fuerint cõuẽtus, vt eorũ numerus iniri vix possit. Si cui placet hinc plura nosse, legat Sabellicũ. Innocẽtius deniq; post multos pro Christo & pietate exãtlatos labores, cũ ad sedãdos Italiæ motus proficisceretur, Perusij fato decessit, vir nimitũ cũctis insignis virtutib9, labore strenuus, curis peruigil, cõsultationib9 cautus, Iurisprudẽtia instructus, rerũ administratione amplus, opib9 florẽs, honore pcipuus, dignitate maximus, sacrarũ cognitione literarũ eminẽs, pietatis operib. pfulgẽs, ac nihilo min9 suo ipsi9 iudicio paruus & humilis, reipsa semp exequẽs, qđ Sapiẽs qdã monet: Quãtò maior es, humilia te ĩ oĩbus, & ĩuenies grãm corã Deo & hoĩbus.

OPERVM D. INNOCENTII TERTII HOC VOLVMINE CONTENTORVM ELENCHVS.

Primo Tomo.

Secundo Tomo.

I N-

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM,

NON QVIDEM OMNIVM, SED magis insignium, memorabiliumque in huius nostri D. Innocentij Papæ III. Operibus contentarum.

ambi-

Baptis-

Eleemosynam

†† Felicitas

ordinari

finio

FINIS.

INNCENTIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI,

DILECTO FILIO ARDVLFO Abbati ordinis Cisterciensis salutem & apostolicam benedictionem.



Esaiæ 32. *Lucæ 8.* ROPHETICA docet authoritas, quod beati sunt illi, qui seminant super aquas. Semen. n. est verbũ Dei, & aquæ multæ sunt populi multi. *Apoc 19.* Econtra, Maledict⁹ *Prouer. 11* est ille qui frumentum abscondit in populo & suffodit in terra talentum; quia superrogare debet aliquid stabularius, *Lucæ 10.* qui duos accepit à Samaritano denarios *Matt. 25.* & superlucrati debet aliquid seruus, cui dominus duo talenta commisit. Nã à tunica hyacintina dependebant aurea tintinnabula, ne pontifex ingrediens absque *Exod. 28.* sonitu sanctuarium moreretur. Inter cęteta siquidem, quę ad pastorale spectant officium, sanctę prædicationis virtus excellit, iuxta quod docet egregius prędicator *Officium pastoris quod.* non misit me dominus, inquit, baptizare, sed prędicare. Secundum illud: Prędica verbũ, insta opportunè, importune, opus fac Euangelistę. Itemque: Quàm speciosi pedes super montes euangelizãtiũ *1. Cor. 1.* bona. Clama, ne cesses, exalta quasi tuba *2. Cor. 4.* vocem tuã. Hoc. n. officium iniunxit do *Rom. 10.* minus principaliter apostolis, dicens. *Esaiæ 58.* Quod dico vobis in tenebris dicite in lu *Matth. 10* mine, & quod auditis in aure, prędicate *Marc. 16.* super tecta. Euntes in mundũ vniuersũ prędicate Euangeliũ omni creaturę. Tãtę namque virtutis est prędicatio, quod animam reuocet ab errore ad veritatẽ, & à vitiis ad virtutes: praua mutat in recta aspera conuertit in plana: instruit fidẽ, erigit spem, & roborat charitatẽ: euellit *Prædicationis uirtus.* nociua, plantat vtilia, & fouet honesta: via vitę, scala salutis, & ianua paradisi. Prędicator itaque debet habere aurum, *Prædicatori necessaria quæ.* argentum & balsamum, videlicet, sapientiam & eloquentiam & honestatem, vt quod dicat, intelligat, & quod dixerit & intellexerit, agat. Nã qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cęlorũ. *Matth. 5.* Alioquin dicetur illi, Medice cura teipsum: similis ficulneę, quę folia sine fru *Lucæ 4.* ctu producit. Omnis vero scriba doctus in regno cœlorum, de thesauro suo *Matth. 13* noua profert & vetera, siue quod testimonia producit tam de nouo quàm de veteri testamento, siue quod educit, tam de gratię nouitate quàm de vetustate culpę sermonem, siue quod agit tam de pręmiis, quàm de suppliciis, quę innouatis in bono, vel inueteratis in malo debentur. De his autem pro diuersitate *Can. 1.* personarum, & rerum debet aliter atque aliter loqui. Vnde ad sponsam dicitur in Canticis canticorum: Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas *Aurum quid mystice.* argento. Per aurum enim sapientia designatur, Salomone etiam testante, qui ait: Thesaurus desiderabilis requie *Prouer. 2* scit in ore sapientis. Per argentum autem intelligitur eloquentia, dicente Psalmista; Eloquentia domini, eloquia casta, argentum igne examina *Per argentum quid mystice.* tum. Decenter ergo per murenulas aureas flores sapientię designantur, quibus collum, & pectus ecclesię, id est, prędicatores & doctores ornantur. Ver- *Psal. 11*

miculatas autem, id est, distinctas & variatas argento, scilicet, eloquẽtia, vt iuxta varietatẽ materiæ, vel personæ stylus sermonis & varietur. Ait enim Apostolus: Sapientiam loquimur inter perfectos: inter vos autem nihil iudicaui me scire, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Et iterum, Nõ potui vobis loqui quasi spũalibus, sed quasi carnalibus, tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Sapientibus quoque & perfectis ait veritas increata: Vobis datum est nosse mysteria regni Dei. E contra, rudibus & infirmis ait: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Hinc ipsa prudenter iniungit: Nolite sanctũ dare canibus, nec margaritas mittatis ante porcos. Sed mundis animalibus estote similes, quæ rumi nant pariter & vngulam findunt. Debet enim prædicator habere vinum & oleũ, virgam & manna, ignem & aquam, singula suo loco congruè proferenda. Principaliter autem ad eruditionem fidei, & ad informationem vitæ, tãquam ad fundamentum & ædificium, debet intendere prædicator, confirmando quod dicit authoritatibus, rationibus, & exemplis, vt funiculus triplex difficilè dissoluatur. Quia verò puluis inanis gloriæ pedibus prædicatorum frequenter adhęret, debet vtique prędicator excutere pulucrẽ de pedibus suis, ipsosque compunctionis aqua lauare, vt mundus sit totus, ne fortè cum aliis prędicauerit, ipse reprobus fiat. Vtinam autem in prędicationis officio fecerim ipse quod dico, sed tot sum causarum impeditus incursibus, tot negociorum nexibus irretitus, vt necesse sit diuisum ad singula minorem in singulis inueniri. Contemplari quidẽ non sinor, sed nec respirare permittor: sic traditus aliis, vt penè penitus mihi videar esse subtractus. Ne verò pro solicitudine temporalium, quę temporis exigente malitia valde me grauant, curam spiritualium omnino negligerem, quę mihi propter apostolicę seruitutis officium magis incumbit, quosdam sermones ad clerum & populum, nunc literali, nunc vulgari lingua proposui & dictaui, quos ad tuę petitionis instantiam, quam per communem filium fratrem Nicolaum, capellanum meum & monachum tuum mihi fecisti, deuotioni tuę studui destinare, rogans & obsernans in Christo Iesu, quatenus in orationibus tuis apud iustissimum Iudicem, & piissimum patrem me reddas spiritualiter commendatum.

Cor. 2. Cor. 3. ca 8. m. 16. tt. 7. Prædicatoris quæ necessaria. Matth. 10. 1. Cor. 2.

INNO-

INNOCENTII PAPAE, HVIVS NOMINIS TERTII, SERMONES DE TEMPORE,

Quos edidit, omnes nunc primùm, idque quam fieri potuit emendatissime, typis excussi.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS DOMINI.

Christi aduentus cur tam diu dilatus sit, de triplici silentio, cur filius & non pater aut spiritus sanctus venerit, cur de muliere tantum corpus assumpserit humanum, cur tot opprobria & supplicia voluerit sustinere, & de quadruplici lege.

SERMO I.

Gala. 4. CVM venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, natum de muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.



IN ꝓpositis verbis Apostoli quatuor præcipuè considerare debemus, aduenientis tẽpus videlicet, & ꝑsonã, modum & causã. De tẽpore nanque præmittitur: Cùm venit plenitudo temporis. De persona subiungitur: Misit Deus filium suum. De modo subdit: Natũ de muliere, factũ sub lege. De causa supponitur: Vt eos, qui sub lege erãt, redimeret. Tẽpus aũt plenitudinis intelligitur tẽpus gratiæ, qđ ab aduentu Saluatoris incepit. Tp̃s vtiq; miserẽdi, & annus benignitatis. Nã lex ꝑ Moysen data est, gr̃a & veritas ꝑ Iesum Christũ facta est. (1. Ioan. 1.) Gr̃a, id est, remissio peccatorũ; veritas, i. exhibitio promissorũ. Per Christũ enim peccata deleta sunt, ꝑ ipsum promissa cõpleta. Sed cur tam diu distulit venire medicus ad sanandũ ægrotũ? Vt qd non anteà mortuus est vnus pro populo, ne tota gẽs periret? O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientię Dei, q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. (Ioan. 11. Rom. 11.) Quis. n. cognouit sẽsum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Disposuit tñ cęlestis altitudo cõsilii, vt ideo differret medicus venire ad sanãdũ ægrotũ, ne, si festinus venisset, putaret ęgrotus se non medici virtute, sed naturæ vigore, & infirmitatis lenitate se sanatũ, & sic vilipenderet medicũ, & paruipẽderet ægritudinẽ. Præsumebat. n. peccator de suis viribus dicens: Non deest qui faciat, sed deest qui ꝓcipiat. Et iterum: Quæcunque dixerit nobis dñs, faciemus & audiemus. (Exod. 24.) Vt ergo de sua virtute diffideret, vt magnitudinẽ infirmitatis agnosceret, vt medici gratiã postularet, distulit saluator accedere, donec peccator clamaret frequenter, & diceret: Veni dñe, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel. (Abac. 2. Sapien. 12.) Porrò subtilior, & secretior huius dilationis est rõ, q̃ Sapiẽs nobis ĩsinuat: Dũ mediũ, inqt silẽtiũ tenerẽt oĩa, & nox in suo cursu mediũ iter perageret, oĩpotẽs sermo tu⁹ dñe à regalib⁹ sedib⁹ venit. Licet. n. aliter & aliter hoc ab aliis &

aliis exponatur, congruẽt tñ põt intelligi ꝑimũ silentiũ in lege naturæ, secũdũ in lege scripturę, tertiũ in lege grę. Indidit enim conditor Deus legẽ naturalẽ mentibus hoĩum, ab ipso creationis mũdi exordio, gemĩũ cõtinẽtẽ mãdatũ. Vnũ affirmatiuũ, ꝙ ad pſtãdũ bñficia docet in Euãgelio: Quæcũq; vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis. Alterũ negatiuũ ꝙ ad vitãdũ iniurias legit̃ ĩ Tobia: Quæ tibi odis fieri, alii ne feceris. Sed lex ista siluit ab initio, cũ Cain interfecit fratrẽ suũ Abel, faciẽs alteri, ꝙ sibi nollet fieri. Et sic factũ est primũ silẽtiũ vsq; ad Moysen, ꝑ quẽ Deus suscitauit testimoniũ in Iacob, & ꝑceptũ posuit in Israel, dãs ꝑ eũ decalogũ legis in duabus tabulis scriptũ altera cõtinẽte dilectionẽ Dei, reliqua ꝓximi. In qb⁹ duobus mãdatis tota lex pẽdet & prophetæ. Sed lex ista siluit ab initio, cũ populus vitulũ cõflatilẽ adorauit cõtra primum legis mandatum, adorans deos alienos. Et sic factũ est secũdũ silẽtiũ legis, vsq; ad Christũ, q̃ misert⁹ adueniẽs cõtulit legẽ grĩæ, scribẽs eã ĩ cordibus hominũ digito Dei. Sed lex ista silebit ĩ vltimo, cũ reuelabit̃ fili⁹ iniquitatis, qui extollit̃ sup oẽ qd dr̃, aut qd colit̃ Deus. Et fortè iã silet, quia superabũdauit iniquitas, & refrixit charitas multorũ. Vix est qui faciat bonũ, vix est vsq; ad vnum. In prima verò lege cõtulit Deus hoĩ posse, in scda nosse, in tertia velle. In prima cõtulit potẽtiã ꝑ naturã, ĩ scda sciam ꝑ scripturã, in tertia volũtatẽ ꝑ grãm. Pręmisit itaq; Deus legẽ naturalẽ, ꝑ quã cõuinceret trãsgressorẽ, ne fortassis excusationẽ ꝑtẽderet dicẽs: Cecidi quidẽ, qui stare nõ potui. Sed tollit̃ excusatio: quia ꝑ bonũ naturæ potuit in bonũ stare, sed noluit: Premisit & legẽ scriptã, ꝑ quã cõuinceret ꝑuaricatorẽ, ne fortassis excusationẽ ꝑtenderet, dicens: Cecidi quidẽ, quia stare nesciui. Sed tollit̃ excusatio ꝑ documẽtũ scripturę. Nouit à malo declinare, sed noluit. Et ideo post vtranq; legẽ, cũ tpe congruo, cũ videlicet nox culpę mediũ iter ageret, vel peragerer, oĩpotẽs sermo tu⁹, venit, i. Verbũ caro factũ est, & cõtulit legẽ grĩæ, vt qd homo poterat ꝑ naturã, & nouerat ꝑ scripturã, impleret ꝑ gratiã.

Nõ quia & antè quidã gratiã nõ habuissent, sed pauci, qa plures timore q̃ amore, plures vt serui q̃ vt liberi seruiebant. Vñ in descẽsu angeli aqua mouebat̃, sed vnicus sanabat̃. Verũ Samaritan⁹ appropriãs vulnerato, eius vulnera, infundens vinũ & oleũ, alligauit, quẽ sacerdos & leuita vidẽtes immisericorditer ꝑterierãt. Helizæus quoq; ꝑmisit baculũ ad suscitãdũ filiũ Sunamitidis, ꝑ quẽ cũ ille non surgeret, & ipsemet inde venit, cõtrahẽs se puero coaptauit, & sic mortuus exsurrexit. Cũ ergo venit plenitudo tpis, misit Deus filiũ suũ, Misit illuc vbi erat, sed misit secũdũ humanitatẽ, vbi erat secundũ diuinitatẽ. Nã in mundo erat, & mũdus ꝑ ipsũ factus est, & mũdus eũ nõ cognouit. In ꝓpria venit, & sui eũ nõ receperũt. Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Sed cũ tres sint qui dant testimoniũ ĩ cęlo, pater, verbũ, & spũs sãctus, cur pr̃ ipse nõ venit, aut spũm sãctũ nõ misit? Cur poti⁹ filiũ destinauit? O altitudo diuitiarũ sapientię & scientiæ Dei, q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia ei⁹, & inuestigabiles viæ eius. Quis.n. cognouit sẽsũ dñi, aut quis cõsiliari⁹ eius fuit? Disposuit ẽñ altitudo cęlestis cõsilii, vt Deus qui in sapiẽtia sua mũdũ creauerat, secũdũ illud, Oĩa in sapiẽtia fecit Deus, ipse mũdũ in eadẽ sapiẽtia recrearet. Hęc.n. est mulier Euãgelica, q̃ accendit lucernã, vt dragmã decimã, q̃ ꝑdita fuerat, primũ inueniret, ꝓpriũ sibi filiationis nomẽ reseruãs, vt q erat ĩ deitate filius Dei, fieret in humanitate filius hoĩs. Porrò subtilior etsi secretior huius missionis est tõ, q̃ Propheta nobis insinuat: Si pp me, inquit, orta est tẽpestas, mittite me in marę. Licet.n. hoc aliter & aliter ab aliis exponat̃, congruẽ tñ põt intelligi. Prima tẽpestas orta est in empyreo cęlo, scda in paradiso. Prima inter angelos, secũda inter hoĩes. Prima nanq; tẽpestas fuit tumor superbiæ, ꝑ quẽ Lucifer voluit ad æqualitatẽ Dei ascẽdere. Iuxta ꝙ ait: Ascẽdã in cœlũ, & ponã sedẽ meam ad aquilonẽ, & ero similis altissimo. Sed volens ascendere, cecidit, secundũ illud: Quomodo cecidisti Lucifer qui manè oriebaris? Secunda tempestas

Matth. 7. Tob. 4. Gen. 4. Exod. 20. Matt. 22. Exod. 32. 2. Thess. 2. Matt. 24. Psal. 23. Sap. 18. Ioan. 1. Ioan. 5. Lucæ 10. 4. Reg. 4. Gal 4. Ioan. 1. Ioan. 3. Filius cur potius incarnatus. Rom. 11. Psal. 103. Lucæ 15. Ionæ. 1. Esaiæ 14. Ibidem.

Gen. 3. pestas fui tardor cupiditatis, per quē ho-
Luca 10. mo Dei scientiā concupiuit, iuxta quod serpens illis promiserat: Eritis sicut dii, scientes bonū & malū. Sed concupiscens alienum, amisit propriū, secundū illud: Homo quidā descendebat ab Hierusalē in Hierico, & incidit in latrones, &c. Hęc duo vitia sunt, radix & origo omniū malorū, oīnm vitiorum. Nā de superbia legitur. Initiū peccati est superbia. De cupiditate dicit Apostolus: Radix oīum malorum est cupiditas. Verum in sancta &
Ecclef. 10. indiuidua Trinitate, patri attribuitur
1. Tim. 6. vnitas, pp principium: filio attribuitur æqualitas, propter medium spiritui sancto attribuit' cōnexio, propter cōsortiū. Prima ergo tēpestas, q̄ orta est inter angelos propter Dei æqualitatē, ipsa est orta pp filium, qui secundum Apostolū, non
Phil. 2. rapinā arbitratus est, esse se æqualē Deo. Sed in trinitate patri attribuit' potētia, filio sapientia spūi sancto dilectio. Secūda ergo tēpestas, q̄ orta est inter hoīes ppdei scientiā, ipsa quoq; orta est pp filiū: qui
1. Cor. 1. secundū Apostolū est Dei virtus, & sapiētia. Porrò qui occasionem dāni dat, & dānū dedisse vr. Ideoq; vetus Ionas, i. Christus spūaliter missus est in hoc mare magnum & spatiosum, i. in mundū, in quo fuit absorptus à ceto, i. sepultus in monu
Matth. 12. mento. Iuxta qd ait: Sicut fuit Ionas tri
Psal. 68. bus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti, ita filius hominis tribus diebus, & tribus noctibus erit in corde terrę. Hinc alibi dicit: Veni in altitudinem maris, & tēpestas demersit me. Vt sic repararet quę in cœlis & quæ in terris sunt, i. ruinam angelicam & casum humanum.

Gal 4. Misit ergo Deus filium suum natū de
Hier. 31. muliere factum sub lege. De muliere na
Esaia 7. tus est, i. de virgine, quia mulier pp sexū virgo pp integritatē censetur. Vnde propheta: Nouum, inquit, faciet dominus super terram, mulier circundabit virum gremio vteri sui. Et alius: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.

Rom. 11. Sed cur in similitudine carnis peccati de muliere corpus assumpsit, & nō potius ex alia sibi materia nouum corpus formauit: vt sicut primus Adam factus est à Deo, ita & fieret secundus? O altitudo diuitiarum sapientię, & scientiæ Dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Disposuit. n. altitudo cęlestis cōsilii vt sicut p mulierē mors intrauerat in orbē, ita p mulierē vita rediret ad orbē, vt vnde mors oriebat', inde vita resurgeret.

Porrò subtilior & secretior huius assumptionis est rō, quam Apostolus nobis insinuat, dicens: Nusquā angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Licet. n. aliter & aliter ab aliis assignetur, cur Dominus non angelicam, sed humanam naturam assumpsit, siue q angelus per se corruit, quia sine suggestione peccauit: homo verò per alium, quia diaboli persuasione deliquit: siue q humana natura cecidit tota, qm̄ in radice peccauit: angelica verò non peccauit tota; quia pars in sua felicitate permansit. *Heb. 2.*

Potest tamē subtilis indagator conuenienter et intelligere, q Adā peccauit in patrem, Eua peccauit in filium, Lucifer autem peccauit in spiritum sanctū. Sed qui peccat in patrem, remittetur ei; qui peccat in filium, remittetur ei, qui verò peccat in spiritū sanctum, non remittet' ei, neq; in hoc seculo, neque in futuro. Ideoque Deus non naturam angelicam, sed humanā assumpsit. Quod autem in assumpsibile fuit, inertabile mansit. Nā inde curatū est, vnde susceptum, & propterea corpus simul sumpsit & animam, vt animā simul curaret & corpus. Oportuit ergo vt de illo genere carnem assumeret, quod voluit per assumptam carnem curare: de illius quoque semine, cui facta fuerat promissio, In semine tuo benedicentur omnes gentes. *Matth. 12. Marc. 3. Luca 12. Gen. 22. Genes. 26.*

Quam vtique carnem ideo assumpsit de virgine, ne per carnis concupiscentiam peccatum traheret, quod per carnis mundiciā debebat auferre. Vū cū esset desponsata mater IESV MARIA Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est, in vtero habens de spiritu sancto. Cæteræ siquidē mulieres concipiunt nō desponsatæ, sed traductæ: non in pudore virginitatis, sed in feruore libidinis non *Matt. 1.*

a 3 in

in gratiam sed in culpam: Sed ista conce pit, non traducta, sed desponsata. Vnde, cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, non in feruore libidinis, sed in pudore virginitatis. Vnde, antequam cõuenirent inuenta est in vtero habens, nõ in culpam, sed in gratiam, quia de spiritu sancto concepit.

Voluitq; Dñs in sua conceptione totũ humanæ conditionis modũ implere. Primus.n. modus humanæ conditionis fuit, vt homo fieret nec de masculo, nec de fœmina, sicut Adã. Secundus modus fuit, vt homo fieret nõ de fœmina, sed de masculo, sicut Eua. Tertius fuit, vt homo fieret de masculo, sicut Christus: quẽ decebat, vt secundum humanitatem nasceretur de matre sine matre.

Misit ergo Deus filium suum natum de muliere, factum sub lege: nõ simpliciter factum, sed factũ sub lege, i. legi subiectum. Legi namque se subdidit, qui legẽ condidit: non tamen ex debito, sed tñ ex beneplacito: quia secundum legẽ octaua die circuncisus fuit, & quadragesimo in templo redemptus fuit, vt eos qui sub lege erant, redimeret.

Est autem, vt probẽ, lex naturæ, & lex scripturæ: lex gratiæ, & lex culpæ: quas tẽpore nos docet Apostolus. Primã, Cum gentes ea quæ legis sunt naturaliter faciunt, ipsi sibi sunt lex. Secundam, Lex subintrauit, vt abundaret delictum. Tertiã, Exclusa est gloriatio tua. Per quã legẽ? Factorum? Non, sed per legem fidei. Quartam, Video aliam legem in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati. Factus est ergo sub lege peccati Christus, vt redimeret eos, qui erant sub lege culpæ, reparans eos, qui erant sub lege scripturæ, per legem gratiæ.

Sed cur non dixit Deus & refecit, sicut mandauit & creata sunt? Cur pro redẽptione nostra dignatus est tot supplicia, & opprobria sustinere? O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis cognouit sensum dñi, aut quis cõsiliarius eius fuit? Dispo suit tñ cœlestis altitudo cõsilii, vt p mortẽ suã genus humanum redimeret, quatenus inimicos ad charitatẽ accenderet, superbos ad humilitatem reduceret. Quid n. nos magis ad charitatẽ accenderet, q̃ ꝙ proprio filio suo nõ pepercit Deus, sed ꝓ nobis oĩbus tradidit illum: Maiorẽ n. charitatẽ nemo habet, q̃ vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Quid magis nos ad humilitatẽ inuitat, q̃ qđ ille, qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo, sed exinaniuit se formã serui accipiens, factus obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis? Porrò subtilior, & secretior est huius redẽptionis rõ, q̃ psalmista nobis insinuat dicens: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax cõplexæ sunt se. Licet.n. aliter & aliter, hoc ab aliis exponatur, congruẽ tñ põt intelligi, ꝙ inter misericordiã & veritatẽ difficilis quondã altercatio vertebatur. Veritas autẽ in adiutorium & cõsilium sibi iustitiã aduocauit. Misericordie autẽ consiliatricẽ, & adiutricẽ sibi pacẽ asciuit. Ambæ cõiter diuinæ sapientiæ arbitriũ elegerunt, qua mediante litigium sopiač. Partibus igiť in præsentia constitutis, misericordia pacis instructa consilio taliter allegauit: Quum Deus summæ bonitatis arbitrio fecerit hoĩem ad imaginẽ, & similitudinẽ suã, indignum esset, vt tã digna creatura tota periret, ne Deus suo fraudaretur proposito: qui ppea fecit hominẽ, vt illũ cognosceret, cognitum diligeret, & dilectum haberet: sicq; fieret inæstimabili felicitate beatus. Vt quid. n. fecerit hominẽ, quẽ ex toto nouerat periturum? nulla prorsus vtilitas, imo crudelis esset impietas. Nõ igiť obliuiscať misereri deus, neque contineat in ira sua miserationes suas: sed adhuc ei complaceat misereri, si iuxta testimonium scripturarũ nihil eorum quæ fecit, oderit, & neminem velit perire. Veritas autẽ iustitiæ freta cõsilio, rñdit hoc modo: Quũ Deus inculpabiliter æquitatis iudicio pp peccatũ hominũ clauserit ianuã paradisi, collocãs ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium atq; versatilem, vt angelus arceret diabolũ, & ignis homines, indignum esset, vt eum reseraret indignis, &

Marginalia (left): Augusti. ... ; ...l. 4. ; ...nc. 2. ; Ibidem. ; ex quadruplex. ; ...om. 2. ; ...om. 5. ; ...om. 3. ; ...om. 1. ; Psal. 145. ; ...em. 12.

Marginalia (right): Rom. 5. ; Ioan. 13. ; Phil. 2. ; Ibidem. ; Psal. 84. ; Gen. 1. ; Psal. 70. ; Sapien. 11. ; Gen. 3. ; Matt. 7. ; Psal. 93.

Psal. 13. & sanctum daret canibus, & margaritas
Psal. 77. proiiceret ante porcos. Reddat ergo retributionem superbis, vnicuiq; secundũ merita sua: quia secundũ testimonia scripturarum, Oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum,
Ezech. 17. non est vsq; ad vnum. Oẽs immundi de immundo semine concepti sunt, & appo suerunt adhuc peccare ei. Ad hoc misericordia prudenter allegans adiecit: Quamuis homo valde peccauerit, postea tñ pœnituit perfectè: & ideo qđ amisit p culpã, recuperare debet per pœnitentiam. Iuxta q dns ipse promisit: Quacunq; inquiẽs, hora peccator conuersus fuerit, &c. Omniũ iniquitatũ eius nõ recordabor. Ecõtra Veritas rñdit in hæc verba: Licet pœnitentia culpã deleuerit, perfectã tñ innocentiã non restituit, quia remanet fomes peccati, lãguor naturæ, tyrãnis carnis: & ideo eũ possit pęnã auferre peccatũ, non
Rom. 5. põt gloriã restituere. Oẽs ergo peccauerunt, & egent gloria Dei, ne quis immũdus diuino psẽtetur cõspectui. His inter se taliter, & taliter obuiãtibus, diuina sapiẽtia cogitationes pacis, puidè cogita-
Hiere. 10. bat, & vidit q iustitia læderetur, nisi sufficiẽs pęna p omnibus solueretur: sed misericordia deperiret, si quẽlibet sufficiẽti
Psal. 24. pœna puniret. Cũ ergo Deus iustus sit & misericors, imò cũ sit misericordia, & iustitia, nec posset agere contra misericordiã, nec posset agere cõtra iustitiã, qm oẽs viæ dñi misericordia & veritas, (Vñ Propheta: Misericordiã, & iudiciũ cantabo
Psal. 100. tibi dñe.) Ideo modum inuenerit, p quẽ vtriq; satisfaceret, tã misericordiæ, q̃ iustitiæ. Iudicauit igitur vt assumeret in se pœnam p omnibus, & donaret per se gloriã vniuersis. Ac p hæc iustitia & pax cõ-
Apoc. 3. plexæ sunt se. Nullus .n. alius inuentus est dignus aperire ianuam paradisi, nisi leo de tribu Iuda, qui claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit. Vix .n. cuiquã alii sufficiebat iustitia sua, nedũ sufficeret vniuersis: quia nemo sine peccato,
Psal. 141. nisi solus Deus, dicẽte Propheta: Nõ intres in iudiciũ cum seruo tuo dñe, quia non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Quapropter ipse Deus factus est homo, quatenus inter Deum & hominẽ legitimè mediaret, vtpote, qui neutri parti suspectus existeret, vtriusque gerens in vna persona naturam.

Oportuit igitur, vt Deus sua morte gẽtẽ humanã redimeret, vt sicut per inobedientiã vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam iusti constituerentur multi. Rom. 5.

Hic est serpẽs æneus exaltatus in eremo, p quẽ percussi à serpẽtibus sanabanẽ.

Hic est summus sacerdos, cuius in Num. 2 morte rei, qui confugerant ad ciuitates Ioan. 3. refugii, reuertebantur ad propria. Num. 3

Hic est, de quo B. Iob ait: In oculis ei[9] quasi hamo behemot capiet. In hamo si quidẽ sub esca aculeus latet, & in Christo sub humanitate diuinitas latebat. Christus ergo quasi hamo cepit behemot, i. diabolum: quia cum caperet escã humanitatis, captus est aculeo diuinitatis, quia cõmisit manus in eum, in quẽ nihil iuris habebat, iure amisit illos, in quos aliquid iuris videbatur hr̃e. Vñ quia diabolus hominẽ in ligno decepit, & homo diabolum in ligno seduxit: & quia mors paradisum intrauit, & colonos eiecit, vita infernum ingressa est, & captiuos eduxit. Mortẽ igitur de nostra mortalitate suscepit, & vitam nobis de vita sua restituit. Sit ergo Christo la[9] & honor & gloria qui super omnia est Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In eadem Dominica.

De somno multiplici, à quo surgendum est nobis.

SERMO II.

HORA est iam nos de somno surgere. Nunc enim proprior est nostra salus, quàm quum credidimus. Rom. 13

SIGNIFICATIO somni multifariè spargitur in scripturis. Legit .n. somnus vitæ, & somnus mortis. Porrò, sicut triplex est vita, videlicet, corporalis, spiri- *Somnus multiplex in scripturis.*

 tualis,

tualis, & æternalis, ita triplex est somnus vitæ. Prim⁹, q̃ ꝓuenit ex natura, secũdus, qui ꝓuenit ex gratia, tertius, qui consurgit ex gloria. De primo dñs dixit in Euã gelio: Dormite iam, & requiescite. De secundo sponsa dicit in Cantico cãticorũ: Ego dormio, & cor meum vigilat. De tertio Propheta in Psalmo: In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Sic, & triplex est somnus mortis, quia triplex est mors, corporalis, spiritualis, & æternalis. De somno mortis corporalis dñs dicit: Lazar⁹ amicus noster dormit. De somno mortis sp̃ualis dicit Apostolus: Exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. De somno mortis æternalis inquit Psal. Qui dormit, non adiiciet vt resurgat. Abi.t enim Iudas, & laqueo se suspendit.

A somno mortis corporalis resurgunt omnes: A somno mortis spiritualis resurgunt quidam: A somno mortis æternalis resurgunt nulli. Quoniam oẽs qui dem resurgemus, sed non oẽs immutabimur. Beati verò qui partẽ in resurrectione prima habuerint. Quia in inferno nulla est redemptio: & minimè resurgẽt impii in iudicio, neque peccatores resurgent in consilio iustorum.

Porrò somnus mortis sp̃ualis, tribus modis contingit: p negligentiã, ignorantiã, & concupiscentiã. De sõno negligentiç Salomõ ait: Vsquequo piger dormis? quando exurges? De somno ignorantiæ dicit David: Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte. Idẽ de sõno concupiscẽtiæ Psalmista testat: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

De hoc triplici sõno dicit Apostolus: Hora est iam nos de sõno surgere. Quasi dicat: Surgendũ nobis est de sõno negligentiæ. Propter qđ addit: quia propior est nostra salus, q̃ cũ credidimus. Surgẽdum nobis est de sõno ignorantiæ. Propter qđ subdit: Quia nox pcessit, dies aũt appropinquauit. Surgendũ nobis est de somno cõcupiscentiæ. Propter qđ dicit: Non in comessationibus & ebrietatibus, &c. Et ideo concludit, & interponit ad omnia: Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c.

Hora est iam nos de somno surgere. Sed dices: Cum semper sit hora surgendi à somno culpæ (iuxta quod inquit Propheta: Quacunque hora conuersus fuerit peccator & cætera, oĩum iniquitatum eius non recordabor, dicit dominus) qđ est hoc quod dicit Apostolus: Hora est iã nos de somno surgere, tanq̃ non semper sit hora? Teneamus ergo qđ Veritas ait: Vigilate, quia nescitis diem neq; horã. Et ideo monet Propheta: Quærite dominum dum inueniri põt, &c. Non igitur sibi blandiatur peccator frustra, & dicat: Secure possum ad tempus peccare, quia quacunque hora cõuertar, oĩum iniquitatum mearum non recordabitur dñs: quia nescio diem, neque horam, Iusto nãque iudicio Dei fit, vt qui quum põt homo conuerti, & non vult, quum vult forte conuerti, non possit. Tunc n. securum est homini pęnitere, cũ põt ipse peccare.

Iam igitur, id est, in pręsenti vita, vel magis in tempore opportuno, surgendũ est nobis à somno culpæ; quoniam si in prima vigilia venerit, & si in secunda, vel in tertia vigilia venerit, & sic inuenerit, beati sunt serui illi.

Surgamus igitur fratres, & filii dũ opportunum tempus, & horam competentem habemus, ab illo triplici somno: qm̃ quilibet est mortalis. Certè nihil est magis amicum iniquitati, quàm negligentia. Propter quod dicit scriptura: Maledictus homo, q opus Dei negligenter agit. Quoniam vbi Salomõ ait: Manus in manu non erit innocens: econtra consuluit; Semper aliquid operis facito, vt diabolus te inueniat occupatum. Quum enim David quieuisset à prælijs, & deambularet in solario post meridiem, vidit ex aduerso Bethsabee se lauantem, tulitque illam, & dormiuit cum illa. Propter quam homicidium pariter, & adulterium perpetrauit: & qui vicit in bello, victus est tãdem in pace. Ergo dum tempus habetis, operemini bonum ad omnes. Veniet. n. tempus, quando nihil poteritis operari. Iuxta quod veritas ait: Ligate manus eius & pedes, & proiicite in tenebras exteriores.

Marginalia: *…nus vi… triplex.* …s. 27. …5. …m. 4. *…s mor… triplex.* …s. 11. …ef. 5. … 40. …h. 29. …r. 13. …c. 8. …1. *…nus …is spiri… …s tri…* …6. …12. …73. …33. …h. 18. | *Matt. 25.* *Esaie 53.* *Pęnitere quando securum sit.* *Lucæ 17.* *Negligentia quã sit detestanda.* *Hiere. 48.* *Prouer. 16.* *Hierony.* *2. Reg. 11.* *Gal. 6.* *Ioan. 6.* *Matt. 22.* *Ignorantia mala quæ facit.*

Surgite

Psal. 15. Psal 93. Esaie 5. 2. Cor. 14. Surgite etiam fratres à somno ignorãtiæ, quoniam & ipse immortalis existit. Propter quod dicit scriptura: Noluit intelligere, vt bene ageret: iniquitatem meditatus est in cubili suo. Et illud: Ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, & cætera. Propterea populus meus, inquit Propheta, captiuus ductus est, quia non habuit scientiam. Et, Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Hinc error, hinc hęresis, hinc perfidia, hinc excusatio in peccatis. Sed ignorans ignorabitur, & negligens negligetur.

Concupiscētia carnalis mala quæ. Psal. 120. Surgendum quoque nobis est à somno concupiscentiæ, ne fortè obdormiamus in voluptatibus carnis, & illecebris mundi: quia non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Quasi quidā somnus est vita carnalis; vel conuersatio secularis: quia sicut ille qui somniat se hr̄e multas diuitias, quū euigilat, tristat̄, pro eo qd nihil inuenit se hr̄e: sic ille qui diues est in hoc mundo, quū transierit de illo, dolebit, quia nihil secū de illo portabit. Nudus. n. egressus sū de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Nihil quoq; intulimus in hunc mundū, haud dubiū, quia neq; auferre quid possum⁹. Nihil. n. nobiscum ex hoc mūdo deferemus, nisi opera, iuxta qđ legitur: Opera illorū sequūtur illos. Quæ si bona fuerint, perducūt angeli ad gloriā: si mala, pertrahunt ad gehennā. Heu quot & quanta mortales de mundanæ cōuersationis amaritudine cogitant, sed sub mortis articulo repentè cuncta, quæ cogitauerant, euanescunt. Propter qđ dicit Psalmista; Exiet spiritus eius, & reuertetur in terrā suam, &c. Homo quippe qui permanet in peccato, similis est iumento, qđ in stercore computrescit: & qui reuertitur ad peccatum, est quasi canis qui redit ad vomitum.

Iob. 1. 1. Tim. 6. Apoca. 14. al. incertitudine. Psal. 145. 2. Pet. 2.

Quid. n. nos miseri cogitamus, quid disponimus, aut quid agimus tota die? Arāneatū teximus telas: qm̄ cui seccam⁹ nosipsos, consumimus dies nostros, & pdimus tēpus nostrū in vanis studiis, & operibus prauis & voluptatibus carnis, illecebris mūdi, siquidē vtriusq; cōcupiscētiā, videlicet carnis & mūdi dānat Apostolus in hoc loco, cū phibet comessatione & impudicitiā: in quibus carnales hoīes, idest, gulosi & luxuriosi amplius delectātur. Rursum, cōtētionē, inquit, & æmulationē, in qbus hoīes mūdani versant̄, qui cōtendunt inter se de possessionibus, vel honoribus, & p his ad inuicē æmulant̄.

Hora est ergo nos iā de somno surgere: quia propior est nostra salus, quam quū credidimus. Quasi dicat: Non possumus excusationem habere negligendi, q expectamus, tanquam nimiū differat. Quia propior est nostra salus, quā quum credidimus. In principio nanq; fidei mū dati sumus per baptismum à culpa, nunc autem per meritum digni sumus corona, & ideo magis appropinquauimus ad salutē. Vel ideo magis est salus ppinqua, quia magis est mors vicina. Nā preciosa est in conspectu domini mors sanctorū.

Rursus, hora est iā nos de sōno surgere: q a nox pcessit, dies aūt appropinquauit. Quasi dicat; Ante aduentū Christi fuit nox erroris infidelitatis & ignorātię sed iā post aduētū Xpi, dies fidei, veritatis, & grę rutilauit. Vn̄ iā nō possum⁹ excusationē hr̄e, tanq̄ ignoremus veritatē occultā. Quia lex p Moysen data est, grā & veritas p Iesū Christum facta est. Nam populus gentiū, qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnā. Et certè meli⁹ est viā veritatis non agnoscere, q̄ post agnitā retroire, qa seruus sciēs volūtatē dn̄i sui, & non faciens, vapulabit plagis multis. Psal. 115. Ioan. 1. Esa. 9. 2. Pet. 2. Luc. 12.

Itē hora est iam nos de sōno surgere, quia mundus trāsit & cōcupiscētia eius. Et iō non in comessationibus & ebrietatibus, quo ad gulā: Nō in cubilibus, & impudicitiis, quoad luxuriā: Nō in cōtētione & æmulatione, quo ad iracūdiā & inuidiā, ambulare debemus. Sed induam⁹ dn̄m Iesū Christū. i. doctrinā dn̄i nr̄i Iesu Christi, vt ī nouitate spūs ambulem⁹. 1. Ioan. 2.

Abiiciamus ergo opera tenebrarū, i. peccata, quæ in tenebris fiunt. quia qui malè agit, odit lucem: vel quæ sunt à principe tenebrarum, id est, diabolo, vel ad tenebras exteriores transmittunt. Et induamur arma lucis, i. opera bona, quæ sunt à lucis authore. Quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum Rom. 2. Ioan 3. Iacob. 1.

fectum, de sursum est descendens à patre luminũ. Vel, quæ lucere debent corã hominibus, vt videntes opera vestra bona, glorificẽt patrem nostrũ qui in cælis est. Vel quę transeunt tunc adducẽ, per quã iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum: sic videlicet, vt non in tenebris vitiorũ, erroris, infidelitatis, & ignorantię, sed in die virtutum, fidei, & veritatis, & gratiæ ambulemus honestè, vt corã Deo, & hominibus placeamus. Propterea fratres & filii, qui salutem nostram, id est, natiuitatẽ saluatoris nostri expectamus propinquam, qui ad hoc natus est, vt saluum faceret populum suum à peccatis eorũ, surgamus à somno peccati, & abiiciamus opera tenebrarum, vt sacrosanctã natiuitatem, ipsius dignè celebrare possimus, ipso pręstante, qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Dominica Secunda in Aduentu Domini.

Christus cur propheta magnus dicatur, quadruplex aduentus Christi, de quadruplici acceptione Hierosolymorum, de quadruplici pace, denique de quadruplici Ecclesiæ renouatione.

SERMO VNICVS.



ECCE veniet propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalẽ. Propheta magnus, intelligitur Christus. De quo legitur in Deuteronomio: Prophetã suscitabit vobis dñs de fratribus vestris: ipsum tanq̃ me audietis. Et de quo in euãgelio dr. Propheta magnus surrexit in nobis. Et, Quia Deus visitauit plebẽ suã. Christus aũt appellatur propheta, tum pp intelligentiã occultorũ, tum pp scientiã futurorum, Deus scientiarũ, dñs occultus, occultorum oĩum indagator, q scrutatur renes & corda, cuius oculis oĩa nuda sunt & aperta. Viuus est. n. sermo Dei & efficax, & penetrabilior oĩ gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionẽ spũs, & aĩæ, compagum quoque, & medullarũ, & discretor cogitationum & intentionũ cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. In quo omnes thesauri sapiẽtiæ, & scientiæ Dei sunt absconditi. Dr ergo propheta, tum quia reuelauit occulta, iuxta qd inquit apostolus: Oĩa quæcunq; audiui à patre meo nota feci vobis. Tum qa pdixit futura, secundũ qd ait: Dixi vobis prius q̃ fiat, vt quum factum fuerit, credatis.

Magnus ergo censet̃ propheta, non solum quia dñs prophetarũ, sed quia spiritũ & totũ accepit, & semper habuit. Nã soli Christo datus est spũs sine mensura, in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter: cæteri verò de plenitudine eius accipiunt. Quia vnguentũ à capite eius descendit in barbam. & à barba in orã vestimenti defluit. Solus. n. Christus spiritũ semper habuit permanentẽ. Sup quẽ, inquit, videris spiritũ descendentẽ, & manentẽ, hic est qui baptizat, &c. Requieuit n. super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, & quæ sequunt̃. Cæteri verò non sẽper, sed ad horã spiritum habuerunt, secundum qd Helizæus inquit Giezi: Dimitte illam, anima. n. eius in amaritudine est, & dñs cælauit hoc à me, & non indicauit mihi. Spiritus enim vbi vult spirat, diuidens singulis pro vt vult.

Veniet ergo propheta magnus. Quatuor redẽptoris aduentus scriptura sacra distinguit. Primũ in nube, secundũ in rore, tertiũ in turbine, quartũ in igne. In nube carnis, in rore grã, in turbine mortis, in igne iudicii. In nube carnis, vt mũdũ redimeret. In rore gratię, vt spũm illuminet. In turbine mortis, vt corpus incineret. In igne iudicii, vt seculũ iudicet. De primo: Exiui à patre, & veni in mũdũ iterũ relinquo mundũ, & vado ad patrẽ. Veniet aũt in nube carnis. Vñ propheta: Ascẽdet dñs sup leuẽ nubẽ, i. assumet carnẽã peccatis immunẽ, & intrabit in Aegyptũ, i. descendet in mundũ. Hic est. n. Angel⁹ ille, q secũdũ Apocalypsim Ioãnis descẽdit de cęlo, amict⁹ nube: qa venit ad nos calciata deitas, i. nube carnis obtecta.

De scdo: Si qs diligit me, sermonẽ meũ seruabit, &c. Venit aũt in rore grę. Vnde Psal. Sicut ros hermõ qui descẽdit in mõtem

Marginal notes (left): ...tt. 5. / ...tt. 13. / ...tt. 1. / ...ut. 18. / ...uce 7. / Christus propheta ...r. ... / ...sal. 7. / ...eb. 4.

Marginal notes (right): Ioan. 15. / Ioan. 13. / Ioan. 3. / Col. 2. / Ioan. 9. / Psal. 138. / Ioan. 1. / Esaie 11. / 4. Reg. 4. / Ioan 3. / 1. Cor. 12. / Aduentus Christi quatuor. / Ioan. 12. / Esaie 59. / Apoca. 10. / Ioan. 14. / Psal. 132.

tem Sion. Hermon. n. interpretatur lumen exaltatum.

Ioan. 5.

Is est. n. Christus lux vera, quæ illuminat oẽm hoĩem veniẽtem in hunc mundũ, prius exaltatus in cruce deinde exaltatus in cęlo. Sicut ipse dicit in Euangelio: Quũ exaltatus fuero à terra, omnia traha ad meipsum.

Ioan. 12.

A quo ros grę descẽdit in montẽ Sion, i. in animã cęlesti speculatione sublimẽ. De cuius aduentu dr̃ p Prophetã: Rorate cæli desup & nubes pluant iustũ.

Esa. 45.
Psa. 71.

Et iterũ: Descẽdet sicut pluuia in vellus &c.

Lucæ 12.
Turbo quid.

De tertio: Cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Veniet. n. in turbine mortis. Turbo quippe dr̃ à turbãdo.

Eccles 41.
Matt. 26.

Quid aũt cõturbat magis q̃ mors. Vnde scriptura: O mors q̃ amara est memoria tua. Quo circa dñs ait: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ.

Ioan. 12.
Lucæ 21.
Psal. 96.
Psal. 49.

Et iterũ: Anima mea turbata est. Et qd dicã? Pr̃ saluifica me ex hac hora. De quarto: Videbitis filium hominis venientẽ in nubibus cęli. Veniet aũt in igne iudicii. Vnde Psal. Ignis ante eum pcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. Et iterũ: Ignis in conspectu eius ardebit, &c.

Dominicarum quatuor aduentus ratio quæ.

Hos quatuor redẽptoris aduentus repræsentat ecclesia in quatuor dominicis de aduentu dñi, non solũ numero dierũ, sed & rõne officiorũ. Qd & designatur p quatuor versus primi rñsorii de aduentu, q sunt, Quiq; terrigenæ, &c. Qui sedes sup Cherubin, &c. Tollite portas, &c. Gloria patri, &c. sicut prudẽs indagator intelligit, q nouit sugere mel de petra, oleũq́ue de saxo durissimo. Veniet ergo propheta magnus, &c.

Deut. 32.
Hierusalem quatuor modis accipi.
Gal. 4.

Scitis charissimi qd Hierusalẽ quatuor modis accipit, secundũ quatuor theologicos intellectus, historicũ, allegoricũ, tropologicũ, & anagogicũ. Est n. Hierusalẽ superior & inferior, interior & exterior. Cœlestis videlicet & terrestris, spũalis & corporalis. Superior est in patria. Inferior est in via. Interior est in anima. Exterior est in Syria. Superior est ecclesia triũphans, de qua dicit Apostolus: Illa, q̃ sursum est, Hierusalẽ libera est, q̃ est mater nostra. Inferior est ecclesia militantium, de qua dicit Propheta: Surge illuminare Hierusalẽ, &c. Interior est fidelis anima, de qua dr̃: Dabo in Siõ salutẽ, & in Hierusalẽ gloriã meã.

Esaia 60.
Esaia 46.

Exterior est miserabilis Hierosolyma. De qua dr̃: Hierusalẽ Hierusalẽq̃ occidis, pphetas & lapidas eos, qui ad te missi sũt. Hierusalẽ qppe visio pacis interpretat̃. Est aũt pax peccatorũ, pax cõuersorũ, pax iustorũ, & pax beatorũ. *Matth. 23.*
Pax peccatorũ in vitiis, pax cõuersorũ in moribus, pax iustorũ ĩ grã, pax beatorũ in gloria. *Pax quadruplex.*
De pace peccatorũ in vitiis, dicit Psal. Zelaui in peccatorib᷑ pacẽ peccatorũ videns. *Psal. 27.*
Hanc aũt pacẽ vidit Hierusalẽ exterior, i. miserabilis Hierosolyma, quã modo possident peccatores, qui de vanitate cõueniunt in idipsũ. De pace conuersorũ in moribus, inquit Apostolus: Christus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, vt duos condat in semetipso patieetes, in vno nouo homine faciẽs pacẽ. *Ephes. 2.*
Hanc pacẽ videt Hierusalẽ inferior i. ecclesia militantiũ, qui ambulant in domo dñi cũ consensu. *Psal. 54.*
De pace iustorũ in grã dominus ait: Pacẽ meã do vobis, pacẽ meã relinquo vobis, nõ qũo mũdus dat, ego do vobis. *Ioan. 14.*
Hãc aũt pacẽ videt Hierusalẽ interior, i. fidelis anima. Quia fructus spũs est, charitas, gaudiũ, pax, patientia. *Gal. 5.*
De pace beatorũ in gloria dicit Propheta: In pace in idipsũ dormiã & requiescã. *Psal. 4.*
Hanc aũt pacẽ videt Hierusalẽ superior, i. ecclesia triũphantiũ, qũi inter electos est pax sup pacẽ. Porrò pacẽ tẽporis instanter oramus, dicentes: Da pacẽ dñe in diebus nostris, sed eã peccatis exigẽtibus ferè nusq̃uã habemus: quia sustinuimus pacẽ & non venit, q̃siuimus bona, & ecce turbatio. *Hier. 8.*
Quatuor aũt modis Hierusalẽ, i. ecclesia renouatur: Sacramẽtis, moribus, miraculis, & mandatis. De renouatione sacrorũ Moyses inquit in lege: Vetustissima veterũ comedetis, & nouis superuenientibus vetera ꝓiicietis. *Leuit. 26.*
Vetustissima sunt moralia, vetera sunt legalia, noua sunt euangelica. Nos ergo vetustissima veterũ, i. moralia pcepta comedimus, hoc est, ad nutrimentũ spũalis vitæ seruãda suscipimus, sed superuenientibus nouis, i. euangelicis sacramẽtis, proiicimus vetera, i. legalia, vt agnũ paschalẽ, superueniẽte corpore Christi, & circũcisionẽ, superueniente baptismo. Nã cũ veritas venit, figura cessauit, & euanuit vmbra, cũ lumẽ refulsit, Propter qd dicit Apostolus:

lus: Vetera transierũt, & ecce noua facta sunt omnia. O q̃ vtilis renouatio, quæ le-
.Cor. 5. galia mutauit in euangelica. Legalia usque significabant, & non iustificabant.
Rom. 4. Propter qđ dicit Apostolus: Abraham signum accepit circuncisionis, signaculũ iustitiæ fidei. Euangelica verò significabant & iustificabãt. Propter qđ dicit Apo-
Col. 2. stolus de baptismo. Quia sepulti sumus
Mar. 10. cum illo per baptismũ in mortẽ. Et dñs in euangelio: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Illa quidẽ ægritudinẽ ostendebant, sed salutẽ non conferebant. Propter qđ inquit Propheta: Dedi
Ezech. 20. eis præcepta non bona & iustificationes
Heb. 7. non bonas, in quibus non viuant. Cui cõ-
Rom. 5. sonat Apostolus dicens: Lex neminẽ ad pfectum adduxit. Imò, lex subintrauit, vt abundaret delictum. Hæc antẽ ostendũt infirmitatem, & conferunt sanitatẽ. Propter qđ dominus inquit in Euangelio:
Matt. 11. venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum. n. meum suaue est, & onus meum leue. Hic
Luc. 14. est Samaritanus, qui appropriãs vulnerato super infudit vinũ, & oleũ: quẽ prius sacerdos & Leuita videntes dimiserãt in cruciatum. Venit ergo propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem.

Ephes. 4. De renouatione morum dicit Apostolus: Exuite veterem hominem cũ actibus suis, & induite nouum, qui secundũ Deũ creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Vetustas hominis intelligitur culpa, nouitas hominis intelligitur gratia. Illa contrahitur originaliter ab Adã, hæc cõfertur liberaliter per Iesum. Per illã animus deformatur, per hanc reformatur. Exuamus itaque veterem hominem cum actibus suis, idest, deponamus vetustatem culpæ, quam contraximus ab Adam, cũ actibus suis, i. cum vitiis & peccatis, & induamus nouum hominem qui secundũ Deum creatus est, i. assumamus nouitatẽ gratiæ, quæ confertur per Christũ, & in nouitate spũs ambulemus, secundum
Rom. 6. quod præmisit Apostolus: Renouamini
Ephes. 4. spiritu mentis vestræ. Propter quod ali-
1. Cor. 5. bi dicit: Expurgate vetus fermentũ vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Ita que epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis, & veritatis. O
Rom. 1. quàm vtilis renouatio, quæ vitiosos efficit virtuosos. In tm̃. n. inueterauerãt homines per peccatum, vt etiam mutauerint gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum &
Esa. 2. serpentium. Sed Christus adueniens p-
Ibidem. didit idololatriam, secundũ illud Propheticum: Eleuabitur dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur. In illa die proiiciet homo idola argenti sui, & simulachrum auri sui, quæ fecerat sibi,
Ephes. 2. vt adoraret talpas & vespertiliones. Veniens aũt pax nostra, qui fecit vtraque vnũ & mediũ pariete inimicitiæ soluens, ab stulit cærimoniam à Iudæis, & idololatriam à gentibus: vt duos condat in semetipso parietes in lapide angulari, in vno nouo homine, faciens pacẽ inter ipsos & Deũ. Venit ergo Propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem.

Eccles. 36. De renouatione miraculorum inquit scriptura: In noua signa, & immuta mirabilia. Signa sunt sacramenta, mirabilia sunt prodigia. Signa igitur, i. sacramenta dominus innouauit, & mirabilia idest, prodigia immutauit. Nã primus Adã fuit de virgine terra factus secũdus Adã fuit fact9 de virgine fœmina. Prim9 Adam fuit vir in ipsa creatione, secũdus
Hier. 31. Adã fuit vir in ipsa cõceptione, sicut Propheta prædixerat: Nouũ faciet dominus super terram, fœmina circumdabit virũ gremio vteri sui. De latere primi Adæ dormientis formata est Eua. De latere secundi Adæ morientis formata est ecclesia. Protoplastus & Eua fuerunt duo in
Luc. 1. carne vna. Christus & ecclesia duo sunt in corpore vno. Illi duo in vna natura: isti duo in vna persona. O q̃ vtilis renouatio, per quam cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiũt mortui resurgunt, pauperes euangelizãtur. Venit ergo propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem. Hier. 31.

De renouatione mandatorum inquit Propheta: Ecce dies veniunt dicit dominus, & consummabo testamentũ nouum super

super domũ Israel, & super domũ Iuda, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum illorum, vt educerem eos de terra Aegypti: sed dabo leges meas in mentes eorum, & in corda eorum superscribam eas. Lex quippe vetus scripta fuit in tabulis lapideis: lex aũt noua in tabulis cordis. Illa dabatur duris, ista deuotis. Illa incredulis: ista fidelibus. Propterea dominus inquit in Euangelio: Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Auditis quia dictum est antiquis: Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene facite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. O quàm vtilis renouatio, per quam iniuria mutatur in gratiam. Lex quippe vetus reddebat oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu. Lex noua præcipit: Si percusserit te quis in vnam maxillam, præbe ei & alteram: si abstulerit tibi tunicam, da ei & pallium si angariauerit te mille passus, vade cum eo & alia duo. Lex enim per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Venit ergo Propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem.

Ioan. 13. Matth. 5. Leuit. 24. Matth. 5. Ioan. 1. Matth. 19. Apoc. 21.

Cum autem venerit filius hominis in sede maiestatis suę, tunc Hierusalem, id est, ecclesiam perfectissimè renouabit. Sicut Ioannes in Apocalypsi testatur: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouã descendentem de cęlo, à Deo paratam, & stola circundatam, sicut sponsam ornatã viro suo. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

Dominica tertia in Aduentu domini.

De quatuor naturalibus mentis affectibus de gaudio bonorum & malorum, cordis & carnis; & in psperis & aduersis quid sit agẽdũ.

SERMO I.

Phil. 4.

GAVDETE in domino semper, iterum dico, gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est.



SACROSANCTVM redemptoris nostri aduentum, quem antiqui fideles cum ingenti desiderio expectauerũt, nos cũ magno gaudio debemus celebrare; quia quẽ illi expectauerũt promissum, nos celebramus exhibitum. Nã lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Gaudium verò cordis, tam ore quàm opere debemus exprimere, sed modestè. Propter quod dicit Apostolus: *Ioan. 1.*

Gaudete in domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est. Docet ergo in quo debeamus gaudere, cum dicit, In domino. Quam diu, cũ dicit, Semper. Qualiter, cum dicit: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ac si dicat, modestè. Quare? Quia dominus prope est. Nota singula diligenter: quia nihil est in eis, quod suauem nõ redoleat intellectum. Ergo gaudete in domino semper. Nostis, vt credimus, quia sępe vidistis quod Romanus pontifex, tam in quadragesima, quàm in aduentu aurifrigiata mitra non vtitur, nisi tantùm in illa mediana dominica quadragesimę, quando cantatur ad introitũ Lætare Hierusalem: necnon in mediana dominica de aduentu, quando cantatur ad introitum, Gaudete in domino semper. Vtrumque officium, gaudium & exultationem commemorat, lętitiã & iocunditatem inducit. Cuius rei causam & rationis mysterium vobis ad pręsens pręteremittimus assignare: quoniã in pręteritis nos meminimus assignasse. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete.

Quatuor sunt naturales mentis affectus: dolor, gaudium, timor & spes. Dolor & gaudium de pręsenti, timor & spes de futuro. Dolor & timor de malo, gaudium autem & spes de bono. Attendite quomodo ista quatuor sibi inuicem colligantur. Nam duo prima sunt de pręsenti, duo vltima de futuro. *Affectus mentis quatuor.*

Primum

Primum & tertium sunt de malo, secundum & quartum de bono. Hinc homines metuunt, cupiunt, gaudentque dolentque. Istæ sunt duæ molæ, superior & inferior: inter quas moli debet anima Christiana. De quibus in lege præcipitur: Non accipies loco pignoris superiorem & inferiorem molam. Inter gaudium si quidem & dolorem, tanquam inter duas molas, in hac mortali vita versari debemus: vt videlicet dolor temperet gaudiū ne dissoluamur: gaudium verò dolorem ne confundamur. Nimius.n.dolor, immoderatus videlicet & continuus, mentem confundit: nimium verò gaudium immoderatum similiter & continuum, mētē dissoluit. Propter quod dicitur: Interpone tuis interdū gaudia curis. Qd caret alterna requie durabile nō est. Audi gaudium nimiū qđ dissoluit: Cithara & lira & tympanū & vinum in conuiuiis vestris. Ecce gaudium & lætitiam, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. Comedam^9 & bibamus, cras enim moriemur. Audi dolorem nimium, qui confundit: Oēs manus dissoluentur, & cor hominis tabescet: tortiones & dolores tenebūt, qua si parturiens dolebunt. Inter has ergo molas versari nos Apostolus docet: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Et alibi iterum ait: In die bonorū non immemor sis malorum.

Molæ duæ inter quas anima debet moli. Deut.24.
Isaiæ 5.
Isaiæ 22.
Ezech. 7.
Roma. 12.
Eccles. 11.

Cum igitur nobis aliqua prosperitas euenit, prouidendum est nobis, ne dissoluti nimium gaudeamus: memores eius semper quod legitur: Risus dolore miscetur, & extrema gaudii luctꝰ occupat. Nouerat hoc ille qui dixerat: Versa est in luctū cithara mea, & organum meū in vocem flentium. Et ideo cum dixisset Apostolus: Gaudete in dño semper, adiūxit: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ac si diceret: Exultate cum modestia, lætamini cum mensura, & ipsa nota sit omnibus, quatenus luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes opera vestra bona glorificent patrem vestrū qui in cœlis est: vt cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat, veni.

Prouer. 14
Iob. 30.
Matth. 5.
Apoca. 22.

Similiter cum aliqua nobis contingat aduersitas, prouidendum est nobis, ne confusi nimium doleamus, memores eius semper quod dicitur: Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia: quia post tempestatem tranquillū facit. Nouit hoc ille qui dixit: Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum & præcinxisti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar. Nam grata superueniet, quæ nō sperabitur hora. Psal. 29. Tobiæ 3. Psal. 29.

Item inter spem & timorem, tanquā inter duas molas versari debemus, vt videlicet timor temperet spem, ne præsumamus: Spes verò timorem, ne desperemus. Inter vtrunque vola, medio tutissimus ibis. Ex nimio timore desperauit ille qui dixit: Maior est iniquitas mea, q̄ vt veniam merear. Ex nimia vero spe psumpsit ille, qui dixit in corde suo, Non requiret Deus. Ergo gaudete in domino semper, id est, quicquid boni feceritis ex hilaritate cordis, cum corporis lætitia faciatis: non ex tristitia, neque ex necessitate. Hilarem.n. datorem diligit Deus & super omnia vultus accessere boni. Nam & Psalmographus ait: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Gene. 4. 2. Cor. 9. Psal. 36.

Porrò cūm dolor & gaudium sint contraria, & semper gaudendum sit, iuxta quod monet Apostolus dicens: Gaudete in domino semper, nunquam est ergo dolendum: cum contraria simul esse nō possint. Quid est ergo quod dicit Psalmista: Pauper & dolēs ego sum, & salus tua Deus suscepit me? Et quod dominus ait: beati qui fletis, quia ridebitis? Verū gaudere de vno, & dolere de alio, non sunt cōtraria. Et ideo simul possūmus & gaudere de bono, & dolere de malo. Quanquā quod dicitur: Gaudete in domino semper, non ad continuum actum, sed ad cōtinuum habitum referatur: imo sicut de magno gaudio fletus sæpe procedit, ita de magno fletu sæpe nascitur gaudium. Vt cūm anima de peccatis suis compungitur & conteritur, suspirat & plorat, cōtinuo accepta spe veniæ sauatur & illustratur, dilatatur, & iocundatur, vt dicere valeat cum Propheta: Secundum multitudinem Psal. 68. Luca 6. Psal. 63. Psal. 37.

titudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sicut. n. non est pax ossibus à facie peccatorum, quia ignis rationis nunquam extinguitur; sic omnis gloria filiæ regis ab intus, quia gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Gaudeamus igitur non in hoc seculo, sed in domino. Secundum quod
2. Cor. 10. alibi dicit Apostolus. Qui glorificatur,
Psal. 23. in dño glorietur. Idem quoque monet
Psal. 63. Psalmista; Gaudete iusti in dño: rectos
Gaudium decet collaudatio. Et alibi: Lætebitur iu-
malorum. stus in dño, & sperabit in eo &c. Mali
Gaudium quippe gaudent, in seculo: beati verò in
bonorum. Deo gaudent. Isti gaudent de spiritualibus
Psal. 149. & æternis, illi vero de carnalibus, &
Ibidem. mūdanis, isti de virtutibus, illi de vitijs. De istis legitur: Exultabunt sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum: & gladii ancipites in manibus eorum. De illis dicitur: Lætantur cū malefecerint, & exultant de rebus pessimis: & gloriāt in malitia, qui potēs est in iniquitate. Verū istorū gaudiū est ppetuum, iuxta quod legitur: Petite & accipietis, vt gaudium vestrū sit plenum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Illorum verò gaudiū
Prouer. 2. momentaneum, iuxta qd legitur: Tenēt
Ioan. 16. tympanum & cytharam & gaudent ad sonitū organi, ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. O quot hodie sunt tales in mundo, quos nullū tangit gaudiū de spūalibus & ęternis, sed tm̄ de carnalibus & mundanis.
Luc. 12. Talis erat ille, qui dicebat aīæ suæ in Euangelio: Aīa, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Sed attende quid Dñs dixerit illi: Stulte, hac nocte aīam tuam
Luca 16. repetūt à te: quæ aūt parasti, cuius erūt? Diues. n. ille, qui epulabatur quotidie splendidè, sepultus est in inferno. Nos ergo fratres & filii gaudeamus, non in hoc seculo, sed in dño, i. in his quæ spectant ad meritū & ad pmium, ad gratiā, vel ad gloriā, ad virtutē vel salutem. De his quæ spectant ad meritū gaudebant
Actu. 5. Apostoli, de quibus legit: qđ ibant apostoli à conspectu consilii gaudentes, qm̄ digni habiti sunt pro noīe Iesu contumeliam pati. Hinc Iacobus admonet dicens: Oē gaudiū existimate fratres mei, Iacob 1.
cum in tentationes varias incideritis. De his aūt quę spectant ad pmium, gaudebāt illi, quibus Christus dicebat: Gaudete & exultate, qm̄ merces vestra copiosa est in cęlis. Vñ Propheta dicebat: Ego Abac. 4.
aūt in dño gloriabor, gaudebo in dño Iesu meo. Propter hęc duo gaudia, vnum quod hr̄ de meritis, & alterum quod hr̄ de pręmiis, repetit Apostolus dicens:

Gaudete in dño semper, iterum dico gaudete; vel pp geminum gaudium, cordis & carnis. De quo dicit Psalmista: Cor meum & caro mea exultauerunt in
Deum viuum. Exultat cor, cum purgat Psal 83.
ab illicitis desideriis; exultat caro, cum Esaiæ 45.
mundatur ab illicitis operibus; quia nō Psal. 36.
est impiis gaudere dicit dominus, nec est pax ossib⁹ meis à facie peccatorū meorū.

Gaudeamus igit fratres in dño: quia Esa. 14.
dñs ppe est. Propinquus sanè secundū Psal. 144.
aduentū in carne, iuxta qđ legitur: Prope est vt veniat tēpus eius, & dies eius nō elongabit. Propinquus secundū aduentū in mētē. Iuxta qđ legit: Prope est dñs oībus inuocantibus eum. Propinquus secūdū aduentū ad mortem; quia breues dies hoīs sunt, numerus mensium eius apud te est. Homo natus de muliere, breui viuens tpe, repletur multis miseriis: qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquā in eodem statu pmanet. Nā pcisa velut à texente vita mea, dum adhuc ordiret, succidit me. Iob 14.
Propinquus secundū aduentū ad iudi- Iob 13.
ciū: quia nouissima hora est & nos sum⁹ Esaiæ 83.
in quos fines seculorū deuenerūt. Vigi- 1. Ioan. 2.
late ergo, quia nescitis diē neq; horā. Si- 1. Cor. 10.
cut. n. fulgur exit ab oriēte & paret vsq; Matth. 25.
in occidentē, ita erit aduentus filii hoīs. Matth. 24.
Q̄m hora, qua non putatis, filius hoīs ve- Lucæ 14.
niet. Sed qm̄ gaudendū est ex eo, qđ dñs ppinquus est nobis ad mortē, vel ad iudiciū, nūquid non ex vtroq; magis timēdū est q̄ gaudendū? Timendū quidē, sed his qui non diligunt aduentū eius; his aūt, qui aduentū eius diligunt, est gaudēdū. Vñ dicebat Apostolus: Cupio dissolui & esse cū Christo. Et iterū Saluatorē

expectamus

expectamus dominum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritatis suæ. Quod ipse nobis & vobis præstare dignetur, qui est super omnia Deus benedictus in secula.

Dominica prima post Epiphaniam.

Ioan. 2. DIE tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, & erat ibi mater Iesu. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias.



Ioan. 6. QVIA spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Prætermissis carnalibus nuptiis, de spūalibus disseramus, vt per ea quæ sunt carnaliter facta, ea quæ sunt spūaliter facienda, monstremus. Celebrantur igitur istæ nuptiæ inter spiritū hoīs, & gratiam conditoris, qñ videlicet diuina gratia rationali spiritui cōiungitur. Et ne tanquam steriles maledicitur à Deo, Psal. 127. filios & filias ex se gignunt, i. affectus, & actiones, siue desideria sancta & opera iusta. De vxore simul & ꝓle. Psal. dicit ad virum & patrē: Vxor tua sicut vitis abūdans in lateribus domus tuæ. Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mēsæ 1. Cor. 15. tuæ. Has nuptias expertus fuerat, qui dixit: Gratia Dei sum, id ꝙ sum, & gratia in me vacua non fuit, sed gratia Dei semper in me manet. Inueniuntur igitur inter spiritū & gratiā tria bona coniugii, videlicet fides proles, & sacrm. Cum. n. audis, Gratia Dei sum, id ꝙ sum, intellige fidē, quæ spectat ad honestatē. Cū audis, Gratia eius in me vacua non fuit, intellige prolē, quæ spectat ad fœcunditatē. Gratia eius in me manet, intellige sacrm, quod spectat ad infirmitatem. Inter filios aūt & filias tanquam inter fratres & sorores illud nuptiale cōuiuium celebratur, quod moraliter inter fratres Iob. 1. & filias B. Iob singulis consueuerat celebrari. Vnde nuptiæ istę in Cana Galilęę referuntur factæ fuisse, quoniam ibi fuit vir zelo charitatis & amore salutis, homo conuertitur & transmigrat ab errore ad charitatem, & à vitiis ad virtutes. Cana quoque zelus, & Galilæa transmigratio interpretatur ex Hebraico in latinum. Benè dicuntur hæ nuptiæ die tertia factæ fuisse, quia primus dies extitit ante legē, secundus sub lege, tertius post legem. Primus fuit cognitio virtutis in lege naturæ, secundus in lege scripturæ, tertius in lege gratiæ. Lex aūt per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Die ergo tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Ioan. 1.

Et erat mater Iesu ibi. Inuitatus est autem ad nuptias ipse, & discipuli eius. In hoc loco moraliter dicitur sermo diuinus, quoniam ipse erat in principio apud Deum, & Deus erat verbum. Discipuli eius honesti mores intelliguntur, quoniam sermo diuinus tanquam magister instruit, & informat. Mater Iesu intelligitur fides catholica, de qua sermo diuinus nascitur, & procedit. Hæ sunt personæ, quæ nuptiis istis interfuisse leguntur, scilicet sermo diuinus tanquam magister; honesti mores, tanquam discipuli; fides catholica, tanquam mater. Sponsa quippe pro parte sua vocat ad nuptias virtutes gratuitas, sponsus naturales affectus. Non solum autem istæ personæ, verum etiam architriclinus interfuisse narratur. Et in hoc conuiuio inuenitur triclinium, id est, tres mensę, videlicet animę naturalis vis rationalis, vis irascibilis, vis concupiscibilis. Prima, quę discernit inter bonum & malum; secunda, quę respuit malum; tertia quę appetit bonum. Ista namque sunt tria munera, quę naturales philosophi Christo Matth. 2. moraliter obtulerunt, scilicet aurum, quod propter splendorem rationabilitatem signat; Thus, quòd propter honorem signat concupiscibilitatem; Mirrham, quę propter amaritudinem irascibilitatem figurat. In hoc ergo triclinio quasi architriclinus, præsidet pars rationis superior, quę pro priè synderesis appellatur.

Cùm autem vinum in hoc conuiuio defecisset, mater Iesu dixit ad illum:

Vinum non habent. Et ille respondit: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Vinum in hoc loco propter feruorem signat charitatem, de qua sponsa dicit in Canticis: Introduxit me in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Vinum illud abundat in principio nuptiarum, quia charitas in initio conuersionis feruescit. Sed interdum deficit istud vinum, quia charitas aliquando frigescit, quod nonnunquam contingit ex dispensatione diuina, vt vicissitudo venientis & recedentis spiritus ostendatur, qui, vbi vult, spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadit. Siue quia septies in die cadit vir iustus, & fortior resurgit. Vnde permisit dominus cadere Petrū, vt fortior resurgeret, & negationem ternam confessione purgaret.

Cant. 2.

Prou. 24.
Matt. 26.

Deficiente vino dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Quia cū charitas tefrigescit, & fides suggerit & suadet, vt sermo diuinus instruendo & exhortando charitatem accendat.

Et dicit ei Iesus: Quid tibi & mihi est mulier? nondum venit hora mea. Verbum istud non ex indignatione, sed ex discretione procedit. Ac si diceretur manifestius: Sustineri debet ad tempus, vt propter causas prędictas charitas remissa tepesceret, quatenus cum tempus aduenit opportunum, fortius accedatur. Nam mala aurea in lectis aureis verbum prolatum in tempore suo.

Dixit ergo mater Iesu ministris: Quicquid dixerit vobis, facite. Quia fides iubet, vt fiat quicquid iusserit sermo diuinus.

Erant aūt ibi lapideæ sex hydriæ positę secūdum purificationem Iudæorum, capiētes singulæ metretas binas vel ternas. Sex hydriæ sunt sex opera, q̄ dominus in iudicio commendabit: Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus eram, & cooperuistis me: infirmus eram, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Dicūtur autem hydriæ lapideæ non propter duritiam, cum opera misericordiæ non sint dura, sed propter firmitatem, cū misericordia sit origine periculum impugnabile sacramentum, dicente scriptura, quòd ipsa super scutum potentis & lanceam aduersus Niminen pugnabit. Pertinet enim ad illos lapides, de quibus dicit apostolus: Alius superædificat argentum, aurum & lapides pretiosos. Vnde bene sex hydriæ propter purificationem Iudæorū dicuntur ibi fuisse positæ; quia purificatio intelligitur satisfactio confidentium. Nam Iudæi confidentes interpretantur, & ad confidentes per sex opera misericordiæ satisfaciendæ peccatis. Capiunt autem istæ sex hydriæ singulæ metretas binas vel ternas; quoniam sex opera misericordiæ, quædam duas, & quædam tres distinctiones admittunt. Triplex est enim cibus aut potus, materialis, sacramentalis, & doctrinalis. De materiali dicit apostolus: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; & si sitit, potum da illi. De sacramentali veritas ait: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. De doctrinali Sapiens protestatur: cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Itaque tribus modis pascere debemus esurientē, eisdem tribus modis sitientem potare, videlicet alimento naturæ, sacramento Eucharistiæ, documento scripturæ. Duplex est autē infirmitas, s. cordis, & corporis. Vna quidem pœna, altera culpa. De prima dñs ait: Infirmitas hæc nō est ad mortem. De secunda dicit apostolus: Ideo inter vos multi infirmi & imbeciles, & dormiunt multi. Infirmum ergo corpore visitamus, cum eū corripimus in spiritu lenitatis. Similiter duobus modis debemus incarceratum adire: quia duplex est carcer, vnus corporis, & alter cordis. De carcere corporis Euangelista testatur, quod Herodes vinxit Ioānem, & posuit in carcerē. De carcere cordis dicit Psalmista: Educ de carcere animam meā. Similes distinctiones inuenire poteritis in scripturis sup hospitalitate ac nuditate. Hydrię capiūt metretas binas vel ternas. Hydria verò impletur aqua, cū misericordia cōsumatur, vt cū datur

Matt. 25.

Eccles. 29.
1. Cor. 3.

Prou. 25.
Rom. 12.
Ioan. 6.
Eccles. 15.

Ioan. 11.
1. Cor. 11.

Marc. 6.
Psal. 141

esurienti cibus, sitienti potus, aut nudo vestitus. De hac aqua secundum effectum dicit scriptura: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccata. Propter quod Dominus ait: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hydria verò vsque ad summum impletur, cum opus misericordiæ ad perfectionem perducitur. Certè cum misericordia sine charitate largitur, refrigerat quidem accipientē, sed non * facit donantem. Et ideo tunc est aqua solummodo, & non vinum: quoniam, vt inquit apostolus, si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Sed cum misericordia exhibetur ex charitate, tunc aqua fit vinum, quoniam exhibitio misericordiæ, fit operatio charitatis, & quæ prius frigida fuit, tunc fit calida: quæ prius fuit tepida, tunc fit sapida: quæ prius fuit pallida, tunc fit fulgida, sic moraliter aqua fit vinum. Corpus quod est in se naturaliter pium, fit ex charitate meritorium, non tam mercedis æternæ, quàm retributionis æternæ. Ministri ergo qui hydrias implent aqua, liberalitas & hilaritas, quæ opera misericordiæ administrant. De quibus ait apostolus: Vnusquisque pro vt destinauit in corde suo: non ex tristitia aut necessitate. Hilarem datorem diligit Deus. Et iterum: Qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Alius autem dicit: Non differas benè facere, quia spes quæ differtur, affligit animam. Et iterum: Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustiantis. Eis ergo dicit Iesus, Implete hydrias aqua.

Ecclef. 3.
Luc. 11.
* al. satiat
1. Cor. 13.
2. Cor. 9.
Rom. 12.
Prouer. 13.
Ecclef. 4.

Et cum impleuissent eas, adiecit: Haurite nunc, & ferte Architriclino. Vt autem gustauit architriclinus aquā vinum factum, nesciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam. Vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo vinum bonum ponit, &c. Tunc fit quod dictum est. Ministri iubentur haurire & ferre architriclino, vt rationabiliter feruorem charitatis approbet, & commendet: quia charitas rationalis minimè per se comprehendit vnde sit charitas, quam Deus in hominem solus operatur: quia charitas non est ex libero arbitrio, sicut dicit naturalis philosophus, sed ex Deo tantum, sicut fidelis Catholicus profitetur: Et ob hoc architriclinus tanquam minus intelligens gratiæ sacramentum, inquit ad sponsum: Omnis homo primo bonum vinum ponit. In primo melius vinum debet ponere in fine: quoniam qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit, quamuis hoc specialiter possit referri ad hæreticos & hypocritas, qui sanam doctrinam & bona opera exhibent à principio, & cum homines inebriati fuerint, id est, per ipsos illecti, tunc id quod deterius est virus erroris & maliciæ fermentum apponunt. Animalis igitur homo sic facit. Tu verò qui spiritualis existis, seruasti vinum bonum vsque adhuc, id est, charitatis feruorem custodisti; quia debito charitatis quantò plus soluitur, tantò magis debetur. Hoc igitur initium signorum, quæ fecit Iesus in Cana Galilææ, quoniam inter opera gratiæ primum obtinet locum conuersio peccatoris, & tunc de aqua fit vinum; quia de peccatore fit iustus, quasi de frigido calidus, de insipido sapiens, de pallido rubens. Sciendum est, quod in his nuptiis spōsus est spiritus sanctus, sponsa, gratia. Iesus, sermo diuinus, & discipuli eius mores honesti. Mater Iesu, fides Catholica, architriclinus qui præsidet in triclinio, rationalis quæ præminet inter virtutes animi naturales. Cana Galilææ conuersio peccatoris: & dies tertia, tempus gratiæ: aqua, misericordia; vinum, charitas. Deficit enim vinum, cum charitas refrigescit. Sex hydriæ sunt sex opera, quæ Christus in iudicio commendabit, quæ dicuntur lapideæ non propter duritiam inflexibilem, sed propter inexpugnabilem firmitatem. Capiunt ergo singulæ hydriæ metretas binas vel ternas: quoniam singula opera duas vel tres distinctio-

Matt. 10.
Matth. 25.

stinctiones admittunt. Ministri nanque sunt liberalitas & hilaritas, quæ opera misericordiæ administrant. Aqua, fit vinum, cum effectus misericordiæ charitatis informatur affectu. Architriclinus autem approbat vinum, quando ratio charitatem commendat. Verumtamen vnde sit, nescit: quia rationalis per se originalem causam veræ charitatis ignorat, quantum ministri qui hauserunt: quia per haustum gratiæ intelligunt veritatem. Animalis autem, id est hæreticus vel hypocrita, primum bonum vinum ponat, id est, sanam doctrinam vel honestam exhibet vitam, vt cum inebriati fuerint homines ad faciendum illis illecti, ratio id quod deterius est virus erroris vel malitiæ fermentum, apponant. Hoc est igitur initium signorum quod facit Iesus in Cana Galilææ, quando iustificat impium, conuertit iniquum, & reuocat peccatorem. Et propterea credunt in eum discipuli eius. Ad has nuptias celebrandas hodiernam stationem apud sanctum Spiritum salubriter instituimus, in quo tanquam in Cana Galilææ in loco scilicet vbi zelus transmigrandi de vitiis est ad virtutes, positæ sunt sex hydriæ, id est, instituta sunt sex opera misericordiæ, quæ sunt, pascere esurientem, potare sitientem, colligere hospitem, vestire nudum, visitare infirmum, adire incarceratum. Et est ibi mater Iesu, quoniam ibi memoria gloriosissimæ matris CHRISTI recolitur, in cuius honore ipsa est Ecclesia dedicata. Inuitatur autem & filius eius Iesus cum discipulis suis ad has nuptias salutares, quoniam effigies Iesu Christi à ministris Ecclesiæ ad hunc locum hodie venerabiliter deportatur, vt eius gloria fidelibus populis, qui conueniunt ad has nuptias pietatis & misericordiæ celebrandas desiderabiliter, demiraretur. Ne quis ergo famelicus ab his nuptiis reuertatur, vniuersi qui hac intentatione conueniunt, vt de cætero liberalius & hilarius, se exhibuerint salubriter celebrare de iniunctis pœnitentiis vnus remittatur annus ad ampliorem obtinendam indulgentiam peccatorum, vt sic aquam conuertat in vinum sponsus, Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Dominica in Septuagesima.

De graui iugo super filios Adam, in ingressu, progressu & egressu: & de occupatione honesta & vili.

SERMO I.

OCCVPATIO magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. *Eccles. 40.*



MATER omnium hominũ terra est, & eadem terra est omnium hominũ sepultura. Propter quod Iob dicebat: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. In verbis autem propositis circa statum humanæ conditionis, tria præcipuè considerare debemus: Ingressum, progressum, & egressum. De progressu, præmittitur: Occupatio magna creata, est omnibus hominibus. De ingressu subiungitur: A die exitus, de ventre matris eorum. De egressu concluditur, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium. Circa quemlibet verò statum considerare debemus, quod interponitur: Et iugum, graue super filios Adam. Graue quidem est in ingressu, grauius est in progressu, grauissimum in egressu. Merito ergo flebat & dicebat Propheta:

Mater omnium. Iob. 1. Conditio humana tria habet consideranda.

Iere. 20. Quare de vulua matris egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei. Formatus est enim homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam. Agit praua, quæ non licent; turpia, quę non decent; vana, quæ non expediunt: fiet cibus ignis, esca vermis, massa putredinis. Ecce quàm graue iugum creatum est super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Exponam id planiùs, edisseram id plenius, ostendēs de quo factus est homo, quid faciat homo, quid futurus sit homo. Formatus est homo de puluere, de luto, de cinere: quodque vilius est, de spurcissimo semine conceptus in pruritu carnis, in feruo re libidinis, in fœtore luxuriæ: Quodq; deterius est, in labe peccati: natus ad laborem, timorem & dolorem, quodq; miserius est, ad mortem. Agit praua, quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit seipsum. Agit turpia, quibus polluit famam, polluit personam polluit conscientiam. Agit vana, quibus negligit seria, quibus negligit vtilia negligit necessaria. Fiet cibus ignis, qui semper vrit & ardet inextinguibilis: esca vermis, qui semper rodit & comedit immortalis: massa putredinis, quæ semper fœtet & sordet horribilis. Si mihi non creditis, scripturæ credatis. Formauit, inquit, dominus Deus hominem de limo terræ: Propter quod ipse dicit ad Deum: Memento quæso quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Et Deus inquit ad ipsum: Cinis es, & in cinerem reuerteris. Comparatus sum, inquit, luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Audistis enim de quo formatus est homo: sed audite de quo conceptus. Quis, inquit, potest facere mundum de immundo conceptum semine? Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Nemo mundus à sorde peccati, nec infans vnius diei, qui natus est super terram. Audite ergo ad quid natus est homo. Auis, inquit, nascitur, ad volatum, & homo natus est ad laborem.

De quo factus sit homo.

Quid faciat homo.

Quid futurus sit homo.

Gen. 3.

Iob. 14.

Psal. 50.

Iob. 7.

Ad quid natus sit homo.

Cuncti dies eius laboribus & ærumnis pleni sunt: nec requiescit per noctē mens eius. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Talis ergo factus est homo. *Iob 14.*

Sed audite quid faciat homo. Gloriātur, inquit, cùm malefecerint, & exultāt in rebus pessimis. Propterea tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciāt ea quæ non conueniant, non expediūt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, ceterisq; vitiis & peccatis, quæ Paulus enumerat ad Romanos. Videns itaque Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eū q hominem fecisset in terra, tactusque dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quē creaui. Ecce quid fecit homo. *Prou. 2.* *Rom. 1.* *Gen. 6.*

Sed audite quid fiat: Exibit, inquit, spiritus eius, & reuertetur in terram suam; in illa die peribunt oēs cogitatiōnes eorum. Auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertētur. Qui quasi putredo consumendus est, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Homo putredo, filius hominis vermis: vindicta carnis impii, vermis & ignis. Vermis, inquit, eorū non morietur & ignis eorum non extinguetur. Et dabit dominus Deus ignē & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum. Verè ergo occupatio magna creata est oībus hominibus, & iugum graue super filios Adā. Beati tamen qui occupantur in bonis: quia de bonis transibunt ad optima. Miseri verò qui occupantur in malis: quia de malis transibunt ad pessima. Beati quoque qui iugum Christi portant; quod est graue in principio, sed semper in fine suaue. Miseri vero qui iugum diaboli portant, quod suaue est in principio, sed in fine semper est graue. Hanc autem humanæ conditionis miseriam *Psal. 145.* *Psal. 103.* *Iob. 13.* *Iob. 25.* *Esa. 66.* *Iudi. 16.*

Differentia inter iugum Christi & iugum diaboli.

sentiam considerat, & deplorat ecclesia, gemens & lachrymans ad introitum, cum Propheta legens & recolens lapsum humanum: Circundederunt me, inquit, gemitus mortis, dolores inferni circundederunt me. Ne verò præ nimio dolore desperet, statim in graduali misericordiam commemorat conditoris: Adiutor, inquit, in opportunitatibus, in tribulatione sperent in te, qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te domine.

Psal. 114

Psal. 9.

Occupatio vtilis, & honesta.

Occupationem autem honestam, & vtilem dominus indicat in Euangelio, conducens in vineam operarios, vt reddat illis mercedem: & Apostolus inhonestam, & inutilem occupationem in epistola edocet euitare: Nescitis, inquit, quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Ego autem sic curro, non quasi in incertum: Sic pugno, non quasi aerem verberans, & cætera. Inter iugum, & iugum Propheta distinguit in tractu, De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Ecce iugum diaboli graue, de quo dicitur per Prophetam. Computruit iugum à facie olei. Vnde mox subditur: Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Ecce iugum Christi suaue, de quo veritas inquit: Iugum meum suaue est, & onus meum leue.

Matt. 20.

1. Cor. 9.

Psal. 129.

Esa. 10.

Matt. 11.

Dominica in Septuagesima.


Matt. 20.

SIMILE est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiens primo mane conduxit operarios in vineam suam.



HAEC parabola, fratres charissimi, est plena non terrore, sed pietate; non desperatione, sed confidentia; non amaritudine, sed dulcore; non ira, sed gratia; non odio, sed amore. Quia licet multi sint vocati, pauci verò electi, fuerunt tamen nouissimi primi. Ne quis ergo desperet, quia diu multumque peccauit, misericors DEVS, quia neminem, vult perire de omni ætate, alios ad sui cultum adducit vocans ad vineam quosdam in pueritia, quosdam, in adolescentia, quosdam in iuuentute, quosdam in senectute, quosdam in senio, quibus in communi pro merito temporali reddet præmium sempiternum. Vt autem efficacius reuocet peccatores à vitiis, ad virtutes, sæpè tardius venientes, remunerat æquè. Vt cum, illi qui conuertuntur in senectute, vel in senio, prius vocantur ad gloriam, quàm hi qui in pueritia conuertuntur. Qui quoniam, æquè diligunt, æquè merentur etsi minus laborant: quoniam vis merendi non penes laborem, sed penes charitatem existit. Paterfamilias in hoc loco intelligitur Deus pater; vinea, ecclesia; operarii, iusti: Conuentio facta operariis, ex denario diurno, promissio facta iustis de præmio sempiterno. Quinque horæ, quinque, ætates intelliguntur, mane pueritia, tertia adolescentia, sexta iuuentus, nona senectus, vndecima senium, & ita sero est finis vitæ. Forum autem est seculum; otiosi, desides; pondus & æstus, labor & sollicitudo; procurator vineæ, homo Christus Iesus.

Congruè vero per has horas diei ætates hominis distinguuntur. Sic sol primo mane vsque ad tertiam horam tepet, à tertia vsque ad sextam calet, à sexta vsque ad nonam feruet, & ex tunc calor remittitur à nona vsque ad vndecimam, & ab vndecima vsque sero, donec sol faciat occasum: Ita calor naturalis in pueritia tepet, in adolescentia calet, in iuuentute feruet, & ex tunc remittitur vsque in senectutem, & senium, donec homo uergit in mortem. Est ergo paterfamilias;



Deus pater vniuersę conditor creaturę, qui creaturas suas disponit, & regit in domo. Hic primo mane exiit conducere operarios in vineam suam cum in prima ætate puero gratiæ suæ rorem infundit, & in ecclesia sua fideliter operatur. Vinea nanque domini sabaoth domus Israel est, in hac vinea vitis est Christus, & palmites sunt fideles. Sicut autem palmes non potest facere fructum à semetipso, nisi manserit in vitæ: sic ne fideles, nisi in Christo manserint. Qui vero manet in eo, hic fert fructum multum, quia sine ipso nihil

Ioan. 15. potest facere. Si quis autem in ipso non manet, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet.

Egressus autem circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dicit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Deus quippe fidelibus suis non solum quod iustum est, reddet, verumetiam supra quàm iustum est, donat: quia non sunt condignæ passiones huius tē-

Rom. 8. poris ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Semper enim remunerat supra meritum, & citra merita punit. De primis autem non dicitur qđ fuerint otiosi: quoniam ante pueritiā non est tempus merendi, vnde nihil infanti ad meritum imputatur. Sed de cæteris dicitur, quòd steterint otiosi, quoniam in cæteris ætatibus negligentia imputatur ad culpam. Otiositas enim est inimica virtutibus, sed vitiis amica. Vnde Dauid, qui semper fuit victor in bello, tandem est victus in otio, adulterium pariter & homicidium perpetrando. Quia vero damnabilior est ociositas in decrepito quàm in cæteris, cum ille sit amplius morti vicinus, idcirco in vndecima hora sub quadam exaggeratione subiungitur: Quid hic statis tota die otiosi? Quia nemo nos conduxit. Certè nemo venit ad filium, nisi pater traxerit illum: quia non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Sed nec est de talibus desperandum, quoniam dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Nam quacunque hora peccator conuersus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et alibi dicit: Ezech. 18.
Quia siue in prima, vel in secunda, vel in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

Cum autem sero factum esset, dixit dominus vineæ procuratori suo. Sero, est finis vitæ; procurator vineæ, homo Christus Iesus, cui Deus pater ecclesiam procurandam commisit. Ei ergo dominus ait, Voca operarios, & redde illis mercedem suam, quia pater omne iudicium dedit filio, qui reddet vnicuiq; post mortem iuxta opera sua, incipiens à nouissimo vsque ad primos. Vocare operarios ad mercedem, est accipere iustos ad requiem. Tarde siquidem venit, & parum laborauit latro pendens in cruce, cito tamen & multū accepit. Qui cum dixit, Memento mei domine dum veneris in regnum tuum, statim audiuit: Hodie eris mecum in paradiso. Quia vero his, quæ frequentius fiunt, similitudines adaptantur, idcirco dicitur, vt à nouissimis vsque ad primos incipiat: quoniam cum conuertuntur ad dominum adolescentes, & senes, vel iuuenes & decrepiti, prius admittuntur ad præmium senes, quàm vel decrepiti vel iuuenes, quia secundum cursum naturæ citius moriuntur isti quàm illi. Cum ergo venissent, qui circa horam vndecimam venerant, acceperunt singulos denarios. Sanè denarius, qui valet decem nummos vsuales, intelligitur in hoc loco præmium sempiternum, qui redditur pro legis decalogo temporaliter obseruato. Vel quia denarius profert imaginem regis, idcirco gloriam sempiternam denario comparat, in qua regem suum isti videbunt, non iam per speculum in ęnigmate, sed facie ad faciem sicuti est, cum similes ei erimus in ipsius imagine trāsformati, quia fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Iuxta quod ait apostolus, Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostrę configu-

tatum corpori claritatis suæ.

Venientes aūt & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem & singulos ipsi denarios. Et accipientes murmurarūt aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pōdus diei & æstus. Pondus laboris & æstus carnis principaliter & præcipuè portant adolescentes & iuuenes. Pondus diei & æstus portant, qui grauantur & vruntur in hac vita pro
1. Cor. 11. Deo, sicut apostolus, qui dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Qui vero non laborat in ecclesia secundum voluntatis diuinæ, sed potius euangelizatur in seculo secundum desiderium carnis, hic non est operarius in vinea, sed otiosus in foro. Solent autem in hoc loco multæ fieri quæstiones, quomodo verum sit, quod accipientes murmurarēt aduersus patremfamilias, cum accipientes denarium intelliguntur beati, qui accipiunt requiem pro labore, à quibus est omnis murmuratio relegata, maximè contra Deum, cuius laudibus incessanter insistūt. Iuxta quod legitur: Beati qui habitant in domo tua, domine, in secula seculorum laudabunt te. Sed neque tales mouentur inuidia contra proximos. Et quomodo arbitrati sunt, quod plus essent accepturi, cū nullus fallatur in prima, quia beatus est ille, cui omnia optata succedunt. Præterea quomodo potest esse, quod oculus alicuius beati sit nequā, cum in prima nulla sit prauitas, sed pfectissima rectitudo? Cū & apostolus, Vnusquisque mercedē accipiet secūdū suum laborem. Quomodo non amplius recipiet, qui amplius laborabit? Scriptum est enim: Reddet Deus mercedē laborum sanctorum suorū. Ab his aūt quæstionū angustiis facile liberatur, qui diuersos modos loquēdi nouit distinguere in scripturis. Hic sanè locus per hypothesin intelligi, ac si apertius diceretur: Ponatur quod accipientes vellent murmurare aduersus patremfamilias dicētes, Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pōdus diei & æstus. Certè paterfamilias sic posset eorū murmur iustè comprimere: Amice, nō facio tibi iniuriam. nonne ex denario conuenisti tecū? Tolle qđ tuum est, & vade. Quasi diceret: Accipe præmiū, & ascende præmiatus ad cœlum, quia non habebis cōtra me iustam materiam murmurandi, cum debitam tibi mercedem exoluam.

Psal. 83.

Rom. 6.

Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. An non liceat mihi facere quod volo? an oculus tuus nequam est, quia ego bonum sum? Quasi dicat: nōne licet mihi de bonitate supplere huic quod minus ei competit ex labore? In eo nanque quod duobus impariter laborantibus, sed pariter diligentibus, par præmium elargitur, euidentius sanctitatis quàm æquitatis circa vnum effectus elucet. Ex eo autem quod plurimi murmurarunt, moraliter instruit, quod cū multitudo delinquit, non est inchoāda correctio simul ab omnibus, sed diuisim ab vno, licet sit impossibile quod accipiens denarium remunerationis æternæ murmuraret contra dominum, aut qđ eius oculus sit nequam. Sicut autem in legitima facultate seponitur impossibilegratia disponendi, sicut & in hoc loco impossibile ponitur per similem causam, vt verum ostendatur, quomodo iustè valeat respōderi. Pateat itaque quod sicut erūt nouissimi primi, & primi nouissimi, vnde nullus omninò desperet siue de diuturnitate peccati, tanquàm non possit consuetudo mutari; quia Deus nōn solum pueros, adolescentes, iuuenes, verumetiam senes & decrepitos vocat ad pœnitentiam vt conuertantur & resipiscant: siue præ magnitudine peccatorum, tanquàm non possit impius dignè satisfacere de peccatis quia Deus etiam parum laborantes multum renumerat. Nec illud deterreat vltra modum, quod multi sunt vocati, pauci vero electi: qm̄ in hac paucitate, magna est multitudo: quia tot saluandi sunt ex hominibus, quot fuerunt angeli. Iuxta quod legitur: Constituisti terminos gētium secundum numerum angelorum Dei. Sed dicuntur pauci respectu malorum,


rum, quia stultorum infinitus est numerus, & peruersi difficile corriguntur. Licet autem ex eo quod est præmittitur, quia sic sunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Proinus videtur inferri qd multi sunt vocati de quibus dicitur: Voca operarios, & redde illis mercedē suam. Inde electi, de quibus subiungitur, quod accipientes denarium cœlestis beatitudinis, non possunt intelligi nisi beati, qui vniuersaliter sunt electi. Ad illam perfectam sententiam hæc cōclusio debet inferri, qua dicitur: Quod in omnem terram euangelicæ prædicationis sonus exiuit, sed nō omnes Christi euangelio credunt. Qui vero nō credit, iam iudicatus est. vnde cum plures sunt increduli quàm fideles, absque dubio multi sunt vocati, pauci electi, cum & de fidelibus multi damnentur, hi scilicet, qui fidem operibus abnegant: quia melius est viam veritatis non agnoscere, quàm post agnitionem retroire. Ab istorum ergo numero nos excipiat dispensator vineæ Iesus Christus, qui cū patre, & sancto spiritu viuit, & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

In die Cinerum seu capite ieiunii.

De ieiunij dignitate, & vtilitate: triplici solemni ieiunio, videlicet quatuor temporum, quadragesimæ, & vigiliarum: de modo ieiunij, orationis vnguento, & Eleemosynarum largitione.

SERMO I.

Matt. 6. TV cum ieiunaueris, ungē caput tuum, & faciem tuam laua.



Ieiunij dignitas. Gen. 2. DIGNITAS ieiunii multipliciter commēdatur: A loco, à tempore, ab authore. Fuit enim ieiuniū præceptū à Deo, præceptum Adæ: præceptū in principio, præceptum in Paradiso: de ligno scientiæ boni & mali ne comedas: quacunq; die comederis, morte morieris. Primum ergo præceptum, quod Deus intulit homini, de ciborum extitit abstinentia. Quod donec ipse custodiuit, fideliter p̄stitit. Vbi verò transgressus est, mortaliter corruit. Vnde per eius contrarium intelligi potest, quàm bonum sit ieiunium. Omnis enim anima, quæcunque se non humiliauerit in ipso ieiunii die, exterminabitur de populo suo. *Leuit. 23.*

Vtilitas ieiunij. Vtilitas ergo ieiunii multiplicius assignatur. Legitur. n. ieiunium valuisse ad iram Dei placandā, & veniam impetrandam: ad pœnam vitandam, & nequitiam extirpandam: ad munditiam retinendā, & ignorantiam repellendam: ad victoriam consequendam, & gratiā obtinendam. Valet ergo ieiunium ad irā placandā, secundum qd Daniel orauit dominum in ieiuniis, panem desiderabilem non comedens, carnesq; & vinū non gustans: Auertatur, inquit, obsecro ira tua à ciuitate tua Hierusalem, & à monte sancto tuo. Placare, domine, attēde & fac, ne moreris. Adhuc ipso loquēte, ecce vir Gabriel tetigit eum in hora sacrificii vespertini, & nunciauit preces eius exauditas à domino. *Iram Dei placat ieiunium. Dan. 10. Dan. 9.*

Valet ēt ad veniam impetrandā, secūdum qd ad prædicationem prophetæ viri Niniuitæ prædicauerunt ieiunium: homines & iumenta, boues & oues, & pecora non gustauerunt quidquam aut biberūt. Et vidit Deus opera eorū, quia conuersi essent cito à via sua mala, & misertus est super malitia quam locutus est, vt faceret eis. *Ieiunium veniā Dei impetrat. Ionæ 3.*

Valet ad pœnam vitandam, secundū qd Hester ad consilium Mardochæi tribus diebus & tribus noctibus ieiunauit & ex tunc ad regē ingressa impetrauit reuocationem sētiæ, quam Aman protulerat aduersus Iudæos, vt vniuersi perirēt. *Hester 4.*

Valet ad nequitiā extirpandā, secundū qd Veritas inquit in Euangelio: hoc genus dæmoniorū non eiicitur, nisi in orōne, & ieiunio. Lunaticus. n. illestri debat, spumabat, & arescebat: Stridebat per iracundiam, spumabat per luxuriā, arescebat per ignauiam. Quare? Spiritus iracundiæ, spiritus luxuriæ, spiritus ignaniæ, p orōnē & ieiuniū expellūtur. *Nequitiā extirpat ieiunium. Matt. 17.*

Valet

Mundiciā conſeruat ieiunium. Ioan. 1. Ignorantiam expellit ieiuniū. Act. 9. Col. 1.

Valet ad mundiciā retinendā, ſecundum quod Daniel & tres pueri ꝓpoſuerunt non pollui de menſa regis, neque de vino potus ipſius, & rogauerūt principē eunuchorū, ne contaminarent: comederunt legumina, & biberunt aquā, & apparuerunt vultus eorum meliores.

Valet ad ignorantiā expellendā, ſecūdum qđ Paulus fuit in conuerſione tribus diebus, & tribus noctibus nō vidēs, & non manducans neq; bibens. In quo triduo creditur Euangelium didiciſſe à ſpiritu ſancto. Vñ gloriat̃ fuiſſe ſe theo didactum: dicens: Neq; ab hoīe, neque per hominem illud accepi, neq; didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.

Victoriam conſequntur ieiunium. Iudic. 20. Gratia conſequi ieiunium.

Valet ad victoriam conſequendā, ſecūdum qđ cęteræ tribus pugnantes aduerſus Beniam in pro vxore Leuitæ, ſecundo ſuccubuerunt in prælio: donec peracto ieiunio præualentes, tribum illam pene penitus deleuerunt.

Valet ad gratiā obtinendā, ſecundum qđ ſpūs ſāctus in die Pētecoſtes ſup apoſtolos ieiunos deſcēdit, Petro teſtāte: Nō ſunt hi ebrii, cum ſit hora diei tertia.

Act. 2. Conuiuium æternum meretur per temporale ieiunium.

Quia vero lōgū eſſet ex ſacris ſcripturis ſingulas virtutes ieiunii numerare, illud potiſſimū attendamus, qđ ꝑ tēporale ieiuniū meremur æternū cōuiuiū. Iuxta qđ veritas ait: Beati q nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Edemus.n. & bibemus ſup menſam eius in regno ſuo, ſi ſic a cibis ieiunemus in corpore, vt & à vitiis ieiunemus in mente. Aliter.n. ad modicum valet ieiuniū, ſicut dñs Iudæis improperans, ait: Cum ieiunaretis p ſeptuaginta annos, nūquid ieiunaſtis mihi? Et alibi: Neomœnias veſtras, & ieiuniū veſtrū odiuit aīa mea. Et iterū: Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutis pugno impiè, & oēs debitores veſtros repetitis, &c.

Luca 6. Luca 22. Zach. 5.

Magnū ergo & ſalutare ieiuniū eſt à vitiis declinare. De quo dñs per Prophetā: Sāctificate ieiuniū. Et alibi: Hoc eſt ieiunium, qđ elegi, Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, &c. Sic ieiunauerunt apoſtoli. De quibus ait dominus: Non poſſunt filii ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus, Venient aūt dies cum auſertur ab eis ſpōſus, & tūc ieiunabūt.

Eſaiæ 1. Eſaiæ 58. Salutare ieiunium quod.

Ioel 1. Eſaiæ 58. Mat. 9. Ieiunium ſolenne triplex.

Triplex eſt aūt ſolēne ieiuniū, qđ generaliter indicit eccleſia. Primū, in quatuor tēporū obſeruātia. Secundū, in quadrageſimaliū abſtinentia. Tertiū in feſtiuitatū vigilia. Quodlibet eorū certis tēporibus, certiſq; diebus, certis rōnibus, certiſque cauſis eſt inſtitutum.

Quæ ſingula diligenter inueſtigare nos cōuenit, vt nō ſolū, quid fiat ſed qualiter fiat, & quare fiat, ex ordine cognoſcamus.

Ieiunium quatuor temporum.

Primū ergo ieiuniū eſt, qđ agit̃ in quatuor temporū obſeruātia, tribus de cauſis quater in anno fit ſub trinario videlicet, ad ꝓſequendū imperiū, ad delendū peccatū, & ad exprimendū myſteriū. Ad proſequendū imperiū agit̃ hoc ieiunium, quia præceptum eſt legis, qđ ante legem legitur obſeruatum, vt ex omnibus Deo primitiæ perſoluantur. Hoc autem præceptum etiam ad tēpus extenditur, vt ſicut quatuor ſunt anni tempora, & in quolibet tēpore ſunt tres menſes, ita nos pro primitiis quatuor vicibus ieiunemus in anno, & in qualibet vice tribus diebus ad gloriam Trinitatis.

Exod. 22. Zach. 8.

Hoc quadripartitum ieiuniū principium habuit ex veteri teſtamento, ſicut legitur in propheta: Ieiuniū quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniū ſeptimi, & ieiunium decimi, domui Iſrael vertetur in dies feſtos. Nunc aūt conuenientius ieiunatur in Martio, ſ. & in Iunio, in Septēbri, & Decembri. In Martio namque fuit mundus conditus & redēptus: & Verbum caro factū eſt, & habitauit in nobis. In Iunio lex fuit condita, & ſanctuarium inſtitutū, & præcurſor natus eſt ſaluatoris. In Septembri expiatio facta fuit, & propiciatio impetrata, & mater orta eſt redemptoris. In Decembrī mundatum fuit templum, & dedicatū, & natus eſt vnigenitus creatoris.

Ioan. 1.

Ad delendum peccatum agitur hoc ieiuniū: vt ſicut quatuor modis peccamus ſub ternario, ita quatuor vicibus ſub ternario ieiunemus,

Primo modo peccamus in patrē, peccamus in filium, peccamus in ſpiritum ſanctum. In patrem peccamus per impotentiam & fragilitatem. In filium peccamus

mus, per ignorātiam & simplicitatem. In spiritū sanctum peccamus, per duritiam, & malignitatem. Patri nanque appropriatur potentia, filio sapiētia, spiritui sancto benignitas: quibus contraria sunt impotētia, ignorantia, & malignitas. Hinc Veritas inquit in Euangelio: Qui peccat in patrem, remittetur ei, qui in filium, remittetur ei, qui in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Matt. 12.

Sap. 18.

Secūdo modo peccamus transgrediēdo legem naturæ, transgrediendo legē scripturæ, & transgrediēdo legē gratiæ. Hoc est triplex illud silentium, De quo legitur: Dum medium silentiū tenerent omnia, & nox in suo cursu mediū iter perageret, omnipotens sermo tuus domine de cęlis à regalibus sedibus venit. Primum nanque silentium incepit, quādo Cain interfecit Abel. Secundum incepit, quando sedit populus manducare, & bibere, & surrexerūt ludere. Tertiū erit vel fortè iā est, qm̄ superabundauit iniqtas, & refriguit charitas multorū.

Genes. 4. *Exod. 33.* *Matt. 24.*

Tertio modo peccamus in corde, peccamus in ore, peccamus in opere. Hi sunt tres mortui, quos dominus suscitauit, in domo, in porta, in monumento. Mors in domo est, peccatum in cogitatione: mors in porta est, peccatum in locutione: mors in monumento est, peccatum in actione.

Peccatum triplex.

Quarto modo peccatū distinguitur in peccatum origiuale, in peccatum veniale, & in peccatum mortale. Hi sunt, serpens, mulier, & vir. Serpens, idest, concupiscentia, suggerit originaliter: mulier, i. sensualitas, comedit venialiter: vir, i. ratio, consentit mortaliter. Isti sūt quatuor quadrantes: de quorum vltimo dominus dicit: Non exiet hinc, donec reddat nouissimum quadrantem, i. donec soluat in pœna, quod cōmisit in culpa. Ad exprimendū mysteriū agitur hoc ieiuniū, quia sicut numerus ascendit ab vnitate ad vnitatem, si quater fiat multiplicatio ad ternarium: sic anima cōscendit de virtute in virtutem, si quater agat ieiunium per ternarium. Fiat ergo prima multiplicatio ter vnū, tria: fiat secunda, ter tria, nouem: fiat tertia multiplicatio, ter nouem, viginti septē: fiat quarta multiplicatio, ter viginti septem, octoginta vnum. Ecce per talem multiplicationem, numerus ab vnitate ascendit ad vnitatem, significans quod per tale ieiunium aīa conscendit de virtute in virtutem, donec videat Deū deorum in Sion. Hæc aūt multiplicatio benecōpetit animæ propter quatuor sui status, quibus quatuor istæ multiplicationes conueniūt. Primus est status creationis, secundus est status vegetationis, tertius est status operationis, quartus est status resolutionis. Primo statui conuenit prima multiplicatio, quæ ab vni profluit in ternarium quoniam in statu creationis, anima suscipit, & vnitatē essentię, & ternarium potentiarū, idest, vim irascibilem, vim concupiscibilē, & vim rōnabilem. Secundo statui conuenit secunda multiplicatio, quæ à ternario ascendit ad nouenarium: qm̄ in statu vegetationis, aīa suscipit officiū regēdi corpus humanum, quod secundū naturalē contemperantiā influit, & defluit per nouē foramina, i. per duos oculos, duos aures, duas nares, vnū os, & duos inferiores meatus. Tertio statui conuenit tertia multiplicatio, quæ à nouē ad viginti ascendit: qm̄ in statu operationis anima visibiles, & corporales actiones exercet, quæ per viginti septem congruè designantur, qui numerus est solidus. Et habet triplicem dimensionem, ad similitudinem hominis, i. ad lōgitudinem, & latitudinem, & spissitudinē. Quarto statui conuenit quarta multiplicatio, quę post octoginta redit ad vnitatem: qm̄ in statu resolutionis anima post varietatem vitæ præsentis, reuertitur ad puritatem naturæ. Nā corpus qd corrumpitur, aggrauat animā. Per octoginta nanq; terminus vitæ præsentis accipitur, dicente Propheta. Si in potentatibus octoginta anni, & amplius eorū, labor, & dolor. Ecce quibus rationibus quatuor tempora ieiunamus.

Matth. 5.

Psal. 38.

Status animæ quatuor.

Sap. 6.

Psal. 89.

Ieiunium quadragesimale.

Secundum verò ieiunium, qd agitur in quadragesimalium abstinētia, tribus de causis semel in anno, sub quadragena

tio celebratur. Propter trinū exēplū, pp diuinū præceptū, & pp numeri sacrum.

Propter exēplū ergo ieiunamus quadraginta diebus, quia Christus, Moyses, & Helias totidem ieiunauerunt: ante legē, sub lege, post legē. Hoc est, in principio legis, in medio, & in fine. Ante legē
Exod. 36. Moyses ieiunauit, qui accepturus legē ascendit in mōtē, & fuit ibi cū domino quadraginta diebus panem nō comedēs & aquam non bibens. Sub lege ieiunauit Helias, qui in fortitudine cibi vnius
3. Reg. 19. panis ambulauit per desertum quadraginta dieb. vsq; ad mōtē Dei Oreb. Post
Math. 4. legē ieiunauit Christus, qui statim post baptismum assumptus est à spiritu in desertum, & ieiunauit ibi quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, & postea esuriit. Hinc forte apparuerunt discipulis Moyses, & Helias in transfiguratione loquentes cum Christo.
Matt. 17.

Quadragenarius. n. numerus sanctus
Gen. 7. est in scripturis. Nam Deus in diluuio
Num. 13. xl. dieb. & xl. noctib. aquas effudit abyssi.
Exod. 16. Nuncii Moysi xl. dieb. terrā explorauerunt
Ionæ 3. promissam Israeli. Israel xl. an-
Act. 1. nis angelorū pane nutritus est in deserto. Ionas subuersionis Niniue xl. dierū spatio prophetauit. Christus quoque post resurrectionē xl. dieb. remansit in terris. Hoc aūt tpe potius q̃ alio ieiunamus, vt sicut exemplum imitatur exemplar, ita ieiunium Christiani ieiunium Christi sequuntur. Et sicut hoc tpe per abundantiam humorū membra laxantur ad malū, ita p abstinentiā ciborum membra restringātur ad bonū. Et sicut hoc tpe per esum illiciti cibi Adam descendit in mortem, ita p abstinentiā liciti cibi Christianus ascendat ad vitā, vt
2. Tim. 1. compatiēti Christo cōpatiamur. Quia si volumus cōregnare, oportet & cōpati.
Rom. 8. Licet nō sunt cōdignæ passiones huius tpis ad futurā gloriā, quę reuelabitur in nobis: vt & mūdati p abstinentiā, puriores
1. Cor. 11. accedamus ad Eucharistiā, q̃ si qs indignè māducat, iudiciū sibi māducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

Propter præceptum vero ieiunamus
Exodi 22. xl. dieb. quia Deus in lege pcepit, vt ex omnibus decimæ psoluantur, qđ pceptū vsq; ad tēpus extenditur. Habet. n. annus solaris trecentos sexaginta quinq; dies & quadrantē: quorū decimæ sunt triginta sex dies, & dimidius, & decima pars quadrātis. Vt aūt quadragenarius numerus compleatur dierū, additur decima decimæ, quā ex præcepto legis minores Leuitæ, sūmo sacerdoti reddebāt. Ecclesia quoque decimā tpis decimans Xpo, q est pontifex futurorū bonorū, sacerdos Hebræ. 9.
in ęternū secundū ordinē Melchisedech Psal. 109.
de triginta, & quinq; dieb. accepit p decima decimę tres dies, & dimidiū ad cōplendū quadragenariū. Et qa nō restabat adhuc decimare, nisi vnū diē & quadrātē, & decimā partē quadrātis, ideo distulit cū missa ieiuniū vsq; ad noctē in sabbato sancto paschali, secūdum q dr in Collecta: Deus qui hāc sacratissimā noctē, &c. Propter sacrū quoq; ieiunamus xl. diebus. Et quadragenarius numerus est superabundans, & ex suis partibus aggregatus ascendit ad quinquagenarium. Cuius partes aggregatę sunt septē, vicenarius, denarius, octonarius, quinarius, quaternarius, binarius, & vnitas, q̃ aggregatę reddunt quinquagenariū. Quinquagenarius aūt quietē & remissionē significat, pp quinquagenariū Leuit. 25.
Iubilęū in quo debita remittebantur, & omnia quiescebāt. Ieiunamus ergo xl. dieb. p hoc significātes, quia sicut quadragenarius numerus ex suis partibus aggregatis ptingit ad quinquagenarium, ita quadragesimale ieiunium cū suis partibus congregatis perducit ad quietem, & remissionem ęternam.

Sunt. n. septē partes spiritualis ieiunii, videlicet, à septē capitalibus vitiis abstinere: à quibus tanq̃ à septē fontibus cętera vitia oriūtur. His ergo p ieiuniū arefactis, cęteri vitiorū riuuli desiccantur. Ecce quibus rōnibus quadragesimā ieiunamus. Tertiū quoq; ieiuniū, qđ agit in festiuitatū vigilia, tribus de causis indicit. Sed vt cōpēdiosè ptransēā, id Ieiunium
solū ad pſens notādū est, qđ Deus in lege vigiliarum.
pcepit, vt in pcipuis solēnitatibus oēs in Hierusalē ascēderēt ad orādū: nec appareret in cōspectu dñi vacui, sed offerēt. Nos igit in pcipuis solēnitatib. ascē Deut. 16.
dentes

dentes Ierusalem, id est, in ecclesiam ad orandum, ne appareamus in conspectu domini vacui, & præter alias oblationes etiam ieiunium dierum offerimus.

Primũ ergo ieiuniũ, est ieiuniũ primitiarũ, scd̃m est ieiuniũ decimatũ, tertiũ est ieiuniũ oblationũ. In primo ieiunio primitias mẽsiũ Deo reddimus. In scd̃o ieiunio, decimã anni psoluimus. In tertio vero ieiunio, dierũ oblationes Deo tribuimus. Ecce qbus tẽporibus, quibus diebus, qbus rationibus quibusq; causis ieiunare debemus. Quia vero Deus magis attendit modũ in facto, q̃ factum in modo, magisq; considerat, qũo aliquid fiat, q̃ qd̃ aliquo modo fiat: ipse nos instruit, qũo ieiunare debemus: Tu, inqt, cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuam laua: vnge caput tuũ, i. exhilara mentẽ vnguento orationis. Et laua faciẽ tuã, i. conscientiã tuã munda aqua miserationis. Qũ ergo ieiunas, roga simul & eroga. Sunt enim pcipuè tria vitia, s. vana gloria, gula, & auaritia, de qbus primus Adã tẽtatus est & deuictus, de eisdẽ secũdus Adã tẽtatus est & deuicit. His aũt oppositę sũt tres pricipales virtutes orõ, ieiuniũ, & eleemosina, q̃ sibi merito cõiunguntur: qm̃ his duab' virtutibus, quasi duabus alis, ieiuniũ volat ad Deũ. Vnde quũ veritas pmisisset in Euãgelio de orõne & eleemosyna, statim subdidit de ieiunio.

Matt. 6. Ieiunij modus.

Alæ duæ ieiunij. Vitia tria in ieiunio cauenda.

Sed valde cauendũ est, ne forte dũ ieiunamus, sub occasione ieiunii tria pdicta vitia cõmittam'. Quidã. n. ieiunãt ex vana gloria qdã ex gastrimargia, quidã ex auaritia. Primi sũt hypocritę, ieiunãdo mendaces. Secũdi sunt gulosi, ieiunãdo voraces, tertii sũt cupidi, ieiunãdo tenaces. Primi ieiunãt, vt occultẽt exterius, qd̃ cõtinet interius: extrà simulãt sanctitatẽ, sed intus cõseruant iniquitatẽ: nolẽtes apparere qd̃ sunt, sed volẽtes apparere qui nõ sunt. Extermināt. n. facies suas, vt appareãt hoĩbus ieiunãtes. Sed amen dico vobis, qa receperũt mercedẽ suã. Secũdi sũt gulosi, q ieiunãt vt magis comedãt, edẽres rarius, vt edãt auidius: nõ ad necessitatẽ, sed supfluitatẽ: nõ vt sustẽtẽt naturã, sed vt puocẽt gulã. At esca vẽtri, & vẽter escis. Deus aũt & hũc & hanc de-

Hypocritarum ieiunium. Mat. 6.

Gulosorũ ieiunium cuiusmodi. Auari qualiter ieiunent. Psa. 38.

struet, tertii ieiuãt, vt qd̃ subtrahũt voluptati, reponãt cupiditati: gulã euacuãt vt crumenã adimpleãt: sed thesaurizãt, & ignorãt cui cõgregẽt illud. De taliter ieiunantibus scriptũ est: Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, &c.

Esaiæ 58.

Tu aũt cũ ieiunas vnge caput tuũ, vnguento orõnis. Per vnguentũ enim orõ designat. Secũdũ illud. Ne tibi depdãt morientes sigmata muscę. Ferueat assiduè pectoris olla tui. Muscę morientes perdũt suauitatẽ vnguenti, i. importunæ cogitationes tollunt deuotionem orationis.

Vnguentum orationis. Eccles. 11. Orationis vnguentum quibus conficiatur speciebus.

Hoc aũt vnguentũ ex variis speciebus conficit: aliis ptinentibus ad substantiã orãdorũ, aliis ptinentibus ad modũ orãtiũ. Ad substãtiã orandorum, pertinent septẽ species. Hæ sunt septẽ petitiones, quæ continentur in oratione dñica, per quas duo principaliter expetuntur, s. bonorum adeptio, & malorum remotio.

Septem species ad substantiam orandorũ pertinentes. Matt. 6.

Bonorũ aũt qdã sunt ęternalia, quædã spũalia, quędã tẽporalia, ęternalia petuntur in pmiũ, spũalia petunt in meritũ, tẽporalia petunt in sustentaculũ. De ęternalibus dr: Adueniat regnũ tuũ. De spiritualibus dr: Fiat volũtas tua, sicut i cęlo & in terra. De tẽporalib' subdit: Panẽ nrm̃ quotidianũ da nobis hodie. Malorũ aũt alia sũt pterita, alia sunt psentia, alia sunt futura. Prętérita sũt dolẽda, psentia sunt vincẽda, futura sunt pcauenda. Da pteritis dr: Dimitte nobis debita nrã. De futuris addit: Ne nos inducas in tẽtationẽ. De psentibus subdit: Sed libera nos à malo. Hęc sunt illa q̃ debemus orare, sed oĩa p beatitudinẽ, dicẽte dño, Petite & accipietis, vt gaudiũ vestrũ sit plenũ. Vnde his septẽ specieb. admiscendę sunt aliæ species septẽ, id est, septem beatitudines, quas ipse Christus enumerat in Euangelio: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hæ species discretionis pistillo teruntur in mortariolo memorię, ne durum conficiatur vnguentum, id est, ne oratio fiat in peccatum. Sunt enim qui aliud orant, q̃ debent. Et sunt qui aliter orant, quàm debeant. Aliud q̃ debebat, orabat mater filiorũ Zebedei, quæ ad suggestionem filiorum accedens ad Iesum

Bona tria, quæ petuntur in oratione dominica. Mala tria à quibus liberari petimus.

Ioan. 16. Beatitudines septem. Matt. 5.

orauit

Matt. 20. orauit & petijt: Domine, dic, vt hi duo filij mei sedeant, vnus ad dexteram tuã, & alius ad sinistram in regno tuo. Propterea dominus respõdit illis: Nescitis quid petatis. Aliter quàm debebat, orabat Pharisæus, qui ascendens in templũ vt oraret, hoc apud se orabat: Domine, gratias ago tibi, quia nõ sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, sicut etiã hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quę possideo. Propter quod dominus specialiter intulit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. *Luca 18.*

Modus orãtium. Ad modum orãtium pertinent septẽ species. Hæ sunt septem virtutes, fides, spes, charitas, iustitia, fortitudo, prudentia, temperantia. His etiam admiscẽdæ sunt septem aliæ species. Hæ sunt septẽ dona gratię septiformis, quę Esaias enumerat dicens: Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Omnes hæ species deuotionis balsamo condiuntur in vasculo sapientiæ, quę est odor suauissimus domino, per quam incensum dignum efficitur in odorem suauitatis. *Esa. 11.*

Sunt enim multi qui multum orãt, sed negligenter & indeuotè, quod dominus prohibet: Cùm, inquit, oratis, nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim in multiloquio exaudiri. Tales etsi orant, aliud loquuntur in ore, & aliud meditãtur in corde. De quibus conuenienter accipitur, quod dominus ait: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me. De talibus dicitur: In ore suo benedicebant, & in corde suo maledicebant. In ore benedicunt, quia loquuntur eloquia veritatis: sed in corde suo maledicunt, quia meditantur inania vanitatis. Aliter orauerunt Moyses & Susanna, qui clamauerunt ad dominum cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Clamauerunt enim, non tam vocis intẽtione, quàm cordis deuotione, dicente Propheta: Delectare in domino, & ipse dabit tibi petitiones cordis tui. Expedit *Matt. 6.* *Esaie 29.* *Psal. 61.* *Psal. 106.* *Psal. 36.*

tamen vt cordis deuotionem, oris pronunciatio comitetur. Nam quod facit flatus carboni, pronunciatio facit deuotioni. Audi per Prophetam: Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea: Hoc vnguentum conficiendum est in secreto quodam cubili, id est, in secretario conscientiæ. Iuxta quod dominus dicit: Cum oraueris, intra in cubiculũ tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Claudendum est ostium, ne muscæ morientes subintrent, quæ perdant suauitatem vnguenti. Nã ingreditur mors per fenestras nostras. Si sic orauerimus, tũc obtinebimus quod dominus ait: Quæcunque petieritis in oratione credẽtes, accipietis. Et iterum: Quidquid petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis. Cùm ergo ieiunas, vnge caput tuum vnguento orationis. Sed & laua faciem tuam. Laua aqua miserationis. Per aquam enim eleemosyna designatur, secundũ illud: Sicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemosyna extinguit peccatũ. Vnde & eleemosyna dicitur, non solum ab elimino, sed ab heli, quod est Deus, & moys, quod est aqua. Inde eleemosyna, quasi eleemosyna, id est, aqua Dei. Quia per eleemosynam maculæ peccatorum abluuntur à Deo. *Psal. 95.* *Matth 6.* *Eccles. 10.* *Hiere. 9.* *Marc. 11.* *Ioan. 16.* *Matt. 6.* *Eccles. 3.*

Eleemosyna triplex. Hæc aqua diuiditur in tres fontes. Quorum primus manat ex corde, secundus manat ex ore, tertius manat ex opere. Eleemosyna quippe tripliciter erogatur. Ex corde, per compassionẽ: Ex ore, per correptionem: Ex opere, per largitionem. De compassione cordis dicit Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scãdalizatur, & ego nõ vror? Peccata proximorum, frixoria sunt iustorum. De correptione oris dominus ait: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ. De largitione operis inquit Propheta: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagos que induc in domum tuam. Singuli vero fontes in duos riuulos diuiduntur. Quorum primus decurrit ad nos, secundus decurrit ad proximos. Eleemosyna siquidem danda est ordinatè. Primò nobis, *2. Cori. 11.* *Matt. 18.* *Esaie 58.* *Eleemosynã ordinatè dandam esse.*

Eccles. 30. bis, secūdò proximis. Crudelis enim & *Matth. 6.* fatuus, qui alii compatitur, & sibi non *Esaiae 30.* miseretur: qui alium castigat, & se non emēdat: qui alii subuenit, & se decipit. Ecōtra praecipitur: Miserere animę tuae placens Deo. Eiice primò trabē de oculo tuo, & tunc educes festucam de oculo fratris tui. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Si *Lucae 11.* sic dederimus, eleemosynas, tunc sanè merebimur, quod dn̄s ait: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Eleemosyna quidem maximam fiduciam praestat apud altissimum.

Cum ergo charissimi ieiunamus, vngamus caput nostrum oleo deuotę orationis, & lauemus faciem nostrā aqua piae miserationis, illo misericorditer cōcedente, cuius verba sunt optimis vnguentis fragrantia, qui est fons vitae aquae viuae salientis in vitam aeternam, dn̄s Iesus Christus, qui est Deus benedictus in saecula. Amen.

In eodem die Cinerum.

De tribus colligationibus impietatis, nimirū haereticorum, peccatorum & damnatorum: de tribus funiculis peccatorum, quibus clerici vt plurimum detinentur ligati, & de dissolutionibus colligatorum.

SERMO II.

Esaiae 58. HOC est maius ieiunium qd̄ elegi: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes.

SI dignè volumus obseruantiam ieiuniorum celebrare, hoc ieiunium prae caeteris obseruemus, de quo dn̄s loquitur per Prophetam: Hoc est maius ieiunium quod elegi: dissolue colligationes impietatis, &c.

Tres colligationes impietatis legimus in scripturis, haereticorū, peccatorū, & damnatorū. Colligationes haereticorū, sunt falsa dogmata. Colligationes peccatorū, sunt praua opera. Colligationes damnatorū, sunt aeterna supplicia.

De colligationibus haereticorum ait meretrix in parabolis: Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Aegypto. Meretrix enim, id est, haeretica prauitas, intexit lectulum suum, id est, doctrinam suam confinxit, funibus, id est, deceptionibus subtilibus quidē, sed tortis: vt eius castigatio sit quasi funiculus triplex qui difficile rumpitur, cōtextus de theologicis authoritatibus, de Rhetoricis floribus, & de dialecticis argumentis. Sacras autem authoritates peruertit, sophisticas argumentationes inducit, rhetoricos sermones exornat: simplices fallit, vt vagos alliciat, vt incautos seducat. De talibus enim dicit Propheta in Psalmo: Quoniā quę perfecisti, destruxerunt. Testimonia quippe sacrae scripturae, quae spiritus sanctus p̄fecit, haeretici destruunt, dum illa peruertunt. *Psal. 10.* Porrò scriptura docente didicimus, ꝙ qui sophisticè loquitur, odibilis est. Non est enim illi data à domino gratia: sed omni sapientia defraudatus est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudētium reprobabo. *Eccle. 37.* *1. Cor. 1.* Praesertim eorum, qui veritatem Dei detinent in mendacio. Quorum praedicatio nō est in ostensione spiritus & virtutis, sed in persuasibilibus humanae sapientiae verbis. Isti sunt caupones, qui secundum Prophetam aquā vino commiscent, qui fel draconum in *Esa. 1.* aureo calyce Babylonis propinant, qui *Hie. 12.* circumeunt mare & aridam, vt vnū pro *Matt. 22.* selytum faciant. Isti sunt illae vulpeculae, *Can. 2.* de quibus sponsa dicit in Canticis: Capite nobis vulpes paruulas, quae demoliuntur vineas. Quarū caudas Samson ad inuicem colligauit, ignem apponens vt incenderent segetes Philistinorum. Sed ecce iam publicè docent & pręedicant liberè, ita ꝙ nisi colligationes eorum citò fuerint dissolutae, timendum *Iudi. 15.* est nobis, vt non solùm infirma, sed & pars syncera trahatur. Dissoluamus ergo colligationes impietatis: quoniam hoc est maius ieiunium qd̄ elegit dn̄s.

De colligationibus peccatorum inquit Propheta: Vae qui trahunt peccata *Esaiae 5.* quasi longam restem, Haec quoq; restis conne-

connectitur ex tribus funiculis. De quibus Ioannes Apostolus ait: Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. *1. Ioan. 2.*

Concupiscẽtia carnis, ad voluptates, concupiscentia oculorũ, ad opes, superbia vitę pertinet ad honores. Voluptates aũt luxuriosum faciunt, opes auarũ, honores superbũ. His tribus funiculis nos clerici pręcipuè colligamur. Funiculus enim luxurię, peccatis exigẽtibus, ita nos detinet alligatos, vt nõ erubescamus mulierculas in domibus publicè retinere, de quibus aliquę nuper fuerũt turpiter captæ & violẽter abstractę, grauiter flagellatę, in magnam clericorum infamiã, multum opprobrium sacerdotum. Nobis aũt dr̃ per prophetam: Mundamini, qui fertis vasa dñi. Nam & in veteri sacerdotio, lotis manibus & pedibus, oĩa sacerdos fœminalia induebat. Certè, cũ Dauid fugeret persecutionem Saul, venit cum suis in Nobe ad Abimelech sacerdotem, postulans sibi dari vel quinq; panes ad esuriẽ expellendã. Cui sacerdos respõdit: Non habeo panes laicos ad manum, sed tñ̃ panem sanctũ: si mũdi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducẽt. Quia panẽ sanctũ dignè mãducare non possunt, nisi qui mũdi sunt à coitu mulierũ. Turpe dictu, sed turpissimũ actu: dici liceat, vt agi non libeat. Quidã nocte filiũ Veneris agitant in cubili: manè filiũ virginis offerũt in altari. Nocte Venerẽ amplexantᷣ, manè virginẽ venerantᷣ. At si verũ est, imò qa verũ est, qd dicit Apostolus: Fornicatores & adulteri regnum Dei non possidebunt. *Clerici tribus funiculis peccatorum detinẽtur ligati. Esaie 52. Exod. 19. 1. Reg. 21. Incontinentium clericorum turpitudo. 1. Cor. 6.*

Sed & funiculus auaritiæ peccatis exigentibus, ita nos detinet alligatos, & vt multi nostrũ non erubescant mercari, non timeant fœnerari, à propheta vsque ad sacerdotes oẽs auaritiæ studeat: & à maiore vsq; ad minorem oẽs faciũt dolum. Dñs aũt facto flagello, vẽdentes & ementes eiecit de tẽplo, æs negociatorũ effudit, & mensas nummulariorũ euertit. Auarus enim sacerdos, non Deo seruit, sed idolo. Nã vt inqt Apostolus: Auaritia est idolorũ seruitus. Scriptũ est enim: nihil est auaro scelestius: & nihil est iniquius q̃ amare pecuniã. Quia radix omniũ malorũ est cupiditas. Ex hac radice procedit, quod subditorũ peccata palpamus: quasi canes muti, nõ valentes latrare, ne fortè subtrahãt nobis oblationes, decimas atq; primitias. Ex hac radice procedit, q̃ alienos parochianos seducimus, & inuadimus parochias alienas, mittẽtes falcẽ in messẽ alienã, & trãsgredientes terminos, quos posuerũt pr̃es nr̃i, vt nobis ex eleemosynis q̃stus accrescat. *Funiculus auaritiæ. Hie. 6. Ioan. 2. Ephes. 5. Eccles. 10. 1. Tim. 3. Auaritia clericorum quanta mala gignat. Esa. 50. Prouer. 22.*

Sed & funiculus superbię, peccatis exigẽtibus, ita nos detinet alligatos, vt iam magis velimus superbi q̃ humiles apparere, incedẽtes extẽto collo, eleuatis oculis, erecta ceruice, magnificãtes fimbrias phylacteria dilatantes, quęrẽtes primos recubitus ĩ cęnis, primas cathedas in synagogis, & vocari ab hoibus rabbi. Sic iã ornati prodimus, vt magis sponsi q̃ clerici videamur. Qui mollibus vestiũtur in domibus regum sunt. Iustus aũt elegit abiectus esse in domo dñi, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ. Nõ in veste preciosa dicit Apostolus. Nã diues ille qui induebatᷣ purpura & bysso, sepultus est in inferno. Tanta est superbia clericorũ, vt nunq̃ ad satisfactionẽ priores possint humiliari, non imitãtes eũ qui dicit: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde, qui nõ venit ministrari, sed ministrare: Sed illũ, qui posuit sedem suã ad aquilonẽ, vt esset similis altissimo. Qui est rex sup oẽs filios superbię. Isti sunt fasciculi deprimẽtes, de quibus cũ Propheta dixisset: Dissolue colligationes impietatis, cõsequenter adiunxit: Solue fasciculos deprimẽtes. Impietas enim super talẽtum plũbi sedere describitur. Propter qd alibi legitur: Iniquitates meæ, supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Nã impius cũ venerit in profundũ vitiorũ, contemnit. Dissoluamus ergo colligationes impietatis: qm̃ hoc est maius ieiuniũ qd elegit altissimus. *Funiculus superbiæ. Matth. 23. Matth. 11. Psal. 83. 1. Tim. 2. Luce 16. Superbia sacerdotũ notatur. Matth. 11. Matth 20. Esa. 14. Iob. 41. Esaie 58. Psal. 37. Prouer. 17. Matth. 13.*

De colligationibus damnatorũ dñs inquit in Eũãgelio: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. *Damnatorum restis*

Sed

Ex tribus funiculis connectitur. Sed & iste funiculus connectitur ex tribus funiculis. Qui sunt, obscuritas tenebrarum, acerbitas pœnarum, diuturnitas miseriarum.

Ignis enim gehennæ semper ardebit, & nunquam lucebit: semper vret, & nunquam consumet: semper afficiet & nunquam deficiet. Ligatis, inquit, manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentiū. *Matt. 22.* Ibi erit vermis qui nō moritur, & ignis *Esa. 66.* qui non extinguitur. Dimitte me, dicit *Iob. 10.* Iob, vt plangam paululum dolorē meū, antequam vadam ad terrā tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tantam enim in pœnis reprobi sustinebunt angustiā, vt nihil cogitare valeant præter pœnas: Sed illuc dirigent impetum cogitationis, vbi sentient vim doloris, Salomone dicente: *Eccles. 9.* Nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas. Si iústus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Audite Ioannē in Apocalypsi dicentem: In diebus illis quærent hoies mortem, & non inuenięt eam. Desiderabūt enim mori, & fugiet *Apoc 9.* mors ab illis. Dies illa, dies iræ, dies tri*Soph. 1.* bulationis & angustiæ: dies calamitatis & miserię: dies tenebrarum & caliginis: dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clāgoris. Dissoluamus ergo colligationes impietatis, quoniam hoc est maius ieiunium quod elegit altissimus.

Quia verò non sufficit medicos causam infirmitatis agnoscere, nisi studeāt medicinam salutis adferre, postquā species colligationum ostendimus, etiam modos dissolutionum dicemus. Dissol*Dissolutionū modi.* uamus ergo colligationes hæreticorū, per fidelem doctrinam. Colligationes peccatorum, per humilem pœnitentiā. Colligationes damnatorum, per finalem perseuerantiam. Apostolus enim inquit ad Timotheum: Attende tibi & *1. Tim. 4.* doctrinæ, insta in illa Hoc enim faciēs, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Spiritus enim manifestè dicit, Quia in nouissimis temporibus discedent quidem à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentes mendacium, & cauteriatam habentes conscientiā, prohibētes nubere & abstinere à cibis, quos Deus creauit. Qualiter autem sit hæc colligatio dissoluēda, statim docet Apostolus, dicens: Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum. Nam vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona. Dissoluamus ergo colligatio- *Colligationes hæreticorū vt dissoluendæ.* nes hæreticorum, per fidelem doctrinā: quoniam hoc est maius ieiuniū quod elegit dominus. Porrò quacunque hora peccator cōuersus fuerit & ingemue- *Ezech. 18.* rit, vita viuet, & non morietur, ait dominus. Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Peccatū autem quod per pœnitentiam non dissoluitur, suo pondere statim ad aliud trahit. Et sic efficitur restis illa, de qua dicit Propheta: Væ, qui trahunt peccatum quasi longam restem. Propter qđ Petrus Apostolus ait: Pœnitemini igi- *Esaiæ 5.* tur & conuertimini, vt deleantur vestra *Actor 3.* peccata. Dissoluamus igitur colligatio- *Colligationes peccatorum vt dissoluendæ sunt.* nes peccatorum, per humilem pœnitentiam: quoniam hoc est maius ieiuniū quod elegit altissimus. Quia verò canis reuersus ad vomitum, est homo rediens ad peccatum, si iuxta sententiam veritatis *2. Pet. 2.* dimissa sunt tibi peccata, vade, & am- *Ioan. 5.* plius noli peccare: quoniam qui perse- *Matth. 10.* uerauerit vsque in finē, hic saluus erit. *Gen. 37.* Hinc est quod Ioseph inter fratres talarem tunicam habuisse describitur, & *Damnatorū colligationes vt dissoluendæ.* cauda hostiæ in altari iubetur offerri. Dissoluamus igitur colligationes damnatorum per finalem perseuerantiā, ipso præstante, qui est super omnia benedictus Deus in secula seculorū. Amen.

Dominica prima in Quadragesima.

De tribus tentantibus, Deo scilicet, & dæmone, & homine: & de quibus diabolus Christum tentauerit, circa quæ tamen docet septem esse obseruanda; item de astutia diaboli vnde comprobetur, & de causis tentationum.

SERMO VNICVS.

Matth. 4. DVCTVS est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo: & cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Lucæ 4. *Tentatur homo à tribus, sed diuerso modo.* TRES sunt qui tentant, Deus, dæmon, & homo. Sed Deus tentat semper ad bonum, dæmon semper tentat ad malum. Homo verò quandoque tentat ad bonū, quandoque tentat ad malum. Deus semper tentat ad bonum, quia semper bonus est. Dæmon semper tentat ad malum, quia semper est malus. Homo verò quandoq; tentat ad bonum, quandoque tentat ad malum, &c. quia quidam bonus est, & *Iacob.1.* quidam malus est. Deus enim intentator malorum est. Vnusquisque enim tentatur à sua concupiscentia abstractus & illectus.

De his tribus personis statim dicitur in principio: Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Ductus est Iesus, ecce homo. A spiritu, ecce Deus. Vt tentaretur à diabolo, ecce dæmon. Illuc enim eum spiritus duxit diuinus, vbi eum erat malignus spiritus tentaturus. Ad ieiunandum duxit illum spiritus diuinus, sed ad tentandum sumpsit eum spiritus malignus. Deus autem ten*Psal. 25.* tat, vt probet: dæmon tentat, vt fallat: ho*Actor. 6.* mo tentat, vt inuestiget. De primo dici*Dan. 1.* tur: Proba me domine, & tenta me. De secundo legitur: Cur sathanas tētauit cor tuum? De tertio scribitur: Tenta nos ob*Tentatio dæmonis circa quæ versetur.* secro diebus decem.

Dæmon autem principaliter tentat, per voluptates, per opes, & per honores. Nam quicquid est in mundo, aut concu*1. Ioan. 2.* piscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Concupiscentia carnis, ad voluptates; concupiscētia oculorum, ad opes superbia vitæ, pertinet ad honores. In voluptatibus tentat per gulam, & per luxuriam. In opibus, tentat per cupiditatem & auaritiam. In honoribus, tentat per superbiā & iactantiam.

De his tribus diabolus tētauit Iesum, de gula videlicet, auaritia, & iactantia. De gula tētauit, eum ait: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. De iactan- *Matt. 14.* tia tentauit, eum dixit: Si filius Dei es, mitte te deorsum. De auaritia verò tentauit, eum inquit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Attende diligenter astutiam tentatoris. Tentat enim ex diuersis causis, in diuersis locis, diuersis modis. De gula, de iactantia de auaritia. In deserto, in tem- *Dæmonis astutia.* plo in monte. Suggerendo, argumentando, & promittendo. Suggerendo eum di- *Psal. 90.* cit: Dic, vt lapides isti panes fiant. Argumentādo, cū intulit: Scriptum est enim, Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Promittendo, cū inquit: Hæc omnia tibi dabo, vt quem ex vna causa non poterat, ex alia causa seduceret. Quem in vno loco non poterat, in alio loco deciperet. Quem non poterat vno modo, falleret alio. Sed nullo modo profecit, quia Christus semper repulit tentatorem & superauit omnino. Non per sublimitatem potentiæ, sed per authoritatem scripturæ. Per hoc *Scripturæ testimoniū tentationi opponendū.* nos docens & instruens, vt quotiens nobis graues tentationes emergunt, recurramus ad testimonia scripturarum. In quibus inuenimus & speculum, quod miremur, & exemplum, quod imitemur.

Septē quædam circa Christi tentationē notanda. Porrò circa tentationem huius, septē præcipuè considerare debemus, quæ docet nos Euangelista notare, videlicet, personam, locum & tempus, causam & modum, & ordinem, &, qui post omnia sequitur, finem. Personam scilicet, quæ tentatur: quia Iesus est ductus à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Locum, vbi tētatur: quia ductus est in desertum. Tempus, quando tentatur: quia cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Causam, ex qua tentatur: quia postea esuriit. Modum, in quo tentatur: quoniam accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Ordinem, secundum quem

ipse tentatur: quoniam assumpsit eũ diabolus in sanctam ciuitatem, statuens eũ super pinnaculum templi. Et iterum assumpsit ei in montem excelsum valde, ostendens ei omnia regna mundi. Finẽ, ad quem tentatur: quia reliquit eum diabolus & accesserunt ad eum angeli, & ministrabant ei.

Circa quodlibet istorum duo quędam debemus distinguere.

Circa primum debemus attẽdere personam tentatoris, & personam tentati: quia ductus est Iesus à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Iesus ergo tentatur, & diabolus tentat.

Circa secundum debemus notare locum solitarium, & locum assiduum: quoniam intra desertum assumpsit eum in montem excelsum. Et intra ciuitatẽ statuit supra pinnaculum templi.

Circa tertium debemus attendere tempus post baptismum, & tempus etiã post ieiunium. Quia cùm baptizatus fuisset, tunc, vt dicit Euangelista, ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur, & ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Circa quartum debemus notare causam potestatis, ex qua ieiunauit; & causam infirmitatis, ex qua esuriit.

Circa quintum debemus attẽdere modum tentandi secundum qualitatem naturæ. Quia cum Iesus esuriisset, suggessit ei diabolus: Dic, inquiens, vt lapides isti panes fiant. Et secundum authoritatem scripturæ, quia cum suggessit vt mitteret se deorsum, adiecit: Scriptum est enim, quia angelis suis mãdauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Circa sextum debemus notare ordinẽ. Quia post gulam tentauit de iactantia, & post iactantiam tentauit de auaritia. Nã cum assumpsisset eum in sanctam ciuitatem, & statuisset eum supra pinnaculum templi, ac illi dixisset: Si filius Dei es, mitte te deorsum: iterum assumpsit eum in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.

Circa septimum debemus attẽdere recessum spiritus maligni. Quia tunc reliquit eum diabolus: & accesserũt benigni spiritus, Quoniam accesserunt angeli & ministrabant ei. Ecce licet in superficie simplex appareat textus euangelicę lectionis, latet tamen sub cæra fauus, sub cortice nucleus, sub spica frumentum.

Eruderemus itaque puteum, quia altus est, & hauriamus aquã in gaudio de fontibus saluatoris. *Ioan. 2.* *Esa. 12.*

Tentauit ergo non qualiscunq; tentator, sed ipse diabolus, qui super omnes tentatores malignos probatus astutus, & ex subtilitate naturæ, & ex antiquitate temporis, & ex assiduitate fallẽdi. Ex subtilitate naturæ, iuxta quod ei dicitur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & pfectus decore in paradiso Dei fuisti. Ex antiquitate temporis, quia prima est creatura, non quod cunctas præcesserit, sed quam nulla præcessit. Iuxta quod dicitur: Quomodo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? Ex assiduitate fallẽdi, Quoniam aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit semper quærens quem deuoret. Hic ergo tẽtator tam subtilis, callidus & antiquus, tentauit non hominem qualemcunque, sed ipsum Iesum, ductum à spiritu vt tentaretur à diabolo. Non peccatorem, sed saluatorem. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Pręcaueat sibi ergo peccator, quia tentatus est ipse saluator: nec sit iustus omnino securus, quia tentatus est ipse Deus. Sed non desperet homo quilibet cum tentatur, quia tẽtatus est pro nobis ipse Saluator, vt sua tẽtatione vinceret nostram, qui sua morte nostram peremit.

Astutia diaboli probatur ex tribus. *Ezech. 28.* *Esaiæ 14.* *1. Pet. 2.* *Esaiæ 53.* *1. Petr. 2.*

Tentauit aũt nõ in foro, sed in deserto: non in triuio, sed in templo: non in valle humili, sed in monte sublimi. Idẽ ipse qui tentauit in paradiso, tentauit in eremo. Sed in paradiso tentauit primum Adam, & deuicit. In eremo tentauit secundum Adam, & deuictus est. Quia nõ est potentia, non est sapientia, non est cõsilium contra Deum. Non sit ergo monachus securus in claustro, non sit eremita securus in solitudine: quia tẽtatus est Adam in paradiso, quia tentatus in deserto Iesus. *Gen. 3.* *Matth. 4.* *Prouer. 21.*

Tenta-

Tentauit etiam non post conuiuium, sed post ieiunium non post peccatũ, sed post baptismum: quia magis insistit, satagit, & laborat, vt seducat tam magnum q̃ paruum, tam iustum q̃ impium, sapientem q̃ fatuum, vt in seductione magni, seducantur & parui: & in seductione iusti, seducantur & impii: in seductione sapiẽtis, seducantur & fatui. Scriptũ est enim, Quia sub vmbra dormit, & in secreto calami, in locis humentib⁹. absorbet fluuiũ & non mirabitur: habet enim fiduciã, ꝙ influat Iordanis in os eius. Cùm enim quis ab errore ad veritatem, à vitiis ad virtutes, & à diabolo ad Christum conuertitur, tunc maiores contra se tentationes, & grauiores in se persecutiones perpetitur. Vnde filios Israel in deserto, post exitum de Aegypto, Amalechitę grauiter leguntur impugnasse. Propterea sapiens monet & hortatur: Fili, cùm accesseris ad seruitutem Dei, præpara cor tuum ad tẽtationem. Ecce dubium est, si quis hic tentationem non habuerit, in futuro q̀s scit si saluabitur. Ab hac igitur tentatione maligna, vel potius ab huius tentatione maligni, nulla persona excipitur, nullus locus excluditur, nullum tempus discernitur: vbique dolus & laqueus, vbiq; fouea & tendicula.

Iob. 40.

Conuersi ad Deum grauius à diabolo impugnantur.

Exod. 14.
Eccles. 2.

Verè tentatio est vita hominis super terram. An non verè tentatio? cùm multiplices hostes vndique semper insidiẽt vt capiant, persequantur vt perimant, dęmon & homo, mundus & caro. Dæmon cum vitiis, homo cum bestiis, mundus cum elementis, caro cum sensibus. Propterea plorat, & clamat Apostolus: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et Psalmista dicebat. Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo domine.

Iob. 7.
Hostes quatuor.
Rom. 7.
Psal. 141.

Diabolus enim causas idoneas ad tentandum, & assumit inuentas, & inuenit assumendas. Ad tentandum quippe de gula, causam idoneam assumpsit inuentam: quia cũ ieiunasset Iesus quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & postea esuriisset, accessit ad eum tentator & ait: Dic vt lapides isti panes fiant: intendens illi si posset per nimiam auiditatem edẽdi trahere ad peccatũ, sicut olim Esau, qui famem sustinere non sufferens, pro lentis edulio vendidit primogenita.

Matth. 4.
Gen. 25.

Nos ergo fratres & filii caueamus astutiã tentationis, ne fortè cùm ieiunamus, per nimiam auiditatem edẽdi trahamur ad culpam. Quia non solùm in variis ferculis & lautis cibariis, sed in hora præuẽta, & in appetitu immoderato peccatur. Vnde non ait: Dic vt lapides isti carnes fiant, aut pisces, ne fortè in cibis lautis & variis deprehendatur faciliùs astutia tentatoris: Sed dixit: Dic vt lapides isti panes fiant, vt si famis impatiens, lapides mutaret in panes, nimia deprehenderetur auiditas comedẽdi. Attendãt hoc illi, qui varios exquirendo sapores, substantiam cõuertunt in accidens, & naturam in artẽ, vt prouocent & reuocent appetitum.

Gulæ species tres.

Ad tentãdum verò de auaritia causam idoneam assumendam inuenit: quia duxit illũ diabolus in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriã eorum, & ait: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Attendite diligẽter insidias inimici. Vt enim traheret illum ad casum, in mõtem excelsum assumpsit: quia quantò maior excellentia, tantò grauior est ruina. Et vt excitaret & inuitaret concupiscentiam oculorum, ostendit & promisit oĩa regna mundi & gloriam eorum. Sed cùm prius tentasset, neq; seduxisset de vitio corporali, hoc est, de gula, rursus tentat de vitio spirituali, hoc est, de auaritia. Dñs autem contra defectum carnis, virtutem mentis obiecit: respondens secundum authoritatẽ scripturæ, ꝙ non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et cõtra cupiditatem & auaritiam, quę secundum Apostolum, seruitus est idolorũ, diuinã opposuit seruitutẽ, secũdum authoritatẽ scripturæ respondens: Dñm Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies, id est, soli Deo seruitutem adorationis impendes.

Deut. 8.
Col. 3.
Deut. 7.

Ad tentandum & de iactantia, causam assumpsit idoneã, & congruũ locũ inuenit. Qm̃ assumpsit eũ in sanctã ciuitatẽ, & statuit eum supra pinnaculũ tẽpli, dicens: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Duo sunt de quibus hoĩes se magis consueuere iactare, dignitas & scientia. Doctores de sciẽtia, sacerdotes de dignitate.

 Ideoq;

Ideoque de iactantia tentaturus, statuit eum supra pinnaculum templi: qui locus est proprius doctorum & sacerdotū. Et quoniam qui se iactant, laudem humanam desiderant, & expetunt humanum fauorem, idcirco de iactantia tentaturus, eum non in locum desertum, sed in ciuitatem sanctam assumpsit: vt cùm fauoris applausu ab hominibus laudaretur. Vt autem persuaderet faciliùs quod dicebat, propheticum protulit testimonium, sed illud ad alienum sensum peruertit, vt spiritus erroris hæreticam instrueret prauitatem.

Porrò quum ex diuersis causis, in diuersis locis, diuersis modis, tentasset, nec profecisset, confusus abcessit. Quia reliquit eum diabolus, & accesserunt angeli & ministrabant ei. Quid autem ministrabant angeli, an cibum esurienti? Sed quicquid ei angeli ministrauerunt, moraliter nos instruimur, quia si tentationes diaboli curauerimus cautè repellere, profecto nobis angeli ministrabunt.

Oremus ergo fratres & filii dominum nostrum Iesum Christum, vt qui tentatoris superauit astutias, ipse nos liberet ab insidiis tentatoris, nec nos permittat in tentationem induci, sed si quando forte tentatio nos apprehendat humana, non permittat vsque ad consensum tentari: Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen. Cor. I.

In Sabbato quatuor temporum.

Christi transfiguratio, & discipuli tres quid designent, de vestimentis Christi, de multiplici transfigurationis comprobatione, de casu bonorum & malorum diuerso.

SERMO VNICVS.

ASSVMPSIT Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matt. 17.



QVIA fidelis est dominus in promisso, ideo quod promisit, adimpleuit. Promiserat enim apostolis dicens: Sunt quidam de hic stãtibus, qui non gustabunt mortē, donec videant filium hominis venientem in regno suo, id est, in ea claritate, in qua peracto iudicio apparebit in regno. Matt. 16.

Sed ecce promissum impleuit, quia post sex dies assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Sex enim sunt dies, in quibus oportet hominem operari: septimo autem die requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat. Rectè igitur hæc transfiguratio post dies sex facta fuisse narratur, quia glorificatio futura promittitur in requie post laborem, tanquam in septenario post senarium. Matt. 17. Marc. 9. Lucæ. 9. Lucæ. 13.

Et propter eandem causam bene Lucas dicit, Post dies octo: quoniam hæc transfiguratio, in octaua resurrectionis ætate promittitur affutura. Quamuis & secundum literam non discordet, quod post sex dies secundum Matthæum & Marcum, & post octo secundum Lucam huiusmodi transfiguratio facta fuisse docetur: cum illi medios dies tantùm commemorēt, iste vero, & primum præmisit, & vltimum quo compleuit, adiunxit. Lucæ. 9.

In transfiguratione verò Iesus non substantiam assumptæ carnis amisit, sed gloriam futuræ resurrectionis ostendit. Sed ante omnia potest quæri, qualis fuerit illa visio: vtrum spiritualis an potius corporalis. Quędam spiritualis esse videtur, quia secundum quod discipuli erant somno grauati. Verùm in somno non apparet vera visio, Sed tantùm imaginaria; & ideo visio illa non videtur corporalis, sed spiritualis. Præterea cùm Moyses veraciter esset mortuus, si tunc corporaliter apparebat, videtur ergo, quòd surrexisset cùm vero corpore; aut Num. 27. Deut. 32. & 34.

iterum

iterum fuit mortuus, & sic fuit contra iu stitiã sine culpa. Punitur, quia quælibet mors est pęna: aut perpetuo mãsit viuus,
1. Cor. 15. & ita Christus contra verbũ Apostoli, nõ
Col. 10. fuit primitiæ dormientiũ, quia nõ surre xit primus immortalis, & impassibilis. Econtra vr̃ φ illa visio fuit corporalis,qa sacra scriptura manifestè distinguit inter spiritualẽ visionẽ & corporalẽ. Euangeliũ verò spiritualem visionẽ cõmemorat, tũc perhibet eam factã in somno vel in excessu,quemadmodum angelus apparuit Io-
Math. 1. seph dicens: Ioseph fili Dauid, noli time
Act. 10. re,accipe Mariam coniugẽ tuã. Expressè dr̃ φ in somnis apparuit, cùm Petrus vidit cœlum apertũ, & descendẽs vas quoddam,velut linteũ magnũ quatuor initiis submitti de cœlo in terram. Expressè dr̃, φ cecidit super eum mentis excessus. Qñ verò corporalem visionem cõmemorat,
Lucæ 2. tunc narrat rem gestã: Quemadmodum
Math. 2. vbi dr̃, φ angelus Dñi stetit iuxta pastores,& claritas Dei circumfulsit illos,& timuerunt timore magno. Et vbi dr̃,quod Magi videntes stellam in Oriente, venerunt Hierusalẽ, dicẽtes: Vbi est qui natus est Rex Iudęorum? Pręterea nisi visio ista vera,procùl dubio non fuisset verũ signũ glorificationis futuræ,qm̃ verũ non rectè signat per falsum. Quid ergo dicemus? vtiq; φ hæc visio exstitit corporalis,quia sicut corporales adsumpsit discipulos, & adduxit ad montẽ illos corporaliter: trãsfiguratus est ante eos & in veritate resplẽduit facies eius sicut sol,& vestimẽta eius facta sunt alba sicut nix. Licet ergo Petrus,& qui cũ illo erãt, essent somno grauati, non tñ visionem istã in somno viderunt:quia sicut idẽ Euangelista testatur, euigilantes viderunt maiestatem eius & duos viros,qui stabant cũ illo. Moyses verò siue corpus aereũ sumpserit, sicut angeli,cùm apparent hominibus;siue veraciter resurrexerit, procùl dubio rediit,vnde venerat. Et si dicatur eũ obiisse, mors illa non fuit pœna: quia ex illa nullum sensit dolorẽ. Sicut aũt post resurrectionẽ ad instruendam fidem,etiã in corpore immortali, signa mortalitatis exhibuit, qñ lateris aperturam, & locum clauorũ ostendit: sic & propter assertionem fidei ante resurrectionẽ immortalitatis signa in corpore mortali monstrauit. Quia resplenduit facies eius sicut sol,& vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.

Verum quia mirum erat, & mirabile quod monstrabat, vt firmius crederetur, voluit illud multiplici testimonio cõprobare. De cœlo scilicet,& de terra:de paradiso, & de inferno. A Deo, & homine: à viuis,& mortuis: per pręteritos, & pñtes:per legem,& prophetas,qm̃ apparuerunt eis Moyses & Helias, cũ ipso loquẽtes. Et ecce nubes lucida obumbrauit illos, & vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Vox de nube perhibuit testimonium veritati de cœlo.

Discipuli autem in monte fuerunt te- Zach. 9.
stes veritatis in terra. Moyses de inferno, quia nondum Christus eduxerat vinctos suos de lacu,in quo nõ erat aqua. Helias de paradiso, in quo cum Enoch vsque ad tribulationem vltimam futuram per Antichristum creditur permansurus.

A Deo patre vox illa processit: Hic est filius meus dilectus. Ab hoĩe Petro verbũ illud exiuit: Domine,bonum est nos hic esse. Viuus erat Helias, mortuus Moyses. At ille viuus erat, sed morietur: iste vero mortuus, sed victurus. Ambo tamẽ præsentes erant, is vt legifer, hic vt propheta: vt rei miræ mirabile testimoniũ perhiberent. Per illos,vt per pręteritos: p Apostolos,vt per pręsentes perhibetur testimonium veritati. Qm̃ & qui præibãt Math. 21.
& qui sequebantur clamabant, dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Tres Apostoli & Deut. 17.
duo prophetæ fuerunt adhibiti, quia secundum legem diuinam in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.

Petrus autẽ visionis gloria, vel potius visione glorię delectatus aiebat: Domine,bonum est nos hic esse. Sed Petrus videns glorificatam humanitatem, tãto afficitur gaudio, vt nunquàm velit ab eius intuitu separari: quid de illis putandum est, qui diuinitatem glorificantem aspiciunt,eum quãto gaudio semper illi desiderant inhærere? Nec oculus vidit, nec Esaiæ 6.
auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. In eo verò quod addidit, Si vis, facia-

faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, Moysi vnum, & Heliæ vnum nesciebat, vt ait alius Euãgelista, quid diceret. Quia non est necessarium tabernaculum, vbi
Apoc. 21. secundum Apocalypsin Ioannis, Deus omnipotens est templum & agnus. Et quia gloriam quę promittitur post resurrectionem in cœlo, redditam esse putabat ante resurrectionem in terra, sed perterritus & attonitus, vel magis in extasi positus, & in excessu translatus, nesciebat cogitare futura, quem præsentia delectabant. Vnde reprehendi non meruit, aut
2. Cor. 6. etiam increpari. Sed adhuc ipsi loquente, ecce nubes lucida, non obscura; Non enim est conuentio lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial; obumbrauit eos, vt ostenderet visionem huiusmodi non esse veritatem futuræ glorificationis, sed vmbram, vt per vmbram veniretur ad veritatem, quasi per speciem ad rem, & per fidem ad speciem.

Porrò quare factum sit hoc miraculũ, & cur hoc mirabile sit ostensum, ostenditur, cum infertur: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ip-
Gen. 6. sum audite. Ac si diceret manifestius: Ego, qui dixeram, Pœnitet me fecisse hominẽ, ecce nunc dico: Hic est filius meus, dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Hic ergo, non alius filius est, nõ seruus, meus, non alienus, dilectus, non maledictus, in quo mihi complacui, non displicui, & ideo ipsum audite, non contradicite.

Cadunt boni in faciẽ, mali autem retrorsum. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Boni nãque cadunt in faciẽ, mali verò retrorsum. De bonis autem cadentibus dicitur: Ceci
Apoc. 4. derunt in facies suas & adorauerunt Do-
Ioan. 18. minum. De malis verò cadentibus legit: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Isti cadunt in faciem, per humiliationem: illi cadunt retrorsum, p auersionem. Isti quò cadunt, intelligunt: illi quò cadunt, ignorant. Beatus tamen qui semper est pauidus. Quia timor dñi peccatum expellit. Hinc propheta dicit ad
Prouę. 28. dominum: A timore tuo cõcepimus do-
Eccles. 1. mine, & peperimus spiritum salutis.
Esa. 26. Audientes ergo discipuli testimoniũ
Psal. 63. Deitatis, & maiestatis gloriam intuẽtes,
Prouę. 25. ceciderunt & timuerunt, quia accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, & inuestigator maiestatis opprimetᷣ à glo- *Abac. 3.*
ria. Vnde Propheta: Domine audiui auditionem tuam, & timui; cõsideraui opera tua, & expaui. *Discipuli cur timuerint.* Ex eo autem præcipuè timuerunt, q cùm Petrus quasi comparasset Iesum Moysi & Heliæ, dicendo: Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Helię vnum, audientes postea vocem de nube dicentem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & intelligentes ipsum Deum esse, Dei filium Iesum Christum, tanquam errauerunt, timore perterriti ceciderunt.

Sed ne præ timoris magnitudine desperarent, accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; illis: Surgite, & nolite timere. Acces- *Ioan. 15.*
sit, & tetigit: quia per se surgere nõ valebant. Sine me, inqt, nihil potestis facere.

Leuantes autem oculos suos, neminẽ viderunt, nisi solum Iesum. Nam si Moyses & Helias perseuerassent cum ipso, vox patris videretur incerta, cui potius testimonium protulisset.

Scio fratres & filii, quod vos delectat *Spiritualis expositio.*
expositio literalis, sed puto quod magis spiritualis expositio delectabit. Et ideo si literam diligenter audistis, spiritum diligentius audiatis. Assumpsit ergo Iesus Petrum, & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum, &c.

Tres isti discipuli, designant tres ordi- *Discipuli tres, quos significent.*
nes fidelium in ecclesia, prælatos, continentes, & coniugatos. Hi sunt Noe, Daniel, & Iob, quos Ezechiel vidit in visio- *Ezech. 14.*
ne saluandos. Sed secundum euangelicã *Matt. 24.*
veritatẽ, duo sunt in agro, duo in lecto, & duo in mola: quorũ vnus assumetur, & alter relinquetur. Quoniam de quolibet ordine quidam assumuntur ad gloriam, & alii relinquuntur ad pœnam. Non enim locus sanctificat hominem, sed homo locum. Tres ergo discipulos assumpsit Iesus, & duxit eos in montem excelsum: quia tres ordines fidelium accepit dominus, & adducit in cœlũ: sed non omnes de omnibus: quia ducit illos seorsum, id est, diuisim, sicut pastor segregat oues vel agnos ab hœdis, vt tolatur impius, ne videat gloriam Dei, quæ promit- *Matth. 25.*
titur & datur in cœlo, quia dominus in *Esa. 26.*
cœlo

Psal. 10. cœlo sedes eius. Qui dicit, Volo pr̄, vt vbi
Ioan 17. ego sum, illic sit & minister meus.

Transfiguratio domini quid mystice significet. Quòd autem transfiguratus est ante eos significat, quod videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem videbimus facie ad faciem, sicuti est, quando de figura transferemur ad veritatem, & de fide producemur ad speciem.

Et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Vestimenta Christi sunt vniuersi fideles, de quibus ad ipsum dicitur per Prophetam: His omnibus velut vestimento vestieris. Et ad quos Apostolus dicit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et ideo non solùm facies Christi resplenduit sicut sol, sed et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Quemadmodum, inquit Apostolus, Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Vestimenta Christi mystice quæ.
Esa. 46.
Rom. 6.
Phil. 3.

Porro, quanta est differentia inter claritatem solis, & niuis candorem, tanta est differentia inter gloriam capitis, & glorificationem membrorum.

Duplex autem glorificationis est species: Vna spiritus, & altera corporis. Vna qua glorificatur corpus, & altera qua glorificatur spiritus: quia secūdum prophetā de manu domini recipiemus duplicia. Totus igitur homo in stola mētis & stola carnis gloriam obtinebit.

Quia verò corpus constat ex quatuor elementis, terra, aqua, igne, & aere: ad stolam corporis quatuor proprietates pertinere dicūtur, claritas, subtilitas, agilitas, & impassibilitas.

Et quia spiritus tres habet naturales virtutes, vim rationabilem, vim irascibilem, & vim concupiscibilem: ad stolam spiritus tres asseruntur proprietates spectare, cognitio, dilectio, & delectatio Has & illas commemorat & commendat Sapiens ille, qui ait. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrēt: & regnabit dominus illorum in perpetuum. His verbis proprietates glorificati corporis designat. Ac si diceret: Fulgebūt clari, & tanquam scintillæ subtiles in arundineto discurrent agiles. Et regnabit dominus illorum in perpetuum, & ipsi cum domino impassibiles. Consequēter autem glorificati spiritus proprietates assignat. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent ei: quia donum & pax est electis Dei. Intelligent veritatem, ecce cognitio. Fideles in dilectione, ecce dilectio. Pax est electis, ecce delectatio. Vt autem dominus in Apostolis circa mercedē glorificationis ęternę erigeret spē, astrueret fidem, & accenderet charitatem: in seipso vtranque stolam, & vtriusque proprietates exhibuit. Quia resplenduit facies eius sicut sol, ecce corporis stola.

Corporis glorificati proprietates quatuor.
Spiritus glorificati proprietates tres.
Sapien. 3.

Non enim simpliciter dixit, Resplenduit, sed addidit, Sicut sol. Nam illæ quatuor proprietates inueniuntur in sole. Claritas in substantia, quia ignea est, & lucida. Impassibilitas in natura: quia perpetua consistit & incorrupta. Subtilitas in radio: quia sine obstaculo penetrat vitrum. Agilitas in motu: quia vno die discurrit ab Oriente in occidentem. Has etiam proprietates in mortali corpore Christus ostendit. Subtilitatem, quando nascebatur de virgine. Agilitatem, quando gradiebatur super aquas. Claritatem, quando transfigurabatur in mōte. Impassibilitatem, quando manducabatur in cœna. Proprietates autem glorificati spiritus commendantur, cum dicitur: Hic est filius meus dilectus: ecce dilectio. In quo mihi bene complacui: ecce delectatio. Ipsum audite. ecce cognitio. Nam & ipse dicebat: Quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Deus enim quantò magis cognoscitur, tantò magis diligitur. Quantò magis diligitur, tantò magis delectat.

Proprietates quatuor in sole.
Proprietates glorificati corporis Christus in suo mortali corpore ostendit.
Lucæ 2.
Ioan. 6.
Mar. 9.
Ioan 19.
Ioan. 15.
Col. 2.
Psal. 83.

Nos ergo fratres & filii, si cupimus glorificationis stola vestiri, de valle ascendamus ad montem: vt nostra conuersatio sit in cœlis. Iuxta quod monet Apostolus, dicens: Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram non inhiantes terrenis, sed adhærentes cœlestibus: vt ascendamus de virtute in virtutem, donec videamus Deum Deorum in Syon, præstante domino nostro Iesu Christo, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Dominica tertia in Quadragesima.

Aquosa loca in quibus immundus spiritus requiescit de tribus scopis, quibus conscientiæ domus mundatur, & tribus ornamentis, quibus ornatur: & de septem vitijs capitalibus.

SERMO I.

Lucæ 11. CVM immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam ornatam. Et tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et tunc fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

SAepe necessitas impedit quod requirit vtilitas, qd ipse nunc experiri compellor. Requirit enim vtilitas, vt his sacris diebus frequētius solito, per exhortationes sermonum debeam populos admonere, sed impedit hoc necessitas, quia præter solitum, imo plus solito, multis, & magnis sum occupatus negociis, vt nullum mihi sit ocium ociosum. Quid ergo? Facere nolim quod queo, quia quod velim facere nequeo? Absit. Est aliquo prodire tenus si non datur vltra. Nam & Apostolus ait: Lac vobis potum dedi, non escā. Dicam ergo: Cum immundus spiritus exierit de homine ambulat per loca inaquosa.

1. Cor. 3.
Lucæ 11.

Circa immundum spiritum tria nota re debemus, quę docet nos Veritas ipsa notare, videlicet, egressum, progressum, & regressum. Egressum ab homine; progressum per loca; regressum ad domum. De primo dicitur: Cum immundus spiritus exierit de homine. De secundo subditur: Ambulat per loca inaquosa. De tertio verò additur: Reuertar, inquit, in domum meam vnde exiui. Egressus est semper homini bonus; regressus semper est homini malus. Progressus autem interdum est homini bonus, interdum est malus. Bonus, cum tentationi non acquiescitur: malus autem cum consentitur. Videamus ergo quid prouenit de egressu, quid euenit de progressu, quid aduenit de regressu. Cùm immundus, inquit, spiritus, exierit ab homine, tunc domus scopis mundatur & ornatur. Ecce quid prouenit de egressu. Ambulat p loca inaquosa, quærens requiem, sed nō inuenit. Ecce quid euenit de progressu. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Ecce quid aduenit de regressu. Procuremus itaque diligenter egressum, vt domus nostra scopis mundetur & ornetur. Caueamus autem prudēter progressum, vt immundus spiritus quærens requiem non inueniat. Timeamus verò vehemēter regressum, ne fiant nouissima nostra peiora prioribus. Intrat ergo spiritus immundus per culpam, sed exit per pœnitentiam; ingreditur per vitium, sed exit per virtutem. Nam egressus vitii, virtutis operatur ingressum. Vel potius virtutis ingressus, vitii operaē egressum. Quia non est cōuentio lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial. Dimissa sunt, inquit, ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 2. Cor. 6. Lucæ 7.

Loca quæ in circa immundum spiritum notanda.

Cùm autem immundus spiritus exierit de homine, tunc ambulat per loca inaquosa, sed quærit in eis requiem, & non inuenit. Aquosa loca, sunt corda luxuriosa, in quibus concupiscentiæ luxus exuberat. De hac enim aqua Patriarcha Iacob dixisse legitur ad Ruben: Effusus es sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Nam & aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus est suauior. In his locis aquosis immundus spiritus requiescit. Iuxta quod legitur: Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. Loca verò inaquosa sunt corda casta, quę charitatis igne flāmescunt: in quibus non malignus sed benignus spiritus requiescit. Iuxta quod legitur. Super quem, inquit, requiescet spiritus meus, nisi super humilē & quietum, & trementem sermonem meū? Ambulat

Aquosa loca quæ sint Gen. 49. Prouer. 9. Iob. 40. *Loca inaquosa quæ sint.* Esaiæ 5. Iob. 40.

bulat ergo spiritus immundus per inaquosa loca, fiduciam habens, vt Iordanis influat in os eius. Circuit enim quærens quem deuoret. Sed quærens in eis requiē & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Non enim est mirū si spiritus mendacii mentiatur, aut si spiritus præsumptionis præsumat. Adhuc enim domum dicit esse suam, de qua exiuit: quæ non est iam spiritus immundi, de qua spiritus est eiectus immundus. Hæc domus est conscientia. De qua dicit Psal. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meę.

1. Petr. 5.

Domus conscientiæ.

Psal. 100.

Cum in hanc venerit domum, de qua per pœnitentiam est egressus, inuenit eā scopis mundatā & ornatam. Mundatam eiectis vitiis, ornatam introductis virtutibus.

Scopi tres quibus conscientia mūdatur.

Tribus autem scopis domus ista mundatur. Scopa cōpunctionis in corde, scopa confessionis in ore, scopa satisfactionis in opere. Scopa compunctionis mundatur cor à labe contagionis iniquę. Scopa confessionis mundatur os à sorde locutionis peruersæ. Scopa satisfactionis mūdat opus à fęditate consuetudinis prauę.

Ornamenta tria quibus anima ornatur.

Psal. 44.

Esa. 11.

Tribus etiam ornamentis ornatur, donis, virtutibus, & operibus. De quibus inquit Propheta: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circum amicta varietate. Ornatur enim varietate donorū, spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu cōsilii & fortitudinis, spiritu scientiæ & pietatis, & spiritu timoris dñi. Ornat & varietate virtutum fide, spe, & charitate: iustitia, fortitudine, prudentia, tēperantia. Ornatur quoq; varietate operū: oratione, ieiunio, eleemosyna, & præsertim illis operibus pietatis, quæ dñs in iudicio cōmendabit: Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitini, & dedistis mihi bibere, &c.

Matth. 25.

Tunc immundus spiritus, quasi non possit solus domum istam irrumpere, vadit, & assumit septē alios spiritus nequiores se. Ideo nobis describitur immundi spiritus astutia, vt studeamus adhibere cautelam. Certè, cùm non pōt vnum seducere, tētat vt seducat alium. Quia cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat p loca inaquosa. Cum vno modo seducere nequit, tentat vt alio modo seducat. Quia quęrens requiē & non inueniens, dicit: Reuertar in domū meam vnde exiui. Cùm solus non potest seducere, tentat vt seducat cū aliis, quia vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Verbi gratia supponatur exemplū: Cum spiritus luxuriæ eiectus ab hoste, videt eū continentia prædictū, honestate pręclarū, ita vt difficile sit eum de carnis fragilitate seduci, ad alias artes recurrit, aliasq; fraudes excogitat. Et primò, spiritum simulationis assumens, tentat p hypocrisim, vt seducat. Secundò, spiritum fauoris assumens, tentat per vanam gloriā, vt decipiat. Tertiò, spiritum ambitionis assumens, tentat p cupiditatem, vt fallat. Quartò, spiritum elationis assumens, tentat per superbiā, vt seducat. Quintò, spiritū pręsumptionis assumēs, tentat per arrogantiā, vt decipiat. Sextò, spiritū ostentationis assumens, tētat per iactantiam, vt seducat. Septimò, spiritū dissolutionis assumens, tentat per superfluitatē, vt fallat. Et sic demum spiritus luxuriæ reuertitur, & subintrat. Et fiunt nouissima hoīs illius peiora prioribus. Non solùm, quia imputant̄ peccata dimissa, sed qa superinducunt̄ admissa.

Sed nec sic desperandū est: quia Iesus septem dęmonia eiecisse legitur de Maria, id est, vel septem vitia principalia, quæ significata sunt per septem gentes, quæ de terra promissionis fuerunt eiectæ: quibus opponuntur septem petitiones, septem virtutes, & septem dona: Vel potius vitia spiritualia simul & corporalia, quæ per septennarium designātur, ꝓpter ternarium & quaternarium, in quibus componitur septenarius. Ternarius enim refertur ad spiritum, qui tres habet naturales virtutes: vim rationabilem, vt discernat inter bonum & malum: vim irascibilem, vt fugiat malum: vim concupiscibilem, vt appetat bonum. Quaternarius autem refertur ad corpus, quod constat ex quatuor elementis, terra, aqua, igne & aere: vt septem dæmonia intelligantur eiecta, quādo vitia corporalia & spiritualia sunt dimissa. Corporalia, vt gastrimargia, luxuria. Spiritualia, vt ira, inuidia, &c.

Mar. 16.

Dæmonia septem de Magdalena eiecta, quid significent.

Vires animæ superiores tres cur data.

Vitia corporalia.

Sataga-

Satagamus ergo fratres & filii, ne sicut canes reuertamur ad vomitum. Quia nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Nam & vxor Loth, quia retro respexit, legitur in statuam salis fuisse conuersa. Quia verò ex nr̄a fragilitate defecimus, beatorum martyrum Stephani & Laurētii merita imploremus, vt ipsi pro nobis intercedant ad dominum Iesum Christum, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Feria V. post primam dominicam Quadragesimæ.

De Christi iustitia, potentia, misericordia, prudentia, vigilantia & doctrina: de febribus synagogæ quibus detinetur, & de simplici, duplici, continua & interpollata febri: denique de ægritudinis varietatibus.

SERMO I.

SVRGENS Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.

MVLTA nobis & magna circa redemptorem nostrum in hac euangelicæ lectionis serie cō-mendantur, iustitia, potentia, misericordia, prudentia, vigilantia, & doctrina. Iustitia, quia surgens de synagoga, intrauit in domum Simonis. Potentia, quia stans super eam imperauit febri, & dimisit illam. Misericordia, quia manus singulis superponēs, curabat eos. Prudentia, quia increpans dæmonia clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei viui, non sinebat ea loqui. Vigilantia, quia & aliis ciuitatibus oportet me, inquit, euangelizare regnum Dei. Doctrina, quia erat prædicans in synagogis Galilææ.

Surgens ergo de synagoga, intrauit in domum Simonis, quoniam in fideles deseruit, & ad fideles accessit. Synagogam propter perfidiam reprobauit, & Ecclesiā propter obedientiam prælegit. Simon autem interpretatur obediens: cuius domus est vniuersalis Ecclesia, quam ei dominus gubernandam commisit. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Cuius obedientiam dominus commēdat & commemorat per Prophetam: Populus, inquit, quē nō cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Nihil iustius, quàm vt dn̄s infideles & inobedientes abiiciat: fideles autem & obedientes assumat. Qm̄ humilia respicit, & alta à lōge cognoscit. Superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Propter quod alibi apostoli leguntur dixisse Iudæis: Quia repulistis verbū Dei, & indignos vos fecistis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. Vnde si nolumus abiici, sed assumi, infidelitatem, & inobedientiam studeamus abiicere: fidem autem & obedientiam assumere studeamus. Quia fides sine operibus mortua est, & opera sine fide non viuunt.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Quam prius dixerat synagogam, modò Simonis socrum appellat. Socrus enim est mater vxoris. Mater autem ecclesiæ, quæ vxor est Simonis, sacramentaliter sibi coniugio copulata, intelligitur synagoga, iuxta q̄d ipsa dicit in Cā-ticis: Filii matris meæ pugnauerunt aduersum me. Nā de synagoga nati sunt * primùm fideles, de qua secūdum carnem & ipse Christus traxit originem. Propter quod & ipse dicebat: Quia salus est ex Iudæis. Postquam ergo Christus à synagoga surrexit, deserens eam propter perfidiam, tunc ipsa socrus Simonis cœpit magnis febribus detineri. Non dixit, Febre sed, Febribus, vt intelligatur non vna tantum, sed multis febribus laborasse. Synagoga quippe duabus præcipuè febribus detinetur, erroris videlicet, & inuidiæ. De prima dicit Psalmus: Quoniam errauerunt à ventre, locuti sunt falsa. De secunda dicit Euangelista, quòd per inuidiam tradiderunt eum. Febris erroris de frigido procedit humore. Iuxta quod legitur: Facta sunt encænia in Hierosolymis, & hyems erat. Hyems erroris & infidelitatis & ignorantiæ. Vnde quando

Margin notes (left): Tristia spiritualia. Prou. 26. 2. Pet. 2. Lucæ 9. Luc. 3. Iustitia saluatoris. Potentia Christi. Misericordia. Prudētia. Vigilantia. Doctrina. Mar. 1.

Margin notes (right): Simonis domus qd significet. Matth. 16. Psal. 17. Psal. 137. Iacob. 4. 1. Pet. 5. Acto. 13. Iacob. 5. Can. 1. * al primitiui. Ioan. 4. Febris synagogæ duplex. Psal. 137. Matth. 27. Ioan. 11. Hyems spiritualis. Ioan. 18.

quādo Petrus negauit, calefaciebat se ad ignem, quia frigus erat. Febris autē inuidiæ, de calido procedit humore. Iuxta qd legitur: Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis inuidię, indignationis, & odii. Nam exarsit ignis in synagoga eorum, & flamma combussit peccatores. O quàm graui torquetur inuidia synagoga, quando videt Ecclesiam habere regnum & sacerdotium, templum & altare, legem & Prophetiam. Quoniam ablatum est ei regnum Dei, & datum genti facienti fructus eius. Tam grandi tamen detinetur errore, vt nec sic intelligat veritatem. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus insipiens non intellexit.

Psal. 57. *Psal. 152.* *Inuidia synagogæ.* *Matth. 21.* *Esaiæ 1.*

His ergo febribus socrus Simonis, id est, synagoga tenetur: sed qui sunt in domo fideles, orant pro ipsa, petentes, vt Deus auferat velamen de cordibus eius, vt Iesum Christum, qui est veritas, agnoscat. Ipse verò precibus fidelium inclinatus, stans super eam, ad patris videlicet dextra exaltatus: quoniam exaltauit illum Deus, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cōfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Phil. 2.

Imperauit febri, & dimisit illam. Non quòd febris tanquàm res sensibilis aut rationabilis intellexerit; sed quòd de ipsa suum beneplacitum adimpleuerit. Qui dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt. Nam omnia quæcunque voluit dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Nihil potentius, quàm quòd eius imperium in sensibilia quoque sentiāt & obediant imperanti.

Psal. 148. *Psal. 134.*

Vnde continuò surgens ministrabat illis. Licet enim naturale sit febricitantibus, incipiente sanitate lassescere, & ægritudinis molestiam persentire, miraculū tamen vicit naturam. Quia sanitas quæ Dei datur imperio, tota simul & integra redit. Et ideo continuò surgens ministrabat illis: vt in hoc miraculum alludat mysterio. Quia sanitas animæ tota simul & integra restituitur. Scriptum est enim, Quia totum hominē sanum fecit in sabbatho. Hoc autem implebitur, quando plenitudo gentium intrabit ad fidem, & tunc omnis Israel saluus fiet. Quoniam in diebus illis saluabitur Iuda, & reliquię Israel saluæ fient. Sciendum est autem, quod quædam febris simplex, quædam duplex, quædam continua, & quædam interpolata. Simplici febre laborat, qui vnico vitio molestatur. Sicut multi sunt, qui à cæteris abstinentes, luxuria inquinantur. Nam quod Iacobus Apostolus ait: Quicunq; in vno offendit, factus est omnium reus, sanè debet intelligi, sic videlicet, quòd quicunque in vno offendit, vnum de mandatis diuinis trāsgreditur, factus est omnium reus, id est, amittit charitatem, sine qua cætera non implentur. Nam finis præcepti charitas est. Et perfectio legis est charitas.

Ioan. 7. *Rom. 9.* *Hiere. 33.* *Rom. 9.* *Febris simplex quæ.* *Iacob. 2.* *1. Timo. 1.* *Rom. 13.*

Duplici verò febrę laborat, qui multis vitiis irritatur, vt mulier illa peccatrix, de qua dominus legitur septem dæmonia eiecisse: non quòd, qui habet vnum vitium, habeat vniuersa, sicut qui habet vnam virtutem, habet vniuersas. Nam secus est in inuio, quàm in via. Omnes enim virtutes sibi inuicem suffragantur, sed quædam vitia sibi inuicem aduersantur, vt prodigalitas & auaritia, desperatio & præsumptio. Continua febre laborat, quicunque in vitio perseuerat. Et hæc febris velut acuta mortalis existit. De qua dominus ait: Moriemini in peccatis vestris. Et de hac fortè Ioannes Apostolus ait: Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, vt quis oret.

Febris duplex quæ. *Marc. 16.* *Febris continua quæ.* *Ioan. 8.*

Interpolata verò febre laborat, qui quandoque pœnitet de peccato, sed ad illud reuertitur tanquàm canis ad vomitum: & talis quandoque quotidiana, quandoque tertiana, quandoque quartana febre laborat: secundùm quòd facilè, vel faciliùs, vel facilimè pœnitens relabitur in peccatum.

1. Ioan. 2. *Febris interpolata.*

Nemo tamen desperet, quia rogauerunt illum pro ea, & imperauit febri, & dimisit illam. Certè quæ suis meritis curari non poterat, alienis precibus est sanata.

Nemini desperādum

nata. Et ideo cùm quis aliquo graui peccato laborat, recurrat ad ecclesiã, vt oret pro illo. Scriptum est enim, Quia Iesus vt vidit fidem illorum, ait paralytico: Dimittuntur tibi peccata tua.

Cùm sol autem occidisset, omnes qui habebãt infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum, & curabantur omnes. Sol iustitiæ Christus est, qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. De quo dicit Propheta: Sol cognouit occasum suũ. Hic sol occubuit, qñ Christus inclinato capite spiritũ emisit. Verùm antequam sol occubuisset, pauci fuerũt sanati, qm̃ pauci ante mortem Christi sunt ad fidem conuersi. Propter quod ipse dicebat, singulariter sum ego donec transeam. Cum autem exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Quia, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Et ideo cùm sol occubuisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Iesum, & curabat eos.

Psal. 103. Matth. 27. Psal 140. Ioan. 12. Idem.

Languores mentis sunt vitia. Tot ergo sunt varietates languoris, quot sunt species vitiorum. Enumeremus ergo pauca de multis, ad ędificationem multorũ. Quidam patiuntur dolores, quidam tumores, quidam calores, & quidam furores. Item quidam sunt cęci, quidam sunt surdi, quidam sunt muti, & quidam sunt claudi. Rursus, quidam sunt leprosi, quidam hydropici, quidam paralytici, & quidam lethargici. Graues sunt ægritudines istę, sed omnes per Dei gratiã sunt curabiles.

Languores mentis qui.

Dolor cordis est odium. De quo legitur. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Grauis est iste languor: qm̃ qui odit fratrem suũ, homicida est. Tumor animi est superbia. De quo legitur: Sciẽtia inflat, charitas autem ædificat. Id est, scientia sine charitate facit hominem superbire. Sed & grauis est iste lãguor, qm̃ initium omnis peccati est superbia. Calor spiritus est luxuria. De qua dicit Propheta: Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente. Et iste lãguor est grauis, quia fornicatores & adulteri regnum Dei non possidebunt. Furor cordis est ira. De quã legitur: Fel draconum vinum eorum, & furor aspidum insanabilis. Et iste lãguor est grauis: Quoniam ira viri iustitiam Dei non operatur.

Odium vt languor cordis. Psalm. 7. Ioan. 3. Tumor animi. 1. Corin. 8. Eccles. 10. Calor spiritus. Osee 7. 1. Cor. 5. Furor cordis. Deut 32. Iacob. 1.

Porrò, quicunq; habent infirmos, ducunt illos ad Iesum, vt sanentur à Saluatore: quia non est aliud nomen datum sub cœlo, in quo oporteat homines saluos fieri, respiciant ad serpentem æneum pendentem in ligno, qui percussi sunt ab ignitis serpentibus, vt sanentur. Cæci sunt, qui carẽt lumine veritatis. De quibus legitur: Sinite, cæci sunt, & duces cęcorum. Si cęcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadẽt. Surdi sunt, qui pręceptis dominicis obedire contemnunt. De quibus dicitur: Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & veneficia quę incãtantur à sapiente. Muti sunt, qui à laude tacent diuina. Iuxta qd legitur: Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Claudi sunt, qui non gradiuntur per semitam mandatorum. Iuxta quód legitur: Quousq; claudicatis in duas partes? si dominus est Deus, sequimini eum.

Acto 4. Nume 21. Ioan. 3. Cæci spiritualiter. Matt. 15. Lucæ 6. Surdi mystice qui sint. Psal. 53. Muti spiritualiter. 3. Reg. 18. Psal. 38. Matt. 11. Ioan. 5.

Sed omnes qui habent infirmos, ducant illos ad Iesum, vt sanentur à Saluatore: quia neminem despicit, nullum abiicit. Salus, inquit, populi mei ego sum. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam, & inuenietis requiem animabus vestris. Omnis enim qui venit ad me, non eiiciam foras.

Hæretici sunt leprosi, qui in vna parte sunt integri, & in alia parte sunt corrupti: quia sub specie veritatis, virus falsitatis infundunt. Cupidi sunt hydropici, qui quantò plus bibunt, tantò plus sitiunt: ad instar fornacis, qui quantò plura ligna recipit, tantò plura consumit. Paralytici sunt actibus dissoluti. Lethargici sunt beneficiorum ingrati. Sed nec isti desperent, securi veniant ad Iesum vt curentur: Quia verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: percussus est propter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Exibant autem

Leprosi spiritualiter qui. Hydropici mystice qui. Esaiæ 53.

tem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, qui tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui. Porrò cùm dicat Apostolus, à quocunq; prædicetur Christus, gaudeo, sed & gaudebo, quare prohibebat dæmonia dicere veritatem? Nõne firmius est testimonium, quod profertur ab aduersario? Tribus quidem de causis. Prima, vt doceret nos fugere vanam gloriam, ne videlicet humani fauoris delectemur applausu. Secunda, vt doceret nos hæreticam prauitatem vitare, quatenus hoc exemplo inhibeamus hæreticis, ne prædicent etiam veritatem. Quia fel draconum propinant in aureo calice Babylonis. Tertia, ne qua dæmones spiritus falsitatis, veritatē dicere credentur. In quo moraliter edocemur, ne laudari velimus à fallacibus & mendacibus: quorum laudatio magis redundat ad iniuriam quàm ad honorem.

Phil. 1. *Quare Christus prohibuit dæmonia dicere veritatem. Prædicationem etiā veritatis prohibendā hæreticis.* *Deut. 31.* *Apoc. 16.* *2. Corin. 2.* *Colos. 1.*

Illud autem, quod subditur: Quia sciebant ipsum esse Christum, sanè debet intelligi, ne videatur contrarium ei quod dicit Apostolus, quia si cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent, quod à quibusdam exponitur de dæmonibus. Hi si cognouissent Christū esse dominum gloriæ, nunquam eum suggestione maligna crucifixissent. Nā hoc est mysterium absconditum à seculis, reuelatum autem principibus & potestatibus per ecclesiam. Distinguantur itaque tempora, & concordat scriptura. Dæmones enim quandoque credebant, quandoque dubitabant. Nam cùm videbant eum humanos sustinere defectus, dubitabant de ipso, quemadmodum legitur; quòd cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & postea esuriisset; accedens tentator dixit ei; Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Cùm autem videbant eū operari miracula, credebant de ipso φ filius Dei esset. Quemadmodum alibi dixisse leguntur: Iesu Nazarene, quare venisti ante tempus torquere nos? Scimus quia Sanctus Dei es.

Matt. 4. *Matt. 8.*

Dominica quarta in Quadragesima.

De Christi potentia, sapientia, & benignitate: de duobus miraculis & eorum expositione: de vita contemplatiua & actiua, denique de duobus ieiunantibus & populis.

SERMO I.

EST puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? *Ioan. 6.*



TRIA nobis præcipuè circa redemptorem nostrum, in hac Euāgelicę lectionis serie commendantur: potentia, & sapientia, & benignitas. Potentia, in miraculo. Sapientia, in mysterio. Et benignitas in officio. Quid enim potentius, quàm res augmentare paruissimas sine additamento vel nutrimento? Quid sapientius, quàm causas figurare profundas sine dicto vel scripto? Quid benignius, quàm turbas saturare famelicas, sine prece vel precio? Et certè quos spiritualiter pauerat cibo doctrinæ, pascit etiam corporaliter alimento naturę: vt qui refecerat spiritum, alat & corpus.

Potentia redemptoris. Sapientia. Benignitas.

Hoc autem miraculum de multiplicationem panum & piscium, ex quibus dominus multitudinem populi satiauit, bis legitur operatum. Sed inter primum & secundum miraculum multa & magna differentia est. Varia quidem, sed non contraria: diuersa sed non aduersa. In primo quippe miraculo de quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, quinque milia hominum saturauit, & de fragmentis quæ superauerant, discipuli duodecim cophinos impleuerunt. In secundo verò miraculo de septem panibus & paucis piscibus, quatuor milia virorum refecit, & de fragmentis, impleuerunt Apostoli septem sportas. In primo miraculo distinguitur quales panes fuerunt, & quot pisces. In secundo verò miraculo, neque hoc

Miracula duo de panum multiplicatione quo differant. *Marc. 8.*

hoc exprimitur neq; illud. In primo miraculo puer vnus quinq; panes hordeaceos & duos pisces habebat: in secūdo verò miraculo septē panes & paucos pisces discipuli habuerunt. In primo miraculo discubuerunt quinq; milia hominū super fœnum: in secundo verò miraculo discubuerunt quatuor milia hominum super terram.

Plena sunt omnia diuinis mysteriis & cœlesti dulcedine redundantia: si tamen diligentem habeant inspectorem, qui norit surgere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. Eruderemus itaque puteum, quoniam altus est, & hauriamus aquā in gaudio de fontibus saluatoris.

Sanè duæ sunt vitæ, duo sunt populi, & duo sunt testamenta: contemplatiua videlicet, & actiua, Iudaicus & gētilis, nouum & vetus. Actiuæ vitæ deseruiunt quinque sensus. Iudaicus populus habet duodecim Prophetas, duodecim tribus, & duodecim Patriarchas, Vetus testamētum in quinque libris & duabus tabulis continetur. Porrò & contemplatiuæ vitæ deseruiunt septem dona. Gentilis populus habet septem ecclesias, septem angelos, & septem diaconos. Nouū testamentum consistit in quatuor Euangeliis. Ad primum ergo miraculum, per quod de quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus, quinque milia hominum sunt satiata, & de fragmentis quæ superauerant duodecim cophini sunt impleti, ad vetus pertinet testamentum, cum quinque libris Mosaicis & duabus tabulis legis. Similiter actiua vita cum quinq; sensibus; & Iudaicus populus cum duodecim prophetis, duodecim tribubus & duodecim Patriarchis.

Vita actiua. *Populus Iudaicus.* *Vitæ contēplatiuæ deseruientia.* *Populus gētilis.* *Testamentum vetus.*

Ad secundùm verò miraculum, per qđ de septē panibus & paucis piscibus quatuor milia hominum sunt refecta, & de fragmentis quæ superauerant septē sporte repletæ, pertinet vita contemplatiua, cum septem donis, & quibusdam virtutibus. Gentilis populus cum septem ecclesiis, septem diaconibus, & septē angelis: Ac nouum testamentum cum quatuor Euangeliis. Ecce telam sermonis breuiter sumus orsi: si tamen eam sufficienter texere valeamus. Postulemus igitur à domino sapientiam, qui dat omnibus affluenter & nō improperat, si fortè clauis Dauid aperire dignetur, quæ claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit. Quinque panes hordeacei sunt quinq; libri veteris testamenti, Et duo pisces, sunt duæ tabulæ legis diuinæ, vt metonomicè accipiatur continens pro contēto. Puer vnus qui habebat quinque panes & duos pisces, est Moyses, q. exhibuit quinque libros & duas tabulas. Purus quidē in se, sed populum instituens puerilem. Medulla hordei sub duro cortice tegit, & spiritus legis sub dura litera occultat. Quia litera occidit, spiritus autem viuificat. Videamus vnde illi panes hordeaci fuisse describuntur. Franguntur autem huiusmodi, panes cùm exponuntur. Et tunc reuera multiplicant, vt possint multitudinem esurientis populi saturare. Porrò dupliciter exponūtur, literaliter, secundum historiam; & spiritualiter, secundū allegoriam. Nam liber Ezechielis monstratus, scriptus erat intus & foris. Fregit ergo dñs duo pisces & quinq; panes, qñ aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas. Gratias egit, quando inquit ad patrem: Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ, qñ abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Benedixit, qñ legem Mosaicā approbauit: Si crederetis, inquit, Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Iussit apponi, qñ docuit legem veterem venerari, protestans, quia nō venit legem soluere, sed adimplere. Verùm de quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, quinque milia hoīum saturantur: quia de quinque libris veteris testamenti, & duabus tabulis legis diuinæ, secundū literalem expositionē historiæ reficiuntur hoīes animales actiuam vitam ducentes: cui deseruiunt quinq; sensus, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, quales sunt carnales Iudæi, qui sensibilia tantùm appetūt, & corporeis solùmodo sensibus delectantur. Vnde, qñ animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt, spiritualis autem omnia diiudicat, de fragmentis quæ remanent duodecim cophini cumulātur. Quia de subtilioribus legis mysteriis, quæ animales homines non percipiunt, spiri-

Testamentum nouū. *Iacob. 1.* *Apoc. 5.*

Panes quinque quid significent. *Pisces duo quid.* *1. Corin. 3.* *Ezech. 2.* *Lucæ 24.* *Matt. 11.* *Ioan. 6.* *Matt. 5.* *1. Corin. 2.*

ſpirituales viri replentur, ſenſum capiẽtes duodecim prophetarum, qui nõ carnaliter, ſed ſpiritualiter ſunt locuti.

Thre. 4. Audiſtis expoſitionem primi miraculi, audiatis etiam expoſitionem ſecundi, ne dicere valeatis: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frãgeret eis, quamuis non ego frangam, ſed ille, quẽ in fra-

Luc. 24. ctione panis diſcipuli cognouerunt. Septem panes, ſunt ſeptem præcipua dona ſpiritus ſeptiformis, quæ enumerat Eſaias dicens: Requieſcet ſuper eũ ſpiritus

Panes 7. quid deſignent. ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris do-

Eſa. 11. mini. Pauci piſciculi, ſunt aliæ minores virtutes, ad contemplationis tamen epulas neceſſariæ. Hos panes & piſces habe-

Act. 2. bant diſcipuli. De quibus legitur. Quia repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & induti ſunt virtute ſpiritus ex alto. Panes

Pſal. 77. iſti creduntur fuiſſe non hordeacii, ſed triticei. Quia panem de cœlo dedit eis, frumentationem miſit eis in abundantiam. Panes igitur de frumento ſunt dõna, quibus viri contemplatiui fruuntur.

Panes 7. quõſpiritualiter frangantur. Hos ſeptem panes viri cõtemplatiui ſpiritualiter frangunt, quando contemplationis ocium, cui deſeruiunt dona ſpiritus ſancti ſeptiformis, propter prædicationis officium interrumpere compellũtur, vt deſeruiant vtilitatibus proximorum, & quod in ocio contemplationis addiſcunt legentes & meditantes, hoc in ſtudio prædicationis exponant, admonẽtes & exhortantes. Quatuor milia hominum, qui de ſeptem panibus & paucis piſcibus ſaturãtur, ſunt homines ſpirituales, doctrinam Chriſti ſeruantes, in quatuor Euangeliis comprehenſam: qui ad prædicationem doctorum ſpirituali gra-

Deut. 8. tia ſaginantur. Quia non in ſolo pane vi-

Fragmenta remanẽtia. uit homo, ſed in omni verbo Dei, quod procedit de ore eius. Fragmenta quæ remanent, ſunt arcana myſteria contẽplationis, quæ ſimplices non attringunt. De quibus ſeptem ſportæ replentur, id eſt, ſeptem angeli tuba canentes, videlicet, prælati ſeptem eccleſiarum, quas Ioannes

Apoc 9. Apoſtolus in Apocalypſi deſcribit. Tales

Apoc. 12. erant Apoſtoli, quibus veritas ipſa dice-

Luca 8. bat: Vobis datũ eſt noſſe myſteria regni Dei, cęteris autẽ in parabolis. Et ad hos

Act. 6. pertinent ſeptẽ diacones, qui electi ſunt ab Apoſtolis, viri pleni ſpiritu ſancto & ſapientia, vt miniſtrarent victualia. Reſpice igit, in primo miraculo diſcubuerunt homines ſuper fœnum, & in ſecundo miraculo diſcubuerunt homines ſuper terram. Quoniam animales homines, qui vitam ducunt actiuam, ſuper carnis iacent mollitiem. Nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos

Eſaia 40 fœni. Spirituales autem viri, qui contemplatiuam vitam obſeruant, ſuper mẽtis ſtabilitatem exiſtunt, à terrenis ſuſpẽſi & intenti cœleſtibus. Iuxta verbum Apoſtoli admonentis: Quæ ſurſum ſunt


Coloſ. 3. quærite, non quæ ſuper terram. Quę ſurſum ſunt ſapite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Dominica Lætare, ſiue de Roſa.

Romanus Pontifex cur in dominica lætare florem aureum fidelibus populis repræſentet, & cur in Baſilica ſanctæ crucis videndus oſtenditur, & quadruplici Hieruſalem, quæ ſit.

SERMO I.

Eſaia 66. LAETARE Hieruſalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum lætitia, qui in triſtitia fuiſtis, vt exulteris & ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtræ.



HODIERNA ſolennitas fratres & filii de antiqua Sedis Apoſtolicæ conſuetudine celebratur, cuius anno præterito, ſi bene recolitis, duplicem expoſuimus rationem. Quia verò quidam noſtrum, quod aſpectu percipiunt, concipere cupiunt intellectu, ſic aliqua repetere volumus, vt alia ſuperaddere procuremus.

Sanè

Florem aureum cur Pō[ntifex] fideli[bus] ostendat. Sanè duplex est ratio, cur hac die Romanus Pontifex in hoc loco florem aureum fidelibus populis repræsentat. Vna secundum literam, altera verò secundum spiritum. In quo præcipuè sex considerare debemus. Personam & causam, materiam & formam, tempus & locum.

Scitis enim charissimi, quòd corruptibile corpus inter anxietates cōtinuas non potest subsistere, nisi quandoque recreationis remedium intercedat. Propter quod dicitur: Interpone tuis interdum gaudia curis. Quod caret alterna requie, durabile non est. Vnde Veritas in Euangelio inquit: *Mat. 8.* Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos, deficient in via. Ne ergo fidelis populus propter asperitatem quadragesimalis abstinentiæ sub continuo labore deficeret, in hac media dominica quoddam recreatio nis solatium interponitur, vt anxietas temperata leuius sufferatur. Hodiernum enim officium totum est plenum lætitiæ, totum exultatione refertum, totum gaudio cumulatum. Lætare, inquit, Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cū lætitia, qui in tristitia fuistis, vt exultetis & satiemini ab vberibus consolationis vestræ. In omnium verborū clausulæ iocunditas exuberat, gaudium resonat, hilaritas inculcatur. Lætare Hierusalem, gaudete in lætitia, vt exultetis & satiemini. Repræsentat enim dies iste charitatem post odium, gaudium post tristitiam, satietatem post famem. Charitatem post odium. Vnde: Lætare Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Gaudium post tristitiam. Vnde: Gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis. Satietatem post famem. Vnde: Vt satiemini ab vberibus consolationis vestræ. *Floris aurei proprietates tres quid significent.* Hæc tria pariter designantur in tribus proprietatibus huius floris, quem vobis visibiliter præsentamus. Charitas, in colore. Iocunditas, in odore. Satietas, in sapore. Rosa quippe præ cæteris floribus colore delectat, odore recreat, sapore confortat. Delectat in visu, recreat in olfactu, confortat in gustu.

Quia verò spiritus viuificat, caro non prodest quicquam, *Ioan. 3.* de carnalibus ad spiritualia transeamus. Flos iste, florem illum significat, qui se dicit in Canticis: *Cant. 1.* Ego flos campi, & lilium conuallium. Et de quo dicit Propheta: *Esaie 11.* Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. *Flos quàm bene appelletur Christus.* Verè flos florum, quia sanctus sanctorum, qui præ cæteris floribus, id est, præ cæteris sanctis colore delectat in visu. Quia speciosus forma *Psal. 44.* præ filiis hominum. In quem desiderant angeli prospicere. *1. Pet. 1.* Qui odore recreat in olfactu. Quia meliora sunt vbera tua vino, *Can. 1.* fragrantia vnguentis optimis. Quem adolescentulæ dilexerunt, quia cucurrunt in odore vngentorum suorum. Qui sapore confortat in gustu. Quia panis quem ipse dat, *Ioan. 6.* caro sua est, pro mundi vita, omne delectamentum habens, & omnis saporis suauitatem. *Sap. 18.* Hic est enim, qui secundum quod audistis in Euangelio, *Ioan. 6.* de quinque panibus & duobus piscibus quinque milia hominum sariauit.

Rosa triplex materia mystice quid. Triplex est autem in hoc flore materia, videlicet, aurum, muscus, balsamum. Sed mediante balsamo muscus coniungitur auro. Quia triplex est in Christo substantia, Deitas, corpus, & anima. Sed mediante anima corpus cōiungitur Deitati. *Naturæ diuinæ subtilitas quanta.* Quia tantæ subtilitatis est diuina natura, vt corpori de limo terræ formato non congrueret vniri, nisi rationali spiritu mediante. Baiulus huius floris, vicarius est saluatoris; Romanus videlicet Pontifex, successor vtique Petri, vicarius Iesu Christi. Iesus enim inquit ad Petrum: *Ioan. 12.* Tu me sequaris. *Petrus vt duplici modo sequutus sit Iesum.* Quod intelligi debet non tantùm de specie martyrii, quantum de ordine magisterii. Tu vocaberis, inquit, *Ioan. 1.* Cephas, quod exponitur caput. Vtique caput à capite, sicut Petrus à petra. Et caput mulieris vir, caput viri Christus, caput Christi Deus. Sicut enim plenitudo sensuum abundat in capite, in cæteris autem membris pars est aliqua plenitudinis: Ita cæteri vocati sunt in partem solicitudinis: solus autem Petrus assum-

Plenitudo potestatis Petri. assumptus est in plenitudinem potestatis, vt illius ostendatur esse vicarius, qui de se dicit in Euangelio: Data est mihi *Matt. 28.* omnis potestas in coelo & in terra. Vnde Iesus spiritualiter inquit ad Petrū: *Matt. 16.* Quodcunque ligaueris super terrā, erit ligatum in coelis: & quodcunq; solueris super terrā, erit solutum & in cęlis.

Hunc ergo florem Romanus pontifex repraesentat non in omni tempore, sed in hac tm̄ dominica, quae septima est ab illa quae septuagesima nuncupatur. Quia Christus non qualibet hora, *Quare in hac tm̄ dominica flos repñsetur.* sed in septima tm̄ aetate vr̄ ab illis, qui beata requie consolantur. In sexta namque cernitur Christus per fidem, in septima verò cernitur Christus per speciem. *Exod. 33.* Nō videbit me inquit, homo & vi*1. Ioan. 4.*uet. Quia Deum nemo vidit vnq̄, subintelligendum est in hac mortali vita. Nā videtur in vita beata, non iam per speculū in aenigmate, sed facie ad faciem, sicut est. Propter quod dicit Apostolis: *1. Cor. 13* Manifestabo eis meipsum.

Ioan. 14 Sex dies sunt, in quibus licet omni o*Matt. 13.*perari. In septimo verò die requieuit *Gen. 2.* Deus ab omni opere quòd patrarat. Et ideo septenarius quietem significat. Vñ septimus dies, septima hebdomada, septimus mensis, septimus annus, est feriatus in lege: praesertim aūt, qui post septenarium sequitur Iubileus. Rectè igitur in septima tantùm dñica flos iste fidelibus populis demōstratur: quia Christus in septima tantùm aetate ab animabus sanctis vr̄. Quocirca flos iste non in quolibet loco, sed in hac rectè basilica videndus ostenditur: quae sanctae crucis in Hierusalem appellatur, supernae Hierusalem typum obtinēs, & speciem rep̄sentans, de qua dicit Apostolus in epi*Gal. 4*stola quam audistis: illa quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra. In qua Christum angeli sancti & beatae animae contēplantur. Ad quā meritò dr̄: Laetare Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eā. *Hierusalē quadrupliciter accipitur.* Hierusalē quatuor modis accipitur, secundum quatuor theologicos intellectus. Historicum, allegoricum, tropologicum & anagogicum. Est aūt Hierusalem superior & inferior, interior & exterior. Superior est in patria, inferior est in via, interior est in anima, exterior est in Palaestina. De superiori legitur Hie*Superior.*rusalem quae aedificatur vt ciuitas, cu*Psal. 121.*ius participatio eius in idipsum. Ad in*Inferior.*feriorem dr̄: Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria dñi super te orta est. De interiori legitur: Dabo in Sion salutem, & in Hieru*Esai. 6*salem gloriam meam. Ad exteriorē dr̄: Hierusalem, Hierusalem, quae occidis p̄*Interior.*phetas, & lapidas eos, qui ad te missi *Esai. 46* sunt. Ad quam ergo Hierusalem, rectè p̄*Exterior.*tinet, quod voce prophetica dr̄: Laetare *Matt. 23* Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Non ad exteriorem, quae peccatis exigentibus captiua tenetur: cui potius competit, quod narratur in Threnis: Viae Sion lugent, eò q̄ *Thren. 1.* non sint qui veniant ad solēnitatē. Facti sunt inimici in capite. Sed ad superiorem praecipuè, de qua meritò dr̄. Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis. Ad hos verò dr̄: Gaude*Psal. 149*te cū lętitia, qui in tristitia fuistis. Qm̄ *Esa. 66* absterget Deus omnes lachrymas ab o*Esai. 25*culis sanctorum, & iā non erit amplius *Apoc. 7.* neque luctus neque clamor, sed nec vllus dolor, qm̄ priora transierunt. Cum .n. propheta dixisset: Laetare Hierusalē, statim ostendit qui debeant laetari, cū ait: Conuentum facite omnes qui diligitis eam. Et qualiter debeant laetari cū subdit: Gaudete cum lętitia, qui in tristitia fuistis. Et quare debeant laetari, subdit cum ait: Vt exultetis, & satiemini ab vberibus consolationis vestrę.

Debent igitur ad lętandum conueni*Laetādum quib. qualiter, & quare sit.*re oēs qui diligunt. i. nō hęretici, sed catholici: non canes, sed oues. Quia charitas fons est proprius, cui non communicat alienus. *Charitas fons proprius.* Habet autem charitatem in corde, qui verè vult in hoc conuentu gaudere, memor eius qđ legitur: Quia cum rex intrasset ad nuptias, vt videret discumbentes, & vidisset ibi hominē non vestitum veste nuptiali, iussit illum expelli, & in tenebras exteriores retrudi. Ideoq; dicit propheta: Conuentum facite, qui diligitis eam.

Porrò, multi laetantur in corpore, q̄ tristantur in corde: gaudium ostenden-

Esai. 48. tes exterius, sed luctum habentes interius. Quia non est impiis gaudere dicit
Psal. 37. dominus: nec est pax ossibus a facie peccatorum. Ideo cum dixisset propheta: Laetare Hierusalem consequenter adiunxit: Gaudete cum laetitia, qui in tristitia fuistis. Quasi diceret: Exterius gaudiu, interior laetitia comitetur, vt cor, & caro nostra exultent in Deu viuum. Quia gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Vt exultetis & satiemini ab vberibus consolationis eius. Satiabor, inquit, quum apparuerit gloria tua.
Esai. 66.
Psal. 83.
2. Cor. 1.
Psal. 16.

Dno vbera consolationis quae sint. Patet ergo, quod duo vbera consolationis, sunt duae species glorificationis, videlicet stola mentis, & stola carnis. De quibus sponsa dicit in Canticis: Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram te, quasi pacē reperiēs. Vbere glorificationis in mente, satiantur animae sanctae in aetate septima quiescentium: vbere glorificationis, in carne satiabuntur corpora incorrupta in octaua resurgentium. Propter quod dicitur: Da partes septem, necnō & octo. Septenario dandae sunt partes glorificationis in corde: octenario dandae sunt partes glorificationis in corpore.
Cant. 8.
Eccle. 11. Duae stolae glorificationis.

Partes glorificationis in corde sunt tres, cognitio, dilectio, & delectatio. De quibus Sapiens protestatur: Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi: quia donum & pax est electis Dei. Partes glorificationis in corpore sunt quatuor, claritas, subtilitas, agilitas, & impassibilitas. De quibus idem Sapiens protestatur: Fulgebunt iusti, & tanquam scintillae in arundineto discurrent: iudicabūt nationes, &c. Quia bonum esset si possemus hic esse, vt liceret nobis has species glorificationis & glorificationis meditari & contemplari. Sed ecce retinet nos & reuocat occupatio grādis & grauis, vtique varia, vtinam non & vana: quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas.
Sap. 3.
Corporis glorificati dotes. Sap. 3.
Eccl. 1.


Petamus ergo fratres & filij, petamus in oratione credētes, de corde puro, conscientia bona & fide non ficta, puras manus sine deceptione leuantes ad Deum, vt de sacramento rei, quā celebramus, perducat nos dominus ad rē sacramenti, quam expectamus. Vbi vita sine morte, dies sine nocte, certè sine fortè. Vbi erit securitas sine timore, iucunditas sine dolore, tranquillitas sine labore. Vbi erit pulchritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine peruersitate. Vbi erit charitas sine malitia, veritas sine fallacia, felicitas sine miseria. Vbi erit gaudium, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quod nobis praestare dignetur dominus Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.
1. Tim. 2.
Vitae aeternae quanta sint gaudia.
Esai. 64.

In coena Domini.

De triplici lauacro, & sex speciebus lotionis.

SERMO I.

Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Ioan. 13.



Triplex est lauacrum: in aqua, in lachrymis, & in sanguine. Quodlibet āt eorum est duplex: Nam aliud est lauacrum aquae materialis, aliud lauacrum aquae spiritualis. Materialis aquae lauacrum est baptismus. De quo dn̄s dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Spiritualis aquae lauacrum est eleemosyna. De qua dicit scriptura: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Date, inquit, eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.
Lauacrū triplex.
Baptismus Ioan. 3. Matt. 16.
Eleemosyna.
Eccl. 29. Luc. 11.

Similiter aliud est lauacrum lachrymarum, quae procedunt ex oculis, & aliud est lauacrum lachrymarum, quae procedunt ex arboribus. Ex oculis profluūt ad lamentum. De quibus inquit Propheta: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Ex arboribus procedūt ad sacramentum. Iuxta quod legitur: Quia Samaritanus appropians vulnera eius, superinfundit vinum & oleum.
Lachrymae duplices.
Psal. 6.

Iidem

Itidem aliud est lauacrum sanguinis in supplicio, & aliud lauacrum sanguinis in mysterio. Sanguis supplicij semel fuit fusus in cruce, iuxta quod legitur: Non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propriũ sanguinẽ semel introiuit Iesus in sancta, æterna redemptione inuenta. Sanguis autẽ mysterij sæpe potatur calice, iuxta quod veritas ait: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim calix noui testamẽti in sanguine meo. Hæc quotiescunque feceritis, in meam commemorationem facietis. Lauit ergo nos a peccatis nostris in sanguine suo. Sex ergo sunt species lotionis, quas hodiè repræsentat ecclesia. Lotionem aquæ materialis in ablutione pedũ: ꝓ humilitatis exemplum. Et lotionem aquæ spiritualis, in refectione pauperũ, propter officium pietatis, sicut audistis, quum Euangelium legeretur. Quia surgens Iesus à cœna, posuit uestimenta sua, & præcingens se linteo, misit aquã in peluim, & lauit pedes discipulorum, & ait: Exemplum dedi vobis, vt & uos similiter faciatis. Item lotionem lachrymarum, quæ profluunt ex oculis ad lamentũ, in reconciliatione pœnitentiũ, quæ hodie celebratur. Et lotio lachrymarũ, q̃ procedunt ex arboribus ad sacramentum, in chrismatis confectione, quod ex oleo & balsamo consecratur. Rursus, lotionem sanguinis, qui licet semel sit effusus in cruce, sæpe tamen potatur in calice. Quarum alteram Romanus pontifex repræsentat, in eo q᷑ hodie remota tabula Lateranensis altaris, infra ipsum altare conficit eucharistiã: Illud in hoc facto commemorans, q᷑ pontifex summus in lege semel in anno in sancta sanctorũ cum sanguine introiuit. Ecce breuiter hodiernæ solennitatis intimauimus sacramẽta, q̃ prosequi non ualemus, & ꝓ tumultum populi, & prolixitatem officij. Sed qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Multi loti sunt ab operibus malis, qui tamen loti non sũt à cogitationibus prauis. Et ideo multi lauant manus, qui tamen pedes nõ lauant. Quocirca, qui lotas habet manus ab effectũ peccati, lauet pedes ab affectu peccandi: & sic mundus sit totus. Pro qua mũditia præmissæ locutiones sũt institutæ, quas ille dignè nos faciat celebrare, qui dignanter illas instituit: Iesus Christus dominus noster, Qui est super omnia benedictus Deus in secula seculorum, Amen.

Heb. 9

Matt. 26

Apoc. 1.

Sex spẽs lotionis.

Ioan. 13

Ibidem.

Dominica prima post Pascha.

Post passionem suam Christus præbuit seipsum viuum apostolis in multis argumentis, per dies quadraginta apparuit eis, & loquebatur de regno Dei. *Act. 1.*



Volens, fratres charissimi, uolo, si possum, argumẽta distinguere, per quæ Dominus ueritatem suæ resurrectionis irrefragabili ratione probauit, uidelicet, per frequẽtiam apparitionum, & testimonium angelorum, per ostensionem uulnerum & esum ciborum, per expositionem scripturarum, & per operationem miraculorum. Per frequẽtiam enim apparitionũ ueritatem suæ resurrectionis Christus ostendit, quia in euange. decies post resurrectionem apparuisse describitur, Primo Mariæ Magdalenæ, quando dixit ei, Noli me tangere, &c. Secundo, ipsi, & aliis mulieribus, quando accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tertio, Simoni Petro. Quarto, duobus discipulis euntibus in Emaus. Quinto, cæteris discipulis, quando post dies octo uenit, ubi erant congregati, & Thomas erat cum eis. Sexto, septem discipulis ad mare Tyberiadis, quando illis piscantibus stetit Iesus in littore. Septimo, undecim discipulis, quando abierunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Iesus. Octauo, in cœnaculo, ubi recumbentibus undecim discipulis, &c. Nono, quando duxit undecim discipulos foras in montem Oliueti uersus Bethaniam, & eis uidentibus ascendit in cœlum. Propter has autem apparitiones dicit apostolus: Quia uisus est plus quàm quingentis

Ioan. 20.

Luc. 24

Ioan. 20

Ioan. 21.

Matt. 28

Marc. 16

1. Cor 15 gentis fratribus simul. Deinde uisus est Iacobo. Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo uisus est ipsi Paulo;

Quid est aūt φ Chrs post resurrectionē prius fœminis q̄ masculis se ostendit, & inter fœminas primò Mariæ Magdalenæ, ac deinde alijs mulieribus? Et inter masculos primò Petro, ac deinde discipulis alijs? Sit ista ratio, si nō potest melior assignari: ut q̄a mulier prius peccauit q̄ uir, & in Eua peccauerunt cæteræ mulieres, in Adā uerò cæteri uiri. Propterea Christus secūdū præscriptū ordinē prius mulieribus, & postea uiris apparuit. Vt quemadmodū ꝑcessit mors ꝑ culpā, ita ꝑcederet uita ꝑ gratiam. Illud aūt sanè debet intelligi, φ Christus ꝑ quadraginta dies post resurrectionē suā dicatur apparuisse discipulis, nō q̄d φ apparuerit illis singulis quadraginta diebus, sed quia frequenter ꝑ quadraginta dies, sicut Ioannes euangelista testatur, quod tertiæ diei apparitionē, sed tertiā apparitionū diē commemorans ait. Hic iā tertiò manifestauit se Iesus discipulis ad mare Tyberiadis. Manifestauit aūt sic: Erāt simul Simō Petrus, &c. Non est ergo aliquatenus dubitandum de Dei ueritate, quoties multorū oculis est ingesta, quā ad maiorē fidei firmitatē, ꝑ angelorū namq̄ testimonium Marc. 16 multoties declarauit. Primò, quādo angelus dñi descēdit de cælo, & accedēs reuoluit lapidē, & sedit sup eum, & dixit mulieribus: Surrexit, nō est hic. Secūdo, Ioan. 20. qñ Maria Magdalena in monumentū, & uidit duos angelos sedentes in albis, unum ad caput, & unū ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Et ecce duo uiri steterunt secus illos in ueste fulgenti, & dixerunt ad illos: Quid quæritis uiuētem cum mortuis? non est hic, sed surrexit. Tertiò, quando uidentibus illis Act. 1. eleuatus est: & nubes suscepit eū ab oculis eorum. Et ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis, & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus q̄ assumptus est a uobis Matt. 18 in cælum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Cum igi- 2. Cor. 13 tur in ore duorum uel trium stet omne uerbum, manifestum est quidem in hac & angelorum testimonio credendum.

Verum ne quis posset super hoc aliquatenus dubitare, signa plagarū in suo corpore reseruauit, dum ait discipulis: Videte manus meas, &c. propter naturam quippe glorificati corporis reseruauit Dominus in corpore suo uulnerum cicatrices, non solum ut fides apostolorum per eas firmius solidaretur, uerumetiam ut illas repræsentaret intercedēdo Deo patri pro nobis, ostendens quale pro nobis intulit genus mortis, ut sic pro nobis efficacius intercedat.

Ne uerò phantastica posset eius resurrectio reputari, quasi facta per artē magicam, & non potius per uirtutem diuinam, uoluit etiam propter naturam incorruptibilis corporis post resurrectionem suam cum apostolis manducare. Primò, cum dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Secundò, quando septem discipuli de naui descenderāt, uiderunt prunas & piscem suppositū & panem, &c. Tertiò, quando conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, &c.

Sciendum est autē quòd cibos, quos dñs ante mortē comedit, digessit: quos uerò post resurrectionē accepit, assumpsit. Sicut aliter absorbet aquam terra sitiens, & aliter ignis. Nam illa imbibit, iste consumit. Corpus nāque φ propter sui subtilitatē, quæ est vna de quatuor proprietatibus glorificati corporis, ianuis clausis intrauit, & propter naturā carnis, quæ resurgendo non euanuit, sed refloruit, palpabile se ostendit: in utrolibet miraculum si fuerit, ad probationem miraculi sufficit alterum. Quid ergo scriptum est: Et quoniam in fractione panis ab oculis duorum discipulorum subitò se subtraxit. Et post dies octo uenit Iesus ianuis clausis, & dixit: Pax vobis. Tertiò, cum dixit discipulis: Mittite in dexteram na- Ioan. 21 uis rete, &cæt. Quartò, cum uidentibus apostolis eleuatus est, & nubes suscepit eum, & ferebatur in cœlum, vbi sedet ad dexteram Dei. Congruunt autem sanè miracula ueritati: decebat enim vt in eius resurrectione fieret terræmo-

terræmotus, in cuius morte legitur terræmotus, resurgens intraret ad discipulos clauso virginis aluo, vt illi qui miraculosè caperent pisces, miraculosius essent homines piscaturi: & ipse mirabiliter in cœlum ascenderet, foret mirabilius descensurus. Hæc sunt resurrectionis dominicæ argumenta, de quibus in actibus apostolorum Lucas Euangelista testatur, dicens. Qui præbuit seipsum
Act. 1.
viuum post passionem suam in multis argumentis, &c. Sicut autem quadraginta dies fuerunt postquam resurrexit a mortuis, vsque dum ascendit in cœlum, ita quadraginta horę fuerunt ex quo mortuus est in cruce, vsq; dum resuscitatus est de sepulchro. Nam sexta feria hora nona inclinato capite tradidit spiritum, & vna sabbati hora prima resurrexit à mortuis, & reuixit. Quatuor ergo horæ restabant in sexta feria, scilicet, nona, decima, vndecima, duodecima, dies autem sabbathi & duę noctes, vna præcedens & altera subsequens habuerunt triginta sex horas, & ita simul horę omnes quadraginta fuerunt. Patet igitur ex præmissis, quod Christus tribus diebus & tribus noctibus, etsi nō per tres dies, iacuit in sepulchro, s. sexta feria saltē per vnam horam, sabbatho per decem, & dominica partem tantus. Vnde prudenter & cautè, veritas ait in
Matt. 12.
euang. Sicut Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita etiam filius hominis in corde terræ, non dicit, Per tres dies, & per tres noctes: sed, Tribus diebus, & tribus noctibus. Quoniā aliud est esse in die, & aliud esse per diem. In die nāq; est, quod existit in aliqua parte diei: sed per diem est, quod per varias partes diei existit.

Sed quo verum est, quòd tribus diebus & tribus noctibus iacuit in sepulchro, cū non intersint nisi duæ noctes? Porrò sciendum est, quòd sicut dies est claritas aeris, cùm sol rutilat sup terrā, ita nox dicitur obscuritas aeris, cū sol super terram non lucet. Verùm hora sexta, in qua crucifixus est dñs, vsq; in horam nonam, in qua spiritum emisit, tenebræ factæ sunt super vniuersam terrā, & obscuratus sol. Patet igitur q̄ hora nona pp obscuritatem solis, obscuratus est aer. Ideoque hora nona, in qua mortuus est Christus, intelligitur nox fuisse: vt sicut de vltimo die mors Christi vnam horā tn̄ accepit, ita de prima nocte vnam tm̄ horam acciperet. Verū cum huiusmodi i. obscuritas aeris, præcesserit sepulturam, quam, cum iam sero factum esset, in parasceue ante sabbathum legimus celebratam secundum istam suam. Per cor terræ debet intelligi, quod veritas ait: Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit & filius hominis in corde terræ. Porrò secundum istam sniam per cor terræ debet intelligi, non tam locellus petrosi sepulchri, q̄ vmbilicus huius habitabilis zonę. Hic enim per cor intelligitur medium, secundum quod dicitur in Psal. Dñs aut rex noster ante secula operatus est salutem in medio terrę,
Psal. 73.
qm̄ in eo loco crucifixus est dominus, mortuus, sepultus, & suscitatus. Nam vsque ad resurrectionem Christi dies præcessit noctem, iuxta q̄ legitur: Factū est vespere & manè dies vnus, quod bene
Gen. 1.
competit sacramento: qm̄ in homine dies virtutum præcessit noctem vitiorum. Sed ad resurrectioné Christi nox cœpit præcedere diem, quia lux successit post noctem culpæ, iuxta quod ait Apostolus, Eratis aliquando tenebræ,
Ephes. 5.
nunc autem lux in domino. Nox ergo, quę fuit inter sabbathum & dominicā, bis numeratur, semel propter ordinem naturalem, qui fuit, ut dies præcederet noctem; iterum propter ordinem spiritualem, qui fuit, ut nox præcederet diem, & ita cum fuerint duæ noctes, si una bis numeretur, intelliguntur fuisse tres, propter causam prædictam. Cęterum qualiacunque sint uerba, is tamē est sensus secundum quendam modum loquendi: tribus diebus & tribus noctibus, id est, tribus inter dies & noctes, quia duabus noctibus & uno die in tegræ sunt in corde terrę. Licet ergo de hora resurrectionis, dominicę diei hora surrexisse credatur. Surgens, inquit, mane prima sabbathi; apparuit primò mariæ Mariæ Magdalenę; de qua eiecit septem dęmonia. Cur con

 sonat

Psal. 56. sonat Psalm. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara: exurgam diluculo. Nam & in euangelio & in symbolo cōtinetur, quòd die tertia resurrexit. Vnde colligitur quòd nō resurrexit in nocte, sed in die.

Sed dissentit & consentit Matthæus euangelista, cum dixit: Vespere sabbathi, q̄ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene videre sepulchrū, &c. Sanè vespere dicitur finis diei, id est,
Matt. 28. crepusculum; & finis noctis, id est, diluculum. Vt autem determinaret euangelista, de quo vespere dixerit, consequenter adiungit. Quæ lucescit in prima sabbathi: ac si dixisset, In diluculo quod fuit inter noctem sabbathi & dominicam. Huic quoque sententiæ concordat vsus Ecclesiæ, quæ in commemoratione resurrectionis dominicæ matutinas laudes decantat. In diluculo igitur, id est, cum cœlum ab orientis partibus clarescerct, dominus resurrexit, per quod illa soluitur contrarietas, quę de aduentu mulierum ad monumentū inter Euangelistas versari videtur. Nam Matthæus dicit, quòd venerunt vespere sabbathi, quæ lucebat in prima sabbathi: Lucas verò, quòd valde diluculo: Ioannes autem, quòd manè, cum adhuc tenebræ essent? econtra Matthæus, quòd orto iam sole, quod totus ortus solis intelligitur hic diluculum, sicut ipse Matthæus determinat dicens: Et valdè mane vna sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Patet igitur, quòd & orto iam sole venerunt, & tamen ante lucem cum adhuc tenebræ essent, id est, diluculo, cum videlicet ex ortu solis cœlum ex orientis partibus albescit, & cum adhuc tenebræ essent in partibus occidentis. Nam ea hora si quis aspiciat orientem, ortum solis discernit: Si verò respiciat occidentem, [illegible] propter tenebras non distinguit.

Si verò quæratur, Vtrum Christus post resurrectionem suam nudus apparuerit an indutus? Respondendum, quia indutus apparuit: cum & angelus qui resurrectionem suam venerat nunciare, stola candida coopertus apparuit: & a vestimentum eius erat sicut nix. Vt sicut in vnum trium euangelistarum verba dicamus, hoc ipsum non solùm nouæ, sed veteres ecclesiarum picturæ testantur, quæ ab ipsa primitiua Ecclesia causæ primordium asserunt.

Si quis autem inquirat, Quibus vestibus indutus apparuit? Constat, quòd nō illis, quibus induebatur cum adhuc Psal. 21.
esset passibilis & mortalis, & ad crucis diuiserunt sortem. Iuxta quod dominus prædixerat: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Vnde si quæratur, Vbi Christus illam vestem acceperit? & Ps. 134.
ego requiro vbi angelus candidam stolam acceperit? Psalmista vero bene determinat dicens, Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Talis autem fecit in cœlo, qualis in iudicio apparebit, quando videbunt in quem transfixerunt.

Forsitan adhuc humana cogitatio pulsat animum, quærens, Vbi post resurrectionem dominus erat per quadraginta dies, quando cum discipulis non manebat? Potest autem probabiliter responderi, quòd erat in paradiso terrestri, vbi Enoch & Helias sunt, cum ille locus sit dignior & amœnior, vbi cum eo sanctorum animæ, quos eduxit de Luc. 23.
inferno, vsque dum ascendens in cœlū captiuam duxit captiuitatem. Iuxta quod legitur dixisse latroni: Hodie mecum eris in paradiso.

Sed ex hoc verbo alia suboritur quæstio: Vtrum ipso die mortis anima Christi statim descendit ad infernum, vt eum protinus spoliauerit educens sanctorum animas de inferno in paradysum? Sed ita quamuis non congruè dici possit, quod simul ascendit & corpus Psal. 15.
de tumulo & anima de inferno, iuxta illud Psalmistę: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem: Puto quòd anima Christi mox, vt exiuit à corpore, facta est impassibilis, cum illico fuerit ab omni causa passionis immunis; quoniam tunc nec alieno consortio, nec ex delicto, nec ex propria

pria pati poterat natura nisi forsitan illud uideatur obsistere, quòd sicut corpus & anima Christi simul incipiens passibilitati subesse, quoniam illud fuit corpus simul & formando animatum & animando formatum, ita & corpus & anima Christi simul impassibilitatem acceperunt, vt anima reddita corpori simul fuerit glorificata cum illo. Sed audi consilium sapientis, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruteris: quia deficiunt scrutantes scrutinio. Vñ Apost. Nō plus sapere, &c. Christus ergo pbuit semetipsum in multis argumentis per dies quadraginta, & apparens eis & loquens de regno Dei. Adhuc velim distinguere, q̄ sint illa q̄ Christus de regno post passionē suā est locutus Apostolis. Sed prius est distinguendū, quod regnū Dei dicitur in scripturis vniuersalis Ecclesia, cœlestis patria, fides recta, & sacra scriptura. Primū in solo, secundum in polo, tertium in corde, quartū in codice. De regno quidē scriptū est: Exiēnt angeli & colligent de regno eius omnia scādala. De regno patriæ reperitur: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eoru. De regno fidei dicit scriptura: Regnū Dei intra vos est. De regno scripturę legitur: Auferetur à vobis regnū, & dabitur gentibus facientibus fructū eius. Sed & ipse Christus regnū Dei pt intelligi, scd'm illud: Si ego in digito Dei eijcio demonia, propterea peruenit in vos regnū Dei. Et statim post eius resurrectionē pt accipi regnū Dei, iuxta quod ait: Non bibam amodò de hoc genimine vitis, donec bibam illud vobiscū nouum in regno patris mei. Licet ergo multipliciter regnū Dei distinguatur, Christus tñ secundum hoc quatuor modis post resurrectionē suā locutus est Apostolis suis de regno Dei. Audi de primo, scilicet de regno uniuersalis Ecclesiæ: Euntes docete omnes gentes: baptizātes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docētes eos seruare omnia quæ mandaui uobis, & ecce ego uobiscū sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Hoc regnum commisit Petro, cū ait: Simon Ioannis, diligis me plus his? Cui cū Petrus tertio respōdisset: Domine, tu scis, quia amo te: secundò quoque præcepit ei dicēs: Pasce oues meas. Audi secūdò, id est, de regno cœlestis patriæ: Noli me tangere, nondū enim ascendi ad patrem meū, &c. Et iterum: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Audi de tertio, id est, de regno fidei: Eūtes in mūdū uniuersum prædicate euangeliū omni creaturę. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autē nō crediderit, cōdemnabitur. Et iterū: Quia uidisti me, Thoma, credidisti, beati qui nō uiderunt, & crediderunt. Audi de quarto, id est, de regno scripturę: Incipiens à Moyse & prophetis interpretatur illis quæ de ipso erant. Et ideo iterū: Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturam.

[Margin: Eccles. 3. / Rom. 12. / Matt. 13. / Ibidem. / Luc. 17 / Matt. 21. / Matt. 12. / Matt. 26. / Matt. 28 / Ioan. 21. / Ioan. 20. / Matt. 28. / Mar. 16. / Ioan. 20. / Luc. 24.]

Ecce breuiter assignauimus, quæ de resurrectione Christi secundū fidē pertinēt ad instructionem scientiæ. Maiora autem sunt illa, quæ secūdū mores pertinent ad instructionem vitæ, quibus alias ipso auctore docemur, q docet omnem sciētiam Dominus Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Dominica II. post Pascha.

De bonitate pastoris Christi, de animæ tripliei acceptione in scripturis, de triplici alimento quo nos pascit Christus, & de mercenario, lupo & oue.

SERMO I.

EGo sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. [Ioan. 10.]

PArabolicæ similitudinis propositum paradigma, de mercenario & pastore, lupis & ouibus, me fratres & filij, ualde perterret: quia uæ mihi est, si fortè sim nomine pastor, & opere mercenarius: si meritū discrepat ab officio, si uita discordat à lingua. Is n. est pastor bonus, qui animā suā dat pro oui-

Bonitas Dei triplex.
Bonus quõ sit Deus, & quõ homo.
Bonus per naturam.
Mar. 10.
Bonus in effectu.

bus suis. Quis autem sit ille dñs ostendit cũ ait: Ego sum pastor bonus. Quis .n. bonus vt ipse? Bonus in natura, bonus in effectu, bonus in officio. Namq; non est aliud esse bonum, quam esse, cum eius bonitas sit essentia. Quapropter ipse bonus est per naturam, homo bonus per gratiam. Ipse bonus essentialiter, homo bonus accidentaliter. Propter quod ipse dicebat: Nemo bonus, nisi solus Deus. Ipse bonus est in effectu: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum: Qui est fons & origo bonorũ. Propter qđ ipse dicebat: Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlesti: dabit spiritum petentibus se. Nam & vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Ipse bonus est in officio: Quia bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et ipse quidem animam suam dedit nõ solum pro iustis, sed etiam pro iniustis. Quia Christus mortuus est pro peccatis nostris, iustus, pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos aũt spiritu. Non solum pro amicis, sed & pro inimicis. Quia cũ inimici essemus, reconciliati sumus in sanguine eius. Lauit .n. nos a peccatis nostris in sanguine suo. O quanta gratia, quantum donum, vt iustus pro iniustis, amicus pro inimicis animam suam daret: imò dominus pro seruis, Deus pro hominibus, creator pro creaturis.

Iac. 1.
Luc. 11.
Gen. 1.
Bonus in officio.
Ioan. 10.
1. Petr. 3.
Rom. 5.
Apoc. 1.

Prouideamus ergo nobis, ne tantæ gratiæ simus ingrati, ne ve tanto dono reddamur indigni. Quia proprio filio suo nõ pepercit Deus, sed pro nobis oĩbus tradidit illũ. Ipse est ergo pastor bonus in natura, in effectu, in officio.

Bonus aũt pastor dat aĩam suam pro ouibus suis. Vocabulum animæ tribus modis accipitur in scriptura. Dr .n. anima spiritus, secũdum illud: Potestatem habeo ponendi aĩam meam, & iterũ sumendi eam. Dr vita, secundum illud: Qui amat animam suam, perdet eam. Dicitur sanguis, secundum illud, Anima carnis in sanguine est. Secundum quemlibet modorum istorum, Christus animam suam dedit pro ouibus suis. Dedit .n. animam .i. spiritum, in patibulo crucis. Dedit animam .i. vitã in articulo mortis. Dat animam .i. sanguinem, in poculo calicis. Nam qui dedit se pro nobis in precium, vt redimeret nos à morte, ipse se tribuit nobis in cibum, vt nutriat nos ad vitam. Ipse ergo est pastor bonus, qui animam suam dedit pro ouibus suis. Pastor quippe dicitur à pascendo. Et ipse tribus modis nos pascit, videlicet, alimento naturæ, cibo doctrinæ, & pabulo eucharistiæ. Ipse nos pascit alimento naturæ, qui dat semen serenti, & panem comedenti. Qui dat escam pullis coruorum inuocantibus eum. Qui dicit in Euangelio: Nolite soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? Respicite volatilia cœli, quia non serunt, neq; metunt, & pater vester cælestis pascit ea. Ipse ergo pastor bonus. Ipse nos pascit cibo doctrinæ, qui cibat nos pane vitæ & intellectus. Et potat nos aqua sapientiæ salutaris. Quia non in solo pane viuit homo: sed in oĩ verbo, quod procedit ab ore Dei. Propter quod ipse loquitur in parabolis: Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ quod miscui vobis. Ipse est ergo pastor bonus. Ipse nos pascit pabulo eucharistiæ, qui dicit in Euãgelio: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meũ sanguinem in me manet, & ego in eo. Panis .n. quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Vtinam in futuro nos pascat epulis gloriæ, de quibus Psalmista dicebat: Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Nam in voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Edetis, inquit, & bibetis super mensam meã in regno meo. Et, Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Ipse ergo pastor bonus, q animam suam dat pro ouibus suis.

Animæ vocabulũ tribus modis accipitur.
Ioan. 10.
Ioan. 12.
Leui. 17.
Tribus modis pascit nos Christus.
1. Cor. 9.
Psal. 146
Matth. 6.
Ioan. 10.
Eccle. 15.
Deu. 8.
Prou. 9.
Ioan. 6.
Psal. 15.
Psal. 39.
Luc. 2.
Apoc. 2.

Mercenarius autem, qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Mercenarius quidem est, qui locũ pastoris habet, sed pastoris opus non agit: qui pro mercede non spirituali sed

Mercenarius quis sit.
Matt. 6.

Matth. 6. sed pro temporali: non uera, sed falsa: *Mercenarius quo cognoscatur.* non æterna, sed transitoria pascit oues: uidelicet, pro lucro terreno, pro mundana gloria, pro humano fauore. Sed amen dico uobis, recepit mercedē suam.

Verum autem sit pastor, & an oues sint eius propriæ, hoc argumēto potest probari. Si quis habet substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo; perfectò non est pastor, sed mercenarius. Quia si nō dat ouibus suis terrenā *1. Ioan. 3* substantiam, quando daret pro eis animam *Ioan. 10.* suam? Pellem, inquit, pro pelle, & *Iob 2.* cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Talis utique uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit. Lupus est *Lupus quis sit.* dæmon. Lupus est hæreticus. Lupus est *Ioan. 10.* tyrannus. De primo dicitur: Lupus rapit, *Matth. 7.* & dispergit oues. De secundo legitur: *Luc 10.* Attendite a falsis Prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. De tertio uerò scribitur: Ecce mitto uos, sicut agnos inter lupos. Hæreticus rapit, tyrannus dispergit. Dæmō aūt & dispergit & rapit. Dispergit per uiolētiā, rapit per fraudulētiā. Quia est uiolētus ut leo, & fraudulētus ut draco. Quēlibet istorū luporū *Fuga mercenarii quæ.* mercenarius uidet uenientē, & dimittit oues & fugit: nō sēp mutādo locū, sed sæpe subtrahendo præsidium. Quia latet, tacet, & sustinet, cūm minimè uidet iniustitiam, uiolentiā & perfidiā, cōtra impotentes, orphanos & egenos: quasi *Esa. 56* canis mutus non ualens latrare. Heu ** al. uidemus.* quod hodie tales habemˀ & * dolemus in Ecclesia mercenarios: ꝑp quod cūm nomē pastoris habeant, & officium, nō meritum, inualescunt hæretici, tyranni *Ezech. 13* fæuiunt, & perfidi persequuntur. Quia *Luc. 10* uix inuenitur, qui ponat se murū ꝑ domo Israel, aut stet ex aduerso in die domini. Messis enim multa, operarij uerò pauci. Quoniam etsi multos uideamus in nomine, paucos tamen uidemus in opere. Propterea lupus rapit, & disper- *1. Pet. 5.* git oues. Quoniam aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quē deuoret. Mercenarius aūt fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eū de ouibus. Sed ego, dicit dominus, sum pastor bonus; & cognosco *Christus qualiter cognoscat oues suas.* oues meas, & cognoscūt me meæ. Ego cognosco meas, ꝑ approbationem, dilectionem & gubernationē. Meæ uerò cognoscunt me, per deuotionē, obedientiā, imitationē. Nouit.n. dñs q̃ sunt ei. Qui econtra reprobis ait: Amē dico uobis, non noui uos. Oues āt eius illum sequuntur, & sciunt uocē eius. Alienū aūt *Oues quo cognoscāt.* non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt uocē alienorū. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrē. Filius per se nouit patrē, nos uero per illū. Iuxta quod alibi dicit. Nemo nouit *2. Tim. 2.* filiū, nisi pater: neque patrē quis nouit, *Matth. 7.* nisi filius, & cui filius uoluerit reuelare. *Matth 11* Itemq; Ioannes: Deū nemo uidit unq̃, *1. Ioan 4.* nisi unigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Litera ista duobus modis ualet intelligi: q̃a potest dupliciter construi. Primò ut sub uno uersu dicatur: Cognosco meas, & cognoscūt me meæ: sicut nouit me p̄r, & ego agnosco patrē. Vt ita similitudo cognitionis notetur inter pastores & oues, quę inter patrem & filiū. Hæc āt cognitio est dilectio, sicut Ioānes Eu̅ g̃elista testatur, inquiēs: Qui dicit se nosse Deū, & mādata eiˀ nō *1. Ioan. 2.* custodit, mēdax est. Veritas ergo dicit: *Ioan. 14.* Qui diligit me, sermonē meū seruabit. Est ergo sēsus: Sicut diligit me pater, & ego diligo patrem: ita ego diligo oues meas, & ipsæ me diligūt. Cuius dilectionis est euidēs argumentū, quia animā *Ibidem.* meā pono ꝑ ouibus meis. Maiorē enim charitatē nemo habet, q̃ ut animā suam ponat quis ꝑ amicis suis. Itemq;: Oues meæ uocē meā audiunt. Quia populus, *Ioan. 10.* quē nō cognoui, seruiuit mihi, in audi- *Psal. 17* tu auris obediuit mihi. Vel intelligi p̄t, ut sub alia clausula diuidatur. Dixerat .n. antè: Cognosco meas, & cognoscunt me meæ: nunc āt ostēdit, quo authore, quove fine illas cognoscit. Quo authorē, q̃a sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Quo fine, quia animā meā pono pro ouibus meis. Ac si dixisset apertius, quod uult pater, & ego uolo. Vnde iuxta beneplacitum patris animā meā pono pro ouibus meis.

Ostēsum est qualis debet esse pastor, ostendendum est ergo, quales debeant esse

Oues quales debeãt esse. Proprietates ouium laudabiles imitandæ. esse oues. Tria præcipuè commẽdãtur in oue, mansuetudo, innocentia, & utilitas. Scriptum est enim: Tãquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. Totum est utile quod exit ab oue, lac & lana, pellis & caro, fœtus & fimus, qui terram impinguat: Tales debent esse fideles, ut sint mãsueti, ne reddant malum pro malo, neque maledictum pro maledicto, eius exemplo: Qui *Esa. 53.* quum malediceretur, nõ maledicebat, quum pateretur non comminabatur. *1. Pet. 2.* Vt sint innocentes, ne quenquam offendant, nulli noceant, neminem *Matth. 5.* lædant: sed potius diligãt inimicos suos, benefaciant his qui oderunt eos: & orẽt pro persequentibus & calumniantibus se, illius exemplo, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vt sint utiles, quatenus pastoribus suis reddant lac & lanã, vel fimum & fẹtũ, id est, primitias, *Luc. 10.* & decimas, & oblationes. Dignus est enim operarius mercede sua. Propter qđ *1. Cor. 9.* dicebat Apostolus: Si seminauimus nobis spiritualia, non est magnum si carnalia uestra metamus.

Ioann. 10. Sequitur: Et alias oues habeo, quæ *Ibidem.* non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & fiet unum ouile & vnus pastor. Habebat ergo dominus oues, & iustificatas per gratiam, & prædestinatas ad uitam. De iustificatis p̃miserat: Cognosco meas, & cognoscũt me meæ. De pdestinatis subiũgit: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. primę ergo iam collectæ erant ex populo Iudæorum: Secundæ adhuc erãt col*Ephes. 2.* ligendæ de populo gentium. Vtræque tamen congregandæ erãt, ut esset unum ouile, & unus pastor, id est, una ecclesia, & unus dominus. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, ut duo parietes è diuerso uenientes, in u*Gen. 6.* no angulari lapide conuenirent. Quæcunque ouis extra hoc inuenitur ouile, luporum morsibus patet: quoniam & omnes qui non fuerunt in arca, in diluuio perierunt. Porrò quædam oues sunt lentæ, quædam sunt morbidæ, & quædam uagæ. Bonus itaque pastor debet pungere lentes, sustentare morbidas, & colligere uagas. Quæ tria bene *Tria vitia ouiũ in baculo pastorali significata, quæ curanda.* significantur in baculo pastorali, qui est in ultimo acutus, in medio rectus, in summo retortus. Acutus, ut pungat oues lentas & pingues: rectus, ut sustentet oues morbidas & infirmas: retortus, ut recolligat oues uagas & errabundas. Oues suas pascẽdas dominus Petro cõmisit, uocabulo tertio repetito, quẽ *Ioann. 21.* pastorem sibi substituit, & ob hoc hodierna statio in eius basilica celebratur, Ad *Cur hodie in basilica S. Petri celebretur.* laudem & gloriam summi pastoris Ecclesiæ Iesu Christi, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In solẽnitate Ascensionis domini nostri Iesu Christi.

De tribus solemnitatibus, scilicet, Paschæ, Scenophegiæ, & Pentecostes, & quomodo debeamus eas celebrare: denique, de tribus ordinibus eas celebrantium.

SERMO I.

Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. *Ephes. 4.*



Tres olim solennitates nõ solæ, sed præcipuæ celebrantur in lege, uidelicet, Pascha, Pẽtecoste, & Scænophegia, id est, solẽnitas azymorum, solennitas hebdomadarum, & solennitas tabernaculorum. Quas & nos in Euangelio, non ad literam, sed in spiritu celebramus. Pascha, in resurrectione, Scænophegia, in ascensione, Pentecosten, in paracleti missione. Christus enim capti*Psal. 67.* uam duxit captiuitatem, quando resur*Zach. 9.* gẽs eduxit vinctos suos de lacu, in quo *Psal. 68.* non erat aqua. Ascendit in altum, cũ *Ioel. 2.* exaltatus est super cœlos cœlorũ ad Orientem. Dedit dona hominibus, cum effudit de spiritu sancto super omnem carnem. Ascendens ergo Christus in altũ, dedit dona hominibus, qm̃ oẽ datũ optimũ, & oẽ donũ pfectũ de sursum *Iacob. 1.* est descẽdẽs a patre luminũ. Pascha igitur dem *Pascha*

quid interpretetur. dē trāſitus appellatur, eo q angelus trā ſijt p Aegyptū, extinguēs primogenita
Exod. 12. Aegypti, ab homine vſq; ad pecus: ſed ſu p Hebræorū tecta trāſiuit, nemine eorū lędēs, eo q agni ſanguine lita eſſent. Et tūc populus Iſrael iter arripuit trāſeūdi de Aegypto in ſolitudinē. Porrò paſcha
1. Cor. 5. noſtrū immolat' eſt Chrs. Cuius ſanguine tecta tingūtur, cū corda noſtra fide paſſionis inſigniuntur, q ſola diabolus exterminare non pōt, in eo q intus ex fide uiuit. Trāſitū aūt iſtū Ioānes Euan-
Ioan. 13. geliſta determinat, dicēs: Sciēs Ieſus, q a eius hora venit, vt trāſeat ex hoc mūdo ad patrē, cum dilexiſſet ſuos, in finē dilexit eos. Reſurgēs ergo tranſijt de morte ad vitā, de labore ad requiē, de mūdo ad patrē. Nā Chriſtus reſurgēs ex mortuis,
Rom. 6. iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur.
Scenopegia, quid interpretetur. Scenopegia fixio tabernaculorū interpretatur, eo quod Iſrael quadraginta annis ſub tabernaculis commoratus eſt in deſerto. In cuius rei memoriam adhuc Iudæi celebrant ſcenopegiam, habitantes in tabernaculis. Por-
Deut. 16. ro tabernaculū eſt corpus Chriſti aſſūptum, in quo ſub humanitate latet diuinitas. De quo dicit Pſalmiſta: In ſole
Psal. 18. poſuit tabernaculū ſuū. Hoc utique tabernaculum Chriſtus in carne mortali
Ibidem. non figebat. Qm̄ exultauit vt gygas ad currendam viam, diſcurrens de loco in locum, vt ſuſceptum miniſterium adim-
Mar. 16. pleret. Sed nunc fixit tabernaculum ſuum, cùm aſſumptus in cœlum ſedet ad dextram Dei, requieſcens, in patrimonialibus bonis patris, donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorū.
Psal. 109 πεντήκοντα grecè, aſiarco hæbraicè, quin-
Exod. 20. quaginta interpretatur latinè. Inde Pē-
Actor. 2. tecoſtes appellatur illa ſolennitas, quæ fit in memoriam legis datę quinquageſimo die ab exitu Iſrael de Aegypto. Nos autē Pentecoſten celebramus in honore ſpiritus paracleti, qui datus eſt Apoſtolis quinquageſimo die poſtquā
2. Cor. 3. Chriſtus reſurrexit à mortuis. Ipſe q dē
1. Ioan. 2 eſt lex ſalutaris, ſcripta non in tabu-
Ioan. 15. lis lapideis, ſed in cordibus hominū digito Dei. De quo dicit Ioannes: Vnctio docebit nos de omnibus. Et Chriſtus in Euangelio: Cùm uenerit paracletus, ille vos docebit oēm veritatē. Hui' diei ſolēnitatē honorificē celebramus, recolentes, q dū cōplerentur dies Pēteecoſtes, fa-
Actor. 2 ctus eſt repentè de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Verum vt oīs Ch.i actio, Chriſtiani ſit lectio, nō ſolùm requiramus allegoriā, q mētē inſtruit ad ſciētiā, ſed magis tropologiam, quę ani-
Sensus tropologicus. mum inſtruit ad ſalutē. Chriſtus enim reſurrexit: vt nos reſurgamus. Aſcēdit: ut nos aſcendamus. Paracletum dedit vt nos conſolemur. Paracletus enim aduocatus vel conſolator interpretatur. Sed poſt tres dies reſurrexit à mortuis, inde poſt quadraginta dies aſcendit ad cęlos, ex tūc poſt decem dies paracletū dedit. Plena ſunt omnia diuinis myſterijs, ac ſingula celeſti dulcedine redūdātia: ſi tamen diligentem habeant inſpectorem, qui nouit ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.

Deut. 32. Resurrectio prima quae. Reſurgamus ergo fratres & filij, reſurgamus a mortuis poſt tres dies. Reſurrectio prima eſt remiſſio peccatorū. De qua dicit Ioannes: Beati, qui habent partem in reſurrectione prima.

Apoc. 20. Via trium dierū qua ad resurrectionē animae peruenimus. Ad hanc itaquę peruenimus per uiā trium dierum, qua filij Iſrael egreſſi ſunt de Aegypto, ut ſacrificarent domino in deſerto. Sacrificium Deo ſpiritus cōtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Eſt ergo prima dici uia, per quam ad reſurrectionē animæ proficiſcimur, inquiſitio peccatorum, quando peccator inquirit, & inueſtigat modum, & numerum, & alias circunſtātias peccatorum. Secundū illud: Cogitabo pro peccato meo. Hic enim primus dies, hæc prima mentis illumi-
Psal. 50. I. natio. Huic ſuccedit ſecundus, videlicet, recordatio delictorum: quando peccator coram ſe ſtatuit modum & numerum, & alias circunſtantias delictorum. Secundum illud: Peccatum meum coram me eſt ſemper. Hic eſt ſecun-
Psal. 50. II. dus dies, hæc eſt ſecunda mentis illumi-
Psal. 37. III. natio. Cui tertius quoque ſuccedit, uidelicet cōtritio uitiorum: quādo peccator pœnitens conterit omnia uitia per dolorē. Secundum quod inquit: Secun-
Psal. 93. dum multitudinem dolorum meorum in corde meo, cōſolationes tuæ lætifica-

uerunt

Matt. 9. Lucæ 7. Ioan. 11. uerunt a'a meā. Statim ergo puella suscitatur in domo, iuuenis in porta, Lazarus in sepulcho. Nam qua hora peccator cōuersus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius nō recordabor: uita uiuet, & nō morietur, ait dñs omnipotēs.

Pascha quomodo mystice celebretur. Exod. 14. Hoc est ergo Pascha uel solēnitas, in qua salutarem transitum celebramus, de morte ad uitam, de malo ad bonū, de tenebris ad lucem, de uitijs ad uirtutes. Tunc anima transit de tenebris Aegypti, ad columnam nubis obumbrantem per diem, & columnam ignis lucētem per noctem: quando peccator per pœnitentiam tenebras inferiores deponit: de quibus ait Apostolus: Obscuratū *Rom. 1. Ioan. 1.* est insipiens cor eorum: & lucem ueritatis assumit, quæ illuminat omnem hominē uenientē in hūc mundū, quæ per nubem refrigerat, & per ignē illustrat.

Psal. 83. Sed a resurrectione post quadraginta dies debemus ascendere, ut disponentes ascensiones in corde, in conualle lachrymarum, ascendamus de uirtute in uirtutem, donec uideamus, Deum deorum in Sion. Faciamus ergo dignos fru- *Matth. 4. Pœnitentiæ fructus digni qui sint.* ctus pœnitentiæ, quæ sunt præcipuè, oratio, ieiunium, eleemosyna: ut sicut tres per peccatum offendimus, Deum, nosmetipsos, & proximum, ita tres per satisfactionem placemus: ut oratio dirigatur ad Deum, ieiunium feratur in nos, eleemosyna distribuatur ad proximum.

Quadragenarius numerus satisfactionis. Scitis autem charissimi, quòd quadragenarius, specialis & proprius est satisfactionis numerus. Vnde & obseruantiā militiæ Christianæ, per quam ad satisfaciendum domino de commissis decimam totius anni persoluimus; sub hoc numero comprehendimus. Vt enim cæteras significationes huius numeri taceamus, quæ sunt multiplices in *Ionæ 1.* Scripturis, Ionas huius numeri spatium Niniuitis indixit, ut conuerterentur ad dominū & satisfacerent de commissis. Adhuc (inquit) quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Est enim numerus superabundans, ex suis partibus aggregatis ascendēs ad quinquagenariū, qui ratione Iubilei, plenam remissionem significat. Quia si sic ascenderimus, post decem dies spiritum sanctum paracletum accipiemus. Denarius enim dierū est decalogi obseruantia, qui totus in dilectione Dei & proximi adimpletur. *Rom. 1. 1. Tim. 2.* Nā plenitudo legis est charitas. Et finis præcepti charitas est, de corde puro, conscietiā bona, & fide nō ficta. Nā & illorū mandata in duabus tabulis sunt cōscripta. *Exod. 20. Luc. 19.* Tria in unā, quæ Dei dilectionē insinuant. Quorum primum spectat ad patrem: Non habebis Deum alienum. Secūdum ad filium: Non assumes nomē Dei tui in uacuum. Tertium ad spiritū sanctum: Memento ut diem sabbati sanctifices, qui est ueræ quietis sanctificatio.

Vnde non incōgruè quinquagesimo die, qui primus est post septimam septimanam, missus est in Apostolos, ut eos *Ioan. 14.* in illa pacis requie solidaret. De qua dicit ueritas in Euangelio: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis.

Post dies hos itaque decem, id est, post decimā obseruantiam mandatorū Dei, paracletum spiritum sanctum accipimus: non quoniam & ante paracletum spiritum non acceperimus; quoniam *Rom. 6.* charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis: sed quoniam amplius, & ad aliud illum accipimus. Sicut Apostoli, qui spiritum sanctum acceperunt ipso die resurrectionis dominicæ, quando domi- *Ioan. 20.* nus ait: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & tamen quinquagesimo spiritum sanctum acceperunt. Quia repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Ad quid eo die spiritum sanctum acceperunt, per uisibiles figuras ostensum est. Nam apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorū. Ignis expressit constantiam, lingua scientiam. Nam ignis testam mollem & fragilem cōsolidat & confirmat. Lingua mentis affectum exprimit & exponit. Datus est aūt *Luc. 24. Act. 1.* spiritus sanctus Apostolis ad constantiā, ut induti uirtute spiritus ex alto, testes fierent in Hierusalem & Samaria & usque ad extremum terræ. Datus est ad *Psal. 18.* scientiam, ut loquerentur uarijs linguis Apostoli magnalia Dei; quatenus in

omnem

omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hinc alibi legitur: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet uocis. (*Sap. 1.*) Sic nos fratres & filij, si decalogi mandata seruamus, profectò spiritum sanctum in igneis linguis accipiem', ut sit ignis flagrans in corde, & lingua sonans in ore. De hoc igne dominus ait: De excelso misit ignem in ossibus meis. (*Thren. 1.*) Item: Ignẽ veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? (*Luc. 12.*) Et alibi: Ignis in altari meo semper ardebit. (*Leuit. 6.*) Hũc ignẽ exposuit Salomon, vbi ait: Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. (*Can. 8.*) Ardeat igitur ignis in corde, vt lingua congruè sonet in ore. Nam peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuũ? (*Psal. 49.*) Certè cuius uita despicitur, restat vt prædicatio eius cõtemnatur, & dicatur ei: Medice cura teipsum. (*Luc. 4.*) Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tũc eijcies festucam de oculo fratr. tui. (*Matth. 7.*) Qui prędicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? (*Rom. 2.*) Has tres solẽnnitates, celebrant tres ordines fidelium in ecclesia: Incipientes, qui resurgunt per humilem pœnitentiam: Proficientes, qui ascendunt per abundantem iustitiam: Perficientes, qui consolantur per finalem perseuerãtiam. (*Ordines tres fidelium has solẽnitates celebrantium.*) Tres istos gradus fideliũ designãt tres quinquagenæ psalmorum; quarum prima terminatur in pœnitentia, quam psalmus ille quinquagesimus docet. Miserere mei Deus. (*Quinquagenæ tres psalmorũ ut designent tres gradus fidelium.*) Secunda terminatur in iustitia, quam Psalmus ille centesimus exprimit: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Tertia terminatur in laudis perseuerantia, quã ultimus Psalmus exponit: Omnis spiritus laudet dominum. Isti tres status sunt tres camerę arcæ Noe. Hi sunt tres dies, de quibus dominus ait: Hodie dæmonia eijcio, cras sanitates perficio, & tertia die consummor. (*Psal. 50. Psal. 100. Psal. 150. Gen. 9. Luc. 13.*)

Celebremus ergo charissimi solennitates istas, non tam corpore, quàm corde, quia reliquiæ cogitationum agent diem festum domino: (*Psal. 76.*) Inspirante paracleto qui a patre procedit & filio. (*Ioan. 16.*) Qui cum eis est uiuus & uerus Deus, benedictus in secula seculorum, Amen.

In solemnitate sanctæ Pentecostes.

De duplici liquefactione, & diuersitate liquefactorũ: de sapientia & charitate Apostolorũ: et quod illa duo in prædicationis officio coniungi debeant, ut doceat prædicator verbo et exẽplo.

SERMO I.

Liquefacta est terra, & oẽs habitantes in ea: ego confirmaui columnas eius. (*Psal. 74.*)

Duplex est liquefactio, una bonorum, de qua sponsa dicit in cantico: Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est. Altera uero malorum, de qua Propheta ait in Psalmo: Sicut cera liquefacta auferentur. Porrò quædam liquefiunt solummodo ad calorẽ; quædam solummodo ad humorem, quædam autem ad calorem & humorem. Ad calorem, ut cæra. Ad humorem, ut sal. Ad calorem pariter & humorem, ut nix. Item quædam quando liquescũt, & permanent: quædam quando liquescunt, & pereunt. Liquescunt, & permanent, ut cæra & sepum. Liquescunt & pereunt, ut nix & glacies. Sic & mali quidam solummodo liquescunt ad calorem; qui uidelicet dissoluuntur per spirituales cupiditates, quę de cordis calore procedunt, ut per iram uel per inuidiam. De quibus legitur, quod exarserunt in concupiscentijs suis, inflammati a gehenna. Quidam uerò liquescunt ab humore solummodo; qui videlicet dissoluuntur per corporales cõcupiscentias, quæ de carnis humore procedunt, ut per gulam uel per luxuriam, de quibus legitur, quod Behemoth dormit in locis humentibus, fiduciam habens quòd influat Iordanis in os eius. (*Dan. 13. Iob 40.*) Quidam uerò liquescunt ad calorem

calorē pariter & humorē: qui uidelicet & per spūales cupiditates & per corporales concupiscentias dissoluuntur. De quibus, ut pœna sit similis culpæ, dicit scriptura, qđ de aquis niuium, trāsibūt ad calorē nimiū. De Illis dicit Dauid: Super eos cecidit ignis, & non uiderūt solē. De his inquit Iacob: Effusus es sicut aqua, nō crescas: qđ ascendisti cubile patris tui. Eorū uerò q̄dam liquescūt & ꝑmanent, ut illi qui peccant & peniꝑtent: q̄a ꝑ penitentiā reparantur. Nam quacunq; horā peccator ingemuerit cōuersus, uita uiuet & non morietur, ait dñs. Quidā uerò liquescunt & pereunt; ut illi q̄ peccant, & nunq̄ pœnitent, q̄a ꝑ impœnitentiā condemnantur. Nam mortuo hoīe impio, nulla spes erit de eo. O q̄ periculosus modus liquefactionis est iste, ut uidelicet q̄s moriatur in peccato. Ecce mundus ferè totus liquefactus est uitiis, ferè liquefact⁹ totus est in peccatis. Nā supabūdauit iniquitas, & refriguit charitas multorum. Gloriātur n. hoīes cùm malè fecerint, & exultāt in rebus pessimis. Quia cùm impius uenerit in ꝓfundum malorum, contēnit. Quos utiq; q̄tò Deus per patientiā diutius sustinet in pñti, tantò ꝑ iustitiā grauiùs puniet in futuro: q̄a iuxta testimonium sacræ scripturæ, dedit eis Deus tpš pœnitēdi, & ipsi abusi sunt eo. Cæra quidē ad ignē primò mollescit, scđò liquescit, tertiò euanescit. Sic & diabolus, qui est malorum inuentor; primò ignē tētationis accēdit, quo magis anima liquefacta, quasi cæra mollescit, cùm incipit delectari. Secundò magis ignem tentationis accendit, quò magis anima calefacta quasi cæra liquescit, cum incipit consentire. Tertiò magis ac magis igne tentationis accēdit, quò magis ac magis anima calefacta, quasi cæra penitus euanescit, cum incipit perpetrare. Quia peccatum cum fuerit consummatum, generat mortem: propter quod legitur: Sicut cæra a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

Nos ergo fratres & filij q̄rumlibet dum inuenisi pōt, innocemus eum dū ꝓpe est, ne forte simus ex illis, de quibus Propheta ꝓmittit: Liquefacta est terra, & oēs habitantes in ea. Sed ut simus de illis, de quibus dñs dicit: Ego confirmaui columnas eius. Nomine terræ humana caro potest intelligi, quæ fuit de limo terræ formata. Cui a dño dicitur: Terra es, & in terram ibis. Habitātes in ea, possunt intelligi uiuentes in carne. De quibus, inquit scriptura: Qui habitāt domos luteas, & terrenum habent fundamentum. Tales cū uenit Christus, inuenit, & cū ascendit, dimisit, Qm̄ oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Sed ne terra tota liquefacta periret, Deus ꝯfirmauit colūnas eius, qñ quinquagesima die post resurrectionē suā Apostolos induit uirtute spūs sancti ex alto. Qui designātur nomine colūnarum: q̄a per eos ecclesia sustētatur, secundū qđ & Paulus Apostolus ait: Quia Petrus, Iacobus & Ioannes uidebantur columnæ esse. Nisi.n. dñs reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus. Liquefacta est ergo terra, & oēs habitantes in ea. Sed dñs confirmauit columnas eius. Pro hac confirmatione orant ipsæ colūnæ dicentes: Confirma hoc Deus, qđ operatus es in nobis, a tēplo sancto tuo qđ est in Hierusalem. Nā postq̄ impleti sunt dies Pentecostes, factus est repentè de cœlo sonus, tanq̄ aduenientis spūs uehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes, &c. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spūs sanctus dabat eloqui illis. Anteq̄ Apostoli spiritū sanctum accepissent, quasi timore liquefacti relicto Christo fugerunt. Sed ubi spiritum paracletum acceperunt, quasi cōfirmati uirtute spiritus ex alto, ibant gaudentes a cōspectu concilii, qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Vnde Petrus, qui prius, ad uocē ancillæ, negauerat, postea corā regibus & principibus nomē Christi portauit, ꝯstanter affirmans, Qm̄ magis oportet Deo, quàm hominibus obedire.

Mali liquescunt per uitia & peccata, boni autem confirmantur per uirtutes & dona. Illi liquefiunt per ardorem cupiditatis, & per humorem concupiscentiæ. Isti uerò confirmantur per ardorē charitatis, & per humorem sapientiæ. Nam

Psal. 57. Gen. 48. Ezech. 18. Prou. 11. Matt. 24. Prou. 3. Prou. 18. Iob 24. Iacob. 1. Psal. 67. Esai. 55. Psal. 74. Hebræ. Nomine terra quid significet. Gen. 3. Habitātes in terra, qui. Iob 4. Psal. 13. Act. 1. & 2. Columnæ terræ apostoli sunt. Gal. 2. Esai. 1. Psal. 67. Acto. 2. Matt. 26. Acto. 3. Matt. 26. Acto. 3.

Nam apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis. Duo dicit: Ignis & lingua, per uisibiles formas, inuisibiles species repræsentans. Ignis enim in arido vi uit, lingua manet in vnda. Et ignis quidem charitatem figit, lingua vero exprimit sapientiam. De charitatis ardore Salomon dicit in Canticis: Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. De humore sapientiæ idem loquitur in Prouerbijs, Aqua profunda ex ore viri uerba, & torrens inundans est fons sapientiæ. Et inter uirtutes charitas est præcipua: & inter dona, prima est sapientia. De illa dicit Apostolus. Maior aût horũ est charitas. De ista dicit Propheta: Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Has ergo duas, primam uidelicet & præcipuam in figura ignis & linguæ per spiritum sanctum hodierna die Christus infudit Apostolis, quos missurus erat in orbem, ut prædicaret Euangeliũ omni creaturæ. Charitas enim informat vitam, & sapientia informat doctrinam. Quæ duo debent in prædicatione coniungi, ut non solum uerbo doceat, sed & exemplo. Nam cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur, & dicatur ei: Medice cura teipsum. Hypocrita, eijce primo trabem de oculo tuo, & tunc eijcies festucam de oculo fratris tui. Qui prædicas non furandum, furaris? Qui prædicas nõ mœchandum, mœcharis? Cœpit ergo Iesus facere & docere, nobis relinquens exemplũ, ut sequamur uestigia eius: qui peccatum non fecit, ut sit nobis honestas in uita: Nec inuentus est dolus in ore eius, ut sit ueritas in doctrina. Nam qui fecerit & docuerit, magnus uocabitur in regno celorum. Vnde a ueste pontificali dependebant mala granata cum tintinnabulis aureis.

Act. 2.
Ignis charitatem, lingua sapientiã designat.
Cant. 8.
Lingua sapientiã designat.
Prou. 17.
Charitas inter virtutes præcipua.
1. Corin. 13.
Esai. 11.
Mar. 16.
Charitas & sapientia debent in prædicatione coniungi.
Luc. 4.
Luc. 6
Rom. 2
1. Petr. 2
Psal. 63
Matth. 5.
Exod. 28.
Matt. 10

Ardeat ergo prius ignis dilectionis in corde, ut postea sonet lingua prædicationis in ore. Nã cûm apparuissent illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, tûc repleti sunt omnes spiritu sancto: & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Ecce nunc impletũ uident, quod olim audierût promissum: Nõ enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis.

In hoc loco coniunguntur ignis & lingua. Quoniã apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis. In Euangelio, quod audistis, coniungũtur dilectio & sermo. Quia qui diligit me, sermonẽ meum seruabit. In Psalmo uerò coniunguntur & spiritus & doctrina: Spiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas, ut hoc triplici testimonio cognoscatur. Quia sicut unũ sunt, lingua, sermo, doctrina: sic unum est, ignis, dilectio, spiritus. Nam Deus noster ignis cõsumẽs est. Deus aût est charitas. Charitas uerò diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hic est dilectio patris, & filij, amor & cõnexio utriusque, cui specialiter hodierna solẽnitas dedicatur. Quia verò liquefacta est terra & omnes habitãtes in ea, idcirco Deus cõfirmauit colũnas eius. Sed rursus, quia Deus confirmauit columnas eius, liquefacta est terra & omnes habitantes in ea. Postquam enim Apostoli spiritum sanctum acceperẽ paracletũ, stans Petrus cum undecim eleuauit uocem suam, & locutus est plebi, exprimens eis Prophetiam Ioel, & alia Prophetica testimonia. Quibus auditis, compuncti sunt corde, & dixerũt ad Petrũ & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus uerò dixit ad illos: Pœnitentiã agite & baptizetur unusquisque uestrũ in nomine Iesu Christi. Baptizati sũt igitur & appositæ sũt in illa die animæ circiter tria milia. Ecce liquefacti sunt isti & per ardorem, & per humorem. Per ardorem pœnitentiæ, & per humorem baptismi. De ardore pœnitentiæ dicit Psalmista: Concaluit cor meum intra me, & in meditatiõe mea exardescet ignis. De humore baptismi dominus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum.

Ioan. 14.
Psal. 50.
Deut. 4.
1. Ioan. 4
Rom. 5
Act. 2.
Psal. 38
Ioan. 3

Nos ergo fratres & filij, qui iã liquefacti sumus per aquam baptismi, liquefiamus adhuc per ardorem pœnitentiæ, ut nostra deleantur peccata: Præstante spiritu paracleto, qui est uera remissio peccatorum: qui cum patre & filio uiuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

In

In eadem solennitate.

De duplici baptismo nobis in Euangelio commendato, & quomodo apostoli spiritu sancto baptizati sunt, & quando nos in spiritu baptizamur.

SERMO II.

Act. 1. IOannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies.



Baptismus duplex. Duplex enim nobis baptismus in Euangelio commendatur, in aqua uidelicet & igne. Sed in aqua materiali, & in igne spirituali, ne uel aqua ignem extinguat, uel ignis aquam consumat. *Matth. 3.* De utroque baptismo Ioannes baptista dicebat: Ego baptizo uos in aqua: medius autem uestrum stetit, qui baptizat uos spiritu sancto & igne. Verùm uterque baptismus sanctificatur in uerbo, *Luc. 3* uterq; sanctificatur in spiritu. Nã uerbo *Psal. 32.* dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris ei⁹ oĩs uirtus eorum. Omnis .n. firmitas, oĩs uirtus à Deo patre, per uerbum in *1. Ioan. 5.* spiritu sancto confertur. Nam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, & uerbum, & spiritus sanctus. Et hi tres unum sunt. Ioannes quidem baptizauit aqua duntaxat. Quia cum esset homo solummodo, neq; per uerbum, neq; per spiritum poterat aquam consecrare. Iesus aũt baptizat in spiritu. Quia cum sit Deus de Deo per spiritum sanctum qui a patre ꝓcedit, & ipse sanctificat & purificat animam, cui spiritum sanctũ *Baptismus aquæ quo sanctificetur in uerbo.* infundit. Attende prudenter, quomodo baptismus aquæ sanctificatur in uerbo. Baptizate, inquit, omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nomen enim, .i. inuocatio Trinitatis sãctificat aquam, ut tingens corpus pu-*Ephes. 5* rificet cor. Et ideo dicebat: Mundans eã, id est, Ecclesiã, lauacro aquæ in uerbo uitæ. Nam accedit uerbum ad elemen-*Baptismus aquæ quo* tum, & fit sacramentum. Attende quoque prudẽter, quomodo baptismus aq̃ sanctificatur in spiritu, teste ueritate q̃ *sanctificetur in spũ.* dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua *Ioan. 3* & spiritu sancto, non intrabit in regnũ Dei. Sicut enim homo secundum naturam nascitur ex fœmina, sed de uiro, q a uir fœcundat fœminam ut concipiat: ita secundum gratiam ex aqua renascitur, sed de spiritu. Quia spiritus aquã sanctificat, ut purificet. Nam quod naturaliter est ex carne, caro est: quod autẽ nascitur ex spiritu, spiritus est.

Baptismus ignis quo sanctificetur in verbo pariter & in spũ. Sed & baptismus ignis sanctificatur in verbo pariter & in spiritu, quemadmodum ostendit Epistolica lectio quã audistis: Dum complerẽtur, inquit, dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: & factus est repente *Acto. 2.* de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Et apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: & cœperũt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Cũ audis, ꝙ apparuerunt illis dispartitæ linguæ tanquã ignis, attende baptismum in igne. Cum audis, quia repleti sunt omnes spiritu sancto, attende sanctificationem in spiritu. Cum audis, quia cœperunt loqui varijs linguis, attende sanctificationem in verbo. Hodie námque completum est, quod in persona ecclesiæ Propheta prædixerat: De excelso misit i-*Thren. 1* gnem in ossibus meis. De excelso namque, id est, de cœlo misit ignem, id est, spiritum sanctum in linguis igneis. In *Ossa ecclesiæ mystica quæ sint.* ossibus meis, id est, in Apostolis, per *Acto. 2* quos totum corpus ecclesiæ sustentatur: quos & tunc fecit ossa, id est, fortes, *Spũs sanctus ui sit ignis.* constantes, & virtuosos, quemadmodũ illis promiserat: Accipietis, inquit, vir-*Deut. 4.* tutem superuenientis spiritus sancti in *Luc. 12.* uos: & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usque ad ultimũ terrę. Iste ignis spiritus sanctus est, de quo dicit scriptura: Deus noster ignis ꝯsumẽs est, amor, charitas & dilectio. De hoc igne dñs ait: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut ardeat? Ignis enim splendorem illustrat, per calorem purificat.

Et

Spiritus ignis duplex. Et spiritus sanctus per sapientiam illuminat mentem, purificat autem per charitatem animam: quibus baptizatur anima, id est, purificatur in spiritu. Per sapientiam, a tenebris ignorantiae: per charitatem, a maculis culpae. Tunc ergo baptizamur in spiritu, quum charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. De hoc baptismo dñs praedixerat per prophetam: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Hunc ergo baptismus benè receperunt apostoli, iuxta quod dñs illis promiserat: Ioannes, inquit, baptizauit aqua, vos autem baptizamini spiritu sancto, non post multos hos dies. Quinquagesima die post immolationem agni paschalis, celebrato phase, filiis Israel exeuntibus de Aegypto per mare rubrum, submersis Aegyptiis, & liberatis Hebraeis, quum Moyses ascendisset in montem Sinai, vt assisteret domino, & populus expectaret de montis radicem, ipso quinquagesimo die coeperunt audire tonitrua, fulgura micare. Cunctus autem populus videbat & lampades & sonitum buccinae, & montem fumantem, & sic dñs dedit legem filiis Israel, quae scripta est in tabulis lapideis digito Dei. Plena sunt illa diuinis mysteriis, & [illegible] sacramentis. Iam [illegible] protulit lucem, & figura [illegible] Christi, qui est verus agnus paschalis, de quo dicit Apostolus: Pascha nostrum immolatus est Christus, illo celebrato phase, i. transitu, de quo dicit Ioannes: Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad patrem: filij Israel, i. populi Christiani, Deum uidentes per fidem, exeunt de Aegypto, i. de tenebris [illegible], per mare rubrum, i. per fidem in baptismi Christi sanguine rubricatum. In quo submersis Aegyptiis, i. deletis peccatis, liberantur Hebraei, i. iustificantur fideles. Quod quidem impletum est, quum post die passionis dñicae paschalibus initiatus mysteriis concurrit baptismus, in quo cathecumeni renascuntur. Cumque uerus Moyses, i. Christus ascendisset in montem, id est, in caelum, ut sederet ad dexteram Dei patris, quinquagesimo die post Pascha, qui Pentecoste appellatur, coeperunt audiri tonitrua, fulguraque micare: quia factus est repentè de caelo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes: & apparuerunt illis dispartitae linguae tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Iam potes agnoscere, qualiter lucem umbra, figura protulit ueritatem. Quum enim audis, Quia factus est repentè de caelo sonus, intellige tonitrua audiri. Cùm aut intelligis, quòd apparuerunt illis dispartitae linguae tanquam ignis, agnosce micare fulgura: & quum audis Deum dedisse legem filiis Israel expectantibus, intelligas cum [illegible] sanctum apostolis, iuxta quod [illegible] ceperat, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis, inquit, per os meum. Quia Ioannes baptizauit aqua: uos autem baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies. Haec est lex gratiae, quae scribitur in tabulis cordis, & digito Dei. Iuxta quod [illegible]: Quum uenerit, inquit, paracletus, quem ego mittam uobis a patre, ille uos docebit omnia, quaecunque [illegible]. Haec est unctio, quae [illegible] docet de omnibus [illegible] Christus, ut nos doceat [illegible] mus in semitis eius, donec ascendet de uirtute in uirtutem, uidebimus Deum deorum in Sion.

Spiritus in baptizari quid sit.
Ioel 2.
Acto. 1.
Exod. 19.
Vmbra quo hodie protulit lucem, & figura veritatem.
1. Cor. 5.
Ioan. 3.
Filii Israel mystice qui sint.
Acto. 1.
Ioan. 15.
1. Ioan. 2
Psal. 2.
Psal. 83

In eadem solemnitate.

De excelso misit ignem in ossibus meis.

Verba ecclesiae per Ieremiam prophetam loquentis mysterius. Excelsus, ait, rest pater, missus est filius, ignis est spiritus sanctus. De patre quidem excelsus, quoniam est principium sine principio, qui a nullo est & oia sunt ab eo, ait Psa. Excelsus dñs & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. De filio, qui est missus, quia a patre mittitur, & spiritum sanctum mittit, ipsa ueritas ait:

Thren. 1
Psal. 137

Ioan. 11. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, ille testimonium perhibebit de me. De igne, qui est spus sanctus, qui est amor patris & filij, pignus, & connectio vtriusque, dicit scriptura: Deus noster ignis consumens est. De excelso igitur, id est, de patre filius misit ignem, id est, spiritum sanctum in os ministrorum. Dicit ergo, Ecclesia, videlicet, in apostolos, per quos corpus Ecclesiæ sustentatur, quos tunc quasi de carnalibus fecit ossa: hoc est, quod de timidis fecit fortes, cum induit eos virtute spiritus ex alto, vt essent oēs testes in Ierusalem, & in oi Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. De hoc igne dñs ait: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?

Deu. 4.

Act. 1.

Luc. 12.

Notandum est, atque, ipsum in triplici specie esse missum. Primo, in columba, secundo, in flatu, tertio, in igne. De primo legitur, quòd Iesu baptizato in Iordane, apertum est cœlum, & descendit spiritus sanctus in ipsum corporali specie sicut columba, & vox patris audita est: Hic est filius meus dilectus, &c. De scdo legitur: Quod cum Iesus dixisset aposto lis, Pax vobis, insufflauit, & ait: Accipite spūm sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. De tertio legitur: Factus est repentè de cœlo sonus tanquam aduenientis spūs vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Et apparuerūt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorū. Prima missio facta est in baptismo, scda in resurrectione, tertia in Pentecoste. In prima missione audita est vox patris: Hic est filius meus, dilectus, in quo mihi bene complacui. In scda missione auditum est verbum filij: Accipite spūm sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. In tertia missione auditus est sonus spūs: quia factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spūs vehementis. Plena sunt omnia diuinis mysterijs, & cœlestibus [illegible] sacramentis. Sed cum altus sit puteus, in quo hauriam aquam, Dicam igitur [illegible] te, quia [illegible] & [illegible] si venit aut quo vadat. Dicam ergo, quia in columba missus est super Christum ad iudicium & ostensionem. In flatu missus est

Math. 3.

Ioan. 20.

Act. 2.

Ioan. 3.

in apostolos ad iudicium & discretionem. In igne missus est in discipulos ad robur & confirmationem. Columba siquidem felle amaritudine caret, & fecunditate foetus abundat. Hic igitur ostendit quòd Christus caret oi amaritudine vitiorum, & abundat omni fœcunditate uirtutum. Spūs sanctus descendit in ipsum corporali specie sicut columba: qm ipse est qui peccatum non fecit, nec inuetus est dolus in ore eius: in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, & de plenitudine accepimus: qa baptizat in spū sancto auferendo peccata & uitia, & conferendo gratias & uirtutes. Quēadmodū testimoniu phibuit Ioannes Baptista dicens, Quia uidi spūm descendentē & manentē sup eum, hic est qui baptizat in spū sancto, & ego uidi, & testimoniu phibui, qa hic ē fili' Dei. Ideo aūt in baptismo uox patris audita est; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui: qa per baptismum ex aqua & spū sancto renascimur filij Dei, depositis uitijs & assumptis uirtutibus, accipientes spūm adoptionis, in quo clamamus, Abba pater. Qm nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, non intrabit in regnum Dei ut filius sit illi', à quo omnis paternitas in cœlo & in terra uocatur. Porro sicut spiritus procedit à patre & filio, ita flatus a pulmone procedit & corde. Cum āt flatus emittitur, si stringitur os infrigidat aerē: si os aperitur, aerem calefacit: qa nimirum cum spiritualis, pfert sniam, si stringitur os, ut legitur, peccator p excōicationē uel interdictum premnes, p culum [illegible] infrigeratur, qm [illegible] gelatur in malo. Iustu est n. q in sordibus est, sordescat adhuc. Si aūt os aperitur, ut peccator absoluatur ab excōicatione, pœnitens proculdubio calescit, qm inflammatur ad bonum. Dignum est. n. ut qui iustus est, iustificetur adhuc. In hoc uero iudicio, discretio spus est maxima necessaria, ne Apostoli cum remittant dicant bonum malum, uel econuerso, ponētes tenebras lucem, & lucem tenebras, mortificantes aīas, quę non moriuntur aut uiuificantes animas, quę non uiuunt. Ideo āt in resurrectione auditum est uerbum

1. Pet. 2.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Apoc. 20. uerbum filii dicentis apostolis: Accipite spūm sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quia per remissionē peccati anima resurgit à morte culpæ, de qua di in Apocalyp. Qui non habet partem in resurrectione prima. Pater.n.oē iudicium dedit filio, qui de se ait: Ego sum resurrectio & uita. Ignis.n. duo principaliter agit, calet & splendet: quia calet, signat charitatem: quia splendet, signat sapientiam. De calore charitatis ait Salomon: Fortis est ut mors dilectio, & dura sicut infernus est *Cant. 8* æmulatio. Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. De splendore sapientiæ idem dicit: Sapientia est cādor lucis æternæ, & speculum sine macula diuinæ maiestatis, imago bonitatis illius. Ad hoc ergo spūs sanctus in igne missus est apostolis, ut splenderent p sapientiam, & calerent per charitatē. Charitas.n. informat uitam, & sapientia informat doctrinam, quæ duo de ēt in pdicatione coniungi, ut uerbo doceat & exemplo. Nam qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regnū celorū. *Math. 5* Hæc duo erant necessaria in apostolis, q̄ pfecturi erāt in mundū uniuersum, ut pdicarent euāgeliū oī creaturæ. Ideoq; cū apparuerūt illis dispertitæ linguę tāq̄ ignis, tūc repleti sunt oēs spū sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.

Ideo autē in Pentecoste sonitus spūs est auditus, ut ostēdatur quòd sicut quinquagesimo die post typicum pascha lex *Exod. 20.* literæ data fuit filijs Israel de monte Sina cum fulgore & tonitruo, quinquagesimo die post uerum pascha lex gratiæ data est apostolis, de excelso quidē in igne & sono. Spiritus.n. ubi uult spirat, & nemo eum audit, & nescit unde ueniat, aut quo uadat.

Ad ostendendum uerò quanta sit differētia inter seruos & dñm, Spūs sanctus in se animata missus est super Christū in Colūba, in Apostolos uerò inanimata in flatu spūs & igne: quia sicut res animata rebus inanimatis præfertur, ita exēplo apostolis, imo longè amplius an- *Psal. 88* tecellit. Nā quis in nubibus æquabitur domino: aut quis erit similis altissimo inter filios Dei? In hac ergo triplici uisione audita est uox pris, uerbū filij, sonus spūs: ut p hoc ostendatur, quòd paracletus iste missus est tpaliter nō solùm a patre & filio, sed ēt a se ipso: qm indiuisa sunt opera trinitatis. Verum inter æternam processionē & tpalem missionē hoc distat, q æternaliter pcedit accipiēdo naturam, tpaliter uerò mittitur dādo gratiā. Qm ergo naturā accepit nō a se, sed a patre simul et filio, ideo a pre mittitur æternaliter, non a se, sed a pre filioq; pcedit. Quia ergo gratiam dat cum patre simul & filio, ideo tpaliter mittitur nō solū a patre & filio, uerum et a seipso. Aeternaliter spūs sanctus ab alio pcedit, sed nō in alium: tpaliter uero mittitur ab alio & in alium. Non.n. ut errat Græcus, Spūm filij dicit eò, q æternaliter pcedit in filium: sed, ut credit Latinus, ideo dr̄ spiritus filij, qm æternaliter procedit a filio qm tñ filius habet a patre, ab æterno: quippe spiritus sanctus ideo à patre non procedit in filium, qm nullum in eum æternaliter operatur effectum, cum secundum naturā æternā filius nec illuminetur, nec sanctificetur ab ipso. Sed ideo spiritus filij appellatur, quia pcedit a filio, quemadmodum spiritus patris dr̄, quia procedit à patre, non quòd æternaliter procedit in filium, sicut nec procedit in patrem. Vtrunq; diuina scriptura testatur. Ait.n. Christus in euang. Nō *Matt. 10.* n. uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Et apostolus ait: Spūs eius, qui suscitauit *Rom. 8.* Christum à mortuis, habitat in uobis. Et ait: Misit Deus spiritū filij in corda *Ibidem.* nostra clamātē, Abba pr̄. Et iterum. Qui *Ibidem.* spiritum Christi nō habet, hic non est in eo.

Quis, qualis, & quantus fuerit spiritus iste, sacris testimonijs cōprobatur. Scriptum est.n. quòd omnium est arti- *Eccle. 39* fex spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis, incoinquinatus, castus, suauis, amans, donum, acutus, qui nihil uetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, securus, intelligibilis, mundus. Spiritus.n. disciplinæ effugiet fictum, & auferet a cogitationibus,

nibus, quæ sunt sine intellectu, & corri-
Sap. 1. pietur à superueniente iniquitate. Beni
gnus est. n. spūs sapientiæ, & non libera
bit maledictum à labijs suis: qm̄ renum
illius testis est Deus, & cordis eius scru
tator est uerus, & linguæ eius auditor
Psal. 50 De hoc spiritu alibi legitur: Spūm rectū
innoua in uisceribus meis: Et, Spiritu
principali ꝯfirma me. Spiritus tuus bo-
Ioan. 14 nus deducet me in terrā bonam, &c. Au
di quid de spiritu ueritatis dicat apo-
stolus: Ego rogabo patrem, & alium pa-
racletum dabit uobis, ut maneat uobis
cum in æternum, spūm ueritatis, quem
mundus non potest accipere, quia non
uidet eum, nec scit eum. Paracletus aūt
spiritus sanctus, quē mittet pater in no
mine meo, ille uos docebit oīa, & sug-
geret uobis oīa, quæcunque dixero uo-
Ioan. 16 bis. Si n. ego non abiero, paracletus nō
ueniet ad uos: si āt abiero, mittā eum
ad uos. Et cum uenerit, ille arguet mun
dum de peccato, & de iustitia, & de iu-
dicio. Cū āt uenerit spiritus ueritatis,
Rom. 8 docebit eos omnem ueritatem. Non. n.
loquetur à semetipso, sed quæcunque au-
diet, loquetur, &c. Paracletus āt aduoca
tus uel cōsolator interpretatur, ut ait a-
postolus: Ipse spiritus postulat, ꝓ nobis
gemitibus inenarrabilibus, q a sicut fa-
Psal. 93 cit nos postulare. Ad qđ dicit Prophe-
ta: Scđm multitudinē dolorum meo-
rum in corde meo, consolationes tuæ
lætificauerunt animam meā. Audi aliū
de hoc spiritu differentem: Nemo in spi
ritu Dei dicit anathema Iesu, & nemo
dicere pōt Dominus Iesus, nisi in spiri-
tu sancto. Diuisiones ergo gratiarum
1. Cor. 12 sunt, idem autem spiritus. Vnicuiq; āt
datur manifestatio spiritus ad utilita-
tem. Alij q̄dem per spiritum sanctum
datur sermo sapientiæ: alij āt sermo sciē
tiæ, secundum eundem spiritum: alteri
fides in eodem spiritu: alij gratia sani-
tatum, in uno spiritu: alij operatio uir
tutum, alij distinctio spirituū, alij gene
ra linguarum, alij interpretatio sermo-
num. Hæc āt operatur unus atque idem
spiritus, diuidens singulis prout uult.
Idem alibi dicit; Charitas Dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sā-
ctum, q datus est nobis. Dūs spiritus est.

Vbi uerò spiritus Dei, ibi libertas ma-
net, nam qui spiritu Deo aguntur, non
sunt sub lege. Fructus. n. spiritus est cha Gal. 5
ritas, gaudium, pax, patientia, longani-
mitas, mansuetudo, bonitas, benigni-
tas, fides, modestia, cōtinentia, castitas.
Aduersus huiusmodi nō est lex. Hic est
scriptum, de quo in principio Genesis
legitur. Spiritus Dei ferebatur super a-
quas. Et de quo Gabriel ad uirginē; Spi Luc. 1
ritus sanctus superueniet in te, & uirtus Ioan. 4
altissimi obumbrabit tibi. Spiritus iste
charitas est, de quo Ioannes apostolus;
Deus charitas est, & qui manet in chari
tate, in Deo manet, & Deus in eo. Nam
q adhæret Deo, unus spiritus est, cū spi
ritus iste unctio est. De quo dicit idem
Ioānes; Vnctio eius docebit uos de om
nibus. Et de qua Petrus apostolus ait;
Iesus Nazarenus, quem unxit de spiritu
sancto. Sicut ipse ꝑ ꝓphetā testatur: Spi Esai. 61.
ritus Dūi sup me, eo ꝙ unxerit me: euā
gelizare pauperibus misit me. Spiritus
iste digitus Dei est, de quo ueritas ait;
Si ego in digito Dei ejicio dæmonia, fi
lij uestri in quo ejiciunt? de quo [illegible]
Pharaonis dixerūt; Digitus Dei [illegible]
Spiritus iste est donum diuinū [illegible]
Dūs ait; Si scires donum Dei, & [illegible]
dixit tibi, da mihi bibere, tu [illegible] pe-
tijsses ab eo, ut daret tibi aq̄ [illegible]
spūs iste inseparabiliter est & patri & filio
substantialis & coæternus, sicut Ioānes 1. Ioan. 5.
Euangelista testatur; Tres sunt, [illegible], q
testimonium dant in cælo: Pater, uerbū
& Spūs, & hi tres unum sunt. Vnum in
natura; unum in nōe, unum in ꝑtāte.
Baptizate, inq̄t, in nōe patris, & filij &
spūs sancti, nō ait, In nominibus, sed, In
nōe; quia trium, unum est nomen, una
natura, una ꝑtās. Procul dubio Deus
est, qui oīa replet, oīa continet, omnia Sap. 1
potest, & omnia nouit, Scriptum est;
Spiritus domini repleuit orbem terra-
rum, & ob hoc ꝙ continet omnia sciē-
tiam habet uocis, omnem habens uir-
tutem, omnia prospiciens. Nam uer-
bo Dei cœli firmati sunt, &c. Emitte spi Psal. 32
ritum tuum & creabuntur, & renoua- Psal. 103
bis faciem terræ. O q̄ dulcis iste spirit⁹, Psal. 33
quam delectabilis, quàm suauis ille no
uit, qui gustauit. Gustate, inquit, quam
dulcis

Psal. 33 dulcis est Dominus. Rogemus ergo ipsum fratres & filii, corde pariter & fide non ficta, vt per suam misericordiã seipsum nobis infundat, & templum gloriæ nos inhabitando perficiat. Qui cũ patre & filio viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Dominica nona post octauam Pentecostes.

De rigore et benignitate Dei, de diuite et villico, de vocatione Dei & eius effectu, de debito & debitoribus, de tritico & oleo quid significent, de filiis seculi & lucis, & de mammona iniquitatis.

SERMO I.

Luc. 16 HOmo quidam erat diues, qui habebat villicũm, qui diffamatus erat apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.



QValiter autem hęc parabola summatim possit intelligi, frequenter audistis. Quomodo verò particulatim intelligi debeat, nondum existimo vos audisse. Dimittamus ergò quod ab aliis est expositum, & prosequamur quod a nobis est exponendum. Deus igitur, quia iustus est & misericors, idcirco in hac parabola rigorem & benignitatem ostendit. Rigorem, quia dissipatorem villicum a villicatione remouit. Benignitatem, quia offensus a villico, prudentiam commendabat ipsius. Homo namque diues, est Christus, Qui est diues in omnibus & super omnes: cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Villicus verò dicitur villæ custos. Hic est rector Ecclesiæ, qui debet villam, id est, Ecclesiam custodire. Multos autem villicos habet Christus: quia multos in Ecclesia rectores cõstituit, inter quos alius quidem bonus est, qui commendatur, cùm dicitur: Euge serue bone & fidelis, supra multa te cõstituam, intra in gaudium domini tui: Alius autem malus, qui reprobatur cum dr̃: Serue nequam, oẽ debitũ dimisi tibi qm̃ rogasti me: nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et tradidit illum tortoribus, quousque redderet vniuersum debitũ. Talis hic erat villicus, qui diffamatus erat apud dñm suum, quasi dissipasset bona ipsius. In duobus enim & ex duobus reprehẽsibilis apparebat: & quia famam corruperat, & quia substantiam dissipauerat. Heu quot hodie tales in Ecclesia prelati, qui quum deberent esse odor vitæ ad vitam, facti sunt odor mortis in mortẽ: & cum deberent esse dispensatores, ipsi sunt dissipatores effecti. Debet autem p̃latus Ecclesiæ nomen bonum habere, non solum ab his qui intus, sed etiam ab his qui sunt foris, id est, non solùm a domesticis, sed etiam ab extraneis. Non tantùm a fidelibus, verum etiam ab infidelibus: vt habeat de bysso retorta vestem contextam. Quia melius est nomẽ bonum, quàm diuitiæ multæ.

Rigor & benignitas Dei. — *Rom. 10* — *Psal. 23* — *Villicus quis.* — *Villicus bonus.* — *Matt. 25* — *Villicus* — *Matt. 18* — *2. Cor. 2* — *Nomẽ bonum à quibus habere debeat prælatus.* — *1. Tim. 5* — *Exod. 28* — *Prou. 22.*

Quantùm ergò delinquat, si maculet famam suam, quantumq; sit puniendus, si suis culpis exigentibus mala sit fama respersus, manifestè colligitur ex hoc loco. Quoniam villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audiuit à domino: Redde rationẽ villicationis tuæ: iam.n. nõ poteris villicare. Nec dicitur quòd dissipauerit, sed quasi dissipasset bona dñi sui: & tamen post redditã rationẽ a villicatione dicitur amouendus, tanquam is qui de dilapidatione infamatus erat, etiam post computationẽ exhibitam ab administrationis sit officio suspensus, vt mala fama quiescat: ne scandalum sit in populo Dei, talem super se habere prælatum.

Prælatus maculans famã suã quali sit pœna mulctandus.

Sed dices, Si dominus pro certo sciebat villicum esse dilapidatorem culpabilem, cur indicebat ei rationem reddẽdam, quum sciret eum non posse dignè reddere rationem? Si verò rationem dignè reddere poterat, cur infligebat ei, tanquam culpabili, pœnam, vt non posset amplius villicare? Forsitan ex hoc loco quidam viri religiosi

quandam regulam institutionem traxerunt, vt postquam prælatus aliquis apud eos est infamatus, ipsum sine omni discussione remoueant ab officio prælaturæ, quamuis iudicatur frequenter manifeste culpabili computatio facienda, vt per hãc in quibus deliquerit, cognoscatur, & appareat quid sit residuum, quid ve distractum.

Esai. 38
Iob 13.
Qñ Chrs prælatum culpabilẽ vocet.

Vocauit ergo dñs villicum, dicens illi: Quid hoc audio de te: Redde rationẽ villicationis tuæ: iam. n. non poteris villicare. Similiter penè dictum est Ezechiæ: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Ista vocatio est inspiratio, iuxta quod alibi dr.: Vocabis me, & ego respõdebo tibi. Tunc. n. Christus plurium culpabilem vocat, dicẽs illi: Quid hoc audio de te: quia mala est fama tua, quæ peruenit ad me: qñ mentẽ eius inspirat, vt de culpa sua recogitet, & pœniteat, quatenus dignè satisfacẽs in pñti, dignam rationem reddere possit in futuro. Propter quod ait: Redde rationem villicationis. i. dignum exhibe te, vt de villicatione tua dignam possis reddere rationem. Iam non poteris villicare. Quia volo te de hac vita subtrahere, postquam non erit tps villicandi, sed tps recipiendi. Ecce quàm clemens & benignus est dñs. Reuera non vult mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Corripit. n. vt corrigat: & innotescit, vt ignoscat.

Clementia & benignitas Dei.
Ezech. 18
Diuinæ vocationis effectus quis.

Quis aũt sit huius vocationis effectus, consequenter ostenditur, vbi dicitur: Ait ergo vilicus intra se quasi diuina inspiratione compunctus: Quid faciam? quò me peccatorẽ vertam? Quia dñs meus aufert a me villicationem. i. de pñti vita me subtrahit, postquã non potero villicare, nec aliquid operari. Per hoc quod intra se ait, ostenditur, quod & dñs illum intra se uocauit. Sed ille vocauit per inspirationis affectum. Iste verò rñdet per compunctionis effectum. Veruntamen non audet rñsionẽ ad illum dirigere, quem vehementer pro suo erubescit delicto. Sed ad seipsum rñsionem cõuertit, ut in se puniat quod deliquit in illum. Quid ergo faciam, quia dñs meus aufert a me uillicationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Quia post hanc uitam non est locus agendi opus, sed recipiendi pro opere. Nec est tempus mendicandi meritũ, sed recipiendi pro merito. Quia tunc unusquisq; recipiet, prout gessit in corpore. Ligatis, inquit, manibus & pedib⁹, proijcite eum in tenebras exteriores. Ligati manus & pedes, operari non possunt. Et diues ille gulosus, qui sepultus est in inferno, frustrà mendicabat guttã aquæ de digito pauperis Lazari. Frustraq; fatuæ uirgines oleum à prudentibus mendicare uolebãt. Heu quãta erubescentia corã vniuersis electis & reprobis, coram Deo & angelis eius, nudũ in iudicio sine bonorum operum testib⁹ apparere: quantum opprobrium, quanta confusio, quantus pudor. Reuera beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Quia charitas operit multitudinem peccatorum. Primi parentes, licet soli essent in paradiso, quum cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, & absconderunt se in medio paradisi. Reprobus autem quilibet in iudicio nec indumentum sibi poterit mendicare, nec latibulum fodere. Quia tunc libri erunt aperti, & manifestabũtur abscõdita tenebrarum. Et ideo fortè dicit: Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Sed propè est dñs omnibus inuocantibus eũ. Et ideo quid anxius faceret ille, ipse misericorditer inspirauit.

2. Cor. 5.
Matt. 22
Luc. 16.
Matt. 25.
Nuditas bonorũ operum quanta confusiua in iudicio.
Psal. 31.
1 Pet. 4.
Gen. 3
Psal. 144

Scio, inquit, quid faciam, ut quum amotus fuero à uillicatione, recipiãt me in domos suas: non utique materiales in terris, sed spirituales in cœlis. De quibus ait Veritas: In domo patris mei mãsiones multæ sunt: ut uidelicet illi me ibi recipiant, apud quos ego potero promereri. *Ioan. 14.*

Et ideò conuocatis singulis debitoribus dñi sui, dicebat primo: Quantum debes dño meo? Qui dixit: Centum cados olei. Debitum illud est pœna, quę debetur pro culpa. Iuxta quod alibi legitur: Quia duo debitores erant cuidã fœneratori: unus debebat denarios quingẽtos, & alius quinquaginta. Et ob hoc petimus in oratione dominica: Dimitte nobis *Luc. 7.*

Matth. 6. te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Per hoc quod villicus a debitore quæsiuit, quantum deberet dño suo, mystice datur intelligi quòd sacerdos à pœnitẽte debet inquirere de quãtitate & qualitate peccati ne supprimat illa confessus. Quia per interrogationem confessio facilius extorquetur. Caueat tñ, nec sic interroget, vt super ignotis & enormibus peccãdi modis instruat pœnitentem. Quia nitimur in vetitum semper, cupimusque negatũ. Quia verò dñs villicum istũ de prudentia cõmendauit, uideamus q̃ prudẽs exstiterit in opere & sermone. Recognouit ergò se peccatorẽ, & ad pœnitentiam se conuertit: vt pro venia consequenda satisfaceret de peccato. Dimisit itaque debitoribus suis, vt Deus sibi dimitteret debitori. Et ideo conuocatis debitoribus dñi sui, tanquam debitoribus suis: quoniam & ipse tanquam prælatus Ecclesiæ vicarius eius erat: vni dimidiam partem debiti, & alii quintam partem dimisit. Vnus enim centum cados olei, & alius centum coros tritici debebat. Sed debenti cẽtum cados olei, quinquaginta dimisit. Et debenti centum coros tritici, dimisit viginti: vt illi de debito quinquagita cadi, & isti octo ginta cori restarent. Oleum in hoc loco significat nitidam famam, iuxta quod alibi legitur: Oleum effusum nomen tuum. Triticum verò significat terrenã substantiam, quemadmodum alibi dicitur: Vt det illis in tempore tritici mensuram. Qui ergo maculat nitidam famam, ille corrumpit oleum: & ideo debet centum cados olei, hoc est magnã pœnam pro fama corrupta. Qui uerò dilapidat terrenam substantiam, ille dispergit triticum: & ideo debet centum coros tritici, hoc est, magnam pœnam, pro substantia dissipata. Nam per numeri magnitudinẽ, exprimitur debiti magnitudo. Verùm longè periculosius est interiorem, q̃ exteriorem substantiam dissipare. Sicut de prodigo filio legitur q̃d in regionem lõginq̃ abijt, & ibi substantiã suã cũ meretricibus dissipauit.

Quantitatẽ & qualitatẽ peccati caute inquirere debet sacerdos.

Oleũ quid significet. *Cant. 1.* *Triticum quid designet.* *Luc. 12.* *Periculosius esse interiorem quã exteriorem substantiã dissipare.* *Luc. 15.* *Ioan. 8.*

Ait ergo illi, qui centum cados olei debebat: Accipe cautionẽ tuam, id est, cautelam adhibe necessariam, iuxta q̃d dñs præcepit: Dimissa sunt tibi peccata tua: vade, & amplius noli peccare, ne uelut canis ad uomitum reuertatur. Et ideo sede citò, i. statim, ex nunc a peccato quiesce. Et scribe quinquaginta, id est, cognosce dimidiam partem debiti tibi a me fore dimissam, ex illa parte clauium, quam mihi dñs tribuit. Quorũ, inq̃t, remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Scribe dicit. i. in corde tuo, quasi scriptum firmiter retine, ne tantæ gratiæ sis ingratus. Similiter ait illi, qui centũ coros tritici debebat: Accipe lias tuas, id est, scribe hoc in tabulis cordis, ut amodo deleri non possit.

Porrò cùm tantùm debuerit ille qui nitidam famam corrupit, quantum & ille qui terrenam substãtiam dissipauit: quoniam ille centum cados olei, & iste centum coros tritici dicebat, quid est quòd illi magis & isti minus dimisit q̃m illi dimidiam, & isti quintã partem dimisit. Sed sciendum, quòd corus maior est mensurã, quàm cadus: & ideo plus debenti secundum mensuram dimisit, minus secundum numerum minus debenti dimisit: quia maius peccatum, magis est puniendum, & minus, est puniendum minus. Maius enim peccatum est dissipatio quàm diffamatio. Nam dissipatio & culpa est dissipantis, & pœna est dissipati. Diffamatio magis est culpa quàm pena.

Potest & aliter hoc intelligi, ut per oleum significetur misericordia, per triticum fortitudo, secundùm quod legitur: Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. De tritico namq; fit panis. Qui ergo miseris non compatitur, ille corrumpit oleum, quia negat misericordiam, & ideo debet centum cados olei, i. plenam & perfectam pœnæ mensuram pro misericordia denegata. Similiter & ille qui cedit aduersis, dispergit triticum, & fortitudinem perdit; & ideo debet centum coros tritici. i. plenam & perfectam pœnæ mẽsuram pro perdita fortitudine. Verùm illius debitum, qui misericordiam denegauit, qñ dimittitur, ad quinquaginta reducitur,

Ioan. 20. *Misericordia per oleum significata.*

Fortitudo per triticũ significata. *Ps. 103.*

reducitur, q est numerus misericordiæ impendendæ, propter quinquagesimũ Iubileum. Illius uerò debitum, qui perdidit fortitudinem, quãdo dimittitur, ad octoginta reducitur, q est numerus usque ad quẽ fortitudo perseuerare solebat. Iuxta quod legitur: Si autẽ in potentatibus, octoginta anni plurimum eorum labor & dolor. Attende prudentiã dimittentis, non solũ in hoc, sed in eo quod illis dimisit, qui ad similitudinem eorum debebat. Ipse nãq; debebat, & quia diffamatus erat apud dominũ suũ, & quia dissipauerat bona eius, talibus ipse dimisit, qui & famam corruperant, & qui substantiam dissipauerant. Et ideo laudauit dominus uillicum iniquitatis. Non quòd tũc iniquus esset, sed quod fuisset iniquus: quemadmodum dicebatur Simon leprosus, non quia talis existeret, sed quia talis extiterat. Laudauit, inquam, non quod fuisset iniquus, sed quia prudenter fecisset. Quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Filij huius seculi, sunt, qui deseruiunt huic seculo. Filij uero lucis in hoc loco dicuntur hypocritæ. Qui cum sint angeli Satanę, transfigurant se in angelos lucis: & faciũt iustitias suas, ut uideãtur ab hominibus. Vnde alibi dicuntur stellæ de cœlo cadentes. Verum filij huius sæculi, id est, amatores mundi, qui peccãt propter amorem sæculi, prudentiores sunt filijs lucis, id est, hypocritis, in generatione sua, id est, in statu suo. Quia licet illi plus insistant illicitis, & isti plus à licitis abstineant: illi tamen recognoscũt quãdoque se malos, & conuertuntur à malo: isti uero, quia semper uolunt uideri boni, raro conuertuntur ad bonum.

Psal. 89.

Nota prudentiã dimittentis.

Mar. 14.

Filij huius seculi qui sint. Filij lucis qui.

2. Cor. 11

Matth. 6.

Ego uobis dico: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Hic est fructus, hæc merces, hoc præmium præmissę parabolę, ut p eleemosynam temporalem acquiratur gloria sempiterna. Mammona lingua Syria diuitię nuncupantur. Præcepit ergo dominus, ut de mammona iniquitatis faciamus nobis amicos, id est, ut iniquas diuitias pauperibus erogemus. Quatenus per erogationem earũ iniquitas deleatur, iuxta consilium Danielis: Peccata tua eleemosynis redime: quia sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna resistit peccato. Date, inquit, dominus eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Porrò, cũm Deus iniqua munera nõ acceptet (unde respexit Deus ad Abel & munera eius: ad Cain autem & munera eius non respexit. Nam qui offert sacrificia de rapina pauperis, quasi q victimet filiũ in cõspectu patris. Et in lege præcipitur: Non offeras in domo domini Dei tui precium canis, aut mercedem prostibuli) quid est ergo quod dominus iubet in Euangelio: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, tanquã acceptet eleemosynas de iniustis operibus erogatas? Verum mammona iniquitatis appellantur hic opes: non quidem iniquæ, sed quia de iniquitate solent acquiri. Vnde ab eo quod contingit frequentiùs, vocabulum sortiuntur. Vel mammona iniquitatis dicũtur diuitiæ, quibus præest Mammon iniquus, id est, dæmon ille, qui tentat hominem de diuitijs, sicut ille malignus qui tẽtauit Christum de diuitijs (sed non profecit) quando ostendit illi omnia regna mũdi & gloriã eorum, & ait: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Vel potius inter iniquitatem, & iniquitatem distinguendum est. Nã est quædã iniquitas ex qua diuitiæ acquisitæ licitè possunt pauperibus erogari, ut de militia, uel de ioculatione: quia transeunt in dominium possessoris. Et est qdã iniquitas, ex qua diuitias acquisitas non licet alijs erogari, ut de furto, usura, in quibus dominiũ non transfertur, & ideo tanquam alienas oportet illas restitui. Quia non dimittitur peccatũ, nisi prius restituatur ablatũ. Quod Zachæus bene distinxit, cũ dixit. Ecce dimidiũ bonorum meorum domine do pauperibus, & si q d aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait ergo: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cum defeceritis, id est, decesseritis ex hac uita, uel cum ppria defuerint merita, illi uos recipiant: id est, meritis eorum recipiamini in æterna tabernacula, i. in perpetuas mansiones.

Dan. 4

Eccles. 3.

Luc. 11

Gen 4

Eccl. 34

Deut. 23.

Luc. 16.

Mat. 4.

Distinctio inter iniquitatẽ & iniquitatem.

Luc. 19.

nes, de quibus legitur: Beati qui habitāt in domo tua domine, in seculum seculi laudabunt te. Ex hoc perpenditur euidenter, quòd sicut unus alij potest gra-
Luc.5. tiā pmereri, (iuxta quod legitur: Quia Iesus ut uidit fidem eorum, ait paralytico: Dimittuntur tibi peccata tua) ita vnus potest alieri gloriā promereri, quemadmodum hic habetur: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Sed utrū cùm qs eleemosynā dat iniusto, quē tñ reputat esse iustū, ille sibi gloriā, aut grām mereatur, ne dator eleemosynę iniustè suo merito defraudetur, an q, cùm ille displiceat, nō possit Deū ad gratiā uel gloriā prouocare. Vel, si possit, an unum & idē opus, & alij meritorium debeat iudicari: An per hoc & uni sit meritum mortis, & alteri meritū uitæ, sicut bonū & malū à Deo, & à diabolo: unde merito quæri potest & dubitari. Sed huiū qstionū solutio differatur, quia non est huius propositi huiusmodi soluere quæstiones.

Psal 5.

In solemnitate Dedicationis Ecclesiæ.

Domus Dei sumuntur in scripturis octo modis

Domus & mansiones Dei sunt variæ: & quid, ubi, quomodo, & quare sit adorandum.

SERMO I.

INtroibo domine in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum timore tuo.



Niuersorum dominus & creator, cuius est immensa maiestas, incircumscripta sublimitas, & increata potestas, multas & uarias habet domos, plurimas & diuersas in domibus mãsiones: uniuersalem uidelicet & particularem, specialē & singularē, superiorē & inferiorē, interiorē & exteriorē. Vniuersalis domus Dei est tota machina mūdialis,
I. de qua Salomon ait: Nouum me domine,
2.Par.7. quia fabricasti tibi domum perpetuā,
II. cœlum & terram, simul & mare. Par-
Psal.92. ticularis domus Dei est sancta mater

Ecclesia, de qua legitur: Domum tuā, III.
domine decet sanctitudo in longitu- Ezec.43.
dine dierum. IIII.
Specialis domus Dei est gloriosa uir- Prou 9.
go Maria, de qua dicit propheta: Vidi V.
& ecce impleuit gloria dñi domū Dei. Psal 41.
Singularis domus Dei, humanitas sal- VI.
uatoris assumpta, de qua legitur: Sapiē- Esai. 56.
tia ædificauit sibi domum, excidit co- Luc.10.
lumnas septem. Superior domus Dei est VII.
beatitudo cœlestis, de qua scriptū est: Psal.100
Ingrediar in locum tabernaculi admi- VIII.
rabilis, usque ad domum Dei. Inferior Psal 54.
domus Dei est orationis basilica, de qua dominus ait: Domus mea, domus orationis uocabitur. Interior domus Dei, est pura cōscientia, de qua dicit Psalmista: Perambulabā in innocētia cordis mei, in medio domus meę. Domus exterior est q habitatur, eiusque familia uel sacra scriptura, de qua scriptum est: Ambulauimus in domo dñi cum consensu.

Quoniam igitur ex tā multis & uarijs domibus domū Dei uir fidelis intrabit, ut ad templum sanctum adoret: cō-
siderādum ergo nobis occurrit, q d, ubi, Quid, ubi, qualiter, & quare sit adorandum.
qualiter, & quare sit orādū. Sanè adorādus est pater, adorandus est filius, adorādus est spiritus sanctus. Adorandi sunt, pater, & filius & spiritus sanctus. Quoniam omnes & singuli sunt solus & unus Deus, spiritus increatus, immensus, incōmutabilis, summè potens, summè sapiens, summè bonus. Spiritus, quia non constat in partibus. Increatus, quia non incepit ex tempore.

Immensus, quia non circumscribitur loco. Incōmutabilis, quia nō uariatur affectu. Summè potens, cui nihil est impotentiæ. Summè sapiens, cui nihil est ignorantiæ. Summè bonus, cui nihil est insipidentiæ. A quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: à quo diligenter sunt conseruata creata per potentiam, formata per sapientiam, cōseruata per diligentiam. Per potentiam, patrem causam efficientem. Per sapientiam, filium causam efficientem. Per diligentiam, spiritum sanctū causam perficientem. Tres sunt namque qui testimonium dant in cœlo, pater, & uerbū, & spiritus sanctus. & hi tres unū sunt, qui tamen personaliter

psonaliter sua quisq; notione distinctus
sit. Pater generatione, uerbū filiatione,
spūs sanctus pcessione: vnum esse initia
liter, totū omnes, qđ singuli sunt natu-
ra, potentia, uoluntate, & omnino quic
quid ſm substantiā pdicatur. Licet.n. a-
lia sit psona pr̄is, alia filij, alia spūs sācti:
tñ patris & filij & spūs sancti vna est di
uinitas, æqualis gloria, coæterna maie-
stas. Vna est igitur, & æqualis totius in
diuiduæ Trinitatis adoratio. De qua sa
nè pōt intelligi qđ dñs ait: Veri adora-
Ioan. 4. tores adorabunt patrem in spū, & verita
te. Nam q. Deū adorat veraciter, ipse q.
dē adorat patrē in spū, sed & in veritate:
Ioan. 14 hoc est, in filio, qui de se dicit: Ego sum
Ioan. 8 via, veritas, & vita. Ego, inq̄t, in pre, & pr̄
in me est. Ideo pater adorandus est in fi
lio, & filius est adorādus in patre, & spi
ritus sanctus est adorandus in utroque.

Adorandi sunt pater & filius & spiri-
Vbi Deus sit adorandus. tus sanctus in domo inferiori, in domo
interiori, in domo exteriori, id est, in sa
cra basilica, in pura conscientia, & in di
uina scriptura: vt tandē adoretur in do
mo superiori, hoc est, in cœlesti patria,
Psal. 83. de qua legitur: Beati q habitāt in domo
tua dñe, in seculum seculi laudabūt te.

Sed cum Deus vbiq; sit, non tm̄ p po
tentiam, uerum etiam p essentiam, cur
Cur in templo magis quam in alio loco sit orādū. magis in templo, q̄ in alio loco Deus est
adorandus? In omni enim loco domina
tiones eius sunt, ſm qđ Propheta dicit:
Hier. 23. Cęlum & terram ego impleo. Eodē quo
Psal. 138 dicit Psalmista: Si ascēdero in cęlum tu
Ioan. 4 illic es, & si descendero ad infernū ades.
Item cū mulier Samaritana solutionē
q̄stionis a Christo q̄sisset, q̄ de loco ado
rationis frequentissimè uertebatur: Pa-
tres, inquit, nostri in mōte hoc adorauē
rūt, & vos dicitis, q̄ in Hierosolymis est
locus vbi adorare oportet. Respōdet ei
Iesus: Mulier, crede mihi, q̄ a uenit hora,
qñ nec in monte hoc, nec in Hierosoly-
mis adorabitis prē: sed ueri adoratores
adorabunt patrē in spiritu & veritate.
Quasi diceret: Non præfero locū loco,
vbiq; adoretur Deus, duntaxat in spū &
ueritate. i. pro spiritualibus & ueris, hoc
Psal. 28 est, æternis. Verū licet ubiq; sit Deus ado
rādus, specialiter tamē in tēplo, secūdū il
Sap. 16 lud: Adorate dñm in aula sancta eius.

Specialiter quoq; ad orientem, secundū
quod in libro Sapientiæ legitur: Ad or
tum lucis oportet adorare, scilicet ut
nobis adorantibus Deū, oriatur lux ue *Ioan. 1.*
ra, q̄ illuminat omnem hominem uenie
tem in hunc mundum, sol iustitiæ Chri
stus Deus noster. Frustrà nanq; tāto stu
dio, tātoq; labore templum dño fieret,
nisi gratius acceptaret in eo dñs adora
ri. Legimus enim q̄ templo constructo *3. Reg. 8*
& dedicato, Salomon adorauit ad dñm,
ut quicunq; Iudæus uel gentilis ascēderet
in templum orans p peccatis, uel qua-
cunq; tribulatione clamans ad dñm, in
his q̄ iustè postularet, exaudiretur a do
mino. Quam quidem orōnis formam ad
huc seruat Ecclesia, q̄ in dedicatione tē-
pli sic orat: Vt quisquis hoc templū be-
neficia petiturus ingreditur, cūcta se im
petrasse lætetur. Assistunt enim in sacris *Angeli adsūt orantibus in templo assistunt.*
templis angeli Dei fidelibus adoranti-
bus, ut deuotas eorū orōnes offerāt dño,
secūdū illud: In cōspectu angelorū psal-
lam tibi, & adorabo ad templū sanctū
tuū; & cōfitebor nomini tuo dñe. Hinc *Psal. 137*
angelus ad Tobiam: Ego obtuli oratio *Tob. 12.*
nem tuam dño. Req̄escūt & in sacris tē- *Reliquiæ sanctorum attendēda orantibus.*
plis sanctorum reliquiæ, q̄ nobis suis p̄-
cibus assequuntur, quod nos nostris me
ritis nō ualeamus. Et ideo fratres diligē
ter attendite, quàm solicitos & deuotos
ante sanctorum reliquias, corā angelis
Dei, uos oportet in templo dominum
adorare. Vnde necesse est ut non tantū
in sacra basilica, quantum in pura con-
scientia dominum adoremus.

De corde puro Deus est adorandus, *De corde puro adorandum esse Deum.*
non vt quidam adorant, q̄ Deum in pro
speritate glorificant, sed in aduersitate
blasphemant, de q̄bus inquit Propheta:
Confitebitur tibi cū benefeceris eis. Si *Psal. 48*
uero nō fuerint saturati, murmurabūt.

Adorandus est Deus de cōsciētia bo *De consciētia bona.*
na: non ut q̄dā adorant, qui contra Deū
grauissimè peccant, & tamen illi sacrifi- *Psal. 46.*
cant. De quibus legitur: Peccatori dixit *Luc. 12.*
Deus: Quare tu enarras iustitias meas,
& assumis testamētū meū per os tuū? Il
lud utiq; testamētū, de quo ueritas ait.
Hic est sanguis meus noui testamenti.

Adorandus est Deus de fide nō ficta:
non ut quidā adorant, qui scelera [illegible]
sed

sed prauè uiuunt, quibus dñs impropera(t) dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est a me. Dicunt enim, & non faciunt.

Esai. 29

Mat. 15
Mar. 7

Adorandus est ergo Deus, corde, ore, & opere. Corde, p deuotionẽ, super oia diligendo. Ore, per confessionẽ, sup om nia collaudando. Opere, super omnia famulãdo. Quia uerò qdã zelũ Dei habent, sed nõ secundũ scientiam, ne p simplicẽ ignorantiã graui detineamur errore, adoremus iuxta sñiam & authoritatẽ sacræ scripturæ. Sacra nãque scriptura duas species adorationis distinguit, latriã uidelicet & duliam: Latriã creatori debemus impẽdere: duliã uerò quibusdam creaturis possumus exhibere. Latria solũ creatorẽ debẽmus super oia reuererẽ: dulia autẽ quasdam creaturas possumus inter oia uenerari. Ad latriã spectant tẽpla, altaria, sacerdotia, sacrificia, festiuitates, & ceremoniæ: q̃, ut ait doctor egregius Augustin⁹, soli creatori Deo sunt exhibenda. De cuius adoratione scriptũ est: Dñm Deũ tuũ adorabis: & illi soli seruies, id est, soli Deo seruitutẽ adorõnis impendes. Qui secus agunt, non Theosebiæ cultum exhibẽt, sed idolatriæ crimen incurrunt: seruiẽtes creaturæ quasi creatori, mutantes gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinẽ corruptibilis hoĩs. Legimus.n. qđ cũ Paulus & Barnabas quẽdã claudũ sanassent, eleuauerunt uocẽ turbæ dicentes: Dij similes facti hoĩbus descenderũt ad nos. Quibus sacrificare uolentes attulerunt tauros ad uictimã: Vbi uerò Paulus & Barnabas audierunt, qđ eis diuinos honores uolebãt impendere, sciderunt sibi uestimenta, dicentes se hoĩes esse mortales, q potius uenerunt, ut eos ab idolatriis reuocarent. Ioãnes quoq; cùm in uisione uellet angelũ adorare, prohibuit eũ angelus dicẽs: Deũ adora. Ego.n. frater tuus sum, & cõseruus fratrũ tuorũ.

Adorãdus est Deus, corde, ore, & opere.
Rom 10.
Adorationis species duæ.
Latria cui exhibenda.
Dulia omnibus exhibẽda.
Ad latriã spectãtia.
Matth 4.
Deut 6.
Rom. 1.
Actio. 14.
Apoc. 19.

Cùm igitur hoĩes & angeli sãcti non sint aliquatenus adorari, quid est qđ qdã sub prætextu pietatis, & obtentu religionis, ut cætera taceã, diuersas adorãt imagines, tanq̃ liceat manufactum aliquid adorare? Siquidem simulachra gẽtium argentum & aurum; opera manuũ hoĩm. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes q confidunt in eis. Confundãtur omnes q adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Quãtò etiã huius criminis damnetur peruersitas, ex libris Prophetarum, & præsertim ex libro Sapientiæ, manifestissimè declaratur: Quorũ hic testimonia breuitatis cã ptereo, illud tñ præmemorans, q Moyses ait populo Israel: Ne fortè errore decẽptus adores ea q creauit dñs Deus tu⁹. hic est, qđ serpentẽ æneũ, qm Moyses erexerat in deserto, ut intuentes in illum percussi a serpentibus sanarentur, licet in figuram humanæ redẽptionis præcesserit, q tandem post multum tpis curriculi, populus ei contra legis præceptum thuris adolebat incensum, rex Ezechias pius & prudens confregit, & puluerem sparsit in torrentem Cedron.

Psal. 134
Deut. 4.
Num. 21.
4. Reg. 18.

Porrò fratres, una est Dei patris imago, quã unà cũ patre debemus adoratione uenerari, s. unigenitum Iesum Christum Dei filium, qui est splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansq; oia uerbo uirtutis suæ. Cuius non solũ Deitatem, sed & humanitatẽ adorare debemus, secundum illud, Adorate scabellum pedum eius, qm sanctum est. Cæteras aũ imagines non latria, sed dulia possumus uenerari: non pp imaginẽ, q p se nihil pt, sed pp imaginatum, qui per se cuncta põt: non ut nos, qui facti sumus ad imaginẽ & similitudinem Dei, memores nos reputemus similes imaginibus, quas ipsi fecimus ad imaginẽ & similitudinẽ nostram: sed ut nos pp Deum sacris imaginibus inclinem⁹, q pp nos exinaniuit seipsum formã serui accipiens. Omnis.n. q se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Videntes quippe imagines inclinamus, nõ ut spem salutis constituam⁹ in illis, sed ad memoriã excitatã, deuotionẽ, quã ipsi Deo corde gerimus, opere demõstremus. Duliam uerò ut dictũ est, creaturis, sanctis, & sacris possumus exhibere, s. angelis, hominibus, sacramentis. De adoratione angelorum legitur, qđ Abraham eleuans oculos suos in cõualle Mambre tres uidit, & unum exhibens angelis

Heb. 1.
Psal. 98.
Imagines sanctorum quo uenerãda.
Phil. 2.
Luc. 18.
Adoratio angelorum
Gen. 18

Gen. 19 gelis ciuitatem intrantibus occurrens, adorauit, petens in domum suam hospitio declinarent. Quid est ergo quòd Ioannes inhibitus fuerat angelum adorare? Quia Christus homo iam erat super angelos exaltatus. De adoratione hominum legitur, quia Iacob uidens Esau uenientem, præcessit utramq; turmam, & pronus in terram adorauit septies. Filij quoque Iacob adorauerunt Ioseph in Aegypto. Cur ergo Mardocheus Amā noluit adorare? Quoniam ille diuinam uolebat sibi adorationem impendi. De adoratione sacramentorū dicit ecclesia: Crucem tuam adoramus domine. Vnde alibi legitur: Christiani sacras imagines piè uenerantur & adorant. Verius tamen adoramus Deum coram imagine, quam imaginem corā Deo. Vnde præceptum est: Coram altari hoc adorabitis. Nō ait, Altare, sed, Coram altari. Et Propheta: Adorabo ad tēplum sanctum tuum in timore tuo. Nō in timore humano, de quo dominus ait: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem nōn possunt occidere. Nec seruili, de quo Ioānes Apostolus dicit: Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Sed in timore initiali, de quo dicit Sapiens: Initium sapientiæ timor domini. Sed in timore filiali, de quo dicit Dauid Propheta: Timor Dei sanctus permanet in seculum seculi.

Ioānes cur angelū adorare prohibitus fuerit. *Apoc. 2* *Adoratio hominum.* *Gen. 33* *Gen. 43* *Mardocheus cur noluerit Amā adorare.* *Ephes. 5.* *Adoratio sacrorum.* *Deus verius adoratur corā imagine, quam imago coram Deo.* *Psal. 5.* *Matt. 10* *1. Ioan. 4* *Eccl. 1.* *Psal. 18.* *Deus cur sit adorandus.* *Psal. 94* *Coloss. 3*

Cur autem Deus sit adorandus, idē propheta nos instruxit dicens: Venite, adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram dño qui fecit nos, qa ipse est dominus Deus noster: quia ipse est Deus, id est, creator: quia ipse est dominus, id est, redemptor: quia ipse est noster, id est, saluator. Tūc enim erit uerissime Saluator noster, cum erit omnia in omnibus, id est, sufficientia singulorum. Ipse est ergo Deus, qui nos de nihilo creauit. Ipse est dominus, qui suo sanguine nos redemit. Ipse est noster, qui suo munere nos saluauit. Qui creando dedit nobis naturam, qui redimendo tribuit gratiam, qui saluando feret gloriam.


Habemus ergo quid sit adorandum, quia pater & filius & spiritus sanctus. Vbi sit adorandum, quia in sacra basilica, pura conscientia, & in diuina scriptura. Quomodo sit adorandum, quia ex corde, ex ore, ex opere. Quare sit adorandum, quia propter creationem, propter redemptionem, & propter saluationem. Quam nobis præstare dignetur dominus Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

In consecratione altaris.

De dedicatione templi corporis nostri, & consecratione altaris cordis nostri: & quid significent ea quæ in consecratione altaris fiunt.

SERMO II.

NEscitis, quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti? *1. Cor. 6*



SI desideratis fieri participes solemnitatis huius, ad quam cum desiderio conuenistis, satagere uos oportet, ut quicquid in cōsecratione templi materialiter agitur, totum in nobis spiritualiter compleatur. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. Nos tamen ad præsens dabimus uobis lac potum, non escam: quia perfectorum solidus est cibus, & sapientiam loquimur inter perfectos. Inter uos autem nihil iudicamus nos scire, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Quia quasi modo geniti infantes lac concupiscitis, ut in salutem crescatis. Excipiamus ergo pauca de multis, quorum uobis significationem ad ædificationem exponamus breuiter.

Templum cōsecratio- quō in nobis spiritualiter cōpleatur. *Ephes. 2* *1. Cor. 3* *1. Cor. 2* *Ibidem.* *1. Pet. 2*

Templum quod dedicatum est, intelligitur corpus. Altare quod consecratum est, intelligitur cor. De templo corporis

Templum corporis.

1. Cor. 3 poris dicit Apostolus: Nescitis q a corpora uestra templum sunt spiritus sancti? Ioan 2. Iuxta quem modum dicebat dñs: Solui te templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de tẽplo corporis sui. De altari cordis iubetur à domino: Ignis in altari meo semper ardebit. Ignis enim qui ardet iugiter in altari, est charitas, q̃ continuè feruet in corde. Nam aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. Vos ergo secundũ Prophetam agite diem solennem in confrequentationibus, usq; ad cornu altaris: quia reliquiæ cogitationis diem festum agent domino.

Altare cordis. Leui. 6 Ignis ardens in altari quis. Cant. 8 Psal. 117 Psal. 57.

Dedicetur ergò templũ corporis nr̃i per abstinentiã, emundetur à sordibus gulæ: dedicetur p continentiã, ut purgetur ab inquinamẽtis luxuriæ. Nã oẽ peccatum quod fecerit homo, extra corpus est: q̃ aũt fornicatur, in corpus suũ peccat. Attendite frẽs & filij, q̃ graue sit peccatũ tẽplum spũs sancti p adulteriũ uiolare, tollere mẽbra Chri, & facere mẽbra meretricis. Vñ legitur, quòd adulterũ primum in pœnis obtinet locum. Crucifigatis ergo carnem uestram cum uitiis & concupiscentiis, ne dominetur peccatum in uestro mortali corpore, secundũ exemplum Apostoli de seipso dicentis: Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne fortè cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Consecratur altare cordis per conceptũ timoris, consecratur per affectum amoris, consecretur ut consummetur in melius. Nã initium sapientiæ timor dñi. De quo dicitur per alium Prophetã: A timore tuo domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Finis autem præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Plenitudo namque legis charitas est. Consecretur altare cordis in uobis, ut concipiatis desideria sancta. Dedicetur & templum corporis, ut pariatis opera iusta, quatenus mundi corde & casto corpore sacrificetis Deo: nõ in fermento ueteri maliciæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Altare uero cõsecratur hoc ordine: supponitur tabula, ungitur mẽsa, adoletur incẽsum, uestitur altare: sic demũ sacrificium celebratur. Recondũtur reliquiæ, quæ sunt exempla, quæ nobis sunt ad imitationem relicta. Hæc in capsa recondimus, cum ad imitandum ea in memoria retinemus, sicut dicit Apostolus: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Christus.n. passus est p nobis, uobis relinquẽs exẽplum, ut sequamini uestigia eius. Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quid est autẽ quòd sanctorum reliquię cum tribus granis thuris in capsula reconduntur, nisi quòd exẽpla sanctorũ in fide Trinitatis debemus in memoria retinere? Nã sine fide impossibile est placere Deo. Iustus.n. ex fide uiuit. Tabula superposita significat charitatẽ, de qua dicit Apostol9; Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ, q̃ datus est nobis. De cuius latitudine dicitur per Psalmist. Latum mãdatum tuum nimis. Latum est.n. charitatis mãdatũ, qđ usq; ad inimicos extenditur, secundum pceptum dñicum: Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderunt uos, & orate p psequentibus, & calũniantibus uos. Diligite corde, orate ore, bñfacite opere, ut hat in uobis funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Reliquijs ergo tabula superponitur, q̃a exẽplis sanctorum acceditur charitas, q̃ operit multitudinem peccatorum. Mensa ungitur, ut charitas misereatur. Vnctio namq; designat misericordiã, secundũ illud: Vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua. Vñ Samaritanus appropians uulnerato superinfudit uinũ & oleum. Quid est ãt qđ mensa in sex locis inungitur, uidelicet in medio, in quatuor angulis, & in frõte, nisi qđ charitatem exercere debemus p sex opera misericordiæ, q̃ cõmemorãtur in Euangelio, Esuriui, & dedistis mihi mãducare, &c. Post unctionẽ adoletur incensum, ut fama boni operis diffundatur ad pximos. De quã dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus in oĩ loco: ut cortina cortinã trahat, & q̃ audit, dicat: Veni. Quid est ãt qđ in quinq; locis adoletur incẽsum, s. in quatuor angulis & in medio, nisi qđ quinque sensus corporeos sic exercere debemus, ut luceat lux nostrã corã hominibus, quatenus

Corporis tẽplũ quõ consecrandũ & mundandum. 1. Cor. 6 Adulteriũ quàm sit graue peccatum. 1. Cor 6 Gal. 5. 1. Cor. 9 Altaré cordis quõ cõsecrandũ. Eccl 1. Esai 26 1. Tim. 1 Gal 5. 1. Cor 5 altaris cõsecratio quid mystice significet. 1. Cor. 4. 1. Petr. 3.

Heb. 11 Rom. 5 Psal. 118 Matt. 5. Prou. 10 1. Petr 4 Matt. 5 Luk. 10. Charitatẽ per misericordia opera exercendam esse. Matt. 25 2. Cor. 2. Exod. 36. Apoc. 22. Matth. 5.

quatenus videntes opera nostra bona, glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Iam igitur uestitur altare, quando cor hominis mundum bonis operibus adornatur. De quibus Salomon ait: Omni tempore vestimenta tua sint candida, i. opera tua munda. Super altare quod hoc ordine consecratur, sacrificium offertur acceptum altissimo. Illud uidelicet, de quo Propheta dicit in Psalmo: Sacrificium, Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Vel illud etiam, de quo dicit in alio loco: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua.

Eccl. 9
Sacrificiū Deo acceptū quod.
Psal. 50.
Psal. 49

In eadem solemnitate enarratio euangelicæ lectionis.

De duobus egressibus redemptoris, & quod volu[n]tariè mutabilitatem nostram assumpsit: de duobus generibus peccatorum: de quatuor impedimentis salutis, & quatuor suffragiis salutis: denique quid faciendum ut videri possit Iesus, & de eleemosynarum largitione, & virtutibus Zachæi & triplici domo.

SERMO III.

Luc. 19.

EGressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce uir nomine Zachæus: & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues: Et quærebat uidere Iesum, quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.



VO sunt redemptoris egressus. Vnus æternus, & alius temporalis. Vnus occultus, & alius manifestus. Vnus secundum quod est natus de patre, & alter secundum quod est natus de matre. Vnus in forma Dei, & alter in forma servi. Vtrumque commemorat & communi[t] Propheta cum ait: Et tu Bethleem d[omus Ephrat]a, nequaquam minima es in [millibus] Iuda. Ex te.n. egredietur, [qui] regat populum meum Israel: & [e]gressus eius ab initio, a diebus æternitatis. Egressus ergo Iesus perambulabat Iericho. Quando exiuit a patre, & uenit in mundum. Exiuit autem non deserendo

Mich. 5
Ioan. 18.

naturam diuinam, in qua cum patre manet occultus, sed assumendo naturam humanam, in qua de matre apparuit manifestus. Iericho namque secundum interpretationem, exponitur luna: quæ propter sui uolubilitatem & mutabilitatem significat mundum, qui semper uoluitur & mutatur. Vidi.n. cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas & afflictio spiritus: & uidi nihil permanere sub sole. Vnus nascitur, & alter moritur: unus extollitur, & alter deprimitur: unus crescit, & alter decrescit: unus lætatur, & alter tristatur: unus fit pauper, & alter fit diues: unus fit dominus, & alter fit seruus. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & preteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.

Egressus quomodo sit Chri[sti] à patre.
Iericho quid.
Eccle. 1
Mūdi huius mutabilitas.
Iob. 14

Egressus ergo Iesus perambulabat Iericho. Nanque prius egrediebatur de sinu patris in uterum matris, de cœlis ad terras, tamen ipse semper erat & est, iuxta quod ipse de se loquitur per Prophetam: Ego sum Deus, & non mutor. Idem ipse postquam exiuit à patre, & uenit in mundum, uoluntariè mutabilitatem nostram assumpsit, & se spontè mutationi nostræ subiecit: quoniam esuriuit, & sitiuit, & expauit, doluit, ad ultimum crucem & mortem suscepit. Cum.n. ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Qui cum dixisset in cruce, Sitio, dederunt in escam eius fel, & ipsum in siti sua aceto potauerunt. Ipse quoque de se per Prophetam testatur: O uos omnes, qui transitis per uiam, attendite & uidete, si est dolor sicut dolor meus. Cepit.n. Iesus pauere & tedere, cepit contristari & mestus esse, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Iesus ergo, cui secundum naturam diuinam nihil accedit, & a quo nihil recedit (quia nihil in se habet, nisi se, nec aliud est habens ab habito, nec aliud habitum ad habente: nisi quod in similitudinem hominum factus, & habitu est inuentus ut homo) ipse pro nobis mutabilitates nostras assumpsit, & defectus nostros suscepit.

Matth. 3.
Matth. 4.
Ioan. 19
Psal. 97
Thren. 1
Matt. 26
Mar. 14
Phil. 2
Ibidem.

Et ideo egressus perambulabat Iericho. Et ecce uir nomine Zachæus, & hic erat princeps Publicanorum, & ipse diues. Et quærebat uidere Iesum, quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Duo sunt genera peccatorum: quorum

Duo genera peccatorum. quorũ q̃dã de Dei desperant misericordia dicentes miserabiliter cũ Cain: Maior est iniquitas mea, q̃ ut ueniam merear. Et eorũ q̃a desperabilis est infirmitas, ipsorum quoque sanitas desperatur.
Gen. 4
Pro. 18 Nã impius cũ uenerit in profundũ peccatorum, contemnit. Alij uero de miseri-
Psal. 50 cordia sperãt diuina, dicẽtes misericorditer cũ Dauid: Miserere mei, Deus, secũdu magnã misericordiã tuã. Et ipsi quia quærunt salutem, sanitatem acquirunt.

Luc 19. Venit.n. filius hominis q̃rere & saluare qđ perierat. Talis erat ille Zacheus, q̃ licet esset princeps Publicanorũ, & ipse diues, q̃rebat tñ uidere Iesum q̃s esset, & non poterat p̃ turba, q̃a statura pusillus erat. Quatuor impedimenta sibi uidebãtur obstare, ne posset uidere Iesum. Pri-
Salutis impedimenta quatuor.
mũ, q̃a princeps erat Poblicanorũ. Secũdum, q̃a diues erat. Tertiũ, q̃a non poterat p̃ turba. Quartum q̃a statura pusillus erat. Publicani dicebantur, q̃ publica uectigalia exigebant; quorum cõmercia, uix aut nunq̃ sine peccato ualent exerceri. Princeps ergo publicanorum erat exactor fisci. Vñ sicut princeps latronum est particeps latrocinij, ita & publicanorũ ipsius publici cõmercij particeps erat, ex quo sibi p̃ fas & nefas diuitias acquirebat. Licet.n. habitus diuitiarum nõ sit in crimine, sed abusus: (p̃p̃ q̃
Publicani qui dicantur.
Psal. 61 dicitur p̃ Prophetã: Diuitiæ si affluant,
Gen. 13 nolite cor apponere. Nam Abrahã diues
2. Reg. 12 erat, & Dauid locuples, & Iob opulen-
Iob 1. tus, q̃ Deo placẽtes inuenti sunt iusti:)
Mat. 19 difficile tñ est diuitias habere & non
Marc. 10 amare, sicut esse in igne & non ardere. Propter qđ Veritas ait: Difficile est diuitẽ intrare in regnũ cœlorũ. Sed q̃ impossibile creditur apud hoĩes apud Deũ possibile reputatur: q̃ nõ despicit diuites, cum & ipse sit diues. Vnde Zachæus
Luce 19
quærebat uidere Iesum quis esset, sed non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Quãdiu turba præmit, Iesus uideri non potest, præsertim quid sit, nisi fortè per fidem, non autem p̃ speciẽ. Propter quod ipse dicebat; Manifestabo eis meipsum. Quoniã hæc est uita æterna, ut cognoscãt te solum uerum Deũ,
Ioan. 14 & quem misisti Iesum Christum. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Ille moraliter est pusillus statura,
Math. 5. q̃ parum pertingere potest, id est, q̃ facilè cadit, aut fragilitate carnis infirmus, aut cõpede cõsuetudinis alligatus; quales multos esse nouimus & dolemus, quibus displicet mala q̃ faciunt, sed fragilitate uel cõsuetudine tracti seu uicti, operãtur qđ detestantur. Quia caro
Sanitas spiritualis mystice quis sit.
Gal. 5 cõcupiscit aduersus spũm, & spus cõcupiscit aduersus carnẽ. Peccat tñ magis sub dño, q̃ contra dñm, semp̃ de pœnitentia cogitantes, & de misericordia confidentes; qualis erat Zachæus, qui desiderabat uidere Iesum, tanq̃ qui meditabatur de uenia, sed nõ poterat p̃ turba, tanq̃ qui detinebatur a culpa, ratione repugnãte sed sensualitate succũbẽs. Ad hoc utiq̃ pertinet q̃ inquit Psalmista: Cõcupiuit aĩa mea desiderare iustificationes tuas. Ille iustificationes Dei cõcupiscit desi-
Iustificationes Dei quis desiderare concupiscat.
derare, q̃ nõdũ pfectè desiderat, sed ut pfectè desideret, cõcupiscit. Quemadmodũ q̃dã dolẽt, q̃a dolere nõ possunt, sed dolẽt, ut doleãt. i. ut dolor efficax dolorẽ inferat efficacem. Præcedit enim in peccatoribus q̃ddã, quo licet nõdum iustificẽtur, digni tñ. i. habiles iustificationibus inueniuntur. Quærebat ergo Zachæus uidere Iesum q̃s esset, sed p̃ turba nõ poterat. Quia multi moriẽtes pdunt suauitatẽ unguenti. Turba nanq; turbat, siue malorum hominum, siue malignarum cogitationũ, siue dæmonũ malignorum, qui semper inducunt, suggerunt, pertrahunt ad peccandum. Vnde legitur qđ cum cæcus clamaret, Miserere mei, fili, Dauid, qui præibant, increpabãt eũ ut taceret, ipse uero multò magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Quia quãto magis contra nos insurgit turbatio, uel dæmonum, uel cogitationum, uel hominũ; tanto magis debemus insistere, ut tẽtationes huiusmodi repellamus, ne per ignorantiam uel negligentiam obdormiamus in mortem; sed per sollicitudinem & uigilantiam resurgamus ad uitam: exemplo Zachæi, qui præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut uideret Iesum, q̃a inde erat transiturus. Nullus ergo, proeo quod in aliquo præoccupatus est delicto, negligendo diffidat, aut negligat

gat diffidendo, sed præcurrens, ascẽdat in arborem sycomorum. Ecce Zachæus de sua salute solicitus, contra quatuor impedimenta, quatuor inuenit suffragia, per quatuor argumenta. Nã quia diues erat, dimidium bonorum suorũ dedit pauperib⁹: & quia princeps erat publicanorum, si quem defraudauit, reddidit quadruplũ. Rursus, quia statura pusillus erat, ascendit in arborẽ sycomorũ: & quia pre turba uidere nõ poterat, precurrit, & ita post se turbam dimisit.

Quatuor salutis suffragia.

Moraliter

Sic & nos fratres, quoties in uia Dei ab aliquibus aduersantibus impedimur argumẽtosi & studiosi ad opportuna suffragia recurramus, nec deficiamus in uia, sed potius expediti proficiscamur ad patriam. Præcurrẽs ergo Zachæus, turbã dimisit post se: quia peccator uolens ad ueniam properare, debet post se deserere malos homines, cogitationes malignas, & demones malignantes, quosque per turbam prædiximus designari: ut in istis non hęreat, his non succũbat, illis nõ acquiescat: sed quanto magis inpugnãt, tantò magis repugnet, ut expugnet potius impugnantes eius exẽplo, quem quantò plus increpabant turbę, quàm prohibant, ut taceret, tanto magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Vincat ergo piæ postulationis clamor, impię suggestionis naturã, ut præualeat spiritus contra carnem: ut cum fuerit separatus a malis, diuisus a perfidis, & discretus a prauis, ascendat in arborem sycomorum, ut Iesum inde uideat transeũtem.

Turba relinquenda quæ sit.

Sycomorus mystice quid.
1. Cor. 1.
Cant. 8

Sycomorus est celsa, &, ut a quibusdã dicitur, ficus fatua. Hæc est sanè crux Christi, quæ ab infidelibus stultitia reputatur. Et, Prædicamus, inquit Apostolus, Iesum Christũ, & hunc crucifixũ, Iudęis quidem scandalum, gentibus aũt stultitiã. Huius arboris ascensum alia quoque scriptura proponit: Ascẽdã, inquit, in palmã, & apprehendam fructum eius. Palma, quæ est signu uictoriæ, fidẽ crucis designat, de qua dicit Ioann[illegible] Hæc est victoria, quæ uincit mundum, fides nostra. Quæ comprehendit cum omnibu[illegible] sit longitudo, latitudo, sub[illegible] fundum. Fructu[illegible] est [illegible] purent, succum [illegible] cum quia fructus uitæ, quæ pependit in cruce, sanguinem suum pro nobis effudit.

Palma quid designet.
1. Ioan. 5.
Ephes. 3

Qui uult ergo uidere Iesum trãseuntem, ascendat in arborem sycomorum: quia Iesus, id est, Saluator, uideri non potest, nisi de loco salutis, id est, de cruce, per quam Deus, rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terre, in loco Caluariæ. Vñ quum Moyses posteriora dñi vidit, legitur quod in foramine petre steterit. Quum enim petra significet Christum, secundum illud: Petra autem erat Christus, rectè foramina petræ, uulnera Christi designãt. Propter quod alibi legitur: In foraminibus petræ, in cauernis maceriæ, ostẽde mihi faciẽ tuam: quia qui uult faciẽ Christi uidere, debet in foraminibus petræ, hoc est, in uulneribus Christi, per fidem passionis & crucis stare. Ascẽdit ergo Zachæus in arborẽ sycomorum, ut uideret Iesum, quia inde erat transiturus. Erat enim in loco, ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nõdum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter Parasceuẽ Iudęorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. Vñ trãsiuit de morte ad vitã, de mundo ad patrẽ, quemadmodum dicit Ioãnes: Sciẽs Iesus, quia eius hora venit, ut trãseat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, in finẽ dilexit eos.

Iesum uidere volenti quid faciendum.
Psal. 73.
Exod. 33.
1. Cor. 10
Foramina petræ quid designent.
Cant. 2.
Standum esse in foraminibus petræ.
Ioan. 19.
Ioan. 13.

Et cũ uenisset ad illũ locũ suspiciẽs Iesus vidit illũ. Ab ęterno vidit eũ prędestinationis inspectu, iuxta quẽ modum inquit Nathanaeli: Priusquã te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Sed quũ in plenitud[illegible] t[illegible] uenit ad locũ Caluariæ, in quo pro pec[illegible]torum salute voluit crucifigi, [illegible] vidit eũ & alios peccatores [illegible] quatenus eos benign[illegible] redim[illegible] & salua ret. Et ecce [illegible] Zachæus ascendisse arborem sycomorum, ut uid[illegible] ret Iesum, legitur quòd I[illegible] aspiciens uidit Zachæum. [illegible] ubi potuisset uidere [illegible] quemadmodum nisi l[illegible] uel solis prius uideat oculo[illegible]mnis, quantum libet aperiat o[illegible]os [illegible] non potest uidere lucernã uel solem. Christus aũt est ueritas, Christus est sol, Christus est lux uera, quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientem in hunc mundum. Vnde legitur: Respexit dominus

Ioan. 1.

Ioan. 1

dominus Petrum, & statim exiens foras fleuit amarè. Dixitque dominus ad Zachæum: Zachæe, festinās descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Commendatur ascensus, quia pcurrēs ascendit. Cōmēdatur & descensus, quia festinans descendit. Ascendit per fidē, ut uideret Iesum: descēdit per humilitatē, ut susciperet ipsum. Super quē, inquit, requiescet spūs meus, nisi super humilē & quietū, & trementē sermones meos? Nā qui descendit, idem est & qui ascendit. Et Iacob uidit scalā, summitas eius celos tāgebat, & angelos ascendentes & descendentes per eā. Ergo festinās descēde, quia hodie in domo tua oportet me manere. Quasi diceret: Iā es illuminatus per fidem, quapropter uide per fidem. Tenebris fugatis erroris, opportunū est nō mihi, sed tibi (quia ego non indigeo bonorum tuorum, sed tu sine me nihil potes facere) ut in domo tua faciā mā sionem, nō tanq̄ hospes diurnus, sed tā q̄ perpetuus habitator. Qm̄ qui perseuerauerit vsq; in finem, saluus erit. Domo quidem, nō tā materiali, q̄ construitur ex lapidibus, q̄ spirituali, q̄ ex uirtutibus fabricatur. Plus obtinuit q̄ sperauit: quia contentus erat ut ascendens in arborem uideret Iesum: sed Iesus nō solum se illi uidendum ostendit, imò & in domo sua dignatus est hospitari. Per ꝙ cōijcitur & colligitur manifestè, quia & dimittit quæ conscientia metuit, & adijcit quod oratio non præsumit.

Ascensus laudabilis
Descensus bonus.
Esa. 66
Ephes. 3
Gen. 18
Matt. 10

Porro, quia non auditores legis, sed factores iusti sūt apud Deū, Zacheus nō tardus & obliuiosus auditor, sed studiosus & diligens executor, festinās descendit, & suscepit illum gaudens. Per ꝙ moraliter instruitur Christianus ut nō cum mora uel tarditate, non cum tædio uel desidia, diuinū exequatur mādatū, iuxta ꝙ dicit Apost. Obedientia sine mora: sed nec cū tristitia uel dolore, cū murmure vel querela diuinam exerceat seruitutem. Quia secundū eundem Apostolum: Hilarem datorem diligit Deus.

Rom. 2
Obedientia qualis esse debeat.
2. Cor. 6.

Festinans ergo descendit, & suscepit illū gaudens. Et cum uiderent omnes, murmurabant, quòd ad hominem peccatorem diuertisset.

Quidā ex inuidia, & q dā ex ignorātia murmurabāt: sed utrūq; murmur erat iniustū, tanq̄ si quilibet murmuraret, ꝙ medic⁹ diuerteret ad ægrotū. Perinde q dē, qd̄ Saluator ad peccatorē diuertere dignabatur. Vñ cū Pharisæi dixissēt Apostolis: Quare cū publicanis & peccatoribus mādūcat & bibit magister uester; Iesus audiens ait illis: Non est opus ualētibus medicus, sed malè habentibus. Non .n. veni vocare iustos, sed peccatores. Et Petrus attonitus miraculi nouitate, dixit ad dñm. Exi à me, dñe, q a homo peccator sū, cū poti⁹ dicere debuisset, Intra ad me, dñe, q a homo peccator sum: q̄m nisi lux accedat, tenebræ non recedūt.

Matt. 7
Luc. 4

Stans autem Zachæus dixit ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorū, domine, do pauperibus; & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Quantum pſentia pfecit Saluatoris, salutis effectus ostēdit. Nam q fuerat iniquus ꝓ fraudē, factus est iustus per fidē; & q fuerat princeps publicanorū & ipse diues, factus est pater egenorum & ipse pauper. Vñ nō immeritò nom⁹ eius vocatur Zachæus, qd̄ interpretatur iustificatus. Ecce, inquit, dimidium bonorum meorum, dñe, do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Quia uero si rectè offeras, nō autem rectè diuidas, peccasti. Zachæus tan q̄ ꝓuidus & discretus, & rectè obtulit, & rectè diuisit; q a dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, & si quid aliquē defraudauit, reddidit quadruplū. Dedit sua, & reddidit aliena. Quia nō dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et qui facit eleemosynam de rapina pauperis, ac si uictimet filium in cōspectu patris. Deus iniqua munera non acceptat, pſertim q̄ fuerūt de sacrilegio vel de furto, de rapina vel vsura, in quibus, quia non trāsfertur dominium, ira magis q̄ misericordia prouocatur. Quidam cū habeant multum, dant parum; cum habeant charum, dant uile; cū habeāt ꝓprium, dant alienum, cum dare debeant egenis, dant histrionibus. Zachæus āt & rectè obtulit, & rectè diuisit; dādo nō parum, sed multū; q a dedit dimidium, nō uile, sed charum; quia dedit

Præsentia Chri quantum profuerit Zachæo. Zachæ⁹ quid interpretatur.
Augus. Munera iniqua nō acceptat Deus.
Zachæus quo rectè obtulerit, & rectè diuiserit.

f dimi-

dimidiũ bonorũ, nõ alienũ, sed ꝓpriũ: q̃ dedit dimidium bonorũ suorũ [illegible] pauperibus, sed ego [illegible] quia dedit dimidium bonorum suorum pauperibus.

Indigentibus quo tẽpore magis subueniendum sit.

Omni tpe debemus indigentibus subuenire, sed prǽsertim hoc tpe, in quo Deus sterilitatem & famem induxit, in quo simul eodemq; negocio & misericordiã exhibens, & iustitiam manifestans: vt cũ pro peccatis nostris p famis inediã nos flagellat, iustitiæ suæ rigorem ostẽdat: & cũ subueniẽndi pauperibus occasionẽ exponit, misericordiæ causam impẽdat: quatenus cũ flagellũ Dei portauerimus patienter, & indigentibus liberaliter subuenerimus, liberemur [illegible] utique per iustitiam, & per misericordiam coronemur.

Superflua retinentes quantum peccent.

Qui ãt in tanta necessitatis articulo nõ contentus [illegible] superflua retinuerit, sciat se tot mortium esse reum, quot mortes [illegible] ipsius [illegible] monuntur, aut saltẽ tot esse [illegible] supplicijs, quot per [illegible] supplicia [illegible] aff[illegible]guntur. Nã q̃ habuerit substantiã huius mundi, & viderit fratrẽ suũ necessitate habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Nec se q̃ q̃ excuset:

1. Ioan 3.

Neminem excusari a subuentione pauperum.

Tob. 4

q̃a sufficit, [illegible] vnusquisq; tribuat secũdũ ꝓpriam facultatem. Si multum ei fuerit, abundãter impendat: si exiguũ, et de exiguo libẽter studeat impartiri, ita q̃d necessitati aliquid subtrahat, & superfluitati auferat totũ, ex toto restituẽdũ alienũ, nõ semꝑ in simplũ, sed interdum in quadruplũ. Res aut̃ aliena surripitur aliq̃do ꝑ industriã scienter, aliq̃n̄ ꝑ negligentiã ignoranter. Cũ uero res aliena surripiebatur scienter, si re[illegible] extabat, secundum legis iustitiã, restituebatur in duplũ: si non extabat, restituebatur in quadruplũ, sicut iubetur in Exodo. Si ãt res aliena surripiebatur ꝑ ignorantiã, reddebatur caput, & quinta pars desup. Idẽ quoq; fiebat de re furtiua, si furtũ latebat, & fur confitens sponte reddebat, sicut in lib. Numeri reperitur.

Res aliena dupliciter surripitur & quõ restituẽda sit.

Exod. 22

Ait illi Iesus: Hodie salus domui huic facta est, eò q̃ & ipse filius sit Abrahæ, Filius quidem, non carne, sed fide: non successione, sed imitatione, iuxta quod Veritas ait: Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Abraham [illegible] Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Zachæus ãt obediuit Iesu, & factũ est ei in salutẽ. Abrahã angelos dñi suscepit hospitio: Zachæus ãt dñm angelorum. Abraham exultauit vt videret diem eius, vidit & gauisus est: Zachæus autem ascendit in arborem sycomorum, ut uideret illum transeuntem, & descendens suscepit illum gaudens. Merito ergo salus domui huic facta est, eo q̃ & ipse filius sit Abrahæ.

Zachæus quõ filius Abrahæ fuerit.

Ioan 8

Gen. 15

Rom 4

Gal. 3

Gen. 18

Ioan 8

Venit enim filius hominis quærere, & saluũ facere, quod perierat. In hoc sane iustifica[illegible] plenitudo virtutum multipliciter assignatur, fides, spes, charitas, iustitia, fortitudo, prudentia, temperantia, obedientia cum humilitate, hospitalitas cum hilaritate, misericordia cum largitate. Fides, quia præcurrens ascendit in arborem sycomorum. Spes, q̃a q̃rebat uidere Iesum qui esset. Charitas, quia suscepit illum gaudes. Iustitia, q̃a reddidit quadruplum. Fortitudo, quia stans dixit ad dominum. Prudentia, quia non solum dedit pauperibus, sed reddidit defraudatis. Temperantia, quia nõ distribuit totum, sed dedit dimidium. Obedientia cum humilitate, quia festinans descendit. Hospitalitas cum hilaritate, quia suscepit eum gaudens. Misericordia cum largitate, quia dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, & reddidit defraudatis.

Plenitudo virtutũ in Zachæo.

Fides.

Spes.

Charitas.

Iustitia.

Fortitudo.

Prudẽtia.

Temperantia.

Obediẽtia.

Hospitalitas.

Misericordia.

Luc. 11

Per fidem enim præcurrens ascendit in arborem sycomorum. In arborem sycomorum ascendit, qui fidem crucis extollit. Per spem quærebat uidere Iesum q̃s esset, vidit & gauisus est. Nunc enim dominus ait: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Per charitatem suscepit illum gaudens. Charitas enim gaudebat, quia ueritatem suscipiebat. Per iustitiam reddidit quadruplum: quia nemo iustificatur a culpa, nisi reddit rem alienam. Per fortitudinem stabat, non iacebat ut debilis, sed stabat ut fortis. Nam & Iesus ut Stephanum confortaret, non apparuit sedens, sed stans: Ecce, inquit, video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris Dei. Per prudentiam dedit pauperibus, & reddidit defraudatis, dedit proprium, & reddidit alie-

Acto. 7

Decimas nō reddentes grauiter peccāt.

alienare. Grauiter ergo peccāt, qui decimas & primitias non reddunt sacerdotibus, sed ea pro sua voluntate distribuūt indigētibus. Per temperantiā dedit nō totum, sed dimidiū partem de suo superflua, & retinuit necessaria, dicente Propheta: Cū uideris nudum, operi eum, & carnem tuā ne despexeris. *Esai. 58.* Per obedientiā festinauit. Scriptum est enim: Obedientia sine mora. *Luc. 18* Per humilitatē descendit: quoniam qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Per hospitalitatem eum hilaritate suscepit cum gaudens; quoniam hilarem datorem diligit Deus. *2. Cor. 9* *Psal. 111* *Luc. 11* *Eccle. 3* Per misericordiā cum largitate dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, & ideo iustitia eius manet in seculū seculi. Scriptum est enim; Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis. Quia sicut aqua extinguit ignē, ita eleemosyna extinguit peccatum. Quis nostrum charissimi, non dico dimidium, sed uel quartum, uel sextum, uel etiam duodecimum tractat pauperibus erogare? Quādo secundum cōsilium Iesu Christi uendet uniuersa quę habet, & dabit pauperibus, qui nec decimam reddit, quā reddere tenetur ex debito? *Matt. 19* *Marc. 10* *Luc. 18.* *Matt. 24* Certe superabundauit iniquitas, & refriguit charitas multorum. Zachęus autē dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, & si quid aliquē defraudauit, reddit quadruplū.

Domus triplex. *Psal. 92* *Iob 4* *Matt. 12*

Ex istis uirtutibus domus illa cōstruitur, in qua Iesus habitare dignatur. Festinans, inquit, descende; quia hodie in domo tua oportet me manere. Est domus numini, & est domus hominis, & est domus dæmonis. Domus Dei, per gratiam. Domus hominis per naturam. Domus dęmonis, per culpam. De prima legitur; Domū tuā dñe decet sanctitudo in lōgitudine dierum. De secūda dicitur; Qui domos habitant luteas, & terrenum habēt fundamentum. De tertia scriptum est; Reuertar in domum meam vnde exiui.

Domū dæmonis qua cōstituunt. *Eccle. 10* *1. Petr. 2* *Coloss. 3* *Domus naturæ ex quibus constituatur.*

Vitiorum tectum est superbia, quę est initium peccati. Ostium, concupiscētia, quæ militat aduersus animam. Pauimētum, auaritia, quæ est idolorum seruitus. Quatuor latera parietum, sunt quatuor genera peccatorū, uidelicet peccatum fragilitatis per impotētiā: peccatum simplicitatis, per ignorantiam; peccatum securitatis, per negligētiam: & peccatum malignitatis, per inuidētiam. In domo naturæ fundamentum est ratio, tectum memoria, ostium intellectus, pauimentum uoluntas, quatuor laterales parietes, quatuor naturales affectus, timor & spes, dolor & gaudium. Hinc cupiunt homines, metuunt, gaudent, dolent. In domo gratiæ, fundamentum est fides.

Dom⁹ gratiæ ex quibus componitur. *Heb. 11* *Iacob. 5* *Matt. 19* *Psal. 118* *Apoc. 20* *Ioan. 14* *Esai 56* *Math. 21* *Luc. 19.*

De qua dicit Apostolus; Fides est substantia rerum sperandarū, argumentum nō apparentium. Tectū est charitas, de qua Iacobus ait; Charitas operit multitudinē peccatorum. Ostium obedientia, de qua dominus ait; Si uis intrare ad uitā, serua mandata. Pauimentū, humilitas, de qua Psalmista, Adhæsit pauimento anima mea. Quatuor laterales parietes, sunt quatuor principales uirtutes, iustitia, fortitudo prudētia, tēperantia. Hæc sunt in Apoc. quatuor latera ciuitatis ęqualia. Fenestrę sūt hospitalitas cū hilaritate, & misericordia cū largitate. Hęc est domus, de qua dñs ait; Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Verum & hæc sacra basilica domus est nostris & templum Dei. De qua dñs ait; Domus mea, domus orōnis uocabitur. In hanc domum hodie uenit Iesus per dedicationis gratiam, & consecrationis effectum. Legitur enim quod templo Salomonis dedicato, cum sacerdotes dicerent, Cōfitemini dño quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, nebula impleuit domū dñi, & obumbrauit facies sacerdotum, ita quod se inuicem uidere non poterant. Et ait Salomon; Dñs dixit ut habitaret in nebula. Dixit, id est, opere demonstrauit, quoniam in monte Sina apparuit in nebula, & Israel in nube pręcessit, & ante Moysē positum in cauerna petrę pertransiuit in nebula. Expressum mysterium, sed aliàs exponendum. *3. Reg. 8* *Exod. 19* *Exod. 14* *Exod. 33* *Rom. 15*

De cætero fratres, quia quęcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; imitemur ergo Zachęum, ut in domo nostra Iesus habitare dignetur: Qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI,


HVIVS NOMINIS III. SERMONES PER FESTIVITATES Sanctorum totius anni, iam primum inuenti, & in lucem ad gloriam Christi, honoremq; Sanctorum suorum, editi.

IN SOLEMNITATE NATIVITATIS DOMINI nostri Iesu Christi.

De multiplici verbo, de carnis quadruplici acceptione, & cur Verbum caro factum sit.

SERMO I.

Ioan. 1 Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.



IVXTA cõem sensum loquẽdi, multis modis, accipitur verbum. Est, n. verbũ qd corde cõcipitur, verbũ qđ ore pfertur, verbũ qđ calamo scribitur. Corde cõcipitur intellectus, ore profertur sonus, calamo scribitur signum. Intellectus in mẽte, sonus in aere, signũ est in imagine. Quia verò spũs est q viuificat, de carnalib' ad spũalia trãseamus: caro enim non prodest quicquam. Ioan. 6

Est.n. verbum humanũ, & verbũ diuinũ. Verbũ humanũ trãsit prolatũ: verbũ diuinũ pmanet ratũ. De illo dicit poeta: Et semel emissum volat irreuocabile verbũ. De isto dicit Propheta: Verbum dñi mãnet in æternũ, cogitationes cordis eius in gñone & gñationẽ. Verbum Dei p̄ris est Dei filius, p quẽ ipse dixit, & facta sunt; mandauit, & creata sunt: Nã o'ia p ipsum facta sunt, & sine ipso fa ctũ est nihil. Verbo dñi cœli firmati sũt; & spũ oris eius oĩs virtus eorũ: Sicut.n. p verbũ exprimitur intellectus, ita per filium p̄r innotatur. Iuxta qđ ipse dicit Euang. P̄r, ego clarificaui te super terrã, ego manifestaui nomen tuum hoibus, quos dedisti mihi de mũdo. Propter qđ ipse filius sermo p̄ris & nomen p̄ris nuncupatur. Scriptũ est.n. Oĩpotens sermo tuus, dñe, à regalib. sedibus venit. Et alibi: Ecce nomẽ dñi venit de longinquo.

Verbũ humanum. Verbũ diuinum. Psal. 32. Ioan. 1 Psal. 33. Ioan. 17 Sap. 18 Esai. 31

Est aut hoc verbũ pceptum. platum, & scriptũ. Conceptum, ſm natiuitatẽ diuinã: platum, ſm natiuitatẽ humanam: scriptum, ſm natiuitatẽ gratuitã. Scđm natiuitatẽ diuinã cõceptum de p̄re: ſm natiuitatẽ humanã, natũ ex matre: ſm natiuitatẽ gratuitã, scriptum in mente. De patre nascitur æternaliter, de matre t̃paliter, in mẽte spũaliter. Aeternaliter cõceptus diuinitatis arcano, temporaliter profertur ex matris vtero, spiritualiter scribitur digito Dei. De verbo concepto secundum diuinam natiuitatem ex patre dicit Ioannes: In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. De verbo prolato secundum natiuitatem humanam ex matre loquitur Esaias: Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. De verbo scripto secundum natiuitatem gratuitam in mente Lucas testatur: Factum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Luc. 3

Est autẽ verbum supernum, verbum internum, & verbum externum. Verbũ supernum, Deus & caro; internum, spiritus & vita; verbum externum, semen & gladius. Verbum Deus secundum æternitatem, qm in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Verbum caro secundum humanitatem. quia Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Verbum spiritus, intelligentibus: verbum vita, credentibus. Vnde: Verba quæ locutus sum vobis, Ioan. 6.

Luc. 8 uobis, spiritus & uita sunt. Verbum semen in propagandis uirtutibus; Vnde:
Ephes. 6 Semē est uerbum Dei. Verbum gladius, in uitijs amputandis; Vnde: Et gladius spiritus, quod est uerbum Dei.

Sanè fit Verbū caro, fit panis caro, fit homo caro. Verbū fit caro, per unionem: panis fit caro, per conuersionem: homo fit caro, per commixtionem. Per unionem personalem, per conuersionem sacramentalem, per commixtionē carnalē. De primo dr̄: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: De secūdo legitur:
Ioan. 6 Panis quem ego dabo, caro mea est, p mundi uita. De tertio uerò scribitur: Propter quod relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit uxori suæ: & erūt
Gen. 2. duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Nomine carnis, qnq; designatur natura, qnq; persona, qnque fragilitas, qnque carnalitas. Natu-
1. Cor 15 ra, cum dr̄: Alia est caro pisciū, alia uolucrū, alia iumentorū. Persona, cum dr̄: Videbit oīs caro salutare Dei nr̄i. Fragilitas, ubi dicit: Nō pmanebit spūs me^s
Gen. 6. in homine in ęternū, quia caro est. Car-
1. Cor. 15 nalitas, ubi dicitur: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Cum ergo dr̄, Verbū caro factū est, nomine carnis intelligitur uel habitus, uel humanitas,
Rom. 1 Verbum, n. caro factum est, i. Deus est incarnatus; quia factus est ex semine Dauid secundum carnem.

Ac per hoc soluitur q̄stio illa, qua dicitur: Quum homo sufficiēter ex anima constet & carne, cur pp unam partē uerbum dicitur caro factum, & propter alteram, verbum nō dr̄ factum anima: p sertim cū maior sit similitudo inter verbum & animā, q̄ inter uerbū & carnē? Quia. f. incarnatum significat habitum, s. carne uestitum: quod cōuenit uerbo. Animatū uerò significat uitam, i. anima uegetatū, quod uerbo non conuenit. Verbum enim non uiuificatur ab anima, sed potius uiuificat animā. Vel per synecdochem, Verbum dicitur caro factum, id est, Deus factus homo. Nam
Psal. 86. homo factus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus, secundum quod alibi dicitur: Effundā de spiritu meo super oēm
Joel. 2. carnem. Antequā Verbum caro fieret, procul habitabat à nobis; vbi verò factum est caro Verbum, habitabat in nobis, non solum per grātiā, verum ēt per naturam. Hic n. est Deus noster, qui se- Baru. 3
cundum Prophetā in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est: os ex ossibus nostris, & caro de carne nostra. Illos āt inhabitat, quos templum spūs sanctus constituit, sicut dicit Apostolus: 1. Cor. 3.
Templū Dei sanctum est, qd̄ estis vos. Propter q̄ ipse dn̄s dicit in Euangelio; Si q̄s Ioan. 14
diligit me, sermonē meum seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eum ueniemus, & mãsionem apud eum faciemus; Et iterum, Vobiscum, inquit, ero vsque Matt. 28
ad consummationem seculi.

Propter quatuor cās, Verbum factū est caro.

Quatuor enim ex causis Verbum factū est caro, ut superbos humiliaret, ut inimicos reconciliaret, ut seruos redimeret, ut amicos nutriret.

Quū.n. in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo, sed semetipsū exinaniuit, formam serui accipiēs, in similitudinē hominū fact^o, & habi- Phil. 2
tu inuētus ut homo. Exinaniuit, inquit. Exi- Esai. 10
naniuit, pphetæ dixit, Abbreuiatū; Verbū, inq̄t, abbreuiatum faciet super terrā dn̄s: Vitium q̄ppe superbiæ, per humilitatis uirtutem opportuit expiari, quia cōtraria contrarijs curātur, ut q̄tum fuit superbiæ uitiū, tanta foret uirtus humilitatis. Vitium āt superbię tātum fuit, vt homo vellet esse sicut Deus, sicut serpēs Gen. 3
illi pmiserat; Eritis sicut dij, scientes bonum & malū. Tāta ergo debuit esse uirtus hūilitatis, ut Deus fieret sicut homo, Gen. 3
Iuxta q̄ dicit Apostolus: Cum, in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est, esse se equalē Deo, sed semetipsum exinaniuit; formam serui accipiens, in similitudinē hominis factus, & habitu inuentus ut homo. Verbum ergo factum est caro, vt daret nobis humilitatis exēplum; quatenus qui superbi recessimus, humiles redeamus. Initium enim omnis peccati Eccl. 10
est superbia. Per hanc angelus peccauit in cœlo, qui dixit: Ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo. Per hanc homo peccauit in paradiso, cui dictum est; Eritis sicut dij, scientes Esai. 14
bonum & malum. Hoc uitium primū in peccante, ultimum in pœnitente; quo

accedēte peccatum ꝯmittitur, quo rece
dente peccatum dimittitur: q a q̃ citò
mandatum contemnimus diuinum tā
cito ꝯtra dñm superbimus: & q̃ citò ꝓ
peccato ꝯpungimur, tam citò corā Deo
humiliamur. Verbum ergo factum est
caro, ut sicut humiliatus est Deus ꝓ ho
mine, dominus ꝓ seruo, creator ꝓ crea-
tura; ita humilietur homo pro Deo, ser
Luc. 14. uus pro dño, creatura pro creatore. qm̄
qui se humiliat, exaltabitur: & q se exal
Iacob. 4. tauerit humiliabitur. Deus.n. superbis
resistit, humilibus aũt dat gratiā. Inter
Deum & hominem grauis erat inimici
tiarũ discordia, qm̄ homo peccando ser
uum subtraxit & abstulit Deo, quē tra-
didit & subiecit diabolo. Pax igitur in-
ter eos fieri rōnabiliter nō poterat, nisi
dānum ꝙ intulerat, restauraret. Homo
uero nihil habebat, ꝙ dignè Deo recon
pensaret pro dāno; quia si quid Deo de
rōnabili redderet creatura, ꝓ rōnabili
sublata substātia, minus esset; sed hoīnē
non poterat dignè restituere, quia, iu-
stum & innocentē abstulerat, & nemi nē
nisi peccatorem inueniebat. Videns ita-
que Deus hominem sua uirtute nō pos
se iugum damnationis euadere, primò
ꝑuenit eum per solam misericordiā, ut
deinde liberaret etiam per iustitiam. Vt
ergo Deus placari posset ab hoīe, dedit
Deus hoī gratis, ꝙ homo ꝓ debito red
deret Deo. Dedit igitur hoī hoīem, quē
restitueret homo pro hoīne: q, ut recō-
pensatio digna fieret, priori non solum
esset æqualis, sed maior. Quocirca Ver-
bum caro factum est, ut daretur hoībus
Esai. 9 Deus homo, sicut ꝓ dixerat Esaias: Puer
nat' est nobis, & filius datus est nobis,
quatenus inter Deū & hoīem legitimè
mediaret. Si.n. alterius tm̄ esset naturæ,
nō utrique cōmunis, quocirca nec esset
idoneus, ut inter eos pacis fœdera refor
maret. Mediator enim unius non est, ut
Gal. 3 inquit Apostolus: & ob hoc in natiuita
te Christi cœlestis militiæ multitudo
Luc. 2. psallebat: Gloria in excelsis Deo, & in
terra pax hominib. bonæ uoluntatis. Ip
se est enim pax nostra, qui fecit utraque
Ephes. 2 unum. Lapis angularis, qui duos è di-
Ibidem. uerso parietes in uno nouo homine co
pulauit. Poterat Deus hoīem solo uer-

bo per potentiam liberare, sed maluit
eū redimere ꝑcio per iustitiam, ut eum
nō ad potentiā, sed ad iustitiā inuitaret.
Et iustum erat, ut homo per pretium pœ
næ redimeretur a debito culpæ: placan
do per pœnā, quē offenderat per culpā.
Nullius.n. pœna sufficere poterat ad pre
ciū redemptionis humanæ ꝓ oībus præ
sertim cū q̃ libet esset debitor pœnæ: nō
solū ex iniquitate cōmissa, uerū etiā ex
labe ꝯtracta. Nā si dixerimus, q a peccatū 1. Ioan. 1.
nō habemus, nosipsos seducimus, & veri Psal. 13.
tas in nobis nō est. Oēs declinauerūt, si
mul inutiles facti sunt: non est q faciat
bonū, nō est usq; ad unū; Quocirca Ver
bū caro factum est, ut in carne mūdissi
ma, q̃ prorsus esset immunis a culpa, su
stinēdo pœnā indebitā, preciū redēptio Phil. 2
nis humanæ Deo persolueret, factus 1. Petr. 1
obediens usque ad mortem, mortem,
autem crucis. Redempti.n. sumus non
corruptibilib' auro uel argento, sed pre
cio magno, sanguine agni immaculati.
Hic est sūm' sacerdos, ī cui' morte rei q Num. 45
fugerāt ad ciuitatē refugij, securi reuer
tebātur ad ꝓpria. Suscepit igitur ī se pœ
nā ꝓ oib', ut daret per se gloriā vniuer
sis. Esaia teste q ait: Vulnerat' est pp ini Esai. 53.
q tates nr̃as, attrit' est pp scelera nr̃a, di
sciplina pacis nr̃æ sup eū, & liuore ei' sa
nati sum'. Verè lāguores nr̃os ipse tulit,
& dolores nr̃os ipse portauit. Carnē āt
assumptā nō solū dedit ꝓ nobis in pre-
cium, ut redimeret nos a morte, uerum Ioan. 6
etiā dedit eā nobis in cibū, ut aleret nos
ad uitā. Scd̃m ꝙ ipsemet pollicetur. Pa
nis quē ego dabo, caro mea est ꝓ mun-
di uita, vt sicut ꝑ cibū mors intrauerat
in orbem, ita per cibum uita rediret ad
orbem. Sicut.n. corporalis vita sine cor- Ibidem.
porali cibo non pōt subsistere, ita spiri
tualis uita sine spirituali cibo nō pt nu
triri. Nisi manducaueritis, inquit, car-
nem filij hominis, & biberitis eius san-
guinem, non habebitis uitam in vobis.
Verbū itaque caro factū est, ut ꝙ erat
cibus angelorum secundum diuinita-
tem, fieret cibus hominum secundum
humanitatem: ut panem angelorum
manducaret homo, omne delectamen Psal. 77.
tum in se habentem, & omnem saporis Sapien. 16
suauitatem. Probet autem seipsum ho- 1 Cor. 11.
mo,

mo, & de pane isto sic edat, & de calice bibat. Nã qui panem istum manducat indignè, iudicium sibi manducat, non dijudicans corpus domini. Sicut enim bonus sustinendo mortem vitam acquisivit, ita malus sumendo vitam, mortem incurrit. Nos ergo fratres tantę gratię non simus ingrati, sed redemptori nostro dignissimas grates pro tanta gratia referamus, humiliter implorantes, ut qui factus est particeps nostræ naturæ, faciat nos participes suæ gloriæ, Iesus Christus dominus noster, qui est per omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In eadem solemnitate.

Quomodo nouum multis modis in scriptura accipiatur: deq; triplici nouitate in Christi natiuitate facta, & de tribus illius nominibus.

SERMO II.

Hier. 31 NOuum faciet dominus super terram. Fęmina circundabit virum gremio vteri sui.



Ouum in sacra scriptura multis modis accipitur. Nam nouum dicitur innouans, & nouum dicitur innouatum: nouum dicitur recens, & nouum dicitur insuetum: nouum dicitur ultimum, & nouum dicitur miraculosum. Nouum dicitur innouans, secundum Ioan. 13 illud: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Nouum dicitur innouatum, secundum illud: Vidi cœlum nouum & terram no- Apoc. 21 uam. Et dixit, qui sedebat in throno: Ec- Mat. 2 ce noua facio omnia. Nouum dicitur Mar. 16 recens, secundum illud: Nemo mittit ui- Luc. 14 num nouum in utres ueteres. Nouum dicitur insuetum, secundum illud: Linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Nouum dicitur ultimum, secundum illud: Tūc incipiēs cū rubore locū nouissimū tenere. Nouū dicitur miraculosum, Eccle. 36 secundum illud. Innoua signa, & immuta mirabilia. Nouum ergo faciet domi- Psal. 117 nus super terram. Nã a domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris.

His omnibus modis nouum fecit dñs super terram: quoniã fęmina circūdedit uirum gremio uteri sui. Tunc enim uenit Propheta magnus, & ipse renouauit Hierusalem. Tunc cōsummauit dominus testamentum nouum super Hie- Hier. 38. rusalē, domū Israel, & sup domum Iuda: nō secundū testamētum quod dedit patribus eorum, cū exirent de terra Aegypti. Tunc illud impletum est: Vetustissima ueterū comedetis, & nouis superuenientibus uetera proijcietis. Tūnc. n. no- Leuit. 26 uū fecit dominus in psona, nouū fecit in natura, nouum fecit in gratia. In persona, q̃a nouum fecit in matre nouum fecit in prole. In natura, q̃a nouū fecit in signo, nouum fecit in modo. In gratia, quia nouum fecit in fędere, nouum fecit in munere. Nouum fecit in matre, q̃a uirgo peperit uirū, stella protulit solē, filia concepit patrē, creatura creatorem genuit: simul in unum mater & filia, genitrix & ancilla, quæ cum integritate peperit, cum uirginitate concepit, qđ ignis in rubo, quod fructus in uirga, quod ros in uellere præsignauerant. Descendit enim sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terrā. Hæc est porta in domo domini clausa, & uir non est ingressus per eam. Hęc est illa, quæ prima & sola maledictum legis euasit, qua dicitur: Maledicta sterilis in Israel, & propositum uirginitatis impleuit: quoniam antequam conuenirent, inuēta est in utero habēs de spiritu sancto. Nouum fecit in prole, quia dominus factus est seruus, æternus factus est puer, excelsus factus est paruulus, immensus factus est localis, simplex factus est compositus, immortalis factus est mortalis, matris suæ pater, & filiæ suæ filius. Descēdit in matrē, sed remāsit cum patre. Suscepit humanitatē, sed retinuit diuinitatē. Nã cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se ęqualē Deo, &c. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & uocabit nomen eius admirabilis, cōsiliari⁹, Deus, fortis pater futuri seculi, princeps pacis. Matri Siō dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus. Ecce nouum illud miraculosum & insuetū, qđ

Nouitas triplex in Christi natiuitate.

Psal. 78.

Ezec. 44.

Marc. 1

Phil. 2

Ephes. 6

Psal. 86.

Psal. 97.

fecit dñs super terram, quando femina circundedit uirum, gremio uteri sui: Ergo cantate dño canticum nouum, q̃a mirabilia fecit dñs. Nouum fecit in signo: q̃a Christo nascente stella Magis apparuit secundum uaticinium Ba-
Num. 24 laam; Orietur, inquit, stella ex Iacob, & exurget uirga ex Israel. Octauianus Augustus fertur in cœlo uidisse uirginē gestantē filiū ad ostensionē Sibyllæ, & ex tunc prohibuit, neq; eū dñm appellaret: q̃a natus erat rex regum, & dñs dominantium. Vñ poeta: Ea noua progenies cœlo dimittitur alto. Fons olei per totū diem de taberna meritoria largissimus emanauit: significās qd ille nasceretur in terris, qui vnctus erat oleo p̄ consorti-
Psal. 44. bus suis. Templum pacis funditus corruit. Romani siquidem ꝓ pace p̄fecta, quæ toti orbi sub Augusto imminebat, templum pacis mirificum ꝯstruxerant. De quo consulentes q̃diu deberet durare, responsum est, Donec uirgo pariat.
1. Cor. 1. Qui gaudentes rñderunt: Ergo erit æternu: q̃a nunq̃ uirgo pariet. Sed ꝓdidit: Deꝰ sapientiā sapientiū, & prudētiā prudentiū reprobauit. qm̃ in hora dñicę natiuitatis fun̄ditus corruit. Cum.n. plena pax & perfecta per totum orbē uniuersaliter abundaret, q̃ nunq̃ ante contigerat, nec diu post unq̃ euenit, natus est Deus fortis, pater futuri seculi, princeps
Psal. 71. pacis: Vñ Propheta: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et alius item Propheta: Pax erit in terra nr̃a cū uenerit. Ipse.n.
Phil. 4 est pax Dei, q̃ exuperat oēm sensum. Ip-
Ephes. 2 se pax nostra, qui fecit utraque unum:
Luc. 2. in cuius ortu cœlestis militiæ multitudo psallebat; Gloria in altissimis Deo, terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

Nouum fecit in modo, q̃a in sua natiuitate modum humanæ ꝯditionis impleuit. Primus.n. modus fuit, ut homo fieret nec de masculo, nec de fœmina, sicut Adam. Secūs uero fuit, ut homo fieret de masculo, non de fœmina, sicut Eua. Tertius fuit, ut homo fieret de masculo & de fœmina, sicut Abel. Quartus fuit, ut homo fieret de fęmina, non de masculo, sicut Christus, quemadmodum admirans uirgo dixerat ad angelū; Quomodo fiet istud, qm̃ uirū nō cognosco?
Et sicut tres sunt personę in unitate substantiæ, ita fecit, ut tres sint substantiæ in unitate personæ; ut sicut trinitas per- *Luc. 1*
sonarum nō distinguit substātiā, ita trinitas substantiarum non distinguat personam. Qm̃ sicut aīa rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus: Ecce nouum illud recens & ultimum, qd̓ fecit dñs super terrā, qm̃ fœmina circundedit uirum gremio uteri sui. Ergo cantate dño cāticum nouū; q̃a mirabilia fecit dñs. Nouū fecit in fœ- *Esai. 61*
dere; q̃a Deus in utero uirginali naturā, sibi coniugauit humanā. In una persona spōsum repsentans & sponsam, dicēte Propheta; Sicut spōso imposuit mi- *Psal. 18*
hi mitrā, & tanq̃ spōsam decorauit me corona. In sole namque posuit tabernaculum suum, & ipse tanq̃ spōsus ꝓcedēs de thalamo suo. Hinc illud resonat epithalamiorum cāticū; Osculetur me oscu- *Cant. 1*
lo oris sui; &, Meliora sunt ubera tua uino fragrātia vnguentis optimis. Huius cōiugij sacramētū illud nomen significat, q̃ Propheta p̄dixit. Vocabitur nomē *Esai. 7.*
eius Emanuel. Ipse namque uocatur Iesus, vocatur Christus, uocatur Emanuel. Iesus secundū naturā diuinā, Christus secundum naturā humanam, Emanuel secundum utrāq;. Iesus.n. interpretatur saluator, & ipse secundum quod Deus, saluauit populum suum a peccatis eorum. Vnde in cantico Abacuc; Ego *Matth. 1.*
autē in dño gaudebo, gloriabor in Deo *Abac. 3*
Iesu meo. Christus interpretatur inunctus, & ipse secundum q̃ homo, vnctus est oleo lętitię p̄ consortibus suis. Vnde *Psal. 44.*
in cantico canticorum. Oleum effusum *Cant. 1*
nomē tuum. Christus enim a chrismate dicitur, Chrisma uerò principaliter fit oleo. Vñ nomen eius dicitur oleum. Et qm̃ a Christo cuncti fideles Christiani dicuntur, ob hoc oleum effusum est nomen eius: Emanuel interpretatur nobi- *Matth. 1*
scum Deus, scilicet, homo Deus, uel Deꝰ homo. Vt enim inter Deum & hominē legitimè mediaret, ut posset neutri parti suspectus existeret; factus est Deus homo, utriusq; gerēs in una persona naturam. Mediator enim nō est unius, Deus *Gal. 3*
autem unus est; simul in unum dicet

&

& pauper, sacerdos & hostia, iudex & ad
1. Ioan. 2 uocatus. Aduocatū. n. habemus apud patrē Iesū Cristū iustū, q interpellat pro nobis: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: qui exauditur in omnibus pro
Heb. 5 sua reuerentia. Ipse rogat se & ipse seipsū exaudit. Ipse seruus rogat se dominum, ipse Deus exaudit se hominem.


Nouum fecit in munere, quia Deus factus est homo, ut homo fieret Deus. Deus de cœlis ad terras descēdit, ut hōo de terris ad cœlos ascenderet, Deus factus est seruus, ut homo fieret liber. De' factus mortalis, ut homo fieret immortalis. Deus factus est pauper, ut homo fie
Ioan. 3. ret diues. Tā Deus dilexit mundum,
Rom 8 ut filium suum unigenitum daret pro mundo. Nā ,ppprio filio suo nō pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vix pro iusto quis moritur: nā ,p
Rom. 5 bono quis mori audeat? Cōmendat au
Ibidem. tem suā charitatem Deus in nobis, qm cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: & cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem ipsius. Ecce nouum illud inno uatum & innouās, quod fecit dominus super terram, quando fœmina circundedit uirum gremio uteri sui: circundās illum in utero, a quo circundabatur
Hiere. 31 in seculo. Fœmina uirgo, mulier illibata circundedit Deum uerum, uirum perfectum, qui attingit à fine usq; ad finē
Sap. 8 fortiter, & disponit omnia suauiter: qui
Hier. 23 per Prophetam dicit: Cœlum & terram
Psal. 138 ego impleo. Et ad quem dicit Propheta: Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Super oīa, non elatus, subter omnia, nō prostratus: inter omnia, non inclusus, extra omnia, non exclusus. Cæteræ mulieres concipiunt infantes, hæc autem fœmina circundedit uirum. Cæteræ mulieres accipiunt ex vtero uiri: hæc autem fœmina circundedit uirum gremio uteri sui. Tunc tempus ,pduxit æternitatē, locus cōcepit immensitatem, numerus cōprehendit infinitatem. Ergo cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit dominus. Vt autem nouo regi cāticum nouum dignè cātare possitis, exuite ueterem hominem cum actibus suis & indulte nouum, q secundum Deum
Col. 3 creatus est. Expurgate vetus fermentū,
1. Cor. 5 vt sitis noua conspersio. Non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: sed in azymis synceritatis & ueritatis. Ipso præstāte, qui est super omnia Deus benedictus in secula.

In eadem solemnitate.

De tribus Christi natiuitatibus, quas in Missis tribus in festo natā. Domini repræsentat Ecclesia: & de sex Christi nominibus, & cur non sint plura aut pauciora.

SERMO III.

Esai. 9 PVer natus est nobis & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.



SIcut tres in Christo substantias fides catholica confitetur, diuinitatem carnem, & spiritum: ita tres in ipsa natiuitates scriptura sacra testatur, diuinam ex patre, carnalem ex matre, spiritualem in mente. Ex patre nascitur Deus, de matre natus est caro, in mente nascitur spiritus. Ex
Ioan. 14 patre uia, de matre ueritas, in mente uita. Ego sum, inquit, uia, ueritas, & uita. Ex patre nascitur semper, de matre natus est semel, in mente nascitur sæpè. O mira nouitas, & nouum miraculum: ut idem ipse nascatur, & semper, & semel, & sæpe. De patre nascitur semper, quoniam illa generatio est æterna. De qua pater inquit ad
Psal. 109 filium: Ante luciferum genui te. Chri-
1. Cor. 1 stus enim est Dei uirtus, & Dei sapientia, primogenita ante omnem creaturam, quę de se dicit per Salomonem:
Prouer. 8 Priusquam fierent abyssi, ego iam cōceptia erā: ante colles ego parturiebar: Nā

Ioan. 1 in principio erat Verbum, & Verbum
erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
De m'e natus est semel, qm̄ illa gñatio
Esai.7 est humana. De qua dicit Propheta: Ecce
Hier.31 virgo in utero cõcipiet, & pariet filium.
Et alibi: Nouū faciet dn̄s sup terrā, fœmi
na circūdabit uirū gremio uteri sui. Nā
uerbū caro factū ē, & habitauit ī nobis.
In mēte nascitur sępe, qm̄ illa gñatio est
Mala.4 gratuita. De qua dicit scriptura: Timēti
Apo.3. bus Deū orietur sol iustitię. Sto, inquit,
ad ostiū & pulso, si q̄s aperuerit mihi, in
troibo ad illū, & cęnabo cū illo, & ipse
mecū. Secūdum natiuitatē ęternam Chri
stus habet patrē sine matre. Secundum
humanitatem Christus habet matrem
sine patre. Secundum grauitam Chri-
stus habet patrem & matrem, ipso atte-
Matth.4. stante, qui ait: Quicunque fecerit volun
tatem patris mei, qui in cœlis est, ipse
meus frater, soror, & mater est.

Has tres Christi natiuitates, in tribus
Missis hodie repręsentat Ecclesia. Primā,
in Missa q̄ cantatur in nocte, Secundā, in
Missa q̄ cantatur in aurora. Tertiam, in
Missa q̄ cantatur in die. Aeterna quippe
natiuitas est prorsus occulta, ut de ea di
Esai.53 cat Propheta: Generationē eius q̄s enar
rabit? Ad qđ significādum prima Missa
cantatur in nocte: q̄a carnalis natiuitas
partim est occulta, partim manifesta.
Luc.1 Occulta q̄tum ad modum, manifesta q̄
tum ad factum. Quod admirans uirgo
dixit ad angelum: Quomodo fiet istud,
qm̄ uirum nō cognosco? Et respōdit illi
angelus: Spūs sanctus superueniet in te,
& uirtus altissimi &c. Ad qđ significan-
dū, secūda Missa cātatur in aurora. Spiri
tualis autē natiuitas est clarius manife
sta, Christo manifestante, q̄ ait: Si q̄s dili
Ioan.14 git me sermonē meū seruabit: Christus
.n. p affectum pcipitur, p effectum nasci
tur, p pfectum nutritur. Ad qđ significā
dum tertia Missa celebratur in die. Puer
ergo natus est nobis: sed de pr̄e nat' est
nobis ad creationē, in mēte ad iustifica
tionē, ex matre ad saluationem. Ad crea
tionē, vt naturā daret. Ad iustificationē,
vt daret gratiā. Ad saluationē, vt daret
gloriā. Ad creationē ergo natus est dę
Genes.1 patre nobis. Iuxta quod legitur: Dixit
Deus: Fiat lux. i. Verbum ptulit, hoc est,
filium genuit, p quē fecit lucem. Nā oīa
p ipsum facta sunt, & sine ipso factum Ioan.1
est nihil. Ad iustificationē nascitur no-
bis in mēte. Iuxta q legitur: Timētibus Mala.4
Deū orietur sol iustitię, i. lux quę iustifi
cat, illa uidelicet, q̄ illuminat oēm homī
nē uenientē in hunc mundum. Ad saluatio
nē natus est nobis ex matre. Iuxta q Luc.1
legitur: Paries q̄ de filium, & vocabis no Matth.1.
men eius Iesum. Ipse enim saluum fa-
ciet populum suum a peccatis eorum.
Et filius datus est nobis. Nobis autē da-
tus est a Deo, ut Deo redderetur a no-
bis p debito. Inter Deum.n. & hominē
grauis erat inimicitiarū discordia, qm̄.
homo peccādo seruū subtraxit & abstu
lit dn̄o, quē tradidit & subiecit diabolo.
Pax igitur inter eos rōnabiliter fieri nō
poterat, nisi dānum q intulerat, restau
raret. Homo vero nihil habebat, qđ di-
gnē Deo recōpēsaret p dāno, q̄a si quid
de rōnabili redderet creatura p rōnali
sublata substātia, minus esset, sed hoīe
nō poterat dignē restituere, q̄a iustum
& innocētē sustulerat, & neminem nisi
peccatorē inueniebat. Vidēs itaq Deus
hoīnē sua uirtute non posse iugū dāna
tionis euadere, primò pꝛęuenit eum per
solā misericordiam, ut deinde liberaret
etiā per iustitiam. Vt ergo Deus placari
posset ab hoīe, dedit Deus hoī gratis,
q homo ex debito redderet Deo. Dedit
igitur hoīem hoī, quē restitueret * ho- * al. Deus
mo p hoīe: q ut recōpēsatio digna fie
ret, priori nō solum esset ęqualis, sed ma
ior. Quocirca Verbum caro factum est,
vt daretur hoibus Deus homo, sicut p̄-
dixerat Esaias: Puer natus est nobis, & fi Esai.9
li' datus est nobis. Fili' spiritualiter, iux
ta q dicit apostolus; Proprio filio suo Rom.8
nō pepercit Deus, sed p nobis oīb. tradi Gal.4
dit illū. Et iterum: Cū uenit plenitudo
tēporis, misit Deus filium suum, natum
de muliere, factum sub lege: vt De', qui
in sapiētia sua mundum creauerat, sm̄ Psal.103
illud: Oīa in sapientia fecisti dn̄e, ipse
mundū in eadē sapientia recrearet. Hęc Luc.15
est mulier euāgelica, q̄ accēdit lucernā,
ut dragmā decimā, q̄ perdita fuerat, in
ueniret. Proprium sibi filiationis nomē
reseruās, vt q̄ erat ī Deitate Dei fili', idē
fieret in humanitate hoīnis fili'. Puer er
go natus

go natus est nobis, ut nos renascamur & filius datus est nobis, ut nos redimamur. Vt renascamur in gratiam, & redimamur in gloriã: ut renascamur ex aqua, & redimamur in sanguine: qa nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnũ Dei. Et redempti sumus non corruptibilibus auro & argento, sed pretioso sanguine agni immaculati.

Ioan. 3

1. Petr. 1

Et uocabitur nomen eius admirabilis. Sex huius pueri nõia numerantur, nec pauciora, nec plura. Sitis. n. fratres & filij, q a scd̃m arithmeticas rões numerorũ, alius est diminutus, alius pfectus, alius superabũdãs. Diminutus est, cuius partes aggregatæ, minorẽ sũmã pstituũt, ut octenarius. Cuius ptes sunt quaternari⁹, q̃ est medietas, & binarius, q̃ est quarta, & unitas, q̃ est octaua. Quæ simul aggregatę reddũt septenariũ. Perfectus est ille, cuius partes aggregatæ reddunt eandẽ summã, vt senarius. Cuius partes aggregatæ, sunt trinarius, q̃ est medietas, & binarius, q̃ est tertia, & unitas, q̃ est sexta. Quę simul aggregatę reddũt eandẽ summã, i. senariũ. Superabundans est ille, cuius partes aggregatæ, maiorẽ summam pstituũt, ut duodenarius. Cuius partes aggregatæ sunt senarius, quæ est medietas, & quaternarius, q̃ est tertia, & ternarius, q̃ est quarta, & binarius, q̃ est sexta, & unitas, q̃ est duodecima: q̃ simul aggregatæ, maiorẽ summã pstituũt, i. sedenariũ. Quia ergo puer hic Deus est, cui nomina ista p ueniunt: & in Deo nihil est diminutũ, tanq̃ infirmum: nihil est supabundans, quasi superfluum: sed totum est omnino pfectum, velut ęternum: idcirco hęc nomina, q̃ sibi scd̃m naturam diuinam pueniunt, sub pfecto numero designantur. Deo nãq; nihil accedit, ut aliq d superabundet in illo, nec ab eo quicq̃ recedit, ut aliquid diminuatur ab ipso: sed idẽ ipse semp existit, non habẽs in se quicq̃ diuersum, sicut nõ habet aduersum: nec habet quicq̃ uarium, sicut nec ꝑrium: non habet in se, nisi se: nec aliud est habẽs ab habito, nec aliud habitum ab habente: licet ipsius habentis nullius sit habitus, nec alicuius habitus, ipse sit habẽs, nisi q in similitudinẽ hominum factus, habitu inuẽtus est ut homo. Propter q ipse de se per Prophetam testatur; Ego sum Deus, & non mutor. Porro cum tres numeri sint perfecti, primus, infra primum limitẽ, id est, infra denarium, vc3 sex. Sc̃s, infra scd̃m limitem, i. cẽtenarium, videlicet xxviij. Tertius ĩ tertium limitẽ, id est, millenarium, uidelicet quadringenta nonaginta, sex, cur potius sub hoc tm̃ pfecto numero, uidelicet senario, nomina designantur? An ideo, qa Deus spiritus est, & ideo sũme simplex? Quocirca ne multiplicitas ista nominũ aliquid in eo ppositum designaret, sub eo numero pprehenditur, qui solus pfectus est in monadibus, i. inter simplices numeros, q̃ est senarius, Vñ sexto die pfecit Deus cœlum & terram, & omnem ornatum eorum. Et cũ ĩ plenitudine tẽporis sexta uenisset ætate, sexto die sub hora sexta genus redemit humanũ. Vocaẽ ergo nomẽ ei⁹ admirabilis. Vere gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciẽs pdigia. de quo secundum humanitatem dicetur in Euangelio, Quoniam mirabantur omnes super doctrina & responsis eius, & super his quæ gloriose fiebãt ab eo. Ad quem spiritualiter dicitur; In noua signa, & immuta mirabilia.

Phil. 2

Malac. 3

Ioan. 4

Gen. 2

Esai. 9

Luc. 2

Et uocabitur nomen eius cõsiliarius, quia psiliũ pacis inuenit, sicut ipse testatur. Ego cogito cogitatiões pacis, & nõ afflictionis. De quo dicit Propheta; Cõsilium dñi manet in æternum, cogitatio cordis eius in seculum seculi. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia ei⁹, & inuestigabiles uię ei⁹; Quis cognouit sensum dñi, aut qs cõsiliarius eius fuit?

Eccle. 36

Esai. 9

Hier. 29

Psal. 32

Rom. 11

Esai. 40

Esai. 9

Et uocabitur nomen eius Deus. Hic ergo puer, Deus fortis uocatur. Nomen ergo diuinitatis multis modis accipitur in scripturis. Substãtiuẽ, secundum naturam. Adoptiuẽ, secundum gratiã. Potestatiuẽ, secundum officium. Vsurpatiuẽ, secundum uitium. Secundum naturã, ut; Audi Israel, Deus tuus Deus unus est. Scd̃m grãm, ut; Ego dixi, dij estis, & filij excelsi oẽs. Scd̃m officiũ, ut; Dijs non detrahes, & principem populi

Deut. 6

Psal. 81

Exod. 22

populi tui non maledices. Secundũ uitium, ut: Omnes dij gẽtium dæmonia. *Psal. 95.* Hic autem puer uocatur Deus substantiuè, secũdum naturam. Vt autem confundatur hæreticus, & erubescat Iudæus, producantur in medium testimonia, tam de ueteri, quàm de nouo testamento, ut rota cõtineatur in rota, & basis sit in columna. *Deut. 19.* Quoniam in ore duorum uel trium testium stat oẽ uerbũ. *Ioan. 1.* Dicat ergo Ioannes: In principio erat uerbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ. *Ioan. 20* Dicat Thomas: Dñs meus, & Deus meus. *Phil. 2.* Dicat Paulus: Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualẽ Deo. *Psal. 44* Dicat Dauid: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, p̃ consortibus tuis. Dicat Hieremias: Hic est Deus noster, & nõ æstimabitur alius præter ipsum. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Baruc 3* Dicat & Abacuc: Ego in dño gloriabor, & exultabo ĩ Deo *Abac. 3* Iesu meo. Nam quia uoluit homo esse sicut Deus, iuxta quod serpens ille promiserat: *Gen. 3* Eritis sicut dij, scientes bonum & malum, oportuit ut Deus fieret homo. Iuxta q̃d dicit Apostolus: *Phil. 2* Quia in similitudine hominum factus est, & habitu inuentus est ut homo: ut quantũ fuit superbiæ uitium, tanta fieret uirtus humilitatis.

Esai. 9 Et uocabitur nomen eius fortis. *Psal. 23* Quis est iste rex gloriæ: Dominus fortis & potens, dñs potens in prælio. *Sap. 8* Ipse.n. est sapientia, quæ uincit malitiam. Attingit ergo a fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit oĩa suauiter. Sapientia Chrs est. *1. Cor. 1.* De qua dicit Apost. Chrs est Dei virtus, & Dei sapiẽtia. Hic à fine usq; ad finẽ, i. ab empyreo vsq; ad infernũ attingit fortiter, deijciendo superbos angelos de empyreo, & educendo iustas animas de inferno: & omnia, quæ sunt inter empyreum & infernum, disponit suauiter, redimendo miseros, & iustificando peccatores. Hic est uerus Dauid, manu fortis, q̃ uicit ursum, superauit leonẽ, p̃strauit Philisthæum. *1. Reg. 17* Hic est uerus Sampson, q̃ catulum leonis occidit, mille uiros in maxilla asini interfecit, portas ciuitatis cũ suis postibus asportauit, *Iudic. 14* hic fortior superueniẽs fortẽ superauit armatũ.

Et uocabitur nomẽ eius pater futuri seculi. Si pater, & dator, sicut ipse testatur in Euãgelio: Pater uester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se. *Luc. 11* Venit enim dare fidelibus, non præsentia, *Ibidem.* sed futura: non terrena, sed cœlestia: nõ transitoria, sed æterna: non solum, sed polum, nõ mundum, sed cœlum: ut futuri seculi pater hæreditatem paternã filiis suis largiatur. Propter quod docuit nos orare: Adueniat regnum tuum. *Matt. 6* Regnum, inquit, meum nõ est de hoc mũdo. *Ioan. 18* In cuius utique regno est uita sine morte, dies sine nocte, certè sine sorte. Vbi erit securitas sine timore, iucunditas sine dolore, tranq̃llitas sine labore. Vbi erit pulchritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine peruersitate. Vbi erit charitas sine malitia, veritas sine fallacia, felicitas sine miseria. *1. Cor. 3* Vbi erit gaudium, quod nec ocul' uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascendit. Et uocabitur nomen eius princeps pacis. *Esai. 9* Ipse est.n. pax Dei, quę exuperat oẽm sensum: *Phil. 2* ipse pax nostra, qui fecit utraque unum: in uno nouo homine faciens pacem, pacem his qui propè, & pacem his qui longè: in cuius natiuitate celestis militiæ multitudo psallebat: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hoibus bonæ uoluntatis. *Luc. 2.* Qui circa passionẽ dixit apostolis: Pacẽ relinquo uobis, pacem meam do uobis, nõn quo modo mundus dat, ego do uobis. *Ioan. 14* Et post resurrectionem dixit eisdem: Pax uobis, iterum dicens eis: Pax uobis: *Ioan. 20* propter pacem tpis & pacem æternitatis. Ad quam ipse nos perducat, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In Circuncisione Domini.

SERMO I.

POstquam consummati sunt dies octo, vt circunciderетur puer, vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur. *Luc. 2*

Quia



VIA circuncisum de circunciso uerbum verbo audistis, & nos de hoc circunciso uerbo uerbum aliquod circuncisum dicamus. Hoc est enim uerbum abbreuiatum, quod fecit dominus sup terrā, verbum quod misit in Iacob & cecidit in Israel, uerbum quod utinam in corde nostro fructuosum existat, & de ore nostro uacuum non recedat. Circuncisus est ergo Christus, ut Christianus circūcideretur in spiritu: quoniā, ut ipse ait: Spiritus est qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. Propterea dicit Propheta: Circuncidite corda uestra, & non corpora uestra. Et ut inquit Apostolus: Circumcisio cordis est in spiritu nō in litera, cuius laus non est ex hoībus, sed ex Deo. Debuit autem circuncisionis mysterium obseruari, donec substitueretur sacramentum Baptismi: quia q modo clamat in euāg. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō intrabit in regnū Dei, olim clamabat i lege: Masculus, cuius caro præputij incisa nō fuerit, peribit de populo suo. Venturus ergo Christus in propria, quia sui eum non receperunt, debuit circuncidi, ne contra ipsum Iudæi circuncisionem obijcerent ad excusandas excusationes in peccatis, & dicerēt: Incircuncisus es, perire debes de populo tuo, trāsgressor es legis, nolumus te contra legem audire. Qua propter ipse dicebat: Non ueni sol uere legem, sed adimplere. Circuncisus est ergo Christus tantum in corpore, quia nihil habuit quod circūcideretur in corde, sicut baptizatus est tantum in carne, q a nihil habuit quod baptizaretur in mēte, Quia peccatum nō fecit, nec inuētus est dol' in ore ei', Sed neq; peccatum contraxit, quoniam ascendit dominus in nubem leuem, id est, assumpsit carnem a peccatis immunē, Iuxta quod angelus dixit ad uirginem: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; & q nasceretur ex te sanctū, vocabitur filius Dei.

Ioan. 6

Rom. 2.

Ioan. 3.

Gen. 17

Ioan. 1.

Matt. 5

1. Pet. 2

Luc. 1

Postquàm cōsummati sunt dies octo ut circuncideretur puer uocatum est nomen eius Iesus: quod uocatum est ab Angelo, priusquam cōciperetur. Hoc nomē Iesus nō solū fuit pnūciatum ab angelo, verumētia ppheta pdictum: Ego in q in dño gaudebo, exultabo in Deo Iesu meo. Cōuenit ergo nomē ei' Iesus p sonę diuinæ, secundum naturā humanā. Ex quo cōsequēter infertur, q si est Iesus est De' & si est Iesus, est homo: ac p hoc si est Ies', est De' homo, uel homo De'.

Abac. 3

Sanè hoc nomē Iesus habet duas syllabas, & quinque literas, tres vocales, & duas consonātes, habet & tres inflectiones, p quas declinatur, vt, Iesus, Iesu, Iesum, ex qbus cōponitur hoc uerbū, Sū. Duæ igitur terminantur in cōsonātes, & sunt singulę singulares: qm una est tātū nominatiui casus, altera accusatiui, tertia inflexio desinit i uocali, quæ quatuor casibus est cōmunis, genitiuo, datiuo, vocatiuo, & ablatiuo. Magnum misterium, & arduum sacramentum. Eruderemus itaque puteum, q a altus est, & hauriamus aq de fonte Saluatoris. Hoc igitur nomē Iesus duas habet syllabas, q a Iesus duas habet naturas, scilicet diuinā, & humanā: diuinā ex pr̄e, de quo natus est sine matre: humanā de matre, de qua natus est sine patre. Audi naturā diuinā: In principio erat Verbū, & Verbū erat apud Deū, & De' erat Verbum. Audi naturam humanam: Verbum caro factum est, & habitabit i nobis. Audi iterum naturā diuinam: Ego & pater unum sumus. Audi humanā: Pater maior me est. De utraq; natura dicit Propheta: Homo factus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus. Itē Alius Propheta: Bethleē, ex te exiet dux, q regat populū meum Israel. Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Ecce duę sunt syllabæ in hoc uno nomine, quia duæ sunt naturæ in hac una persona.

Lr̄arū nominis Iesu mystica explicatio.

Ioan. 1

Ioan. 14

Psal. 86

Mich. 5

Notandum uero, quòd uocalis est illa, quæ dat uocem per se, consonās illa, quæ reddit sonū ex alia. Per tres igitur uocales significatur diuinitas, quę cum sit una per se, sonat in tribus personis. Nam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus, & hi tres unum sunt. Per duas consonantes, signatur humanitas, quæ cum habeat duas syllabas, scilicet carnem & animam,

1. Ioan. 5

mam, non sonat per se, sed magis cum alia, cuius est iuncta in uirtute psonę. Nã sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo unus est Christus. Et Deus quidẽ est, & homo, sed per se sonat inquantũ est Deus; non autem per se sonat inquantum est homo, q̃a diuinitas retinuit ius personalitatis assumens, sed humanitas nõ accepit ius personalitatis assumpta; quoniam nec persona personam, nec natura naturã, sed persona naturam assumpsit.

Literarum Hebraicarum, quib. nomẽ Iesu scribitur, mystica interpretatio

Habet ãt hoc nomen, Iesus, illas easdem uocales, quas habet illud nomen dñi Tetragrammaton, & erat scriptũ lamina aurea sup frõtẽ pontificali cidari pendente, uidelicet i, e, v, siue, Ioth, eth, vau, qđ nomen Dei dicunt ineffabile, vnde non audent illud proferre, sed p eo scribũt & pferunt hoc nomen Adonai. Illud ãt pstat ex quatuor literis, i, e, v, e: vel magis ex tribus, quoniã vna est geminata. Reuera illud nomen est ineffabile, non q̃tum ad sonum, sed q̃tum ad intellectum: q̃a trinitatis & vnitatis mysterium designat tres psonas in vna substantia, quem admodum Abraham tres uidisse describitur, & vnum legitur adorasse. Duo cõtra Seraphin clamant, alter ad alterum. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus exercituum. Inquit ergo

1. Ioan. 5

Ioannes: Tres qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus. Et hi tres vnum sunt. Et dominus in

Matt. 28.

euãng. Baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Hoc ãt nomen tantæ uirtutis existit, ut peritissimi asserunt Hebreorum, q si distinguatur in tres dictiones; quęlibet illarum significat illud qđ totum, ut si dicatur, Ie, eu, ue, q̃libet nomẽ est Dei, sicut uidelicet & totũ, I, e, ue: q̃a mirũ, q q̃libet triũ personarum, sicut & ipsa natura, est vnus Deus. Media vero litera sola in hoc nomine geminatur, q̃a media tm̃ psona geminum habet in diuinitate respectum. Pater. n. a nullo est factus nec genitus, sed alius est ab eo: solus ãt filius & est ab alio, & alius ab eo est. Spũs sanctus ab alio est, & nullus ab eo: solus ãt item filius & est ab alio, & alius ab eo est. Hoc igitur est in his discretionibus. Secunda sumitur tantũ a prima, & tertia sumitur a prima pariter & secunda: q̃a cum prima terminetur in e, videlicet, ie, secunda inchoatur ab e, videlicet eu, & cum secunda terminetur in u, eu, tertia inchoatur ab u, scilicet ue. Ipsa terminatur in e, à qua incipit secunda, & in qua definit prima: quoniam in diuinitate filius est tm̃ à patre, sed spũs sanctus pcedit pariter ab utroq;. Licet ãt Christus sit α, & ω primus & nouissimus, principium & finis, solæ tamen vocales istæ non inueniũtur in hoc nomine Iesus, scilicet α, & ω. Sed quare? qm̃ oportuit, cum illud idem significetur p duas syllabas huius nominis, q per has duas vocales alibi designetur. s. natura diuina, secundum quã est principiũ, & natura humana, secundum quã est Christus finis. Nam q̃ fecit hominem inquantum Verbum caro factum & habitabit in nobis, Christus secd̃m Apostolum est finis ad iustitiã omni credenti, q̃ de se

Ioan. 8

dicit: Ego principiũ, q̃ & loquor vobis. Illud ãt in hoc noĩe Iesus nõ solum cõsideratione, sed ẽt veneratione dignissimum inuenitur, quòd cũ ipsum habeat duas syllabas, prima tm̃ illarum nomen eius cuius est ipsum, uidelicet ie, quod sicut prædictum nomen est Dei, quia nimirum cum Iesus habeat duas naturas, una tamen illarum est ipse, id est, diuina, quæ benè designatur in hoc nomine personali Iesus, per illas easdẽ uocales, ex quibus constat illud nomen essentiale, quod Tetragrammaton dicitur: quoniam illa eadem natura quę essentialiter est in tribus personis, plena simul ac tota est in hac vna.

Sed fortè miraris, quod per tres inflectiones declinatur hoc nomen. Attende quòd Christus tribus modis inflexit. Velut ita dicam, declinauit scipsum per passibilitatem, patientiam, & passionem. Per passibilitatem, quam dignanter assumpsit: per patientiam quam euidenter exhibuit: per passionem, quam libenter excepit. Oblatus enim est, quia ipse uoluit. Vis audire qualiter Iesus seipsum inflexit & declinauit, si mihi non credis, Apostolo crede, Qui,

Phil. 2

inquit, cum in forma Dei esset, non rapinam

pinã arbitratus est se æqual esse Deo, exinaniuit se, hoc est, humiliauit, inflexit, & declinauit, formam serui accipiẽs in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Adhuc etiã magis inflexit & declinauit seipsum, & digito scribebat in terra, & mater eũ in præsepio declinauit. [Phil. 2] Propter hoc aũt quòd adeo se inflexit, & declinauit, exaltauit enim Deus, & dedit illi nomen, q̃d est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestriũ, & infernorum. Redde singula singulis, q̃a declinauit seipsum, propterea exaltauit illum Deus, & dedit illi nomẽ, q̃d est super omne nomen. Et quia inflexit seipsum, propterea flectitur ei omne genu cœlestium, terrestriũ, & infernorũ. Rectè igitur ex tribus terminalibus literis [illegible] trium inflexionum componitur [illegible] uerbum Sum, quod uerè ac pro[illegible] competit [illegible] secundum excellentiam [illegible] ut ostenderet hic esse [illegible] dicit in ueteri lege, Ego sum, qui sum. [Exod. 3] [illegible] Iesum quasi dicẽ[illegible] Iesus sum ego sum Deus: quia Ie[illegible] est Dei, ac si diceret, manifestus ego sum Deus, & nõ mutor. Hoc [illegible] expressit in euang. cum dixit: Antequã Abrahã fieret, ego sum. [Ioan 8] Et iterum: Ego sum, nolite timere. [Luc. 24] Harum trium inflexionum duæ terminantur consonantes, nominatiuus in S. & accusatiuus in M. In tertia uocali scilicet V, quę quatuor casibus est communis, genitiuo, datiuo, uocatiuo, ablatiuo. Per duas cõsonantes sicut prædictum est, designatur in Chr̃o humana natura, q̃ in duabus substantijs, anima uidelicet, & carne consistit. Et Christus secundum humanã naturam, ut ita dicam, nominatiuus & accusatiu⁹ inuenitur fuisse. Nominatiuus, q̃ã ad p̃dicationis officiũ, quod exercuit: Accusatiu⁹, q̃tum ad passionis supplicium, quod sustinuit: Ad p̃dicationis enim officium pertinet, q̃d ipse dicebat: Pater, manifestaui nomẽ tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. [Ioan. 17] Ad passionis autem supplicium accedebat, quod apud Pilatum in multis legitur accusatus. Christus autem, qui uocalis designatur secundum naturam diuinam, quasi genitiuus, datiuus, & ablatiuus, secundum eandem naturã existit. Genitiuus condit naturam, datiuus exhibet gloriam, uocatiuus, clamat gratiam, ablatiuus tollit ad pœnam. Ex quibus cum duo priora perficit in præsenti, & duo posteriora perficit in futuro. Genitiuum enim se ostendit esse, cũ ait: Si ego generationẽ cæteris tribuo, sterilis ero. Nã pater meus usq; modò operatus, & ego operor. [Esai. 66] [Ioan. 5] Datiuum se p̃bat esse, cum inquit: Pacem meã do uobis, pacem relinquo uobis, non quomodo mundus dat ego do uobis. [Ioan. 14] Vocatiuum se ostendit, cum dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Ablatiuum se ostendit, cũ infert: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis ei⁹. [Matt. 25] Tunc enim aufert malos de medio iustorum, vt attollatur impius, ne uideat gloriã Dei. Quia vero inter cõsonantes digniores sunt semiuocales quàm mutæ, idcirco duæ illæ cõsonantes, s, & m, per quas humana in Christo natura, id est, anima, designatur & caro, non mutæ, sed semiuocales existunt: quoniã inter hoĩes humana natura dignior est in Christo, iuxta quod inq̃t Psa. Gloria & honore coronasti eum, & cõstituisti eum super opera manum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. [Psal. 8.] Licet. n. tantò ab angelis minor sit effectus, quãtò differentius præ illis nomen hæreditauit: quia tamen in q̃tum passibilem carnem assumpsit, paulo minus est ab angelis minoratus, cum angelica natura sit impassibilis. Bene secunda illarum semiuocalium est a liquida, uidelicet m, in casu accusatiuo: q̃a Christus quasi semetipsum quod passionem mortis sustinuit, propter quod Apostolus exponens illud uerbum propheticum: Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eũ domine, interdicit eum quod modico quàm angeli minoratus est. Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatũ, ut gratia Dei gestaret mortem. Et nota quòd sicut apud Hebræos illud ineffabile nomẽ alio modo describitur,

bitur,& alio modo profertur.Scribitur enim his quatuor literis, ei, v, e,& profertur Adonay. Sic apud Latinos illud excellentissimum nomen, alio modo scribitur,& alio modo profertur. Profertur Iesus,scribitur I H S, cum titulo superposito. Expressum mysterium, sed aliàs exprimēdum,quē pertrāsibunt plurimi,& multiplex erit sententia.Hoc est igitur nomen sanctum & gloriosum,quod inuocatum est super nos:nec est alium nomen sub cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri,nomen suaue, nomen delectabile,nomen amabile,nomē utique salutare, per quod ipse nos saluet dominus noster Iesus Christus,q. est benedictus in secula seculorum.Amen.

Act. 4

In Festo D.Siluestri pontificis maximi.

De dignitate sanctitate,& utilitate sancti Siluestri,de regno et sacerdotio pontificis Romani, & quod sacerdotium præcessit regnum, denique splendorem scientiæ pariter & uitæ necessarium esse sacerdoti.

SERMO I.

Eccl. 44 ECce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo,& inuentus est iustus: & in tempore iracundię factus est reconciliatio.



TRia nobis in uerbis propositis circa beatum Siluestrum præcipuè commendātur,dignitas,sanctitas, & utilitas. De dignitate præmittitur, Ecce sacerdos magnus. De sanctitate subiungitur, Qui in diebus suis placuit Deo,& inuentus est iustus.De utilitate concluditur, Et in tpe iracūdiæ factus est reconciliatio. Vnde post dignitatem subiungitur sanctitas,post sanctitatem utilitas.Quia qui locum obtinet dignitatis,debet habere meritum sanctitatis. Et qui meritum habet sanctitatis, debet exercere opus utilitatis. Ne forte q summus est loco,sit infimus merito: & innocēs corde,sit inutilis opere. Heu quot hodie tales sunt in Ecclesia, qui sunt loco sublimes,sed merito uiles, & alijs sunt inutiles. Vtinam & ego non sim unus de talibus,quasi positus in ruinā magis,quàm in resurrectionē multorum.Auertat hoc dominus,qui potēs est de lapidibus suscitare filios Abrahe. Luc. 2 Matth. 3

Fuit ergo B.Siluester sacerdos, nō solum magnus,sed maximus, pontificali & regali potestate sublimis. Illius quidē uicarius,qui est rex regum, & dominus dominantium, sacerdos in æternum,secundū ordinem Melchisedech, ut spiritualiter possit intelligi dictum ad ipsum & successores illius, quod ait beatus Petrus Apostolus,primus & præcipuus pdecessor ipsorum: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Hos enim elegit dñs,ut essent sacerdotes & reges. Nam uir Constantinus egregius imperator,ex reuelatione diuina,p beatum Siluestrū fuit à lepra in baptismo mūdatus,urbē pariter & senatum cum hoībus & dignitatibus suis, & omne regnum Occidentis ei tradidit & dimisit,secedēs & ipse Byzātium,& regnum sibi retinēs Orietis.Coronā uerò capitis sui uoluit illi conferre: sed ipse pro reuerētia clericalis coronæ,uel magis humilitatis causa noluit illā portare. Veruntamen pro diademate regio utitur aurifrigio circulari.Ex authoritate pōtificali constituit patriarchas primates, metropolitanos,& presules. Ex potestate uero regali,senatores,præfectos,iudices & tabelliones instituit. Apoc. 19. Psal. 109 1. Petr. 2. Romanos pōtifices esse sacerdotes & reges.

Romanus itaq; pōtifex in signum imperij utitur regno, & in signum pōtificij utitur mitra. Sed mitra semper utitur & ubiq;, regno uerò,nec ubiq;, nec sēper:q.a pōtificalis authoritas,& prior est & dignior & diffusior q imperialis. Sacerdotium.n.in populo Dei regnum precessit, cum Aaron primus pontifex Saulem primum regem * præcesserit: Noe quoq; Nemroth,cum de illo dicit scriptura, q principiū regni Nemroth extitit Babylon.Noe uero ædificauit altare domino, & holocausta obtulit sup illud. De sacerdotib' āt & regibus loquēs,sacerdotes appellat deos,& reges principes. Dīs,inquit,non detrahes, & princi- * al. conscrat Babylonia. Gen 10 Gen. 8 Exod. 22.

1.Pet.2 principē populi tui nō maledices. Et cum
de rege dicat Apostolus: Subditi estote om
ni humanæ creaturæ pp Deum: siue regi,
quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam
ab eo missis. Ad Hier. sacerdotem de sacer
dotibus Anatoth ipse dn̄s ait: Cōstitui te
Hier. 1. sup gentes & regna, vt euellas & destruas,
ędifices & plantes. Petro verò fuit dictum
à domino, & in Petro successoribus Petri:
Ma.16. Tibi dabo claues regni cælorum: & quod
cunq; ligaueris super terram, erit ligatum
& in cælis: & quodcunq; solueris sup ter-
ram, erit solutum & in cælis. Nihil exce-
Ioa. 1. pit, qui dixit: Quodcunque. Propter quod
alibi dixit: Pasce oues meas, non distin-
guens inter has oues & illas: ut ostende
Ioan. 21. ret ad oues suas minimè pertinere, qui Pe
trum recusat habere pastorem. Ei quoque
singulariter dixit: Tu uocaberis Cephas,
q.d. exponitur caput, ī quo sensuum pleni-
tudo consistit: Quia quum cæteri uocati
sint in partem solicitudinis, solus Petrus
assumptus est in plenitudinem potestatis.

Fuit ergo B. Siluester successor Petri,
vicarius Iesu Christi. Et ideò verè sacer-
dos magnus fuit, qui in diebus suis pla-
cuit Deo. Non tam in diebus temporum,
quam in diebus uirtutum. Nam illi uolu
Iob. 1. biles transeunt, isti stabiles perseuerant.
Singulæ namq; virtutes, sunt singuli dies,
quæ mentem illustrant. De quibus mysti-
cè legitur quòd filij Iob faciebant conui
uia per singulos dies.

Duo sacerdoti necessaria. Duò uerò sunt maximè necessaria sa-
cerdoti, splendor uitæ, splendorque scien-
tiæ, ut uidelicet tam exemplo, q̄ documen
to resplendeat. Cępit n. Iesus facere & do
Act.1. cere, sacerdotibus relinquens exemplum,
1.Pet. vt sequantur uestigia eius. Qui peccatum
Mat.5. non fecit, ut sit honestas in uita. Nec in-
Exo.28. uentus est dolus in ore eius, ut sit ueritas
in doctrina. Nam qui fecerit & docuerit,
magnus uocabitur in regno cęlorum. Vn
de a tunica pontificali dependebant ma-
la granata, cum tintinnabulis aureis. De-
bet n. sacerdos, pp exemplum bonis operi
Mat.5. bus resplendere. Propter quod alibi dici-
tur: Luceat lux uestra coram hominibus,
vt uideant opera uestra bona, & glorificent
patrem uestrum, qui in cęlis est. Et ite-
Luc.12. rum: Sint lumbi uestri pręcincti, & lucer-
næ ardentes in manibus vestris.

Debet & propter documentum polle- Mat.5.
re scientia. Propter qd̄ dicitur: Vos estis
sal terræ, uos estis lux mundi. Nemo ac-
cēdit lucernam, & ponit eam sub modio,
sed super candelabrum, vt luceat omnib. Ps.18.
qui in domo sunt. Nam dies diei eructat
verbum, & nox nocti indicat scientiam.
Isti fortè sunt duo dies, de quibus Euan- Ioan.4.
gelista testatur, quod Iesus mansit apud
Samaritanos duos dies, videlicet, quia Sa
maritani remanserunt illuminati p Chri
stum, tam exemplo uitæ, q̄ verbo doctri-
næ. Non sufficiat sacerdoti alterum sine
altero. Quia cuius uita despicitur, restat Luc. 4.
ut eius prædicatio cōtemnatur, & dicatur Luc 6.
ei: Medice, cura teipsum. Hypocrita, eijce Rom. 2.
primò trabem de oculo tuo, & tunc eij- Leuit.4
cies festucam de oculo fratris tui. Qui p- Ecc. 2.
dicas non furandum, furaris? qui prędicas Sap.6.
nō mœchandum, mœcharis? Certè si sacer
dos, qui unctus est, peccauerit, facit delin-
quere populum: & si incantator fuerit a
serpente percussus, quis medebitur ei? Po-
tentes potenter tormenta patientur. Et iu
dicium durum fiet his, qui præsunt. Isti
sunt duo dies, vita uidelicet & scientia,
in quibus B. Siluester placuit Deo, & in-
uentus est iustus, sicut historia manifestè
testatur. Nam multa sustinuit ad meritū
vitę, multaq; constituit ad documentum
scientię. Et ipse in tempore iracundiæ fa
ctus est reconciliatio, reconcillians pecca
tores ad ueniam, & discordantes ad pacē.
Nam usq; ad tps ipsius tanta paganorum Heb.11.
contra Christianos exarsit iracundia,
quòd tanquam oues occisionis mactaban
tur ubiq; lapidati sunt, secti sunt, in occi
sione gladij mortui sunt. Circuierunt in
melotis & in pellibus caprinis, egentes,
angustiati, afflicti, quibus dignus nō erat
mundus. Sed per B. Siluestrum reconcilia
ti sunt Christiani paganis. Quia baptiza-
to pijssimo principe Constantino, tran-
quillitas & libertas est Ecclesiæ Dei da-
ta. Et ex tunc cœpit Ecclesia dilatari, & im
pleri uaticinium Esaię dicentis ad ipsam
Leua in circuitu oculos tuos & uide: om-
nes isti congregati sunt, uenerunt tibi. Fi Esa.49
lij tui de longe uenient, & filiæ tuę de la
tere surgent. Illius uerè uicarius, de quo

dicit Apostolus. Deus erat in Christo mũdũ reconciliãs sibi: & posuit in nobis verbum reconciliationis. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, Mediatores enim sunt sacerdotes inter Deũ & hominẽ. Et ideo tales debent existere, ut & Deo sint grati, & hominibus accepti. Quales nos faciat meritis & precibus beati Siluestri dñs Iesus Christus, qui est super omnia benedictus in secula seculorũ. Amen.

IN SOLENNITATE APparitionis domini nostri Iesu Christi.

De sacrosancto coniugio inter Christum & Ecclesiam, promisso, iurato, completo, consummato, confirmato, & declarato: de tribus manifestationibus: de aduentu & muneribus Magorum, ac eorundem declaratione: denique de allegorica Euangelii expositione, & de domibus in quibus Christus inuenitur.

SERMO I.

Videntes stellam magi, gauisi sunt gaudio magno ualdè. Et intrantes domũ, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Mat. 2.

Sacrosanctum coniugium, quod inter Christũ & Ecclesiam fuerat patriarchę Abrahę promissum, deinde Dauid regi iuratum, deinde matri Mariæ completũ, hodie est consummatum, confirmatum, & declaratum. Consummatum in adoratione Magorum, confirmatum in baptismo Iordanis, declaratũ in miraculo uini. Olim enim Deus Abrahæ patriarchæ promisit, quod in semine suo benedicerẽtur omnes gentes. Et Dauid regi iurauit, quod de fructu uentris ipsius poneret super sedẽ suã. Sed quod promiserat & iurauerat, Mariæ matri compleuit: quoniam in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Illud enim coniugium legitur hodie consummatum, quando gentiles in adoratione Magorum coniunxerũt se Christo per fidem. Quoniam ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorũ? Hodie legitur confirmatum: quoniam vox patris ab ipso in Iordanis baptismo audita est sup Christum: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hodie legitur declaratum, quando Christus in nuptijs aquam conuertit in uinum: quoniam hoc fecit initium signorũ Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Hæc tria simul hodie recolit & ueneratur Ecclesia. Quia tertia decima die post natiuitatem, Iesus fuit adoratus à Magis, & eodẽ die tricesimo anno in Iordane baptizatus est à Ioãne: ac deinde reuoluto anno, eadem die aquam mutauit in uinum. Et ideo fratres & filij gaudeamus & exultemus, non in hoc seculo, sed ĩ domino, sicut dicitur: Qui gloriatur, in domino glorietur: sicut iubilando cantauimus: Hodie cælesti spõso iuncta est Ecclesia, hodie in Iordane lauit Christus eius crimina, currunt cũ muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facto uino lętantur conuiuę. Propterea dies iste, sicut in antiquioribus codicibus inuenitur, Epiphaniarũ, id est, manifestationum pluraliter appellatur: quia hodie manifestatus est Christus per signum stellæ, per uerbum patris, & per miraculum uini. Vnde quidam has tres manifestationes specialibus distinguunt nominibus, Epiphaniam uocantes eam, quæ desuper est facta per stellam, ab ἐπί, quod est supra. Theophaniam, quæ à Deo facta est in baptismo, à θεὸς quod est Deus. Et Bethaniam, quæ in nuptijs facta est intra domum, à beth, quod est domus, & phane, quod est illustratio.

Gaudeamus ergo fratres & filij, gaudeamus in domino: nam & Magi gauisi sunt gaudio magno ualde. Quia uiderunt stellam, gauisi sunt: sed quia stellam quam uiderant in Oriente, antecedebant eos, gauisi sunt gaudio magno: & quia inuene-

runt

Marginal notes: Gen. 15. — Psal. 131. — Gen. 22. — Psal. 131. — Psal. 18. — Ioan. 1. — Mat. 3. — Ioan. 2. — 1. Cor. 1. — al. Bethaniam.

runt puerum cum Maria matre eius.gaui si sunt gaudio magno valde. Secúdum historiam tres isti Magi, tres reges fuerunt: non arioli, sed philosophi, qui à magnitudine sciétię sunt sic uocati: quia quos Gręci philosophos, Persę magos appellãt, successores doctrinæ Balaã, qui stellam eius uaticinio cognouerũt, prædicẽtis olim in
Nu.24 spiritu: Orietur stella ex Iacob. Venerunt aũt de finibus Persarum, & Chaldæorum, ubi fluuius est Saba, quo & Sabæa regio
Psa.71 nuncupatur. Sicut pdixerat David: Reges Arabũ & Saba dona adducent. Et quod de partibus tã remotis in tã breui tẽpore sup dromedarios, animalia videlicet velocissi
Esa.60 ma, festinasse creduntur, secundum illud prophetæ: Inundatio camelorum operiet te: dromedarii Madian & Epha.

Conuenientes igitur isti tres reges iuxta cõdictũ, secundũ cõsuetudinem in suis dogmatibus perscrutandis, uiderunt quandam stellam mirabilem existentẽ supra regionem Iudææ, in multis notabilẽ & discretam: quia uidelicet lux solis eam non obũbrabat, nec in firmamẽto cũ syderibus erat, nec cum planetis in æthere: sed in aere sublimiori, vicina terris, immobilis pmanebat, cuius signo commoniti, credidẽrũt illum regem esse natum in Hierusalẽ, de quo prædixerat Balaam: Orietur stella ex Iacob, & exurget uirga ex Israel: & de Iacob erit qui dominetur. Ideoque Magi ab Oriẽte uenerũt Hierosolymã, putãtes inuenire natũ regẽ in regia ciuitate, sed q certificati fuerãt per signum stellę de tempore, per uaticiniũ prophetiæ meruerunt certificari de loco. Sic n. fuerat scriptũ p
Mic. 5. prophetã Michæam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Israel: & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.

Et ecce stella q̃ viderant in oriente, antecebat eos, existimantes quod in oriente viderant stellam super Iudam: & q̃ prius stabat immobilis donec Hierusalẽ aduenissent, cœpit moueri, & antecedebat eos, donec ueniens staret supra ubi erat puer. Et intrantes demũ, illud videlicet diuersoriũ, de quo dicit Euangelista, Quia non erat ei locus in diuersorio, inuenerũt puerum cum Maria matre eius. Hic est lapis angularis, ad quem duo parietes conueniunt, unus videlicet ex Iudæis, id est, pastores, ad verbũ angeli, alter ex gẽtibus, id ẽ,
Ioã.10. Magi, ad signũ stellę: ut sit vnũ ouile & vnus pastor: utraque tñ in terra, sed de cęlo cõmonita: quia rex cęlorũ natus erat ĩ terris, stella cucurrit ad stellã, quia stella descẽdit in stellã. Ego sum, inquit, stella splẽdida & matutina. Et procidẽtes reguli an
Ap.22 te regẽ, Magi ante magistrũ, adorauerunt, serui dñm, hoĩes Deũ: sed magni paruulũ, imò uerius parui magnũ. Erat enim hic puer ille, de quo prædixerat Esaias: Puer
Esai 9. natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerũ eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, cõsiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Et quia puerũ istũ, cui stella famulabatur, credebãt esse Deum, ideò procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerũt Magi dño aurũ, thus, & myrrham, iuxta cõsuetudinem Sabæorum: significantes tamen ipsum in auro regem, in thure Deum, in myrrha mortalem. Aurũ enim regi redditur in tributum, thus offertur Deo in sacrificiũ, myrrha verò adhibetur mortuo in sepulturã, quia uermes arcet à corporibus mortuorum. Vnde Ioseph attulit mixturam myr-
Ioã.19. rhæ & aloes, vt vngeret corpus Iesu. Non singula singuli, sed omnes omnia obtulerunt: quia quilibet obtulit aurum, credẽs eum esse regẽ & dominum dominãtium. Quilibet obtulit thus, credẽs eum Deum deorum, & creatorẽ creaturarum. Et quilibet obtulit myrrhã, credens eũ mortalem pro mortuis, & pro mortalibus moriturũ. Vel potius in tribus muneribus tres in Christo designauere substãtias, Deitatem videlicet, carnem, & animam. Magi Pha-
Exod. 8 raonis primum & secundum signum in plagis Aegypti fecerunt, sed defecerunt in tertio, dicentes ad Pharaonem. Digitus Dei est hic: quia uidelicet naturales philosophi ductu rationis peruenerũt ad notitiam patris & filij, quos ipsi togatum & noima appellabant: sed ad cognitionem tertiæ personę, uidelicet spiritus sancti, sine doctrina fidei minimẽ peruenerunt. Qui digitus Dei dicitur, iuxta illud

 quod

Luc. 11. Matth. 12. quod dominus inquit in Euang. Si ego in digito Dei eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciūt? Vnde pro digito alius Euā gelista dicit in spiritu. Illi ergo Dei digitū nominabant: quē ignorabant: ideoq; signū tertiū facere nō ualebāt. Isti verò illuminati per fidē crediderūt, quia tres sunt qui testimonium dāt in cęlo, pater & verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt. Et ideo hi tres ipsi reges, in fide Trinitatis tria munera obtulerunt. Quisquis igitur ad notitiā indiuiduæ Trinitatis sine prædicatione uel lectione peruenit, hāc ei nō humana ratio, sed diuina inspiratio reuelauit: ut ei qui phibetur dixisse: Prima monas secūdā monade genuit, prima & secūda suū in se reflectunt ardorem.

Porrò secundū allegoriā p tres Magos significātur tres ordines fideliū in Ecclesia, Noe, Daniel, & Iob, quod est, prælati, cōtinētes, & cōiugati, fide trinitatis habē tes, quos Ezechiel uidit in uisione saluandos: & secūdū Euāgelicā parabolam, duo sunt in agro, & duo i. lecto, & duo in mola, quorum unus assumetur, & alter relinquetur. Isti uidentes stellam, id est, euāgelicā prędicationē intelligentes, quæ nocte seculi fulget cōtra tenebras erroris & ignorantiæ, dicente Psalmista: Lucerna pedibus meis verbū tuū dñe, & lumen semitis meis: gauisi sunt gaudio magno valde, Iuxta illud Propheticū: Hęreditate acquisiui testimonia tua in æternū: quia exultatio cordis mei sunt. Hic est n. ille thesaurus in agro absconditus, quē qui inuenit homo, abscōdit, & prægaudio illius vadit & uendit vniuersa quæ hēt, & emit agrū illum. Multi quidē intelligēti & diligenti est exultatio, & dulcedo in Euāgelicæ prædicationis doctrina, q̄ mētē reficit & iocūdat, exhilarat & saginat. Vnde Psalmista: Quàm dulcia faucib. meis eloquia tua, dñe, super mel & fauū ori meo.

Ezech. 14. Matt. 18. Psalm. 118. Matt. 13. Psalm. 118.

Et intrātes domū, inuenerunt puerū cū Maria matre eius. Qui vult inuenire Iesum, ingrediatur sancta ecclesia puram cō scientiam, & diuinam scripturam. In his. n. domibus Iesus inuenitur, quoniā inter multas istæ sunt pręcipuè domus Dei. De prima legitur: Domum tuam, dñe, decet sanctitudo in longitudine dierum. De secunda dicitur: Perambulabam in innocē tia cordis mei, in medio domus meæ. De tertia legitur: Ambulauimus in domo domini cum consensu. Frustra ergo quærit hæreticus, quia Christus extra domum ecclesiæ nullatenus reperitur. Propter quod ipse dicebat Iudæis: Quæretis me, & non inuenietis. Quærebāt Iesū parentes eius, & inuenerunt eum in tēplo, in medio doctorum, interrogantem & respondentem: Nesciebatis, inquit quærentibus, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Hanc ergo domum intrantes fideles, pue rū Iesum cum Maria matre eius inuenerunt, credentes eum natū de virgine, secun dū humanā naturā assumptam, qui stellā creauit, secundum potestatem diuinam.

Psa. 92. Psalm. 100. Psa. 54. Ioan. 7. Luc. 2.

Et procidētes adorauerunt eum. Boni cadunt in faciem, mali verò cadunt retrorsum. De bonis namq; cadentibus legitur: Ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum. De malis aūt cadentibus legitur: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Qui verò cadunt in faciē, ipsi quidem cadunt sub Xp̄o, & ante Xp̄m, tanq̄ subditi & deuoti. Vnde: Populi sub te cadent, &c. Et procidamus ante Deum. Procidentes ergo p subiectionem & deuotionem, adorauerunt eum. Illū sci licet, de quo dicit scriptura: Dñm Deū tuum adorabis. Sanè vbi sit adorādus ostē dit, cum dicit, Et intrātes domum. Et quo mō sit adorandus ostendit, cum additur: Obtulerūt ei munera, aurum, thus & myrrham. Verùm cum solus Deus sit adorandus, illa uidelicet adoratione, quæ latria græcè vocatur vel nuncupatur, ad quam p tinent altaria, tēpla & sacrificia, quæ soli Deo sunt dedicāda, cōsecranda, & offerenda: nō qdē angelis, nō Apostolis, nō martyribus, sed Deo tm̄ ad honorē ipsorū: quia uidelicet seruitus ista nō creaturę, sed creatori debetur. (Vnde angelus i Apocalypsi se phibuit adorari, dicens Ioanni: Deum adora. Ego. n. frater tuus sum, & conseruus fratrū tuorū. Et Paulus & Barnabas cū Lystris i Lycaonia claudū sanassent, & voluissent eis turbæ uictimas immolare, cōscissis tunicis exierūt in turbas, prohibētes se adorari. Et Mardocheus testatur se timuisse Amā supbissimū adorare, ne honorem Dei

Apo. 5. Ioā. 18. Ps. 44. Ps. 94. Luc. 4. Act. 14. Hest. 13.

Dei sui trãsferret ad hominem, & ne quẽquam adoraret, excepto Deo suo.) Quid est hoc quod Magi non Deũ, sed puerum adorasse dicuntur: Qui licet in ueritate sit Deus, non tamen secundum naturam diuinam, sed secundum carnem assumptam est puer, secũdum quam etiam nõ est factor, sed factus, Paulo attestante: Qui factus est ex semine Dauid secundum carnẽ, contestante Psalmista, quod homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, cum & Moyses mandet in lege, ne quis errore deceptus adoret ea, quę fecit dominus Deus suus. Porro si solus Deus sit adorandus, cũ puer iste sit Deus, Esaia propheta testãte: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis: Ergo puer iste, qui natus est nobis, quasi Deus adorãdus existit. Vna quidem adoratione cum patre qui genuit, & spiritu qui procedit, sicut ipsa Veritas ait in Euãgelio: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam & tanta est illa unio personalis inter diuinam & humanã naturam, ut in hypostasi verbi, propter assumentem diuinitatem, humanitas etiam adoretur assumpta, secundum illud Propheticũ: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Cætera uerò sacra uel sancta nõ adoranda sunt latria, sed dulia venerãda, ne fortè sub specie pietatis θεοσέβεια conuertatur in idololatriam, & ita subintret uitium pro uirtute.

Rom. j.
Ps. 68.
Deut. 4
Esai. 9.
Ioan. 4.
Ps. 89.

Apertis ergo thesauris suis, non utique thesauris pecuniæ: de quibus illa munera proferuntur, quę oculos sapientium excæcant & peruertunt uerba iustorum: sed thesauris sapientiæ, de quibus dominus inquit in Euangelio, quod omnis scriba doctus in regno cęlorum de thesauro suo noua profert & uetera. Et Salomon: In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ. His ergo thesauris apertis fideles offerũt ei munera, aurum, thus & myrrham. Aurum contemplationis in fide, Thus orationis in spe, Myrrham compassionis in charitate. Ordo conueniens & conueniẽtia ordinata, ut prius anima cõtempletur per fidem, deinde deprecetur in spe, tandẽ compatiatur in charitate.

Deu. 16
Mat. 13
Eccl. j.

In festo conuersionis diui Pauli Apostoli.

De tractatione Pauli, & magna Dei misericordia & patientia erga peccatores, & ut nemo desperet.

SERMO I.

NEmo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Ioan. 6.

SAepè locutus sum uobis per diuisiones & distinctiones ad instructionẽ scientię, nunc autem locutus sum uobis ꝑ admonitiones, & exhortationes ad informationem uitę, quæ est in Christo Iesu. Nam scientia inflat, charitas autẽ ædificat. Nemo, inquit filius, uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Verè uerum est uerbum hoc, quia uerbum ueritatis verbi, verbi quod erat ĩ principio apud Deũ. Non est enim uolentis neq; currentis, sed Dei miserentis. Sine me, inquit, nihil potestis facere, quia sine me factum est nihil. Non enim palmes potest ferre fructũ à semetipso, nisi manserit in uite: cum & omne datum optimum & omne donum perfectum desursum sit descendẽs a patre luminũ. Homo namq; per se peccare potest, sed per se non potest resurgere. Antequam peccet, est integer, & ideo potest se deijcere, cum autem cecidit, est confractus, & ideò per se resurgere non potest. Cum enim homo descendit ab Hierusalem in Iericho, tunc incidit in latrones, qui despoliant eum, & plagis impositis abeunt semiuiuo relicto. Nemo ergo uenit ad filium, nisi pater traxerit eum. Huius sententiæ manifestum exemplum in conuersione Sancti Pauli reperimus, qui fuit tractus ut traheret in Christo, & traheret ad Christum.

1. Cor. 8
Rom. 9.
Ioan. 15
Iac. 1.
Luc. 10.

Sed unde, qualiter, & quo tractus? De profundo confusionis, per spiritum timoris, ad semitam ueritatis. Audi breuiter vnde tractus extiterat: Saulus, inquit, adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos domini, accessit ad principem sacer-

Paulus unde, qualiter.

Et quo tractus fuerit domum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos inueniret huius uiæ uiros ac mulieres, uinctos perduceret illos in Hierusalem. *Act. 9.*

Audi qualiter tractus fuerit: Et dum iter faceret, subitò circumfulsit eum lux de cœlo; cadensq; in terram, audiuit uocem de cælo dicentem sibi: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulū calcitrare. Et tremens ac stupens dixit ad Iesum: Domine, quid me uis facere?

Audi quo tractus fuerit: Baptizatus est, inquit; & continuò ingressus in synagogas prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. Magis autem ac magis conualescebat & confundebat Iudæos, affirmans quoniam hic est filius Dei. Tractus est igitur à profundo cōfusionis, quæ latebat in corde: quia Saulus erat spirans minarum, & cædis in discipulos domini. Tractus est à profundo confusionis, quæ patebat ī opere, quādo abiit ad principē sacerdotū, & petijt ab eo epistolas in Damascū ad synagogas, ut si quos inueniret, &c. Vides ergo quod tractus est à profundo peruersitatis, quā sustinebat, & à ꝓfūdo peruersitatis, quam inferebat. Tractus est autem à spiritu timoris, & per fulgorem illustrationis supernæ, Quia subitò circumfulsit eū lux de cælo: & per tremorē inspirationis internæ, quia tremens ac stupens dixit: Domine, quid me iubes facere? Lux superueniens excæcauit illum in corpore, ut lux interueniens illuminaret illum ī mente. Lux intulit cæcitatem, & cæcitas intulit lucem. Tractus est quidē & ad fidei sacramentū, quia baptizatus est, & mansit apud discipulos dies aliquot: & ad prædicationis officium, quando ingressus in synagogas prædicabat Iesum, quō hic est Christus De Saulo factus est Paulus, de persecutore factus ē prædicator, de lupo factus est agnus. Et ita circumfulsit eum lux, ut *Ge. 49* mentē eius illuminaret. Hic est n. de quo dicitur in benedictionibus patriarchæ Iacob: Beniam in lupus rapax, manè comedet prædam, serò diuidet spolia. Habes ergo unde tractus est Saulus: quia de confusione cordis & operis. Quomodo tractus: quia per illustrationem supernam, & aspirationem internam. Et quo tractus: quō ad fidei sacramentum, & prædicationis officiū.

Nullus ergo ꝑ multitudine uel magnitudine peccatorum desperet. Quia Deus nō solum recipit pœnitētes, uerum etiam attrahit peccatores. Nam à diebus Ioannis Baptistæ regnū cælorum uim patitur, & uiolēti diripiūt illud. Nullus omninò desperet: quia Deus est patiēs & misericors, & præstabilis super malitia: suauis ac mitis & copiosus in misericordia omnib. inuocantibus se: quia non uult mortē peccatoris, sed ut cōuertatur & uiuat. Quia maius est gaudiū angelis Dei sup uno peccatore pœnitētiā agēte, q̄ sup nonaginta nouē iustis, qui nō indigēt pœnitētia. Quia nō uenit uocare iustos, sed peccatores: quia nō indigent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Venit n. quærere & saluare qd̄ perierat. Quacunq; hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, omniū iniquitatū eius nō recordabor. Quacūq; hora, siue in pueritia, siue in iuuentute, siue in senectute, id est, semper dum uixerit. Itē quacūque hora cōuersus fuerit, id est, quotiescūque pœnituerit. Iuxta qd̄ ueritas īquit ad Petrū, q̄rentē quoties esset dimittendū fratri peccanti: Nō dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. Nec dicit, Conuersus fuerit & satisfecerit; sed dicit, Conuersus fuerit & ingemuerit. Quoniā in cōtritione peccatū dimittitur, sc̄dm illud Propheticum: Dixi confitebor iniustitiā meā dño, & tu remisisti impietatē cordis mei. Multum peccauit Cain, quando interfecit Abel, sed magis peccauit, cū ait: Maior est iniquitas mea, q̄ vt veniā merear. Absit enim ut maior sit iniquitas hominis, q̄ misericordia Dei: cū defectus à bono, quā est iniquitas, summo bono nō possit cōparari, quod est misericordia Dei. Nullus ergo de misericordia diuina desperet. Quō miserationes eius sup omnia opera eius. Non. n. ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed sc̄dm suā misericordiā saluos nos fecit. Primū, inquit Apostolus, fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed misericordiam consequutus sum, ut ostēderet in me Christus Iesus omnem longanimitatem, ad informationem eorum, qui credituri sunt. Hinc est. n. quod epistolæ Pauli & psalmi Dauid præ cæteris scripturis in ecclesia frequentantur ut cum peccatores audierint Paulū blasphemū & persecu-

Nemini desperandum de peccatorū multitudine. Mat. 11 Ioel 2. Eze. 18 Luc. 15 Mat. 9. Luc. 19. Ma. 18 Ps. 31. Gen. 4. Ps. 144 Tit. 3. 1. Ti. 1 Epistolæ Pauli, & psalmi Dauid cur præ cæteris scripturis frequentantur.

corē factū esse Apostolū, & Dauid adulterū & homicidā esse factū Prophetā, confidant ꝑ Dei misericordiā nō solū ueniā ꝓ mereri, sed ēt gloriā adipisci. Quis. n. dubitet, qn Deus misereri uelit illius, quē talē ac tm̄ fecit creādo, quē talē & tm̄ fecit ēt redimēdo? Magnū est qd creauit: sed maius est qd redemit. Creādo factus ē hō ad imaginē & similitudine Dei, redimendo factus est Deus ad imaginē & similitudinē hoīs. De illo dicitur: Fecit Deus hoēm ad imaginem & similitudinē suā. De isto dicitur: Cū in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se ęqualem Deo, sed exinaniuit se, formā serui accipiens, in similitudine hoīm factus, & habitu inuentus ut hō. Maius est qdem habere similitudinem Dei, q̃ habere similitudinem hominis. Sed tñ maius est quod Deus factus est ad imaginem & similitudinem hominis, q̃ qd hō factus est ad imaginem & similitudinem Dei. Maius quidem ratione dignationis, maius etiam ratione utilitatis. Quis ergo pōt diffidere, quin Deus misereatur illius, quem fecit ad imaginem & similitudinem suā, quem ꝑfecit volatilib. cęli, bestijs terrę, ac piscib. maris? Nā omnia subiecit sub pedib. eius, oues & boues uniuersas, insup & pecora cāpi. Volucres cęli & pisces maris, q ꝑābulant semitas maris. Quis ualeat dubitare, qn Deus misereatur illius, ꝑꝑ quem exinaniuit se, formā serui accipiens, in similitudine hominū factus, & habitu inuentus ut hō: factus obediens usque ad mortem, mortem aūt crucis? Nā ꝓprio filio suo non pepcit Deus, sed ꝓ nobis omnib. tradidit illū. Qui tā cū dilexit mūdū, ut filium suum unigenitum daret ꝓ mundo. Alioq̄ frustra natus est Xp̄s & passus, frustra resurrexit à mortuis, & ascendit in cęlos? Absit. Hæc est fides catholica. Sāguis. n. ipsius clamat semp ꝓ nobis ad patrem: q exauditur in omnib. ꝓ sua reuerentia. Aduocatum. n. habemus apud patrem, Iesum Xp̄m iustū, qui semp interpellat ꝓ nobis, signa passionis ostendens. Et ipse est uerè propitiatio ꝓ peccatis nostris. Redempti. n. sumus, nō corruptilib. auro & argento sed precioso sanguine agni immaculati. Quis audiens tāta bñficia redemptoris, non trahatur ad ipsum? Si lapis audiret, utiq; traheretur, & quidem de lapidibus suscitat Deus filios Abrahæ. Mittit. n. cristallum suam sicut frustrū panis. Et ex Basā cōuertit. Pone tibi ante oculos mulierē, q̃ erat in ciuitatę peccatrix, de qua dęmonia septem eiecit. Pone ante oculos tibi latronem, q ꝑꝑ homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, imò suspensus in cruce: & ꝓ certo uidebis, qd non est unq̄ de Dei misericordia desperandum. Licet. n. uniuersę vię dñi sint misericordia & ueritas, ut cognoscamus tñ, quia misericordia sup exaltat iudicium, sicut oleum supnatat uino, cōferamus ad inuicem misericordiam & iustitiam, & uidebimus manifestè, quia iustū est, ut Deus parcat, nō tñ pium est, ut deus puniat. Iustum est quidem ut parcat, quia nō pōt esse Deus, quin sit misericors, imò diuinitas ipsa ē misericordia. Sed nec pōt esse Deus, quin sit ipse iustus, cum Deitas sit ipsa iustitia. Ergo rō Deitatis hoc exigit, ut ipse idem & parcat per misericordiam, & puniat ꝑ iustitiam. Nihil autem est iustum, nisi qd exigit rō. Iustum est igitur, ut parcat & puniat. Quis ergo desperet de misericordia, cum spem adiuuet ipsa iustitia? Iustitia tñ diuina solum mō, nō humana. Quia statuentes suam iustitiam, iustitię diuinæ nō sunt subiecti. Nemo ergo uenit ad filium, nisi pater traxerit eum. Quamuis īdiuisa sint opera trinitatis, patri tñ attribuitur, qd est tribus commune, ꝑꝑ authoritatem principalem. Vel potius quia cum in trinitate patri attribuatur potentia, filio sapientia, spiritui sancto benignitas, rectè patri appropriatur quicquid ꝑtinet ad potentiam. Et certè nihil diuinam potentiam euidentius manifestat, q̃ iustificare impium, hoc est, trahere peccatorem. Iuxta quod legitur: Quia Deus omnipotentiam suam parcendo maximè & miserando manifestat. Maius est enim iustificare, quàm sit creare: cum creando detur natura, iustificando uerò & auferatur culpa, & gratia conferatur

Ecce fratres & filij, propositum est nobis speculum quod miremur, propositum est exemplum, quod imitemur ad dominum, ut ipse conuertatur ad nos, & nos conuertamur ad ipsum. Vt nos trahat de profundo confusionis, quæ latet in corde

Gen. 3. Phi. 2. Gen. 1. Psa. 8. Phil. 2. Rom. 8 Ioan. 3. 1. Ioa. 2 1. Pet. 1 Mat. 3 Ps. 147 Psa. 67 Luc. 7 Luc 23 Ps. 24. Iac. 2 Ro. 10. Potentiam diuinam quid euidentius manifestet.

per prauam cogitationem, quæ patet in ore per iniquam locutionem, quæ ualet in opere per malam consuetudinē. Hoc est, ut resuscitet puellam in domo, iuuenē extra portam, quatriduanum in monumē to per spiritum timoris. Quia timor domini expellit peccatum, dicente Propheta: A timore tuo domine concepimus, & Eccl.j. peperimus spiritum salutis. Cum enim peccator incipit in se cogitare magnitu-Esa.26. dinem, multitudinem, & turpitudinē peccatorum, & attendit in iudice potentiam, quam non potest effugere; sapientiā, quam non potest latere: & iustitiam, quam non potest corrumpere: uidet quę, & quanta, & qualis pœna peccatores maneat in gehenna, statim obstupescit & timet, concipiens conpunctionem in corde, pariens confessionem in ore, nutriens satisfactionem in opere, ut iam dicere ualeat: A timore tuo, domine, concepimus, & peperimus spiritum salutis. Sicq; trahitur ad semitam ueritatis, per uitationem prohibitorum, per executionem mandatorum, & supererogationem consiliorum: ut in primo gradu de malo trahatur ad bonum, in secundo gradu de bono trahatur ad melius, in tertio gradu de meliori trahatur ad optimum. Quod precibus & meritis beatissimi Pauli vobis & nobis concedat Dominus Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In eodem Festo.

De morte triplici: de resurrectione triplici: de vita triplici, & voluntate Dei.

SERMO II.

NOlo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & uiuat.

HVius sententiæ manifestum exemplum in conuersione S. Pauli nobis dñs demōstrauit. Quē nō solū venientem recepit, sed etiam fugientem retraxit. Attendamus ergo fratres in eo mortem, quam dominus noluit, cōuersionē quā fecit, uitam quam tribuit. Mortē Act.9. culpæ, cōuersionem pœnitentię, uitam gratiæ. Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos domini, accessit ad principes sacerdotum, & petijt ab eis epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos inueniret huius uiæ uiros ac mulieres, vinctos perduceret ī Hierusalem. Ecce mors culpæ, quam dominus noluit. Et cum iter Mors culpæ. faceret, subitò circumfulsit eum lux de cęlo, & cadens in terram audiuit uocē dicētem sibi: Saule Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es, domine? Et ille: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me uis facere? Ecce conuersio pœnitentiæ, quam dominus fecit. Et cum baptizatus fuisset, ingressus synagogas pdicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei, af- Conuersio pœnitētiæ. firmans quoniam hic est Christus. Ecce vita gratiæ, quam dominus tribuit. Verum est ergo quod ueritas ait: Nolo mortem Vita gratiæ. peccatoris, sed ut cōuertatur & uiuat. Ideo Deus mortem peccatoris non uult, quia Deus mortem non fecit. Ideò uerò mor- Eze.18. tem nō fecit, quia qd factum est in ipso, vita erat. Quia ipse est via, ueritas, & vita. Ideo quoq; Deus mortem peccatoris nō uult, quia mors peccatorum pessima. Ideo aūt est pessima, quia mortuo homine im- Ps.33. pio nulla spes erit de eo. Ideo verò nulla: quia ī inferno nulla erit redemptio. Gratias ergo tibi, domine Iesu Christe, nos peccatores referimus, quia mortem peccatorum non vis, sed ut conuertantur & uiuant. Dicam uobis quæ sit illa mors peccatoris, quam tu uita non vis. Nonne tu mortificas & uiuificas? nonne mors & uita in manu tua? Quid ergo? an eos, quos non uis existere peccatores, uis mori? sed eos quos uis mori, non uis existere peccatores. Quia culpā odis, sed pęnā infligis. An distinguendū est inter mortem & mortem? Vtiq; distinguendum. Est enim mors corporalis, spiritualis, & gehēnalis. Mors Mors triplex. corporalis extinguit naturam, mors spiritualis adimit gratiam, mors gehennalis impedit gloriam. Ergo prima mors mala, secunda peior, tertia mors pessima est. Prima mors est mala pro pœna, secūda peior

ior pro culpa, tertia uerò pessima pro pœna simul & culpa. De prima legitur: Quis est qui uiuit, & non uidebit mortem? Qua
Ps. 88. si dicat: Nullus omninò qui mortem corporis non incurrat. De secunda legitur: Est peccatũ ad mortem, nõ pro eo dico, ut
1. Io. 5. quis oret. Quasi dicat: Est quoddam peccatũ mortale, pro quo nõ est orandum: quia nec in hoc seculo, nec in futuro remittitur. De tertia morte legitur: Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Qua
Mat. 12 si dicat: Sicut ouis non carpit herbam, sed
Ps. 48. pascit, ut herba semper renascatur ad pastum: ita infernus nõ consumit hominem sed affligit, ut homo semp uiuat ad mortem. A corporali morte resurgunt omnes.
1. Co. 15 A spirituali morte resurgunt quidã. A ge
Ap. 20. hennali morte resurgunt nulli. Oẽs. n. re
Psal. 1. surgemus, sed non oẽs immutabimur. Beati uerò qui habent partẽ in resurrectione prima: quia non resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum. Itã intelligo plenius, domine Iesu Christe, quia mortem culpæ tu non uis. Tu
Osee 13 nanq; dixisti: O mors, ero mors tua, mor
Mors culpæ quo ordine cõsing. 1. sus tuus ero inferne. Mors ista contingit, deinde infirmatur deinde moritur, hoc ordine. Prius homo distemperatur, post hæc effertur, ad ultimum tumulatur. Distemperatur in cogitatione, infirmatur in delectatione, moritur in cõsensu, effertur in opere, tumulatur in cõsuetudine, in
Mat. 9. qua putrescit & fœtet. Moritur ergo spiri
Luc. 7. tus in cõsensu: & tũc puella mortua iacet
Ioa. 11. in domo. Effertur in opere: & tunc adole
Ioel. 2. scens mortuus educitur extra portam. Tumulatur in cõsuetudine: & tunc quatriduanus mortuus fœtet in monumento: quia tunc anima quasi iumentum in stercore computrescit. O si uideretur anima mortua in peccatis, quantis fœtoribus sordet, quantis sordibus fœtet, q̃ detestabilis & abominabilis appareat. Sed nec sic desperandum, quia tu, dñe, tres istos mortuos suscitasti: Puellam in domo, Adolescentem
Finalis impœnitentia. extra portam. Lazarum in sepulchro. Vna tantum est species huius mortis, à qua nemo resurgit, scilicet finalis impœnitẽtia.
Ma. 18 De qua fortè tu dixisti: Sine mortuos sepe
Ephe 5. lire mortuos suos. Ad cæteros autẽ clamat Apostolus: Surge qui dormis, & exurge à

mortuis, & illuminabit te Christus. Mortem culpæ sequitur mors gehennæ: mors immortalis, mors uiuens, in qua uiuent morti, qui uitæ suæ mortui, quærent mortem & non inuenient, qui uitam habuerunt & perdiderunt. Audi Ioannẽ in Apo
calypsi dicentem: In diebus illis quærent *Apo. 9.*
hoẽs mortẽ, & nõ inueniẽt: desiderabunt mori, & fugiet mors ab illis. O mors quã dulcis, esses quib. tã amara fuisti: te solam desiderabũt, optabũt, qui te solã vehementer oderũt. Gratias ergo tibi, domine Iesu Xpe, nos peccatores referimus, quia non vis mortẽ peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Quacunq; hora peccator conuersus fuerit, uita uiuet & nõ morietur, ait dñs. Viri Niniuitæ ad pdicationẽ Ionę prædicauerunt ieiuniũ, & induti sunt sacco, &
uidit Deus opera eorũ, quia conuersi sunt *Ionæ 3.*
de uia sua mala, & misertus est sup malitia, quã locutus fuerat vt faceret eis. Patiẽs enim est & misericors, & præstabilis sup
malitia. Conuertamur ergo peccatores ad *Ioel 2.*
dñm, quia statim dñs cõuertetur ad nos.
Nõ n. uenit uocare iustos, sed peccatores: *Mat. 9.*
quia uenit quęrere & saluare qd perierat. Quãtacunq; sit nostra miseria, maior est
pietas sua. Absit vt cũ Caim desperamus, *Luc. 19*
dicẽtes: Maior est iniquitas mea, quàm vt *Gen. 4.*
ueniam merear. Propter quod ille uagus & profugus abijt super terram.

Porrò triplex est uita, sicut triplex est mors: Vita naturæ, uita gratię, vita glorię.
De uita naturæ B. Iob ait: Memento mei *Iob. 7.*
Deus, qa ventus est uita mea De uita gratiæ dicit Propheta: Iustus ex fide uiuit De vita gloriæ Sapiẽs protestatur: Iusti in ppe
tuũ uiuẽt, & apud dñm est merces eorum. *Aba. 2.*
Prima bona, secũda melior, tertia uerò op *Sap. 5.*
tima. Conuertatur ergo peccator a morte culpæ ad uitam gratiæ, ut euadat à morte gehennę, ad vitam glorię. Deus enim semper tenet manus expansas ut recipiat pẽccatores. Quia non uult mortẽ peccatoris, sed ut cõuertatur & uiuat. Verũ cũ diuinæ
volũtati nihil obsistat, nã cũ o'a quęcũq; *Ps. 113*
uult, fecit in cęlo & in terra, in mari, & in o'ib. abyssis, si Deus nõ uult mortẽ peccatoris, sed ut cõuertatur & uiuat, qd ẽ qd plurimi peccatores, nõ solũ nõ cõuertuntur ut
uiuãt, sed ẽt puertũtur vt pereãt? Nã multi *Ma. 20*
sunt

sunt uocati, pauci verò electi. An fortè
Rom 9. quos non uult mori, conuertuntur & ui-
Mala. j. uunt: quos autem uult mori, peruertuntur
& pereunt? Nam ut dicit Apostolus: Cui
uult, miseretur, & quem uult, indurat. Sed
& ipse per Prophetam testatur: Iacob dile
1. Timo. 3. xi, Esau autem odio habui. Quid est ergo
qđ alibi d. Apo. Deus vult omnes homi-
Sap. 11 nes saluos fieri. Et Propheta dicit ad ip-
sum: Nihil odisti eorum quę fecisti, domi
Ro. 11. ne? O altitudo diuitiarum sapientiæ & scię
tiæ Dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudi-
cia eius, & inuestigabiles uiæ eius? Volun
tas tamen Dei multipliciter accipitur:
pro beneplacito uidelicet, & pro signo.
Beneplacitum unum est, sed signa diuer-
Ps. 110. sa. Propter quod dicitur: Magna opera do
mini, exquisita in omnes uoluntates eius.
Inter quę sunt consilium & præceptum.
Vult ergo Deus, id est, consulit omnes ho
mines saluos fieri. Et vult, id est, pręcipit,
ut conuertatur & uiuat. Sed cõsilium eius
& pręceptum eius non semper implẽtur.
Verum qui secundum consilium & præce
ptum eius conuertitur, uiuet: qui verò nõ
conuertitur, morietur. Porrò cum sine gra
tia Dei operante peccator cõuerti nõ pos
Rom. 9. sit, nam ut dicit Apostolus: Non est uolen
tis neque currentis, sed Dei miserentis: &
gratiam operantem nemo possit promere
ri: quoniam vt idem Apostolus ait, Si ex
Rom. 11 meritis est, iam non ex gratia: non uide-
tur homini imputandum, si non conuerta
tur, quandoquidem Deus gratiam non ap
ponit. Sed aliud est promereri, & aliud de
mereri. Promereri nemo gratiam potest,
sed demereri gratiã quisq; potest. Et ideo
non penitus imputandum homini, si gra
tiam modò non mereatur, sed imputatur
ei prorsus, si gratiam demeretur. Si ergo
fratres aliquis vestrum præoccupatus est
in aliquo delicto, nullo modo desperet,
sed interim faciat quicquid boni potest,
ut Deus cor eius illustret ad pœnitẽtiam:
aperiat oculos, ut solis lucem aspiciat:
mollificet ceram, ut impressionem sigilli
recipiat: reddat se habilem, ut ei Deus for
mam suæ similitudinis imprimat, & gra-
tiæ suæ uirtutem imponat. Amen.

In solẽnitate Purificationis gloriosissimæ semper uirginis Mariæ.

De literis, signis, & nunciis ante Christi aduentum præmissis: de tribus trium nunciorum viis & triplici pace: cur in purificatione cæreos portamus accensos: item de triplici aduentu domini, & triplici templo ad quod venit, & de templi ædificatione.

SERMO VNICVS.

Ecce ego mitto angelum meũ, Mal. 3.
& præparabit uiam ante faciẽ
tuam: & statim ueniet ad templum
sanctum suum dominator, quem
uos quæritis, & angelus testamẽti,
quem uos uultis.

Rex regum & dominus dominan- Luc. 10
tium pro salute populi sui uentu- Figuræ
rus in propria, quia sui eum rece- aduẽtus Chri
pturi non erant, ne de ignorantia sui ad sti significates.
uentus excusationes in peccatis assume-
rent, aduentus sui signa præmisit, literas
illis direxit, & ante faciem suam nuncios
destinauit. His enim tribus, uidelicet lit- Gen 21
teris, signis, & nuncijs, suum liquidò de- Nu. 17.
clarauit aduentum. Non enim solus aut Exo. 3.
subitus debuit uenire, qui cum uenisset, Exo. 16.
binos & binos ante faciem suam legitur Iudi. 6.
destinasse. Præmisit itaque signa, id est, my Ge. 49.
steria figurarum. Direxit literas, id est, te- Testimonia
stimonia scriptuarum. Destinauit nũcios, scripturarum.
personas uidelicet Prophetarum. Præsi- Amos.
gnatus est etenim in figuris: ut Isaac na-
tus de sterili, præsignauit Christum nasci
turum de uirgine. Virga fronduit & attu-
lit fructum, quia concepit uirgo, & pepe-
rit Christum. Hoc ipsum ignis in rubo,
manna in deserto, pluuia in vellere præsi-
gnauit. Prænunciatus est in scripturis, ut
in Genesi: Non auferetur sceptrum de
Iuda, & dux de fęmore eius, donec ueniat
qui mittendus est: & ipse erit expectatio
gentium. Et alibi: Veniet dominus sicut
quercus, qui est in Silo, cum ex semetipsa
fuerit in duodecim partita. Et in secretis

Hie-

Baru.3. Hieremiæ: Post hoc in terris uisus est, &
Nunci. cum hominibus conuersatus est. Annun-
ante ad ciatus est per prophetas, ut Esaias: Ecce
uentum uirgo cōcipiet & pariet filium, & uocabi
Christi tur nomē eius Emmanuel. Et Abacuc: Si
præmis moram fecerit, expecta eum: quia ueniens
si. ueniet, & non tardabit. Et Daniel: Septua-
Esai.7. ginta hebdomadę abbreuiatæ sunt, ut con
Aba.2 sumetur præuaricatio, & adducatur iusti-
Dan.9. tia sempiterna, & ungatur sanctus sancto-
Ioan.1. rum. Porrò tam manifesta signa synagoga
misera non notauit, tā apertas literas Iu-
dęa cæca nō intellexit, tam ueridicos non
eius populus īcredulus nō accepit, & ideo
cū uenit in propria, sui eū nō receperunt.
De quibus per prophetam cōqueritur, di-
Esai.1. cens: Cognouit bos possessorem suū, & asi
Ioan.1. nus præsepe dñi sui: Israel aūt me non co
Deu.18 gnouit. Hinc eis dicit in Euāgelio: Si cre
De.28. deretis Moysi, crederetis utiq; & mihi. De
me n. scripsit ille: Prophetā suscitabit uo-
bis Deus de fratribus uestris, &c. Rursum:
Videbitis uitam uestram pendentem ante
oculos uestros, & nō credetis uitæ uestræ.
Hos aūt nuncios lōgè antè præmisit. No-
Tres uissimè uero cùm iā uenturus esset, in pro
nuncii ximo tres egregios & illustres nūcios de-
& tri- stinauit. Primus, pręparauit uiam incarna
plex tionis, secundus, uiam natiuitatis, tertius,
uia. uiam prædicationis. Per primam uiam ue
nit ad templum salutare, per secūdā uenit
ad tēplū materiale, p tertiā uenit ad tem
plum spirituale. De primo nūcio legitur
in Euang. Missus est angelus Gabriel à
Primus Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomē Na
nūcius. zareth, ad uirginē desponsatā uiro, cui no
mē erat Ioseph, & nomē virginis Maria.
Et accedēs ad uirginem, eā suauiter saluta
uit: Aue, inquit, gratia plena, dominus te
cum, benedicta tu in mulieribus. Aue, qa
per te mutabitur nomen Euę. Illa fuit ple
na peccato, sed tu plena gratia. Illa reces-
sit à Deo, sed dominus tecū. Illa fuit ma-
ledicta in mulieribus sed benedicta tu in
Mat.1. mulieribus. Fructus uentris illius fuit ma
ledictus Cain, sed fructus uentris tui erit
bñdictus Iesus. Per illā mors intrauit in
orbē, sed per te uita rediit ad orbē: quia tu
cōcipies & paries filium, & uocabitur no
mē eius Iesus. Ipse.n. saluum faciet popu
lū suū à peccatis eorū. Salutatiōe pmissa,

statim dñi sui pnūciauit aduētus: spiritus
sāctus superueniet in te, & uirtus altissimi
obumbrabit tibi. His ita peractis statim spi Luc.1.
ritus sāctus aduenit, & triplicē uiā ante fa
ciē dñi pparauit. Prima fuit virginalis cō
sensio, secūda fuit carnalis mūdatio, tertia
fuit corporalis formatio. Prima fuit con-
sensus mentis in uirgine, secūda fuit mū-
datio carnis à fomite, tertia fuit forma-
tio corporis ex purissimo sanguine. Cū.n.
angelus admirāti uirgini modū cōceptio
nis & ordinē īdicasset, statim illa summo
desiderii flagrās ardore, cōsensit, & instin
ctu spiritus sancti respōdit: Ecce ancilla
dñi, fiat mihi scdm uerbū tuū. Beata quæ
credidit, qm oīa cōpleta sunt ei. Nō.n. au- Luc.1.
thor fidei cōcipi potuit de incredula: ideo
q̃ue primā uiā, s. cōsensū uirginis, opor-
tuit pparari. Statim aūt spiritus sanctus su
peruenit in eā: prius quidē in eā uenerat, cū
ī utero matris aīam eius ab originali pec
cato mūdauit, sed & nūc superueniens in eā,
ut carnē eius à fomite peccati mundaret,
quatenus esset sine ruga prorsus & macu-
la. Tyrānū itaq; carnis, lāguorē naturæ, fo
mitem peccati, sicut opinor, in ea prorsus
extinxit: ut de cæterò nō posset in mēbris
eius surgere motus ex lege peccati, contra
legē iustitiæ, neq; caro cōcupiscere posset
aduersus spiritū, in qua pax Dei, q̃ exupe-
rat oēm sēsū, debebat corporaliter habita
re. Ideoq; scda uia, s. carnis mundatio, de-
buit pparari. Mox aūt de purissimis sāgui
nib. gloriosissimę uirginis, corpus redem
ptoris spirituali quadā operatiōe forma-
uit, & sine tps interstitione, nouā aīam in
fundēdo creauit, quā unā cū corpore ver-
bū assūpsit, & factū ē hō, ex aīa rationali,
& humana carne subsistēs. Hac ergo tripli
ci uia dño pparata, statim uirtus altissimi
descēdit ī eā, & uniuit se corpori aīa me-
diāte. Mediat aūt aīa nō solū p vniōnē, ve
rū ēt p naturā. Diuinitas.n. penitus ē sim-
plex: nā & caret multiplicitate partium, &
hēt cōcreationem pprietatū. Corpus aūt
prorsus est cōpositū: nā & hēt multiplici-
tatē partiū, & hēt cōcretionem pprietatū.
Aīa uerò partim est simplex, qa caret mul
tiplicitate partiū, ut diuinitas: partim cō-
posita, quoniam habet concretionem p-
prietatum, ut corpus. Hinc itaque legitur
tantæ

tantę subtilitatis esse diuina natura, vt corpori de limo terrę formato vniri nō congruerit, nisi rationali essentia mediāte. Statim ergo venit ad templum sanctū suum, tēplū uidelicet salutare. De quo dicit in Euāgelio: Soluite tēplū hoc, & in triduo excitabo illud. Hoc aūt dicebat de tēplo corporis sui. Hoc tēplū est sanctū, id est, sanctificās: nō aūt sanctificatū, id est, à peccato mundatum: eò quòd iniquitatē non fecerit nec inuentus sit dolus in ore eius. Sed neq; peccatum cōtraxit, quia quod nō rapuit, hoc exoluebat. Ascēdit.n. Deus nube leuē, id est, assumpsit carnem à peccato immunem, & intrauit Aegyptum, id est, uenit in mundū. Venit aūt p incarnationem: quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Exinaniuit.n. se formam serui accipiens, in similitudine hominum factus & habitu inuentus vt homo. Porrò sicut nō uenit subitus, ita nec solus. Venerunt.n. cum eo spiritus potestatis, & spiritus charitatis. Ex potestate ualuit, ex charitate voluit incarnari. De potestate legitur: Omnipotens sermo tuus, dñe, à regalib. sedibus uenit, insimulatum portans imperium. Et quę maior potentia, q̄ quod ęternus fecit se temporalem, simplex compositum, & immortalis mortalem? Certè nō est impossibile apud Deum omnem uerbum. Cum ergo maius fuit Deum hominem fieri, & de uirgine concipi, q̄ Deum hominem factum de virgine nasci: quid est ergo, quod natiuitas Christi maiori solennitate recolitur, q̄ eius conceptio? An quia conceptus occultus, & partus extitit manifestus: vel potius rationem mysterij: quia quod uirgo concepit Christum per carnem in utero, significabat quod fidelis aīa dēt cōcipere Xpm per fidē in animo? Quod uirgo peperit Christum in seculo, significat quod fidelis anima debet parere Christum in opere. Fides uerò sine operibus mortua est. Viuit aūt, cū fides p dilectionem operatur. Ideoq; magis partus, q̄ cōceptus solēnis habetur. De charitate legitur: Sic Deus dilexit mūdum, ut filium suum unigenitum daret pro mūdo. Filiū dedit, non seruum: vnigenitum & optimū dedit, nō reddidit: quia nō ex operib. iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Nec tñ̄ dedit, sed tradidit: quia proprio filio suo nō pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Maiorem autem charitatē nemo habet, ut animam suā ponat quis pro amicis suis. O inæstimabilis Dei charitas quæ fecit hominē sine homine, factus est homo pro homine. Hinc etiam de spiritu sancto natus asseritur, non quod ipso paternaliter generante, sed quod eo spiritualiter operante natus sit Christus de uirgine. Licet n. indiuisa sint opera trinitatis, opus tamē dilectionis spiritui sancto specialiter attribuitur, qui est dilectio patris & filij, amor & cōnexio vtriusq;. Sed in incarnatione charitas euidēter elucet, nō solū qa Deus ineffabili charitate filiū suum unigenitum incarnauit, uerū ēt qa uirgo ex nimio charitatis ardore Dei uerbum cōcepit, cum ait: Ecce ancilla domini, fiat mihi secdm uerbum tuū. Habetis itaq; primum nuncium, primam uiam, primum aduētum, & primum templum.

Mala. 3 / Ioan. 2. / Esa. 53. / Ps 68. / Esa. 19. / Ioan. 1. / Phil. 2. / Sap. 18. / Luc. 3. / Natiuitas christi cur celebrior sit cōceptiōe. / Aia quomō Christum mystice concipe. & parere debeat. / Iacob 3. / Charitas Dei. / Ioan. 3. / Tit. 3. / Rom. / Ioa. 14. / Luca 1.

Sed post primum nuncium venit secundus, qui apparēs pastorib. ait: Euangelizo uobis gaudium magnum, quia natus est Xp̄s dn̄s in ciuitate Dauid. Hic quoq; triplicem uiam ante faciem domini pręparauit. Primam, pręparando famulum in obsequio. Secundam, præparando locum in diuersorio. Tertiam, pręparādo cunabulum in præsepio. Apparuit. n. angelus domini Ioseph in somnis, dicens. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugē tuam: quod. n. in ea natum est, de spiritu sancto est. Disposuit sanè cęlestis altitudo cōsilij, ut uirgo spōsum haberet, non solum ut tolleret fornicationis opprobrium, nō solum ut falleret fallacem diabolum, uerum etiam ut esset uirgini ad solatium, & ut parienti pręberet obsequium. Postmodum autē inter frequentiam multitudinis, quæ ad profitendum cōuenerat, locum scilicet artissimum parienti uirgini præparauit. De quo dicit Euangelista, Quia nō erat ei locus, alius scilicet, in diuersorio. Tandem uerò præparauit illi cunabulum in præsepio, in quo uirgo puerum reclinauit. De quo dicit propheta: In medio duum animalium innotesceris. Non enim est incredibile, quin hoc ille p̄

Secundus nūcius. / Luc. 2. / Matt. 1. / Aba. 3

para-

parauerit, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem.

Pax triplex hoīs per christum restituta.

Sed quid ē qđ angelo cōgaudēte pastoribus, Deus homo nascitur, in psępi bouis & asini: quid est, inquam, nisi quod triplicē pacē nobis insinuat? Scitis enim, charissimi, qđ ante redēptoris aduētū tres erant inimicitiarum parietes. Primus erat inter Deū & hominē, secundus inter angelū & hominem, tertius īter hominem & hominem. Homo nanq; p inobedientiam creatorem offenderat, per suum casum restaurationem angeli impedierat, p uarios ritus se ab hoīe separauerat. Iudæus nāque cæremonias excolebat, Gentilis idololatriā exercebat, vtriq; ritus alterius displicebat. Sed ueniens pax nostra fecit utraq; unum, destruxit macerias inimicitiarū, & cōcurrentes parietes in se angulari lapide copulauit, vt de cætero esset unū ouile & vnus pastor. Abstulit ergo peccatum & recōciliauit hominem Deo, reparauit casū, & reconciliauit hominem angelo, destruxit ritus recōciliauit hominem homini. Restaurauit ergo secundū Apost. q̄ ī cœlis & q̄ in terris sunt, & ob hoc illa cœlestis militię multitudo psallebat: Gloria in excelsis deo, id est, angelis, Deo: & in terra pax hominib. Iudęis & gentib. bonę volūtatis. Hinc est etiam qđ angelus loquitur & cōgaudet pastoribus: qa pax inter angelos & homines est reformata. Nascitur Deus homo: quia pax inter Deū & homines est restaurata. Nascitur ī psępi bouis & asini: quia pax est inter homines & homines reparata. Per bouem n. Iudaicus, p asinū gentilis populus pfiguratur, scđm illud: Non arabis ī boue & asino, Iudęo scilicet & gētili. His gestis venit dominator dñs ad tēplū sanctum suum. Ad templum materiale, de quo legitur in Euangelio: quadraginta & sex ānis ædificatum est templum hoc. Et in Psalmo: Suscepimus misericordiā tuā, in medio templi tui. Venit autem p oblationem, scđm qđ hodierna die sancti Euangelij lectio declarauit: quia postq̄ impleti sunt dies purgationis Mariæ, tulerunt Iesum ī Hierusalem vt sisterent eum dño, & oblatus est. n. qa ipse uoluit: sed a matre fuit oblatus in templo, qui pa ui se obtulit in cruce. In templo redemptus est, qui in cruce redemit. Sed ipse seipsum dedit redemptione p mundo, mūdus autem par turturum; aut duos pullos columbarum dedit redemptionem p eo. Legitur autem bis fuisse redeptus, semel sacerdotib. sed columba uel turture. Item ministris, sed dragma vel statere. Ipse tñ nō fuit redemptus ex debito, sed tñ ex beneplacito. Nam secundum legem redimi ni non tenebatur, nisi primogenitus vuluam aperiens: sed ipse vuluam virginis non aperuit. Nam hæc est porta clausa, & uir non est transgressus per eam.

Eph. 2. *Ioan. 10* *Luc. 2.* *Bos & asinus mystice quid.* *Mal. 3.* *Ioan. 2.* *Psa. 64* *Luc. 2.* *Mat. 17* *Leui. 12.* *Eze. 44*

Cereiaccēsi cur hodie portētur

Quid est autem, quod in hoc festo cæreos portamus accensos? Hoc ex libro Sapientię pōt cōijci, vbi leguntur idololatrę obscura sacrificia facientes. Gentiles. n. Februarium mensem inferis dedicauerūt, eò quod sicut putabant, sed errabant, in principio eius mensis Proserpina rapta fuerat à Plutone: quam quia mater eius Ceres facib. accensis in Aethna tota nocte p Siciliam q̄sisse credebatur, & ipsi ad cōmemorationem ipsius facibus accensis in principio mensis vrbem de nocte lustrabant. Vnde festum istud appellabatur Ambutbale. Cum autem sancti patres cōsuetudinem istam nō possent penitus extirpare, cōstituerunt, vt in honore beatæ uirginis Mariæ cæreos portarent accensos. Et sic qđ prius fiebat ad honorem Cereris: modò fit ad honorem Virginis. Et qđ prius fiebat ad honorem Proserpinæ, modò fit ad laudem Mariæ. Ob hoc quoq; in Purificatione Virginis cæreos accensos portamus, vt purificati p gratiam, cum accensis lampadibus quasi prudentes uirgines ad nuptias ingredi mereamur. Ad hæc, sicut non subitus uenit, sic nec solus. Venerunt n. cum eo spiritus humilitatis, & spiritus paupertatis. Humilitas eum obtulit, humilitas in psepio reclinauit. Paupertas eum uilibus pānis inuoluit, paupertas eum uili mercede redemit. O mira dñi pietas, mira dignatio: paup effectus est, cuius est terra & plenitudo orbis terrarum, & uniuersi q habitant in eo. Humiliatus est qui erat excelsus, quia magnus dñs, & magna uirtus eius, & sapientiæ eius nō est numerus. Habetis ergo scđm angelum, secundum uiā, secundum aduentum, secundum templū.

Mat. 25 *Humilitas, & paupertas christi.* *Ps. 23.* *Ps. 146* *Tertius nūcius.*

Sed

Sed post secundum nuncium venit & tertius. De quo angelus Gabriel ait: Ipse præibit ante illũ in spiritu & uirtute Heliæ parare dño plebẽ perfectã. Ioãnes aũt angelus appellatur, nõ naturæ proprietate sed offici qualitate, iuxta quẽ modũ ipse Xps cõsequẽter angelus appellatur, iuxta illud: Et statim veniet ad tẽplũ sanctum suũ dominator quẽ uos quæritis, & angelus testamẽti quem uos vultis. Reuera magnus quia præco iudicis, vox verbi, paranymphus sponsi, lucerna solis, qui pro sui dignitate nõ tñ propheta, sed plus q̃ Propheta meruit appellari. Ipse n̄aq; fuit limes p̄cedẽtiũ & sequẽtiũ: quia lex & prophetæ vsq; ad Ioãnẽ, Euangeliũ & apostoli a Ioãne. Ipse cũ pręcedẽtibus Xpm prędixit futurũ: Qui post me veniet, ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiã calceamenti soluere. Cum præsentibus p̄sentem ostendit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Luc. 1. | Mal. 3. | Mat. 11 | Luc. 16 | Ioan. 1. | Ibidẽ.

Hic uiã ante faciẽ dñi preparauit. Viã, inquã, triplicẽ. Nã triplex legitur esse baptismus, ablutionis, cõpũctionis, & passionis. Ablutionis in aqua, cõpunctionis in lachrymis, passionis in sanguine. Primam uiam præparauit baptizando, secundã uiã p̄dicando, tertiã uiam moriendo. Baptizabat corpus exterius, sed nõ mẽtẽ interius: Vnde: Ego baptizo in aqua, medius aũt vestrũ stat, qui baptizat vos in spiritu sancto & igni. Prædicauit pęnitẽtiã, sed nõ cõtulit indulgẽtiã. Vnde: Pęnitẽtiam agite, appropinquabit.n. regnũ cęlorũ. Mortuus ẽ pro iustitia, sed non ipse iustificauit: quia Herodes fecit amputari caput Ioannis in carcere. Statim ergo uenit dñs ad tẽplum sanctum suũ, ad tẽplum spirituale, de quo dicit Apostolus: Tẽplum Dei sãctum est, qd estis uos. Post baptismum.n. atq; ieiuniũ cõgregauit eos, quos elegit de mũdo, quos templum spiritus sancti cõstituit, genus electum, regale sacerdotium. Sed tunc sicut nõ uenit subitus, ita nec solus. Venerunt n cum eo spiritus honestatis, & spiritus ueritatis. Honestatẽ in factis, veritatẽ in dictis exhibuit. Ipse n̄aq; peccatum nõ fecit, ecce spiritus honestatis: nec inuentus est dolus in ore eius, ecce spiritus ueritatis. Fecit n. opera singularia. Iuxta qd ipse

Mat. 3. | Luc. 3. | Mat. 6. | 1. Cor. 3 | 1. Pet. 2 | Esa. 53 | Ioa. 15.

testatur: Si opera nõ fecissẽ, q̃ nemo alius fecit, &c. Verba protulit salutaria, Petro testante, qui ait: Dñe, verba uitæ æternæ habes, &c. Venit ergo ad tẽplum sãctum suũ dominator, quẽ vos q̃ritis, & angelus testamẽti, quẽ uos uultis. Metaplasmus hic ẽ. Prius.n. loquebatur pater ad filium: Ecce ego mitto angelum meum, &c. nunc autẽ cõuertit sermonẽ ad illos, q filij desiderabãt aduentum dicentes: Veni, dñe, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel. Et alibi: Emitte agnum, dñe, dominatorẽ terrę, &c. De quib. dñs inqt apostolis: Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere, q̃ videtis, & nõ uiderunt, &c. Horum desiderium repræsentat Ecclesia ĩ illis antiphonis: O Emmanuel, &c. O stirps Iesse.

Ioan. 6. | Esa. 16 | Luc. 10

Cęterum quia spiritus est q uiuificat, de spirituali aduẽtu Xpi, spiritualiter aliquid proponamus. Tres.n. aduẽtus Xpi legimus in scripturis, p̄sentẽ, p̄teritum & futurum. Præsentẽ in sanctitate, p̄teritum in humilitate, futurum in maiestate. Primò venit i mundum ad redemptionem, secundò venit in animã ad sanctificationẽ, tertiò ueniet in iudicium ad retributionem. De primo dicit: Exiui à patre, & veni in mũdum. De secundo dicit: Ad eum ueniemus, & mãsionem apud eũ faciemus. De tertio dicit: Videbitis filium hominis venientẽ in nubibus cęli cum potestate magna, &c. De primo dictum est, de secundo dicendum est. Sed ĩ hoc aduentu angelus ante faciẽ Xpi p̄mittitur, qui p̄paraet ei uiam. Hic est ille familiaris & spiritualis nuncius, de quo dicit propheta: A timore tuo dñe, concepimus & peperimus spiritum salutis. Timor iste p̄parat iter trium dierum, quo filij Israel egressi sunt de Aegypto, id est, pęnitentes egrediuntur de tenebris peccatorum. Iter primę diei est inquisitio uitiorum, iter secundę diei est recordatio peccatorum, iter tertię diei est cõtritio delictorum. Pręcedit.n in pęnitente subtilis inquisitio, q̃ diligenter considerat & inquirit numerum & genera vitiorum. Iuxta qd ipse pęnitẽs ait: Iniquitatẽ meã ego p̄nuncio, & cogitabo p̄ peccato meo. Succedit huic lamẽtabilis recordatio, q̃ recolit & attẽdit turpitudines & circunstãtias delictorum, scdm qd ait: Iniquitatem meam

Aduentus christi triplex. | Ioa. 16. | Ioa. 14. | Luc. 21. | Esa. 26 | Exo. 14 | Ps. 37. | Ps. 50

meam ego cognosco, & peccatum meum *Ps. 93.* cõtra me est semp. Sequitur grauis contritio, q̃ delet & purgat maculas peccatorũ. Iuxta qd ait: Secundũ multitudinẽ dolorũ meorum ĩ corde meo, cõsolationes tuę lętificauerunt animam meam Hac triplici uia p timorem dño pparata, statim uenit p gratiam ad templũ sanctum suũ, id est, in animam pœnitentis, ut illam san- *Ioa. 14.* ctificet. Venit autem non solus, sed cum eo pater, & spiritus sanctus accedunt. Iuxta quod ipse testatur: Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Mansionẽ quomodo Deus spiritualiter faciat ĩ anima. Mansionem autẽ istam hoc ordine faciunt. Fundamentum iaciunt, bases dispo nunt, columnas erigunt epistilia supponunt, capitella pficiunt, parietes pducũt, fenestras ordinant, tectum superponunt, ostium inserunt, pauimentum sternunt, & tẽplum in duas mansiones distinguunt. Hæc oĩa fratres spiritualib. sunt plena sacramentis. *Fundamentũ* Fundamentum.n. est fides Xp̃i sup quam fidelis aĩa fundata, contra spiri *Heb. 11.* tus tempestatis & turbinis stabilis soliditate cõsistit. *Ibidẽ.* De qua dicit Apostolus: Fides est substantia rerum sperandarum, argu- *Ro. 14.* mentum nõ apparẽtium. *Aba. 2* Sine fide impos sibile est placere deo. *Rom. 1.* Quia quicquid non est ex fide, peccatum est. *Heb. 10* Iustus.n ex fide ui uit. *Gen. 15* Vnde in Gen. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. *Bases septem* Sup hoc fundamentum septem bases ordinabiliter disponuntur, id est, septem petitiones, q̃ *Colũnæ septem.* cõtinentur in oratione dominica: tres ptinentes ad psentem uitam, *Est. 11.* & tres ptinẽtes ad futuram uitam, *Pro. 9* media uerò ptinens ad utranq;, *Zach. 3* Adueniat, inqt, regnum tuum, fiat uoluntas tua, &c. *Epistilia septem.* Sup has bases septem co lumnæ firmiter erigũtur, id est, septem do na gratiæ septiformis, q̃ Esaias sup Xp̃m *Capitella septẽ* enumerans, ait: Requiescet sup eum spiritus sapientię & intellectus, spiritus cõsilij *Mat. 5.* & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris dñi. *Parietes quatuor.* De quib. Salom. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. *Hier. 5.* Hinc & oculi septem in lapide uno, & lucernæ septem aureæ ĩ candelabro, scdm uaticinium Zachariæ. His columnis septem epistilia pponuntur, & epistilijs capitella, id est, septem uirtutes, & septẽ beatitudines, quas ipse Xp̃s enumerat ĩquiens: Beati paupe res spiritu, quoniã ipsorum est regnum cęlorum Beati mites, &c. Octaua nanque beatitudo redit ad caput. Ad hoc ædificiũ quatuor parietes pducũtur, id ẽ, quatuor cardinales uirtutes, iustitia, fortitudo, prudentia, tẽperantia. Latus iustitiæ respicit Orientẽ, p quã timẽtib. Deum sol iustitię Xp̃s exoritur. Latus fortitudinis respicit Aqlonem, p quam aduersis resistimus, q̃ secundũ Prophetam ab aqlone panduntur. Latus temperãtiæ respicit ad Meridiem, p q̃ illecebras coercemus, qb. cõcupiscentiæ exardescunt. Latus prudentiæ respicit Occidentem, p quã occidua declinamus, & occidentium uitamus ĩsidias. Hæc qua *Fenestræ quinq;.* tuor latera sunt æqualia, ut ĩ quadrum sit ædificium. In his laterib quinq; fenestræ ordinantur, id est, quinq; sensus spirituali ter intellecti, scilicet uisus intelligentiæ, auditus obedientię, odoratus discretionis gustus delectationis, & tactus operis. Per hos spirituales sensus uita subintrat, sicuti ecõtra mors p carnales sensus ingreditur, dicente Propheta: Intrauit mors p fenestras. Tectum qd pfertur est charitas, su *Hier. 9.* p alias uirtutes excellens, q̃ operit multitudinẽ peccatorũ. *Tectũ quod.* Ostium qd in latere O *Pro. 10.* rientis infertur, est spes, p quã ad iustitiã *Ostium* exequendam ingredimur. Cuius duę sunt *Ianuæ duæ.* ianuæ, abstinentia & cõtinentia. Abstinentiæ ianua claudi debet, ne fortè Nabuzardam princeps cocorum subintret, *3. Reg. 12.* q Hierusalem totam subuertat. Continentiæ ianua debet claudi, ne subintrent mulieres alienigenæ, *Pauimẽtum.* q̃ mentem Salomonis euertant. Interius aũt sternitur pauimentum, *Ps. 118.* id est, humilitas. De qua legitur: Adhęsit pauimento aĩa mea. Templum istud in duas mansiones diuiditur. Interior est sapientia, qua cęlestib. cõtemplandis inhęret. *Lu. 10.* Exterior est scientia, q̃ terrenis disponendis *Mat. 3.* intendit. Interior contemplatiua, exterior actiua. In interiori, Maria secus pedes dñi audiens eius uerba sedebat. In exteriori, Martha satagebat circa frequens ministerium. Satagamus igitur & nos dignos fructus agere pœnitentię, ut tale templum nos sibi faciat angelus testamentũ dñs nr̃ Iesus Xp̃s, qui est super omnia benedictus Deus in secula seculorum. Amen.

In festo D. Gregorij Papæ, huius nominis I.

Quæ ad testamentum requirantur, & de testamento Christi: de quatuor speciebus scripturæ, quæ per quatuor flumina de paradiso fluentia designantur: de duplici sacerdotio, & de pontificalibus indumentis, quibus pontifex ueteris testamenti induebatur.

SERMO I.

Eccl. 45 STatuit illi dominus testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificauit illum in gloria.

Testamentum quid, quæue ad illud pertineant. TEstamentum est ppriæ uoluntatis iusta sententia, super eo quod quis de rebus suis uult fieri post mortem. Exiguntur autem i testamento testes idonei, coram quibus testator & hęredes instituat, & de rebus disponat. Exigitur & tabellio, qui testamentum cōscribat, ut sic demum post obitum testatoris sit immobile testamentum. Hæc omnia fratres in testamento Christi possumus inuenire: *Testamentum Christi quod.* qui quantò perfectior est, tātò perfectius uolens cōdere testamentum, cum moriturus esset in proximo, nō solum septem testes, sed uniuersos apostolos sibi testes adhibuit, quibus & dixit. *Luc. 24* Vos eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad extremum terræ. Corā ipsis non unum tantum hæredem sed omnes electos sibi hæredes instituit. *Rom. 8.* Qui secundum Apostolum sunt hæredes Dei, cohæredes autem Christi. *Ps. 88.* De quib. dixerat per Prophetam: Disposui testamentum electis meis. Eis ergo regnum cœlorum ex testamento disposuit, secundum quod dixit: *Mat. 5.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Luc. 22* Hinc ergo Apostolis ait: Dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Summam uerò testamenti concludens, accepit panem, benedixit & fregit, *Ibid.* deditque discipulis suis dicens: Accipite & comedite: Hoc est corpus meum. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Adtum & tabellio, non unus tantum, sed Matthæus & Ioannes, qui testamentum illud, id est, Euangeliū, conscripserunt, *Ioa. 21.* iuxta quod alter eorum *Heb. 9.* subscribens, ait: *Leu. 6* Hic est discipulus ille, qui scripsit hæc. *Ap. 21.* Hoc ergo testamentum est sempiternum: *Hie. 31.* quia testatoris morte fuit firmatum. Ideoque uetus testamentum debuit de iure cessare, secundum quod scriptum est: Nouis superuenientibus, uetera proiicietis. Et iterum: Ecce noua facio omnia. Vnde Propheta: Ecce dies ueniunt dicit dominus, & consummabo testamentum nouum super domum Israel & super domum Iuda: non secundum testamentum quod dedi patribus eorum, cum educerem eos de terra Aegypti: sed dabo leges meas in mentes eorum, &c. Licet autem hoc testamentum *Testamentum suum quibus Christus sponse rit.* electis omnibus disposuerit, principaliter tamen Apostolis, eorumque uicariis, quibus regni principatum commisit, dicente Psalmographo: *Ps. 44.* Pro partibus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram: qui ordinant testamentum eius super sacrificia. *Ps. 49.* Beatus autem Gregorius reuera testamentum eius super sacrificia ordinauit: qui, sicut uniuersalis tenet Ecclesia, normam & regulam officiorum, tam super sacrificio, quam super cæteris mysteriis prudenter instituit: *D. Gregorio fructus in Ecclesia quātus.* qui nouum & uetus testamentum & utilius exposuit, & subtilius intellexit, ut ei conuenienter aptetur, quod sponsa dicit in Canticis: *Cant. 8.* Omnia poma noua & uetera seruaui tibi, dilecte mi: *Mat. 13* quia nimirum nouum & uetus testamentum per alios expositores aliquatenus floruit, sed per ipsum plenè fructificauit. *Luc 10.* Hic est enim scriba doctus in regno cœlorum, qui de thesauro suo noua produxit & uetera. Hic est stabularius, qui ad curationem uulnerati protulit duos denarios, quos a Samaritano recepit. Hic de

fonte

Gen 2. cepit. Hic de fonte scripturę quatuor expositionum riuos produxit. De quibus mystice legitur: Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradisum. Qui diuiditur in quatuor capita, Physon, & Gyon, Tygris & Euphrates. Locus uoluptatis congruè spiritus sanctus accipitur qui est dilectio patris & filii, amor & cõnexio utriusq;. De quo legitur: Torrẽte voluptatis tuę potabis eos. Fluuius inde Psa. 35 progrediẽs est sacra scriptura, quæ p spiritũ sanctũ est edita & exposita. Sicut n. fluuius ille diuidebatur in quatuor capita, Physon, & Gyon, Tygrim, & Euphratem: sic scriptura sancta diuiditur in quatuor species, historiã, & allegoriã, anagogen & tropologiã. Gyõ interpretatur hiatus terræ, designãs historiã: quia secũdũ ueteres, inhiabat terrenis, eò q secundũ historiã terrena promittebãtur. Vt: Dabo vobis terram lacte & melle fluẽte, frumẽtum & uinũ & oleũ, & similia. Physõ interpretatur oris mutatio, signans allegoriam, secũdũ quam litera mutatur in spiritum: aliudq; sonat in litera, & aliud in spiritu cõtinetur. Tygris interpretatur uelox, designans anagoge, ad cuius intellectu uelox declaratur ingeniũ, & facilis intelligẽtia: eò q præcipuè de supercœlestibus agat, id est, de trinitate personarum, & ordinibus angelorũ. Euphrates interpretatur frugifer, signans tropologiã, per quam anima plãtatur in moribus, pullulat in uirtutibus, & fructificat in operibus. Hic aũt fluminibus B. Gregorius irrigauit paradisũ, id est, fœcũdauit ecclesiã: tetẽdit arcũ suũ & parauit illũ. & in ipso parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. In arcu duo sunt, lignũ & chorda, sibi inuicem cohærentia. Sed lignũ durũ per chordam mollem inflectitur. Lignũ durum est lex Mosaica, de qua Petrus Apostolus ait: Cur tẽtatis nobis imponere iugũ, qd neque nos, neq; patres nostri portare potuimus? Chorda mollis, est lex Euangelica. De qua dicit dñs: Iugũ meũ suaue est, & onus meũ leue. Iugũ durũ p chordã mollẽ inflectitur: quia lex Mosaica p legem Euangelicã temperatur. Lex illa reddebat oculũ pro oculo, manum pro manu, dentẽ pro dente. Lex ista præcipit: Si quis te percusserit in unã maxillam, præbe ei & alteram. Si quis abstulerit tibi tunicam, da ei & pallium. Si quis angariauerit te mille passus, uade cũ eo alia duo. Præterea sponsa dicit in Cantico: Meliora sunt ubera tua uino fragrantia unguentis optimis. Et spõsus in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiã: & inuenietis requiẽ animabus uestris. Lignũ & chorda cohæreat, quia nouũ & uetus testamentum conueniunt. Rota namq; cõtinetur in medio rotæ. Et duo Cherubin sese respiciunt uersis uultibus in propitiatoriũ. In hoc arcu parauit beatus Gregorius uasa mortis aduersus hæreticos aduersantes, vt caperet vulpeculas q demoliuntur uineas, ora quidem habẽtes diuersa, sed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipsum. Sagittas suas ardentibus effecit, propter catholicos delinquentes, ut oues errantes ad caulas reduceret, & in amœnis virgultis pasceret. His uasis atque sagittis liber moralium quasi pharetra plena consistit.

Statuit igitur ei dominus testamẽtum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum. Duplex est sacerdotium. Vnum, quod uisibiliter datur exterius in ordinatione. Alterum, quod uisibiliter datur interius in iustificatione. Vnum est dignitatis, alterum est sanctitatis. De primo ait dominus ad Moysen: Applica ad te fratrem tuum Aaron & filios eius ut sacerdotio mihi fungãtur. De secundo Petrus ait: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Vtrumque contulit dominus Beato Gregorio, non solum magnum, sed maximum: quem & indumentis uirtutum ornauit, & ad apicem Apostolicæ sedis sublimauit. Licet enim communiter omnes Apostoli claues regni cœlorum acceperunt, ac per hoc omnes Episcopi, ut quicquid adhibitis clauibus ligauerint super terram, sit ligatum & in cœlis: & quicquid soluerint super terram, sit solutum & in cœlis: principaliter tamen Beatus Petrus claues regni cœlorum accepit, ac per hoc successor eius, ut ipse possit ligare cæteros, sed ligari non possit à cæteris. Ei namque singulariter dictum est: Tu uocaberis Cephas,

Marginalia (left): Gen. 2. — Psa. 35 — Scriptura sacra sensus quadruplex — Gyon quid — Exo. 33. — Physon quid. — Tygris quid. — Euphrates qd signet. — Psal. 9. — Act. 15 — Mat. 11 — Lev. 24 — Mat. 5.

Marginalia (right): Cant. 1. — Mat. 11 — Ezec. 1 — Exo. 25. — Cant. 2. — Iudi. 15 — Libri moralium D. Gregorii. — Ecc. 45. — Sacerdotium duplex. — Exo. 28. — 1. Pet. 2 — Mat. 16 — Claues regni cœlorũ principaliter beato Petro & suis successoribus collatas — Ioan. 1.

Deu. 6. quibus præcipitur: Diliges dominū Deū
Luc. 1 tuum ex toto corde tuo, & proximum tuū
sicut teipsum Sicut enim aurū præminet
uniuersis metallis, ita charitas excellit
1. Cor. uniuersas uirtutes. De qua dicit Aposto-
13. lus: Maior horum est charitas. Duo unci-
ni sunt, intentio & finis, quibus catenulæ
inseruntur, ut tam Deum quam proximū
diligat de corde puro, & conscientia bo-
1. Tim. 1 na, & fide nō ficta: & tā Deum quam pro-
Exo. 28 ximum diligat propter beatitudinē, Deū
propter seipsum, proximum propter Deū.
Sextò induebat logion, id est, rationale, si
gnificans quod pontifex debet induere di
scretionem, per quam discernit inter lucē
& tenebras, inter dexterā & sinistrā: Quia
2. Cor. 6 non est conuentio lucis ad tenebras, neq;
Christi ad Belial. Erat autem rationale
quadrangulum, significās quod debet di-
scernere inter quatuor: inter uerum & fal
sum, ne deuiet in credendis: inter bonū &
malū, ne deuiet in agēdis. Erat & duplex,
quia debet discernere pro duobus, pro se
uidelicet & pro populo, ne, si cæcus cæcū
Luc. 6. duxerit, ambo in foueam cadāt. Habebat
Exo. 28 & quatuor ordines lapidum, figurans qd
pontifex debet habere quatuor principa-
liores uirtutes, iustitiā, fortitudinem, pru
dentiam, temperantiam. In singulis autē
ordinibus habebat tres lapides, signās qd
pontifex in primo debet habere fidē, spē,
charitatem: in secundo modestiam, man-
suetudinem & benignitatem: in tertio, pa
cem, misericordiam & largitatem: ī quar-
to uigilantiam, solicitudinem, & longani
mitatem. Per lapides etiam figurantur uir
1. Cor. 3 tutes, secundum illud: Alius ædificat aurū
& argentum & lapides preciosos. Supre-
mum capitis ornamentum erat cydaris
uel thiara, quam ultimo pontifex assume
Luc. 14 bat, significans humilitatem De qua dñs
18. ait: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, &
qui se humiliat, exaltabitur. Hanc autem
gestabat in capite, significans quod ponti
fex debet gerere humilitatem in mente,
Mat. 11 exemplo capitis nostri dicentis: Discite à
Mat. 6. me, quia mitis sum & humilis corde. Est
caput. n. meum intelligitur, secundū illud:
Vnge caput tuum, & faciem tuam laua.
De cydari dependebat à fronte lamina au
rea, significans sapientiam. In qua scriptū
erat nomen Dei tetragammaton, id est, qua
tuor literarū, Ioth, He, Vau, Heth. id est,
principiū uitæ, passionis iste. Ac si diceret
apertius: ille, cuius pontifex iste gerit per
sonam, scilicet Christus, est principiū, id
est, author uitæ, passionis, id est, uitæ restau
ratæ per passionem: quia mortē nostrā mo
riendo destruxit, & uitam resurgendo re-
parauit. Nomē amabile, delectabile, & sa-
lutare. Nomē quod sanat, reficit, & illumi
nat. De quo legitur: Oleū effusum est no- Cant. 1.
men tuum, ideo adolescentulæ dilexerūt
te. Non est uera sapientia, in qua tāti my-
sterij nomē sculptum nō est. Erant autē in
dumenta pro maiori parte cōtexta opere
polymito, id est, uario, propter uarietatem
uirtutem. De qua legitur: Astitit regina à Psal. 44.
dextris tuis in uestitu deaurato, circū ami
cta uarietate. Contexta uerò de quatuor
preciosis coloribus, purpura, cocco, bysso,
hyacinto. Per purpuram regię dignitatis Purpura quid
significatur pontificalis potestas, quæ uia figuret
regia debet incedere: ne declinet ad dex- mystice
tram, uel deuiet ad sinistram: ne liget di- Coccum
gnos, aut soluat indignos. Per coccum co quid si-
loris ignei, significatur pōtificalis doctri- gnet.
na, quæ sicut ignis lucere debet & urere, Mat. 19
propter quod & bis tinctus esse narratur.
Lucere debet, per promissionem, ut: Om- Mat. 7.
nis qui reliquerit patrē aut matrem, &c. Byssus
centuplum accipiet, & uitā æternam possi quid si-
debit. Vrere debet per comminationem, 1. Ti. 3.
ut: Omnis arbor quæ non fecerit fructum Hyacin
bonum, excidetur, & in ignem mittetur. thus
Per byssum candoris eximij significatur ꝑ quid.
claritas famæ, quæ debet esse retorta. Vt
pontifex bonum habeat testimonium se-
cundum Apostolum, & ab his qui intus
sunt, & ab his qui foris sunt. Per hyacin-
thum coloris aerei significatur serenitas
conscientiæ, quam intra se pontifex debet
habere, secundum quod dicit Apostolus:
Gloria nostra hæc est, testimonium con-
scientiæ nostræ. His omnibus indutus 2. Cor. 1
fuit B. Gregorius, ut esset sacerdos ma- Eccl. 44.
gnus, qui in diebus suis placuit Deo, &
inuentus est iustus, & in tempore iracun-
diæ factus est reconciliatio. Et ideo domi
nus beatificauit illum in gloria. Iā beati
ficauit eum in anima, sed & beatificauit
illum in corpore. Sancti namque dupli-

Stola sanctorum duplex. cem glorificationis stolam habebunt, Vnam spiritus, & alteram carnis. Stola spiritus in tribus consistit, cognitione, dilectione delectatione. De cognitione ueritas ait: Hæc est uita æterna ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. In ea namque sancti cognoscent sicut & cogniti sunt, uidentes non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem Intelligentes sicuti est, trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate. Ex hac comprehensiua cognitione nascitur summa dilectio, per quam sancti diligunt Deum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima. Ex corde, id est, intellectu, diligunt illum. Toto id est sine errore. Ex mente id est memoria diligunt patrem. Tota, id est, sine obliuione. Ex anima, id est, voluntate diligunt spiritum sanctum. Tota, id est, sine contrarietate. Ex hac summa dilectione, nascitur summa delectatio, quam oculus non uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. De qua tamen legitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. *Ioan. 17* *1. Cor. 13.* *Mat. 20* *Luc. 10* *Ps. 64.* *1. Cor. 2* *Ps. 149.*

Stola carnis sanctorum qua sit. Stola carnis consistit in quatuor, claritate, subtilitate, agilitate, & impassibilitate. De quibus dominus ait: Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem reddent in sinum uestrum. Et alibi; Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, & regnabit dominus illorum in perpetuum. Fulgebunt clari, & tanquam scintillæ, subtiles, in arundineto discurrent, agiles. Et regnabit dominus illorum in perpetuum, impassibiles. Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, nec ullus dolor, quoniam priora transierunt. Ad hanc gratiam meritis, & precibus B. Gregorij nos perducat dominus Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. *Luc. 6.* *Sap. 3.* *Esa. 25* *Apo. 7.*

In solennitate Annunciationis gloriosissimæ semper uirginis Mariæ.

De cœli varia acceptione: de gradibus descensus Christi, & ascensionis eiusdem, & quomodo nos debeamus descendere.

SERMO VNICVS.

NEmo ascendit in cælum, nisi qui de cęlo descendit, filius hominis. qui est in cælo. *Ioan. 3*

CVm diligenter intendo, quis sim qui loquor, aut de quo loquor, silendum potius arbitror quam loquendum Loquor enim mutus de uerbo, terra de cęlo, peccator de Saluatore. Cùm tamen de peccatore dicit Deus, Quare tu enarras iustitias meas & assumis testamētum meum per os tuum. Sed quoniam creatura non debet obmutescere in laudibus creatoris, liceat mihi fratres aliquid ex uerbis præmissis ad laudem redemptoris in gazophylacium mittere: Quæ quidem uerba, tantò subtiliori sunt considerationē pensanda, quantò profundiori sunt intellectu fœcunda. Videtur enim quantum ad literę superficiem, quod solus Christus ad cœlum ascenderit, sicut ipse solus de cælo descendit cum tamē multi cum ipso, uel multi post ipsum in cælum ascenderint Multi ergo sunt ascensuri, ut quò præcessit sublimitas capitis, illuc & humilitas corporis subsequatur, ipso dicente: Volo pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Ascendens autem in altum, captiuam duxit captiuitatem, sanctos scilicet, qui à diuina uisione suspensi in inferni tenebris tenebantur. De quibus legitur: Eduxit uinctos suos de lacu, in quo non erat aqua. Porrò si corticem literę uelimus diligenter attendere, inueniemus sub illo nucleum subtilis intelligentiæ. *Ps. 49.* *Ioan. 17* *Ps. 67.* *Zach. 9*

Cælum uariis modis accipitur. Cælum enim in sacra scriptura variis modis accipitur. Interdum diuinitatis significat celsitudinem, ut cum Lucifer ait: Ascendam in cælum, & ponam sedem *Esa. 14.*

sedē meā ad aquilonē, & ero similis altissimo. Cū.n Lucifer esset in empyreo cōstitutus, non erat cælum superius quo posset ascendere. Sed cælum diuinitatis celsitudinem intellexit, in quā desiderabat ascēdere, ut esset similis altissimo. Sic & hic cælum potest cōuenienter intelligi, ut taliter accipiatur: Nemo, id est, nullus hominum unquam, quantumlibet sanctus, etiam ab utero sanctificatus, ascendit in cælum, id est, in sublimitatem diuinitatis, vt esset Deus, nisi ille qui de cęlo descēdit, id est, de celsitudine diuinitatis, ut esset homo, filius. hominis, qui est in cælo, manens Deus. Nō.n. sic descēdit de cælo, vt non remaneret in cęlo: quia non sic factus ē homo, ut desierit esse Deus: sed simul in unū est diues & pauper, Deus & homo. Deus de Deo ante secula genitus: homo de homine in seculo natus. In Psalmo quoq; simile legitur: A summo cęlo egressio eius, & occursus eius usq; ad summū eius. Hoc hodie fratres impletum est, quando Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hodie nouū fecit dñs super terrā, mulier circundedit uirum gremio uteri uirginalis. Mulier, sed intacta: mater, sed uirgo. Hæc in utero circundedit puerum, sed uirum: infantem, sed Deum. O verè nouū, quod hodie fecit dñs super terrā: quia stella solem, creatura creatorem, filia patrem concepit. Hodie fecit, ut æternus sit temporalis, simplex compositus, & mortalis sit immortalis. Hodie trinitatis mysteriū innouauit, ut tres sint substantiæ in unitate personę, sicut tres personæ sunt in unitate substātię: ut nasceretur de matre sine patre qui de patre natus est sine matre. Hodie simul descēdit & ascēdit: sed Deus descēdit in hominem, & homo ascendit in Deo.

Ps. 18.
Ioan. 1.
Hie. 31.

Deus ergo descendit, homo ascendit. Sed quia Christus Deus est & homo, ipse descendit pariter & ascendit. Fuit autem Xpi descēsus, seruilis formæ susceptio, de qua dicit Apostolus: Exinaniuit se formā serui accipies. In hoc uerò descensu, uelut ī scala, multi sunt gradus dispositi. Distribuamus itaq; gradus eius, ut enarrentur ī progenie altera. Primus gradus est passibilitas, quā assumpsit. Vltimus ē passio, quā sustinuit. Et inter primū & ultimū diuersæ sunt graduū differentię. Ad primū spectant defectus hominis, quos suscepit, ut pauor & dolor, fames & sitis, paupertas & labor. Ad ultimū ptinēt pęnę illatę ab hominibus, quas sustinuit. Captus est.n.& ligatus, percussus & flagellatus, irrisus & exprobratus, maledictus & cōdemnatus, crucifixus & lanceatus. Ecce fractum est alabastrum, & domus repleta est ex odore unguenti. Sed ut suauius odor unguenti respiret, assignandi sunt gradus defectuum, quoniam manifesti sunt gradus pœnarum. In gradum ergo pauoris ipse se descendisse fatetur in Psalmo: Formido mortis cecidit super me, timor & tremor uenerunt super me. De eodē in Euāgelio: Cœpit Iesus pauere & tedere. O mira Christi dignatio. Pro nobis timuit, quem angeli timent, quem Archangeli tremunt: cui flectitur omne genu, cælestium, terrestrium, & infernorum. In gradum ergo doloris ipse quoq; se descēdisse per Prophetam testatur: O uos oēs qui transitis per uiam, attendite & uidete, si est dolor, sicut dolor meus. Vnde in Euangelio: Tristis est anima mea usque ad mortem. O mira domini pietas. Pro peccatoribus doluit, pro miseris fleuit: cuius gaudium semper est plenum, cuius lætitia nunquam deficit, per quem pater & ipse coram patre lusit in orbe terrarū. In gradum famis & sitis descendit, ipso testante: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. De eodem in Euangelio: Cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. O ineffabilis dispensatio redemptoris, fons vitæ sitit, cibus angelorum esurit, panis uitæ, qui de cælo descendit, de quo si quis gustauerit, uiuet in æternum.

Phi. 2.
Gradus descensionis Christi.
Mat. 26.
Ps. 54.
Mat. 14.
Phil. 2.
Thre. 1.
Mat. 26.
Pro. 8.
Ps. 68.
Mat. 4.
Ioan. 6.

In gradū paupertatis idē se descēdisse fatetur: Paup, inquit, & dolēs ego sum. De eodē in Euangelio: Vulpes foueas habēt, & uolucres cæli nidos: filius aūt hoīs nō habet, ubi caput suum reclinet. O magnū humilitatis exēplum. Factus est pauper, cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo.

Ps. 68.
Mat. 8.
Ps. 23.

In gradum laboris descendit, ipso dicente: Laboraui clamans, &c. Et in Euange-

Psal. 8.
Ioan. 4.

Euangelio fatigatus legitur in itinere. Quis autem adeò durus, cuius pectus tã ferreum, cuius corpus tam lapideum, ut possit suspiria claudere, gemitum reprimere, cum audit creatorem suum, redemptorem suum, per hos gradus humiliter descendisse, qui factus est pro nobis obediens usq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis? Sciat se culpabiliter durum qui deflet cõtumelias & dolores amici, & cum audierit tot Christi pęnas, tot cõtumelias & opprobria, nõ mouetur ad gemitum, lachrymas non effundit. Non. n. descendit ꝑ se, sed pro nobis, & dedit animam suã redẽptionem pro mũdo. Verum qui descẽdit, ipse est qui ascendit. De quo ascensu dicit Propheta: Egredietur uirga de radice iesse, & flos de radice eius ascendet. Consequẽter aũt quasi gradus ascẽsiõis determinãs subdit: Et requiescet super eũ spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.

Alibi quoq; gradus in hoc ascensu describens idẽ Propheta, sic ait: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Hic est qui ad gradum summę potestatis ascendit, sicut ipse testatur. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quia omnia quæcunq; uoluit, fecit in cęlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Habuit. n. gradus ascensionis non solum per dona, quæ in conceptione recepit, uerum etiam per miracula, quæ propria potestate perfecit. Ascẽdit ergo ꝑ miracula quæ fecit in cælo, & per miracula, quæ fecit in terra, & per miracula, quæ fecit in aqua. Et in his tribus miracula fecit, nascendo, prædicando, moriendo. Ipso quoq; nascente, noua stella apparuit in Oriente: quia ortus est sol iustitiæ, quẽ Magi stella duce uenerunt cum muneribus adorare. Romę uerò templum pacis mirabiliter corruit: quia natus est ille, qui non uenit mittere pacem, sed gladium. Plena siquidem pace toti orbi sub Augusto Cæsare restituta, Romani templum pacis ędificauerunt. De quo cõsulentes, q̃ diu foret duraturum, respõsum est: Donec uirgo pariat. Qui gaudentes intulerunt: Ergo erit ĩ æternũ: quia nũquã virgo pariet. Statim aũt in hora natiuitatis dominicę funditus corruit. Tũc & fluuius Tyberis recepit in se riuulum olei manantem de taberna emũctoria: quia natus est fluuius uoluptatis, de quo legitur: Oleum effusum nomẽ tuum.

Ipse etiam prędicando per hos gradus ascendit. Nam in transfiguratione de cælo uox patris audita est. Hic ẽ filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Ipse etiam, ut cætera miracula pręteremittam, de terra quatriduanũ Lazarum suscitauit. Ipse super aquas siccis pedibus ambulauit. Eodem in crucis patibulo moriente, sol obscuratus est, terra tremuit, & de latere eius aqua profluxit.

Hęc sunt quæ nemo alius fecit unquã, aut facere potuit: & ideo nemo ascendit ĩ cælum, nisi qui de cælo descẽdit, filius hominis qui est in cęlo.

Sed & nos fratres si uolumus cõ regnare, oportet & compati: & si uolumus ascẽdere, oportet ut descendamus. Quia qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Diabolus autem, quia uoluit ascendere per superbiam, non tñ descendit, sed cecidit, iuxta qđ legitur: Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Et de eodem: Videbam Satanam tanq̃ fulgur de cęlo cadentẽ. Descendamus ergo per humilitatem, & in ipso descensu gradus exẽplo dñi disponamus. Primò namque debemus descendere per subiectionẽ, secundò ꝑ cõpassionem, tertiò ꝑ abiectionẽ. Subiunctio uerò tres continet gradus: primus est, subdere se maiori: secũdus, subdere se pari: tertius, subdere se minori. In primum descendimus per debitam necessitatem; in secundum, per mutuam charitatem; in tertium, per abundantem humilitatem. In hunc gradum Christus descendit, quando lauit pedes discipulorum, & quando caput tremendum angelis Baptistæ manibus supposuit, dicens: Sic decet nos implere omnem iustitiam, id est, superabundantem humilitatem. In eundem gradum docuit apostolos & nos in illis descendere, dicens: Qui maior est uestrũ, erit omnium seruus, seipsum in exemplũ præpo-

Phil. 2. Esa. 1. Esa. 11. Gradus ascẽsionis Christi. Esa. 9. Mat. 28 Psal. 134 Miracula in Christi natiuitate facta. Mat. 2. Mat. 10 Can. 1. Mat. 17 Marc. 6 Luc. 23 2. Tim. 2. Luc. 14 Esa. 14. Luc. 1 Descendendum quibus gradib. sit nobis. Subiectionis gradus tres. Ioa. 13. Mat. 3. Ma. 20

præponens: quia filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare. Hinc est quod maximus in ecclesia se seruū seruorū Dei appellat. Compassio uerò in duos gradus distinguitur: quorum primus est compassio sui, secundus est compassio proximi. De primo dicitur: Miserere animę tuę placens Deo. In secundum gradum descendit Apostolus, qui dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Descendamus & nos flētes huius uitę miseriam, & ad futurā gloriam suspirantes, & gementes pro peccatis proprijs, plorantes pro alienis. Abiectio quoq; duos continet gradus. Primus est abiectio mundi, secūdus abiectio sui. Ad primum nos hortatur Ioannes dicēs: Filioli, nolite diligere mundum, neq; ea quę in mundo sunt. Quicquid.n in mūdo est, concupiscentia carnis est, quantum ad gulam & luxuriam; & concupiscentia oculorum, quātum ad diuitias & possessiões. Sed difficile est diuitem intrare in regnū cælorum. Et superbia uitę, quantum ad honores & dignitates. Sed tollimur i altum, ut lapsu grauiore ruamus. Ad secundum gradum dominus nos inuitat dicens: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Compassionis gradus duo. *Ecc. 30* *2. Cor. 11.* *Abiectionis gradus duo.* *1. Ioa. 2* *Ma. 19* *Luca 9*

Et in omnibus his debemus descendere, corde, ore, opere. Vt a corte excludamus superbiam, ab ore iactantiam, ab opere inanem gloriam. Si sic descendimus, melius ascendemus de malo ad bonum, de bono ad melius, de meliori ad optimum. Primus ascensus est incipientium, secundus proficientium, tertius peruenientium. Primò ascenditur ad iustificationē, secundò ad perfectionem, tertiò ad glorificationem. Primus autem ascensus tres gradus habet qui sunt contritio cordis, cōfessio oris, satisfactio operis. Ad primum ascendimus per dolorem, in secūdum p pudorem, in tertium per laborem. Secundus ascensus tres similiter habet gradus. Primus est uitatio prohibitorum, secundus adimpletio præceptorum, tertius supererogatio consiliorum. Tertius ascēsus duplici gradu distinguitur. Primo ascenditur ad glorificationem animæ, secundò ad glorificationem corporis. Ad quas nos

Gradus ascensionis tres. *I* *II.* *III.*

faciat ascendere dominus noster Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum Amen.

In die S. Parasceues.

Cur Christus cum impiis sit ligatus: & Christum eligendum esse non Barrabam, Christum, nunquam non peccatum, & omnes peccatores Barrabam præferre Christo, posseq; eos abstinere a peccato, si non magis peccatum quàm Christum diligerent.

SERMO I.

QVem uultis dimittam uobis? Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? *Ma. 26*

VErba ista charissimi, quæ frequenter audistis, frequenter legistis, manifestum est, a quo hęc quæstio facta sit. Pilatus hanc fecit Iudæis. Sed quare hanc fecit? Ipse quidem iudex erat, & iudiciaria potestate plures in carcere suo uinctos habebat. Hæc autem consuetudo illi erat, quatenus die Paschæ, quum pro eius solennitatis gratia, tum pro conseruanda Iudæorum amicitia, per singulos annos unum ex eis, quos uinctos haberet, die supradicta, ad petitionem ipsorum liberum abire permitteret. Itaque inter alios uinctos unus erat, cui nomen Barrabas. Sed cur Barrabas sit ligatus, causam optimè nouimus. Ipse enim latro erat, & in seditione homicidium fecerat. Iesus autem quid meruit? Cur inter criminosos adiudicatur? Nōnne ille ipse est, q ineffabili uoluntate criminosis ueniam dabat: Qui corporali præsentia mortuos suscitabat? Proh nefas. Quæ societas luci ad tenebras? Sed ideo Christus cum impiis religatur, ut illud, quod de eo dictum fuerat, impleretur, & cum impijs reputatus est. Cum impijs pietas deputatur, & cum impietate pietas non mutatur: sed potius ad pietatem ipsa postmodum impietas commutatur. Dicit ergo Iudæis *2. Cor. 6*

Eſa.53 Pilatus: Quem uultis vobis de duobus di-
Ma.27 mitti? Ecce Iudæi, ecce in ueſtro arbitrio
1.Pe.2 poſita eſt Chriſti & latronis electio. Quẽ uultis eligite, quem uultis abijcite. Chriſtus peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Barrabas autem latrocinij ſcelere diffamatus, & homicidij ſanguine cruentatus. Ecce Paſcha in azymis celebratis, fermentum reſpuitis. Eligite ergo Chriſtum innocentem & purũ, reſpuite latronẽ multis iniquitatibus confermẽtatum. abijcite hominẽ interfectorẽ, & ſuſcipite hominem ſaluatorem. Abijcite, inquam, illum, qui uiuos mortificabat, & ſuſcipite illum, qui mortuos uiuificabat.

Videamus tamen quem elegiſtis, audiamus quid dixiſtis: Non hunc, ſed Barrabam. Electio quã non fecit dilectio: puto nec illũ diligebatis, quẽ elegiſtis. Nec ob aliud uoluiſtis qđ Barrabas liberaretur, niſi ut Chriſtus crucifigeretur. Non hũc, ſed Barrabam. Non hunc proh dolor. Latronis nomẽ dicitur, Chriſtus nõ nomine dignus habetur. Sed grauis erat eis ad nominãdũ, qui grauis erat eis ad uidẽdum.

Sed ô dilectiſsimi, quur iſta elicimus? Cur & Pilati, quæſtionem, & Iudæorum reſponſionem tam diligenter diſcutimus? Ideo utiq; quia ad huius quæſtionis ſimilitudinem aliam uolumus facere quæſtionem. Illa quæſtio facta eſt populo Iudæorum, ut noſtra fieret populo Chriſtianorum. Sed quia in populo Chriſtiano ſunt boni & mali, nos in præſenti ſermone nõ illã facimus bonis, imò potius illis, qui mali ſunt, & filij hominum appellantur. Duo itaq; proponamus illis, peccatum, & Chriſtum. Dicite ergo filij hominũ: Quid uultis de duobus dimitti, peccatum, an Chriſtum? Bonũ, an malũ? Veritatẽ, an uanitatem? Iniquitatẽ, an æquitatẽ? Et ut dicã expreſſius, quod uolumus, quid uultis de duobus dimitti? Scortũ, an Chriſtum? Carnem meretricis, an carnem filij hominis? Carnẽ quæ uitã præſtat æternam, an carnem quæ mortem affert ſempiternã. Quid melius uultis, an comendendo corpus Xp̃i in ipſo manere, an cohærẽdo meretrici, veſtrum & illius corpus unũ efficere. De corpore quippe ſuo Chriſtus ſic lo-
Ioan.6. quitur: Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego 1.Cor.6
in eo, &c. Apoſtolus uerò de corpore meretricis ſic dicit: Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Dicite filij hominum quid diligitis. Reſpondete quid de duobus elegiſtis. Adhibete ſi poteſtis diſcretionem, & facite electionẽ: & ſic date reſponſionem. Palam uobis facio quæſtionẽ, nec habet neceſſariã, nec profunda diſcretionem. Bonũ & malũ, ſcortũ & Xpm vobis proponimus: & de his duobus, quid potiſſimũ eligatis, inquirimus. O filij hominum, quid dubitatis. Cur non cito reſpõdetis. Cur niſi quia filij hominũ eſtis. Et quid eſt filij hominum, niſi filij carnalium, carnalia amãtiũ, carnalia ſapiẽtiũ. Nonne illi uos eſtis, de quibus ſcriptum Pſal.4.
eſt: Filij hominũ vſquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatẽ & quæritis mendaciũ. Certè iſta eſt cauſa, quare bonũ nõ eligitis, quod & graui corde eſtis, & uanitatẽ diligitis. Quam bonus Iſrael Deus, Pſ.72.
Sed quibus. Nõ curuis corde. O graui corde, o filij hominũ, quid eſt quod ſupergreditur caput ueſtrũ: vnde in corde veſtro tanta grauitas. Hec ſiquidẽ eſt, de qua ſcriptũ Zach.5
eſt: Iniquitas ſuper talentũ plumbi ſedet. Sed hoc iniquitatis onere laborabat, qui in Pſalmo dicebat: Quoniam iniquitates meę ſupergreſſę ſunt caput meum, & ſicut Pſ.37.
onus graue grauatę ſunt ſuper me. Hoc ẽt Exo.15
pondere premebantur illi, de quibus dicitur: Submerſi ſunt quaſi plũbum in aquis vehementibus. Hæc itaq; iniquitas, ô graui corde filij hominum, nõ ſolum grauat corda ueſtra, ſed etiã ne nobis reſpondeatis, oppilauit os veſtrum: & utinam ſaltẽ taceretis, & nihil reſponderetis, & contẽpto Chriſto, ſcortum non eligeretis. Quod ſi quæritis, quomodo uel quando Chriſtum contemnitis, quomodo vel quãdo ſcortũ eligitis: reducite ad memoriam tempus veſtræ confeſſionis, mementote quid dicatis tẽpore cõmunionis. Ecce ponamus aliquẽ ad presbyterum uenientem, peccata confitentem & dicentem: Confiteor, domine, quia peccaui, patrem & matrem offendi, mentitus ſum, peieraui, aliena furto & violentia rapui. Ad quem ſacerdos: Pœnitet te iſta feciſſe, & ſi uis de cætero iſta dimittere? Et ille: Ex corde iſtorum pœnitet, & libenter

Chriſtus quomodo & quando contemnatur.

libenter dimitto. Et sacerdos: Vide si, ait, plus fecisti. Dic mihi, si unquam mulierē tetigisti? Et ille: Quis est, domine, qui hęc non faciat? Quis est qui se abstineat à peccato isto? Et sacerdos: Noli sic loqui, amice, noli sic loqui. Nisi hoc peccatum sicut & alia confessus fueris; & nisi de isto sicut de alijs emendationem promiseris, scias pro certo, quod nec communionem Christi dignè percipias, nec post istam temporalem uitam, ad æternam uitā peruenies. Fac igitur & de isto peccato confessionē; promitto emendationem, & sic accipe cōmunionem. Et ille: O domine, valde infirmus sum, à muliere abstinere nō possum: & ideo non audeo promittere, quod scio me non posse seruare. Vouete, inquit, & reddite domino Deo vestro. Et melius est non nouere, q̄ uouere & non reddere. Et sacerdos: Non exigo ut uotum facias, qd nō fecisti, sed redde quod promisisti. Nonne in baptismo diabolo & operibus eius abrenunciasti? Nónne fornicatio diaboli est operatio? Itaq; si secundum consilium nostrum promittis non fornicari, facis quod facere debes: si non promittis, semp tamen debes: Deniq; uotum reddere nec debere, non uotum, sed gratuitas dicitur propriè. Is etenim votum facit, qui, quod non debet, gratuitò se facturum esse promittit. At qui non fornicari promittit, uotum non facit, id est, non quod nō debet, ꝓmittit, sed id quod debet reddere decreuit. Ego itaq; cum te à fornicatione abstinere, & castitatem tenere moneo, non uotum exigo, sed debitum quæro. Quod aūt dicis, Infirmus sum, à muliere abstinere non possum, discute quod dicis, uide ytrū pro certo possis. Credo enim quod posses, si uelles, Posses, si tantum Deum quantum oculum tuum diligeres.

Psal. 57. Eccl. 9.

Ecce tibi facio quęstionem, da ueram responsionē. Si modò tētatio superueniens te ad luxuriā prouocaret, si diabolus instigaret, si caro titillaret, si etiam mulier impudenter & importunè se ingereret, & se totam ad peccandum exponeret, tunc in ipso tentationis ardore, si pro certo scires quod oculum perderes, si cum ea peccares, dic pro Deo quid faceres? Nónne statim horror quida per corpus diffunderetur, & ardor ille libidinis, qui te totū occupauerat, sopiretur? Nónne ipsam mulierem abhorreres? Nónne & pugno eam pcuteres? Modò attende quid soles diceres: Vellem abstinere, si possem. Ecce potes, quia oculū perdere times. Quod potes p oculum, nō potes per Deū: nun quia plus diligis oculum, q̄ Deum. Num plus ualet oculus, q̄ Deus? Noli itaq; dicere, quod soles, Vellem uidelicet abstinere, si possem: imò dic, Possem, si uellem. Corrige uoluntatem, & dilige castitatem, & continendi accipies potestatem. Si autem te profiteris infirmum, quare non curris ad medicum? Si pateris infirmitatem, cur non amplecteris sanitat? Si te conspicis impotentem, quare non suscipis omnipotentē. O infelix, respice teipsum & despice, suspice & suscipe. Ipse totum erit, si ad te venerit, ipse curabit, ipse sanabit, & ipse uirtutem pręstabit. Ipse enim medicus, ipse salus, ipsę etiam uirtus, ipse sanitas. Acquiesce nostro consilio, & dimitte fornicationem, & fac castitatis promissionem, & sic accipies communionem. Si unum elegeris, aliud habere non poteris. Elige ergo quod uis. O filij hominū intendite, quid hic socius uester respondeat, uidete quid diligat. Si, inquit, aliter, communicare nequeo, nisi castitatem promittam, melius volo differre cōmunionem, q̄ ultra meū posse ferre promissionē. O stulta respōsio. O Iudaica electio. Quid respōderunt Pilato Iudæi? Nō hunc, sed Barrabam. Quid respondit filius hominis sacerdoti? Si uerborum eius discutimus sēsum, quid aliud respondet, nisi, Non Christum, sed scortū? Quid enim aliud dicit, quum dicit: Melius uolo cōmunionē differre, q̄ castitatē promittere. O quam periculosum differre, ô infelix hic differre, quū scis potes scire ferre? Nónne melius tibi esset tentationem sufferre, quàm communionem differre. Sufferentia quidem tentationis faceret te beatum, ista uerò communionis dilatio non absoluit, sed augeat reatum. Beatus enim qui suffert tentationem. Sed væ illi, qui pro amore peccandi differt communionem. Abnegate filij hominum Iudaicam impietatem, sequimini Christianam pietate, diligite iustitiā, mūdate, consci-

Iac. 1.

Abstinere possent homines a peccato, si vellēt.

conscientiam. Si uultis æternam euadere damnationem, fugite fornicationem. At uos miseri non solum præsentem & insistentem nō repellitis, sed quod peius est, absentem quæritis, fugientem retinetis. Sed quid est fugere fornicationem, nisi euitare occasionem fornicandi? Hanc ergo fugite, Christum eligite, quatenus in præsenti uita dignè percipiatis eius communionem, & in futura uita ad ipsius possitis pertingere possessionem, qui uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

In solennitate S. Ioannis Baptistæ.

Quomodo Ioannes Baptista multis modis fuerit magnus.

SERMO I.

Mat. 11 INter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Luc. 12 Mat. 16 QVi laudat, & qui glorificat Deum, & ipse laudatur & glorificatur à Deo, ipso testante: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Petrus enim quia dixit ad Christum: Tu es Christus filius Dei uiui, & Christus inquit ad ipsū: Et ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ioa. 1. Sic ergo, Ioannes quia dixit de Christo: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & Christus inquit de ipso: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioãne Baptista. Illi de Christo confessi sunt ueritatem, Christus de ipsis professus est dignitatem. Quia ueritatis confessio, dignitatis professionem meretur.

Ioānes multipliciter fuit magnus. Quamuis.n. extiterit Ioannes, tam prophetica quàm Euangelica lectio protestatur. Fuit.n. magnus in prędestinatione, magnus in annunciatione, magnus in conceptione, magnus in natura, magnus in persona, magnus in gratia, magnus in officio, magnus in merito, magnus in sacramento, magnus in dignitate, magnus in potestate, magnus in claritate, magnus in opinione, magnus in prædicatione, magnus in passione. Fuit ergo magnus in prædestinatione, iuxta quod dominus ei loquitur per prophetam: Priusquam te formarem in utero, noui te. Nouit.n. dominus qui sunt eius, id est, prędestinauit suos. Qui per contrarium reprobis ait: Non noui uos. Secundum quem modum dñs inquit Nathanaeli: Priusquam te Philippus uocaret, cum esses sub ficu, noui te. Sed cū Deus omnia nouerit antequam fiāt, quid est quod specialiter dicit de Ioanne: Priusquam te formarem in utero, noui te? Sed quando quod pluribus communiter conuenit, uni specialiter attribuitur, antonomaticè debet intelligi. Deus.n. plenius nouit Ioannem: quia prædestinauit ei maiorem gratiam in præsenti, & ampliorem gloriam in futuro. Fuit magnus in annūciatione: quoniam apparuit angelus Zachariæ, stans à dextris altaris incensi: Ne timeas, inquit, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et ecce Elizabeth vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Idem angelus anunnciauit patri natiuitatem Ioannis, qui annunciauit matri natiuitatē Iesu, videlicet Gabriel: magnum utrobique annuncians miraculum, & uirginis & sterilis partum. Ioannis autem non conceptum dicit, sed ortū. Iesu uerò prædicit ortum pariter & conceptum. Nam Zachariæ patri prædicitur: Vxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem. Sed Mariæ matri prędicitur: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomē eius Iesum. Quia Ioannes fuit conceptus in culpa: solus autem Christus fuit sine culpa cōceptus: uterque uerò natus in gratia. Et ideo utriusque natiuitas colitur: sed solius Christi conceptio celebratur. Fuit magnus in conceptione: quia conceptus est non exigente natura, sed gratia operante: cum esset Zacharias senex, & Elizabeth sterilis, & ambo pariter processissent in dieb. suis. Ecce alter Isaac natus de sene, conceptus de sterili, prænunciatus ab angelo, prænominatus ab ipso, pater Iacob, qui genuit duodecim patriarchas. Ille de Abraham,

[Right margin: I. Hie. 1. Ti. 2 Mat. 7 Ioan. 1. II. Luc. 1. Luc. 1. III. Gen. 17 18.]

braham, iste de Zacharia. Ille de Sara, iste de Elizabeth: uterque de sene, uterque de sterili: uterque prænunciatus & prænominatus ab angelo: ille Isaac, iste Ioannes.
Ibidem In natiuitate Isaac ait Sara: Risum mihi
Luca 1. fecit dominus. quicunque audierit, corridebit mihi. In natiuitate Ioannis audientes uicini: & cognati quod manifestauit, vel magnificauit dominus misericordiā suam cum Elizabeth, congratulabātur ei. Iuxta quod angelus prædixerat Zachariæ: Gaudium erit tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Sed Zacha-
Ge. 15. rias, quia non credidit angelo, mutus factus est: Abraham autem, quia credidit Deo, reputatum est ei fides ad iustitiam. Isaac quasi carnalis pater, Iacob carnaliter genuit. Ioannes quasi spiritualis, spiritualiter genuit Christum. Ille duodecim patriarchas, iste duodecim apostolos genuit. Ille magnus, sed iste maior: Quo-
Mat. 1. niam inter natos mulierum non surrexit
IIII. maior Ioāne Baptista. Magnus existit in
Luc. 1. natura: quia de sacerdotali gēnre procreatus. Fuit, inquit, in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Nobilis de nobilibus, & iustus de iustis: quia erant ambo iusti ante Deum, incedentes in om
V. nibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Fuit magnus in persona: quia ipse est qui præcessit ante Deum in
Mat. 11. spiritu & ueritate Heliæ, parare domino plebem suam perfectam. Propter quod & dominus dixit de illo: Ipse est Helias, qui uenturus est. Iste nanque prænunciauit primum aduentum, ille prænunciabit secundum. Iste persecutionem passus
VI. est ab Herode, propter Herodiadem uxorem ipsius, ille quidem persecutionē passus est ab Achab, propter Iezabel vxorem eius. Magnus in gratia, unde uocatum est nomen eius Ioannes, quod Dei gratia in-
Luc. j. terpretatur: quia repletus est spiritu san-
Hier. 1. cto adhuc ex utero matris suę, domino si-
Luc. 1. bi per prophetam dicente: Antequam exi
VII. res de uulua, sanctificaui te. Prius fuit re-
Ioan. j. natus, quàm natus, & regeneratus prius, q̃ generatus. Vnde ut audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, infans in eius utero exultauit. Magnus existit in officio. Iuxta quod ipse prophetico uerbo respondit: Ego uox clamantis in deserto, parate uiā domini, rectas facite semitas Dei nostri. Ipse conuertit corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam. Ipse uox uerbi, præco iudicis, paranymphus spōsi, VIII.
lucerna solis, finis legis, initium Euangelii. Magnus in merito: quia uinum & sice Mat. 3.
ram non bibit, & habebat uestimentū de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem erant locustę & mel syluestre. Modestus abstinētia: quia vinum & siceram non bibit: & erat esca eius locustę & mel syluestre. Castus in cōtinentia: quia uestimentum habebat de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, ut essent lumbi eius præcincti, & lucernæ ardentes in manibus eius.
Magnus in sacramento: nam lex & pro- Luc. 12
phetæ usq; ad Ioannem. & ex eo regnum IX.
cælorum euangelizatum est. A diebus an- Mat 11
tem Ioannis Baptistæ regnum cęlorum Ibidem
vim patitur, & uiolenti diripiunt illud: Ioan. 3.
Ipse est qui rationem sacramenti de seip- Ioan. j.
so testatur: Qui habet sponsam, sponsus est Amicus autē sponsi stat, & gaudio gaudet propter uocem eius. Propter quod & alibi dicit: Qui post me uenieτ, ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiā calciamenti eius soluere. X.

Magnus in dignitate, sicut de eo pater Mal. 3.
inquit ad filium: Ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te Ioannes dictus est angelus, non naturę proprietate, sed officij dignitate: cuius excellentiam ipsa Veritas extulit, dicens: Quid exîstis in deserto Luc. 7.
videre? Prophetam? Etiam dico uobis, & plus quàm prophetam. Nam Ioannes & cum prophetis dixit futurum; Ecce ueniet fortior me: & plus quàm propheta osten- Mar. 1.
dit pręsentem? Ecce agnus Dei, ecce qui Ioan. 1.
tollit peccata mundi. Magnus in potesta- XI.
te, sicut in persona prophetę dominus in Hier. 1.
quit de illo: Ecce dedi uerba mea in ore tuo: ecce constitui te super gētes & regna, ut euellas & destruas, & disperdas & dissipes, & ædifices & plantes. Nam manus domini erat cum illo. Magnus in clarita XII.
te;

Ioan. 1. te: quia ipse erat lucerna ardens & lucẽs. *Ps. 131* De qua patet per prophetam: Paraui lucernam Christo meo. *Ioan. 1.* Fuit enim homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. *XIII.* Hic uenit in testimoniũ, ut testimonium *Luc. 3.* perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Magnus in opinione: nam existimante populo & cogitantibus omnib. in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, respondit Ioannes omnib dicens: Ego baptizo uos ĩ aqua: ueniet aũt *Ioan. 3.* fortior me post me, qui baptizabit uos spiritu sancto & igne. Populus existimabat illum sublimem, sed ipse respondit se humilem, dicens: Me oportet minui, illũ au*Luc. 14* tem crescere. Nam qui se exaltat, humilia*XIIII.* bitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Ma*Luc. 3.* gnus in prædicatione: quia uenit Ioannes *Mat. 3.* in omnem regionem Iordanis, prædicãs baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Facite, inquit, dignos fructus pœnitentiæ. Et, Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnum cælorũ. Egregius prædicator, qui ea præcipuè p̃dicabat, per quæ peccatorũ uera remissio da*XV.* tur, id est, baptismum & pœnitentiam. Ma*Mat. 3.* gnus in passione: quia pro ueritate carce*Ioan. 1.* rem passus, tandẽ capite est truncatus, ba*Baptismus triplex.* ptizatus in sanguine, qui baptizauit in aqua.

Est autẽ triplex baptismus, in aqua, in lachrymis, in sanguine. In aqua regenerationis, in lachrymis cõpunctionis, in sanguine passionis. Quorum quemlibet Ioãnes ante faciẽ domini præparauit, baptizã*Mat 11.* do, prædicando, & moriendo. Inter natos *Ioan. 19* itaq; mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista Quid ergo? An non maior est Christus, qui natus fuit de muliere? Iuxta quod ipse inquit ad matrem: Mulier, ecce filius tuus? Sed Christus natus est de muliere secũdũ sexũ, non aũt secundũ amplexum. Natus est de muliere secũdũ speciẽ, non secundum mollitiem. Vel sub intelligitur Propheta, cum dicitur Non surrexit maior Ioanne Baptista, uidelicet maior Propheta. Iuxta quod dominus ipse præ*Mat 11* miserat: Quid exiſtis in desertum uidere? *Mat. 21* Prophetã? Etiã dico uobis, & plus quàm *Luc. 7.* Prophetam. Nã etsi Christus alicubi Propheta dicatur, vt: Ecce ueniet Propheta magnus. & iterũ: Propheta magnus surrexit in nobis: ipse tamen dicẽdus est nõ tã propheta, quàm dominus prophetarum.

Quid est autem quod sequitur: Qui minor est in regno cælorum, maior est Ioanne Baptista? Vt autẽ expositiones dubias & obscuras mittamus, planè simul & plenè dicamus, quia in regno cælorum, id ẽ, *Ps. 67.* in patria soli angeli erant, quando Chri*Psal. 8.* stus ista dicebat: quia nondum ascendens in altum suam duxerat captiuitatem captiuam. Angelos autem maiores esse q̃ homines Propheta loquens de Christo testatur: Minuisti eum paulo minus ab angelis. Nam illi sunt immortales, sed isti mortales: illi sunt impassibiles, sed isti passibiles: illi beati, sed isti miseri: illi triumphant, isti militant. Ergo qui tunc minor erat in regnó cælorum, maior erat Ioanne Baptista.

Nos ergo fratres & filij, qui conuenimus ad celebrandam natiuitatem ipsius, si eam dignè curauerimus celebrare, pro certo sperare debemus, quod quantò maior est apud Deum, tãtò magis pro nobis interueniet apud ipsum. Sed est nobis summoperè prouidendum, vt qui in natiuitate eius gaudemus exterius, in natiuitate eius iterius gaudeamus: quia reliquię cogitationum diem festũ agent domino. Nõ est autem impijs gaudere dicit domi*Ps. 75.* nus, contestãte Psalmista: Non est pax of*Esa. 48.* sibus meis à facie peccatorum meorum: *Ps. 37.* conscientia mea me remordente. Quocir*Mat. 23* ca purgemus animam à maculis peccatorum, ut tantę solennitatis gaudium dignè celebrare possimus. Nam qui nitet exterius, & sordet interius, similis est, ut dominus ait, sepulchro deforis dealbato, intus autem omni pleno spurcitia.

Oremus ergo fratres & filij, oremus omnes & singuli, ut intercedente beato Ioanne Baptista nobis det gaudium solẽnitatis æternæ, Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

IN

In eodem Festo.

SERMO II.

Mat.11 A Diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.

MIrum fortasse uidetur aliquibus, si regnum cælorum per uiolentiam rapitur. Sed mirum profectò uideri non potest his, qui propter regnum cælorum membra cum uitiis & cōcupiscentiis crucifigunt, qui propter diuina uerba custodiunt uias duras, qui abnegant semetipsos, ut Christum sequantur, & per uiam arctam incedant, quæ ducit ad uitam. O quantam sibi uim facit? quantam irrogat uiolentiam? quantam pugnā Ps. 83. indicit, qui, cum sit diues ex seculo, facit se pauperem propter Deum, & eligit abiectus esse in domo domini, quam habitare inter peccatores? Caro quippe contendit, natura repugnat, consuetudo resistit: sed uincit gratia, superat spiritus, ratio dominatur, cum illud diligenter attendit, quod Christus veraciter repromittit: Beati Mat. 5. pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Fœlix conflictus, beata pugna, gloriosum prælium, quando pp adipiscendum regnum cælorum spiritus aduersus carnem dimicat. Ergo pugnat contra naturam, ut uincat, ut superet, ut triumphet. Non potest hoc bellum sine magna uirtute, sine graui difficultate, sine multa violētia exerceri. Homo siquidem in diuitiis enutritus, paupertatem abhorret, diuitias amplexatur; quia paupertas est dura, diuitiæ suaues. Verum econtra qui iam didicit iugum Christi portare, amat inopiam, diuitias vilipendit, sciens quod diuitiæ pungunt animam, & corpus dissoluunt, edoctus ab illo qui diuitias vo Luc. 8. cat spinas, quia pungunt, lacerant, & al la gunt quoniam sine labore non acquiruntur, sine timore non possidentur, sine dolore non amittuntur. Et ideo beati paupe Mat. 5. res spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Talis fuit Ioannes Baptista, qui mundum cum diuitiis dereliquit, eremū cum paupertate quæsiuit, quoniam erat in deserto loco usq; in diem ostensionis suæ ad Israel. Noluit fungi sacerdotio pro patre, ut sacerdotales & legales prouentus perciperet, ut decimas & primitias obtineret: quoniam ut unde acciperet, vniuersa dimisit. Et ideo rectè dicitur, quod à diebus Ioannis regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, quoniam ut hoc fieret, Ioannes per spiritum in se ipso monstrauit exemplum.

Cùm autem sine causa quis suffert iniuriam, suscipit contumeliam, sentit iacturam, si propter regnum cælorum non ascendit in iram, non rapitur in furorem, non ascendit in uindictam, profectò magnam uim facit sibi, multam irrogat uiolentiam, grandem & grauem coarctionem infligit. Huius tam fortis est uirtus, tam uirtuosa est fortitudo, ut suum uincat ipse uictorem, cum superat semetipsum: quia iuxta sententiam Salomonis: Melior est patiens uiro forti, & qui do- Pro. 16 minatur animo expugnatore urbium. In hoc sanè duello is uincitur, qui perpetrat iniuriam contra proximum; & is uincit, qui patitur iniuriam propter Deum, iuxta quod Veritas ait: In patientia uestra Luc. 21 possidebitis animas uestras. Talis fuit Ioannes Baptista, qui pro iustitia perpessus est carcerem, & tandem pro iustitia capite truncatur. Tolerauit, non murmurans, non reluctans, quamuis tantus esset ac talis ut eum metueret Herodes, sicut euangelica lectio protestatur. Et ideo rectè dicitur, quòd à diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Ioannes perspicuum in se ipso monstrauit exemplum.

Est & aliud genus Iustæ, in quo quidem oporteret cautius reluctari, quando uidelicet fauoris aura demulcet præconiū, laus applaudit, adulatoris lingua blandi-

blanditur, ne rapiat se in altum, attollat ad summum, erigat in excelsum: sed inferiorem se reputet, humiliorē se exhibeat, minorem ostendat. Quis est autem, quem præconia non exhilarent & extollent, opprobria non deijciant & contristent? Ne autem hoc fiat, necessaria est modestia, q̄ violentum modum elationis cohibeat, & prudenter excessum arrogantiæ moderetur, ut caput interius oleum pectoris non impinguet. Talis fuit Ioannes Baptista, qui cum putaretur ab omnibus esse Christus, noluit contra conscientiam acquiescere famæ, ut excederet inaniter supra se; sed contra famam uoluit acquiescere conscientiæ, ut subsisteret veraciter contra se. Verum cum homines prædicarent eum esse sublimem, Christum esse credentes, ipse respondit se humilem: Non sum, inquiens, ego, sed post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus calceamentum soluere. Rectè dicitur, q̄d à diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiūt illud: quoniam ut hoc fieret, Ioannes in se perspicuum monstrauit exemplum.

Quid dicam de gula? quid referam de luxuria? Quàm difficile fit gulosę abstinētiæ freno restringi, quàm graue luxurioso abstinentiæ cingulo coarctati, cum sine multo molimine non valeat carnalē consuetudinem immutare: familiaris est hostis, & ideo facilius uitatur huiusmodi, nō procul, sed prope: non extra, sed intra. Nā uirtus est in lumbis eius, & fortitudo eius aduersus hunc hostem opus est noua pugna, quia cum fugitur, tunc fugatur. Qui ergo propter regnum cælorum sobrietatē cōplectitur, & castitatem sectatur ab epulis abstinens, & continens ab illecebris, hic profectò uehementem sibi uim facit, grauem pugnam inducit, cum caro concupiscat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Et ubi maior est lucta, ibi preciosior est corona: & ubi grauior est cōflictus, ibi gloriosior est triumphus. Talis fuit Ioannes, qui contempsit delicias, spreuit epulas, & illecebras euitauit, castus, sobrius, & modestus. Scriptum est quippe de illo, quod habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lūbos eius. Esca autem eius erat locustæ & mel syluestre, vnde manifestè meruit veritatis testimonium. Quid, inquit, existis in desertum uidere? hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? prophetam? Etiam dico uobis, plus quàm prophetam: quoniam inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Et ideo rectè dicitur, quod à diebus Ioannis Baptistę regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud: quoniā ut hoc fieret, Ioannes Baptista perspicuū in se monstrauit exemplum. O quam difficilè prohibetur inueteratam consuetudinem immutarē, præsertim de dulcibus ad amara, de placidis ad molestia, de prosperis ad aduersa transire: Quantam uim facit profectò sibi quis, ubi transit de epulis ad ieiunium, de soporibus ad uigilias, de otijs ad molestias, de delitijs ad miserias, de requie ad laborem, de gaudio ad lamētum, de libertate ad seruiturem, experto crede magistro.

Gal. 5.

Est & alia quædam pugna domestica, quantò familiarior, tātò grauior. Nec par uula uidetur, quia cōtra paruulos agitur, ut teneātur & allidātur ad petram. Quis enim malarum cogitationum uitare posset intellectum, quę cogitationes importunę nō uexent; Muscæ morientes perdūt suauitatē unguēti, uolucres irruētes quas Abraham a sacrificio abigebat. Nō est vtique in hominis potestate ne surgāt, ut sit in hominis uirtute ut crescat: quia paruulę uehementer affligunt, adulti perimunt uiolenter. Primos quoque motus non possumus non sentire, quamuis illis non cōsentire possimus. Sæpe iam obscœnę cogitationes contra hominis uoluntatem irrepunt, ut sine pudore cogitare non possint, vt taceamus de illis quæ vanæ sunt & prophanę, nec possunt sine multo conamine, maximè per uirtutem sanctæ orationis excludi.

Ecc. 10
Gen. 15

Magnam uim sibi facit, quod propter regnum cælorum est necessario faciēdū: De illo nāq; præcipitur: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt vos. De isto mādatur: Si quis uenit ad me, & nō oderit patrem & matrem, adhuc aut

Mat. 5.
Luc. 14.

&

& animā suam, non potest meus esse disci-pulus. Grauis est pugna, sed grandis est victoria, quando contendunt adinuicem carnalis & spiritualis affectus. Si spiritualis uincit in hac pugna carnalem, tunc utique vaccæ fere, quæ uitulos domi reliquerant, 1.Reg.6 plaustrum nouum trahentes, quo arcā domini superimpositam sibi portant, in directum procedunt per viam, quę ducit Bethanies, & uno itinere gradiuntur, pergentes, & mugientes: ut nec ad dextram, neque Mat.11 ad sinistram declinent. A talibus ergo regnum cœlorum uim patitur, & illud huiusmodi uiolenti diripiunt: quia per uiolentiam quam inferunt sibiipsis, ut de vitijs transeant ad uirtutes, regnum cęlorū obtinere merentur.

Gen.20 Sed cum à diebus Ioannis Baptistæ nō solum per rationem superius replicatam, sed quia lex & prophetæ usque ad Ioannē: & ex eo regnum cœlorum Euāgelizatum Mat.9 est. Lex quidem Mosaica temporales diuitias permittebat. Vnde Veritas ait: Dabo Luc.14 vobis, inquit, terram fluētē lacte & mel-Mat.5 le: frumentum, uinum & oleum, rorem & imbrē. Sed lex Euāgelica temporalē paupertatem indicit: Si uis, inquit, perfectus esse, uade, & vende omnia quę habes, & ve-Mat.19 ni, & sequere me. Quia nisi quis omnibus renuntiauerit quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Lex Mosaica reddebat malum pro malo, talionem pro talione: sed lex Euangelica reddebat bonum pro malo, benedictum pro maledicto. Si percusserit te in unam maxillā, præbe ei aliā: si abstulerit tibi tunicā, da ei palliū, &c. Lex Mosaica indicebat cōiugale copulā, Maledictus inquiens, homo, qui nō relinquit semen in Israel: & maledicta sterilis q. non parit: sed Euangelica uirginalem pudicitiam persuadet. Sunt, inquit, eunuchi, qui castrauerunt se propter regnū cęlorū. Qui potest capere, capiat. Grauia quidem sunt ista, sed diligētibus leuia reputantur; Mat.11 quia charitas superat uniuersa. Venite, in-Ioan.1 quit, ad me, qui laboratis, & oneratis estis Mat.11 & ego uos reficiam, & inuenietis, requiē animabus uestris. Iugum n. meum suaue est, & onus meū leue. Nā lex per Moysem data est, ergo gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Nam à diebus Ioānis Baptistæ regnum cęlorum vim patitur, & violēti diripiūt illud. Planæ diripiunt, & violenter acquirunt. In hanc uiolentiam patitur dñs libēter inferri: quod non solū Luc.11 piis precibus, verumetiam in importunis clamoribus ad præstāda beneficia inclinatur, quemadmodum in euangelio ipse docet: Quod si amicus qui petebat tres panes accommodari, perseuerauerit pulsando: dico, inquit, vobis, etsi nō dat illi, surgens eò quod amicus illius sit, pp improbitatem tū eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Vult ergo importunis precibus exorari, ut charius reputetur, quod quasi fuit per multam importunitatem extortum. Sic nimirum, quod ange-Gen.32 lus, qui cū Iacob luctabatur, coactus fuit vt benediceret ei, Iuxta quod idem angelus ait: Dimitte me, aurora est. Respondit ei, & dixit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. At ille? Nequaquam, inquit, Iacob appellaberis, sed Israel erit nomen tuum. Quoniam si contra Deum fuisti fortis, quanto magis contra homines præualebis: & benedixit ei in eodem loco. Porro si tales fuerunt Patres ueteris testamenti, cur dicitur, quod à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patiebatur, cum & ante tempus Ioannis Baptistę regnū cęlorū passum fuerit huiusmodi violentiam, qui despexere diuitias, uitauerūt illecebras, & delitias contempserunt?

Sed propter rationes ea etiam hac ratione dicitur: quia quod tunc fiebat rarò à paucis, nunc fit frequenter à multis, qui cateruatim contendunt, & certatim p multem frequentiam ad regnum cœlorū tran-Tit.2 site. Quod in his manifestum est intueri, qui diffusis omnibus propter dominum abnegāt seipsos, crucē tollentes, ut Christū sequantur. Satagemus ergo fratres charissimi propter regnum cęlorum uim nobisipsis inferre, ut abnegātes impietatem & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè uiuamus in hoc seculo, expectātes adventum gloriæ magni Dei. Quod precib. & meritis B. Ioannis Baptistæ nobis, præstare dignetur dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

In

In eodem Festo.

De triplici natiuitate Ioannis, carnali, sacramentali, & spiritualis, in quibus multi gaudent.

SERMO III.

Luc. 1. ELizabeth uxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomē eius Ioannem: & erit tibi gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.

QVod legimus & intelligimus à Gabriele prædictum, ecce uidemus & gaudemus in Ioanne completū: quia multi in eius natiuitate lætantur.

Natiuitas Ioannis triplex. Verbum autem angelicum trifarium resonat intellectum, secundum triplicem natiuitatem Ioannis, carnalem, sacramentalem, & spiritualem. Carnalem, secundum historiam: sacramentalem, secūdum allegoriam: spiritualem, secundum tropologiam. Siue carnalem, secundum naturam: sacramentalem, secundum figuram: & spiritualem, secundum gratiam. Ad carnalem natiuitatem secundum naturam pertinet, quod audistis in Euangelio: Elizabet impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Ad sacramentalem natiuitatem secundum figuram spectat, quod dicitur per Prophetam: Priusquam te formarem in utero, noui te. Ad spiritualem natiuitatem secundum gratiam spectat, quod ait angelus: Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Secundum historiam enim multi gaudent in natiuitate Ioannis: non solum Christiani, uerū etiam Agareni: qui credentes ipsum fuisse Prophetam, eius natiuitatem celebrant & exultant. Soli autem hæretici & Iudæi huius gaudij sunt immunes, quia huius si dei sunt expertes. Gaudium illud in quibusdam partibus repræsentant puellæ hodie psallentes in cymbalis, & corounlas deferentes. In aliis uerò partibus pueri ossa collecta cremantes & ludetes ad ignē. Licet enim institutio uana fuerit, intentio tamen est sana.

(Margin: Carnalis. Luca 1. Sacramentalis. Hier. 1. Spiritalis.)

Allegorica. Porrò secundum allegoriam, natiuitatem Ioannis præfigurauit natiuitas Isaac. Nam uterque fuit natus de sene, uterque de sterili, uterque & prænunciatus & prænominatus ab angelo, ille Isaac, iste Ioannes. Gen. 21 In natiuitate Isaac ait Sara: Risum fecit mihi dominus: quicunque audierit, corridebit mihi. In natiuitate Ioannis audientes uicini & cognati, quia magnificauit Deus misericordiam suam cum Elizabet congratulabātur ei. Sed & Zacharias, quia non credidit angelo, factus est mutus. Abraham autem, quia credidit Deo, reputatum est ei ad iustitiam. Gen. 15 Abrahā genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit duodecim Patriarchas. Sic & Zacharias Ioannem, Ioannes Christum, Christus duodecim Apostolos generauit. Sed inter Christum & Ioannem generationis ordo mutatus est. Nam Zacharias genuit Ioannem secundum carnem, Ioannes autem Christum ex aqua secundum spiritum. Audite mysterium, & intelligite sacramentum. Luc. 16 Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, & ex eo regnum cœlorum euāgelizatum. Vsque ad Ioannem nascebantur homines secundum naturam ex carne; Ioan. 3 sed à Ioanne renascuntur homines ex aqua per spiritum: Quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Quod autem natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Matt. 13 Luc. 13 Sufficit modò parum de tanto mysterio prelibasse: quia non omnia sunt omnibus exponenda. Iuxta quod veritas ait: Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, cæteris autem in parabolis.

Tropologica. Multi quoque gaudent in natiuitate Ioannis secundum tropologiam, uniuersi uidelicet, qui nascentem in se Dei gratiam cum mentis hilaritate suscipiunt & conseruant. Ps. 50 De qua dicebat & orabat psalmista: Redde mihi lætitiam salutaris

Ioãnes quomõ mystice cõcipiatur, nascatur, & nutriatur.

lutaris tui, & spiritu principali confirma me. Ioannes enim interpretatur gratia Dei, quę per affectum concipitur, per effectum nascitur, & per profectum nutritur. De ipso namque Ioanne mater aiebat: Ex quo facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: quia repletus fuit spiritu sancto ex utero matris suæ. Idem angelus annunciauit patri natiuitatem Ioannis, qui annunciauit matri natiuitatem Iesu, uidelicet Gabriel: annuntians utrobique miraculum, & uirginis & sterilis partum. *Luc. 1.* Ioannis autem non conceptum prędixit, *Ibidem* sed ortum: Iesu uerò prædixit ortum, pariterque conceptum. Nam Zachariæ patri prędicitur: Elizabet uxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem: sed Marię matri prædicitur: Concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Cur hoc? nisi quod Ioannes fuit conceptus in culpa, solus autem Christus fuit sine culpa conceptus: uterq; uerò natus in gratia: Et ideo utriusque natiuitas colitur, sed solius Christi cõceptio celebratur.

Moralis sensus natiuitatis Ioãnis.

Verùm ne longè petamus exempla, quoniam in quolibet nostrum possumus moraliter inuenire Zachariam & uxorẽ eius Elizabeth, quæ parit ei filium, cuius nomen debet uocari Ioannes: eritque sibi gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Elizabeth nãq; uxor Zacharię, potest intelligi caro copulata spiritui. Quia sicut uir castigat & regit uxorem; ita spiritus castigare debet & regere carnem, ne fortè lasciuiat & incidat in fornicationis reatum. Hæc pariet ei filium, quando spiritus per carnis officium bonum opus exercet, ut si dat eleemosynam, uestit nudum, pascit esurientem, uisitat infirmum, sepelit mortuum. Tũc uxor *Ps. 12.* ipsius sicut uitis abundat in lateribus domus suę: filij sui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ suæ. Huius nomen debet uocari Ioannes, uidelicet Dei gratia: quia nemo bonum opus sibi debet asscribere, sed gratiæ Dei nostri, iuxta quod di- *1. Co. 15* cit Apostolus: Gratia Dei sum, id quod sum, & gratia Dei in me uacua non fuit, sed gratia eius in me semper manet. Eritque sibi gaudium & exultatio, quia de bono opere gaudebit & exultabit, quod mẽtem lætificat & serenat. Nam mulier cum *Io. 16.* parit, tristitiam habet: cum autem peperit masculum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et multi in natiuitate eius gaudent: omnes uidelicet boni, qui proximo *Mat. 5* suo congratulabuntur in bono. Propter quod ueritas dicit: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideantes opera uestra bona, glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.

Est ergo summoperę prouidendum, ut qui gaudemus exterius tripudiantes in corpore, gaudeamus intus exultantes in mente: quia reliquiæ cogitationis diem festum agent domino. Non est autem im- *Ps. 75.* piis gaudere, dicit dominus: nec est pax *Esa. 48* ossibus meis à facie peccatorum. Quocir- *Ps. 75.* ca purgemus animas nostras à maculis peccatorum, uitiorum, ut tantę solennitatis gaudium dignè celebrare possimus: ne fortè simus ex illis qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: & tenent tympanum & citharam, & gau- *Pro. 5.* dent ad sonitum organi, sed in puncto ad *Iob. 21.* inferna descendunt: quin potius simus ex *Ps. 41.* illis, qui ingrediuntur in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, in uoce exultationis & confessionis sonus epulantis. Pręstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

In solennitate D. Apostolorum Petri & Pauli.

Docet famam propriam non esse negligẽdam, & multa disputat de felicitate, dignitate, & potestate Petri.

I SERMO

SERMO I.

Mat. 16. INterrogabat Iesus discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua.

Ro. 10. QVia corde creditur ad iustitiam, ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ, ideo dñs interrogabat discipulos suos, non quod ignoret aliqua, qui nouit oĩa, sed ut ex ipsa responsione occasionẽ assumat & cõfirmãdi fidẽ, & remunerãdi cõfessionẽ. Vnde cũ Petrus dixisset: Tu es Christus filius Dei uiui, statim dominus fidem confirmãs respõdit. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cęlis. Ac deinde cõfessionẽ remunerãs intulit. Et ego dico tibi, cuius dicere facere est, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiã meam: & tibi dabo claues regni cœlorũ. Prius tñ de aliorum opinione quæsiuit, ut eorum reprobaret errorẽ. Quia non est societas luci ad tenebras: & ueritas plãtari non potest, nisi falsitas extirpetur. Ait ergo: Quẽ dicunt hoẽs esse filium hominis? Manifestũ nobis tradidit exẽplũ, 'ne simus cõscientia sola contẽti, sed de fama quoq; soliciti, ut & conscientiam, quo ad Deum, & famam, quo ad proximum, procuremus habere dilucidam, & studeamus seruare serenã. Nã melius est nomẽ bonũ quàm diuitiæ multę. At illi de aliorũ opinione interrogãti dixerunt: Alij Ioannẽ Baptistã, alij autem Heliam, alij Hieremiã, aut vnum ex prophetis. Pro eo uãq; quod Christus baptizabat, putabant hoẽs, sed errabant, suscitatũ esse Ioannẽ Baptistam. Vel unum ex duobus Prophetis, qui transeuntes Iordanẽ præfigurauere baptismum, id est, Heliam, uel Helizeum. Hieremiam uerò, quia legitur sanctificatus ĩ vtero, sicq; poterant errare de cæteris, quẽadmodum Herodes errauerat de Ioanne. Hic est, inquit, Ioãnes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur ĩ eo. Vos aũt, quẽ me esse dicitis? Ac si diceret: Vos, qui nõ carnales estis, sed spirituales, ut meritò debeatis iã nõ hoẽs, sed dij appellari potius, sicut habetur ĩ Psalmo: Ego dixi dii estis, & filij excelsi oẽs, Quẽ me esse dicitis? Prudẽter interrogat & distinctè. Ac si diceret manifestius: Hoẽs de filio hominis ita sentiunt, uos autẽ de me quid sentitis? Sed quid possunt hoẽs facti dij sentire de Deo facto homine, nisi qđ Petrus primus & præcipuus inter omnes respondit pro oĩbus dicens: Tu es Christus filius Dei uiui. Quasi dicat: Tu non Ioannes Baptista in carcere decollatus, es Christus: non Helias in paradisum translatus: Filius Dei, non Hieremias, quamuis ab vtero sanctificatus Dei uiui, non vnus ex Prophetis in cœmeterio tumulatus. Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Bariona est nomen Hebræũ, compositum ex integro, quod est, Bar, id est, filius, & corrupto, quod est Iohanna, id est, filius Ioannis.

Tamę Bonã curam habẽdam esse.

Pro. 22

3. Reg. 17.

4. Reg. 2.

Hie. 1.

Mat. 14

Psal. 81.

4. Reg. 2.

Sanè nobis tria Euãgelica lectio in B. Petro singulari quadã prærogatiua cõmẽdat, felicitatẽ, dignitatẽ, & potestatem. De felicitate præmittitur: Beatus es Simõ Bariona: quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. De dignitate subiungitur: Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. De potestate supponitur: Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Et quodcũque solueris super terrã, erit solutũ & in cęlis. Beatus es igitur, sed nunc merito, tandem præmio: nunc spe, tandem re: nunc beatitudine uiæ, tandem beatitudine patriæ: nunc beatitudine fidei, tandem beatitudine spei. Quia caro & sanguis, id est, carnalis quilibet, sapientia carnis inflatus, non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in cœlis, qui cœlestes mentes inhabitat, & eas lumine ueritatis illustrat. Abscondit enim hæc à sapientibus, & reuelauit ea paruulis, qualis est Petrus, non superbus, sed humilis. Vnde benedicitur Simon, quod interpretatur obediens. Bariona, id est, filius Ioannis, quod interpretatur Dei gratia: quia uirtus obedientiæ de gratia diuina procedit.

Prærogatiuæ Petri.

a I. spei

a I. re quiei.

Mat. 11

Beati-

Beatitudo ista potissimum in cognitione ac dilectione consistit, id est, in fide & charitate. Quarum una inter uirtutes est prima, reliqua præcipua. De fide namque dicit Apostolus; Fides est substātia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Ecce fides est prima. De charitate uerò idem Apostolus ait: Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem his est charitas. Ecce charitas est præcipua. De fide legitur: Sine fide impossibile est placere Deo: quia iustus ex fide uiuit. De charitate dicitur: Si distribuero oēs facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ecce utraq; est necessaria. Nam de fide dominus ait: Fides tua te saluam fecit, uade, & amplius noli peccare. Idem dicit de charitate: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Vtramq; dominus requisiuit à Petro. Fidem, quando concessit claues. Charitatem, quando sibi commisit oues. In concessione clauium, de fide interrogans requisiuit: Vos autem quem me esse dicitis? Et Petrus respōdit: Tu es Christus filius Dei uiui. In cōmissione ouium de charitate requirens interrogauit: Simon Ioannis, diligis me plus his? Et ille respondit: Domine tu scis, quia amo te. Sed de fide semel tantum interrogans requisiuit: quia unus est Deus, vna fides, unum baptisma. De charitate uero requirens tertio simul interrogauit: quia tres debemus ex charitate diligere, Deū, nosipsos, & proximum. Diliges, inquit dominum Deum tuum. Ecce primum. Et sicut teipsum. Ecce secundum. Diliges proximum. Ecce tertium. Cum ergo dñs tertiò requisisset à Petro: Simon Ioannis, diligis me plus his? & ille tertiò respondit: Domine, tu scis quia amo te, tertiò quoq; præcepit oues pascendas. Ac si diceret: Pasce uerbo, pasce exemplo, pasce præsidio. Pasce uerbo prædicationis, pasce exemplo cōuersationis, pasce præsidio defensionis. O pastor bone, pastor sancte, pastor egregie: quia animam tuam pro tuis ouibus posuisti, sicut dominus ipse prædixerat: Cum esses iunior cingebas te, & ibas vbi uolebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quò tu non uis. Hoc autem dicebat, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Vnde & alibi sibi ait: Sequere me. Quasi diceret: Sequere me in genere mortis, uidelicet in patibulo crucis.

Heb 11
1.Co.13.
Heb.11
Aba. 2.
1.Co.13.
Mat. 9.
Luc. 7.
Ioan.21
Ibidem.
Deut. 6
Ma. 22
Ioa. 21

Claues autem concedens quæsiuit de fide: quia claues non nisi fidelibus conceduntur. De quibus dicitur. Qui male sentiunt in præsenti, malum utiq; sentiēt in futuro: quoniam qui non credit, iam iudicatus est. Oues uerò committens interrogauit de charitate: quia non est pastor, sed mercenarius, qui pascit oues cupiditate lucri, non autem amore Dei.

Ibidem
Ioan.3.
Non pastor sed mercenarius quis.

Qualis enim & quanta fuerit fides Petri, sua perfectò respōsio indicauit: Tu es, inquit, Christus filius Dei uiui. Nam corde creditur ad iustitiam: ore autem cōfessio fit ad salutem. Duas autem confitetur in Christo naturas, & unā personam. Naturam humanam, cum dicit: Tu es Christus, quòd interpretatur unctus, secundum humanitatem, sicut ei dicitur à Propheta: Vnxit te Deus tuus oleo lętitię præ consortibus tuis. Naturam diuinam, cum ait: Filius Dei uiui. Non enim quis naturaliter potest esse filius alicuius, quin habeat naturam ipsius. Quia sicut non potest esse filius hominis, nisi homo; ita non potest esse filius Dei uiui, nisi Deus. Vnde pater inquit ad filium: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Qui de sua & patris unitate secundum naturam diuinam sic aiebat; Ego & pater unum sumus. Porrò sicut inter patrem & filium est diuersitas in personis, sed unitas in natura: ita inter diuinitatem & humanitatem est diuersitas in natura, sed vnitas in persona. Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus. Propter quod Petrus respondit: Tu es, inquit, Christus, non Christi: tu es filius, & non filij: quia qui in Deitate erat Dei filius, idem ipse factus est in humanitate hominis filius. Quia natura nomen est generis, persona uerò nomen est iuris. Tu ergo discreuite, nō alius: quia multi pseudo prophetę uenient in nomine tuo dicētes: Ego sum Christus. Sed tu solus es, non putatiuè, sed substantiuè. Nam & Ioannes reputatus est Christus, quod de se ipse nega-

Ro.10.
Ps. 44
Psa. 2.
Ioa.10.
Matt. 33.

quę ad infernum introducunt: quia nec p uersitas, nec aduersitas Ecclesiam possunt vllo modo deijcere. Iuxta quod Veritas [Mat. 7.] ait: Flauerunt uenti, uenerunt flumina, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram: & ideo portæ inferi non præualebunt aduer sus eã. Et tibi dabo claues regni cęlorum.

[Potestas Petri duobus.] Potestas autem in duobus maximè cõmendatur, uidelicet in absolutione peccatorum, & operatione miraculorum. Licet enim communem cum alijs dimittendi [Mat. 18] peccata potestatem acceperit, non tamen sine rationali causa solus legitur interrogasse Iesum: Si peccauerit in me frater meus, dimittam ei usq; septies? & ei soli legitur respondisse Iesus: Non dico tibi [Septenarius numerus vniuersitatis.] vsq; septies, sed usq; septuagies septies. Septenarius.n numerus uniuersitatis est, qm̃ omne tempus septenario dierum numero comprehenditur. Quid ergo septenarius numerus per seipsũ multiplicatus hoc loco significat, nisi uniuersorũ vniuersa peccata? Sic ergo soli Petro præcipitur, ut si peccauerit in se frater suus, dimittat ei: nõ tm̃ septies, sed usq; septuagies septies, qa solus Petrus in terra dimittere potest vniuersorũ uniuersa peccata. Nã & sunt quædam peccata, quorũ absolutio soli Petro [Acto 3. 4.] est reseruata. Hic est qui tanta uirtute pol[Acto. 5] lebat ad faciẽda miracula, ut de ipso legatur, quod augebatur uirorũ ac mulierum credẽtiũ in Christo multitudo, ita vt in plateis eijcerẽt infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis, ut ueniẽte Petro saltem umbra illius obũbraret quẽquã illorũ, & liberarẽtur ab infirmitatibus suis. Cõcurrebat aũt & multitudo uicinarũ ciuitatũ Hierusalem, afferentes ęgros & uexatos à spiritib. immũdis, qui curabãtur oẽs. In [Ioan. 14] hoc uerè cõpletũ ẽ quod Veritas ait: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Vna quidẽ est clauis Dauid, quæ claudit & nemo aperit; aperit, & nemo claudit: quę uni Petro [Apoc. 3] [Claues duæ Petro commissæ.] duas claues cõmisit, pp illam excellẽtissimã fidẽ, quę in uno Christo duas naturas veraciter recognouit. Petrus ergo per claues acceptas, & claudit & aperit. Claudit, cũ ligat: aperit, cũ absoluit. Et quodcunq; solueris super terram, erit solutũ & in cœlis. Clauis quidem discernit & diiudicat, claudit & aperit. Inter interiores & exteriores discernit & diiudicat: ingredientib. & egredientibus claudit & aperit. Et quidem prima clauis intelligitur scientia di[Deu. 17] scernendi & diiudicandi, secũda clauis intelligitur potẽtia ligãdi & absoluẽdi. Necessaria quidẽ est clauis sciẽtiæ ad discernẽdũ inter leprã & leprã, inter bonum & malũ, inter lucẽ & tenebras, inter sanctũ & prophanũ. Nã væ qui dicũt bonum ma[Esai. 5.] lũ, & malũ bonũ: ponẽtes tenebras lucem, & lucẽ tenebras: uiuificãtes animas q̃ non uiuũt, & mortificantes animas quæ non moriuntur. Verũ scientia discernẽdi non semper est clauis: qm̃ etsi quidam discernere sciant, discernere tamen nõ possunt: quia nõ habẽt clauem potentiæ, sine qua scientia nõ est clauis. Prouideat ergo sibi pastor ecclesiæ, ut clauẽ potentiæ sine claue scientiæ nõ recipiat, quia scriptũ est in [Osee 4.] [Mal. 2.] propheta: Tu sciẽtiã repulisti, & ego te repellã, ne sacerdotio fungaris mihi. Nã labia sacerdotis custodiũt sciẽtiã, & legẽ requirent ex ore eius. Qui noluit intelligere, ut bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Contra quos dominus [Ps. 94.] ait: Ipsi non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Clauis ergo scientiæ necessaria fuit Petro cum claue potentiæ: ut quodcunque ligaueritis super terram, sit ligatum & in cœlis: & quodcunque solue rit is super terram, sit solutum & in cęlis. Quid ergo? Nõnne sacerdos iusto quandoque deceptus errore ligat aliquem sup terram, qui quoniam innocens est, non est à Deo ligatus in cœlis? Sanè licet in uinculo ligationis huiusmodi adhibeatur clauis scientiæ, quia scientia (impermixta [al. intermissa.] est falsitati, sed opinio quędam, quæ licet sit iusta, tamen est falsa: cum tamen sentẽtia ligationis iustè fertur ex animo & ex ordine, qui ligatur sic super terram, nihilominus ligatur & in cœlis: quia ligationẽ illã curia cœlestis approbat & confirmat. Est ergo talis & solutus & ligatus in cœlis, sicut est & ligatus & solutus in terris. Ligatus ẽ ex sententia: solutus à culpa.

[Legatio duplex.] Est ergo duplex ligatio, culpę uidelicet, & sententię. Vnde sæpè contingit, quod

quod non semper istę solutiones sese pariter comitantur. Quod dominus ipse in solutione Lazari mysticè designauit: qui prius mortuũ suscitauit, & postea iussit apostolis ut soluerent suscitatum. Soluit autem sacerdos, non tantum ostendendo solutum: & ligat, non tantum ostendendo ligatum: sed ligat & soluit subtrahendo, vel restituendo suffragia ecclesiastica & sacramenta diuina. Fortè nunc soli Petro sicut promisit, ita commisit claues Ecclesię, specialiter quidem & principaliter: vel post resurrectionẽ cum aliis generaliter & cõmuniter, quando insufflauit, & ait: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Oues Christi trib modis pascendæ. Habeat ergo fidem qui recipit claues, habeat charitatem qui suscipit oues: quas utiq; tribus modis pascere debet: quia tertiò iubetur ut pascat. Sunt enim tres ordines fidelium in Ecclesia, Noe, Daniel, & Iob: id est, prçlati, continentes, & coniugati: quos Ezechiel uidit in uisione saluos. Quos pascere debet prçlatus, verbo, exemplo, & sacramento. Verbo doctrinæ, exemplo uitę, sacramento Eucharistię. Sic oues sibi commissas pauit B. Petrus, quẽ generaliter orbis se gaudet patrem habere sed specialiter vrbs se gloriatur habere patronum. Per eum enim facta est veritatis magistra, quæ fuerat caput erroris. Et longè nunc excellentior est in apostolico magisterio, quàm olim fuerit in imperiali principatu: cuius etiam magisterio ipse Romanus Princeps noscitur esse subiectus. In ea nunc uiget cęlestis authoritas, in qua quondam uigebat terrena potestas: ad illud dignitatis prouecta fastigiũ, ut eius sententia, quę profertur in terris, etiam obseruetur in cœlis. Super animas quoq; iudiciariam obtinet potestatem, ut eas & soluere ualeat & ligare. Ipsum ergo patrẽ & patronum nostrũ fratres & filij deprecemur, quatenus a peccatorum uinculis absolutos nos ad regna cœlestia suis meritis introducat. Prǽstante dño nostro Iesu Christo, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In eadem solennitate.

Quomodo per mare seculum, per nauim Ecclesiam per maris altitudinem Romam, & per rete prædicationem accipere debeamus.

SERMO II.

DVc in altum, & laxate retia vestra in capturam. *Luc. 5*

CVm Iesus ascendisset in vnã nauim, quæ erat Simonis, & sedens doceret de nauicula turbas, ut loqui cessauit, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia in capturam. Cui Simon respondit: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Quod cum fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosã. Si aquæ multæ sunt populi multi, profectò mare magnum est totum seculum. De quo legitur: Hoc mare magnum & spatiosum ma- *Ap. 17*
nibus, illic reptilia, quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. Sicut enim mare *Ps. 103*
semper est turbulentum & amarum, ita seculum in amaritudine semper & turbatione consistit. Nusquam enim est pax & securitas, nusquam requies & tranquillitas, sed ubique timor & tremor vbique labor & dolor. Mundus enim in maligno positus est: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Meritò ergo clamabat Apostolus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Psalmista dicebat: Educ de carcera animam meam. Auis enim nascitur ad uolatum, & homo nascitur ad labore. Cuncti dies eius laboribus pleni sunt & ærumnis: nec per noctem requiescit mens eius. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super omnes filios Adam, à die exitus de uentre matris eorum, vsque in diem sepulturæ.

Mari cõparatur seculũ. 1. Ioa. 5. Pro 14. Rom. 7. Ps. 141. Iob. 5. Eccl. 2. Eccl. 40

in

in matrem omnium. In mari minores pisces à maioribus deuorantur, & in seculo minores homines à maioribus opprimūtur. Qui deuorant, inquit, plebem meam sicut escam panis, Deū non inuocauerūt, illic trepidauerunt timore; &c. Venatio leonis onager in eremo: sic pascua diuitū pauperes. Quicquid delirant reges, plectūtur Achiui. Altitudo maris istius, de qua Christus inquit ad Petrum, Duc in altū, est Roma, quæ primatum & principatum super vniuersū seculum obtinebat & obtinet: quam in tantum diuina dignatio voluit exaltare, ut cum tempore paganitatis sola dominium super omnes gentiles habuerit, Christianitatis tempore sola magisterium super fideles habeat uniuersos. Dignum ergo Deus prouidit & congruū, sed & congruum prouidit & dignum: vt ille qui erat princeps Ecclesiæ, sedem cōstitueret apud urbem, quæ tenebat seculi principatum: & ideo dominus inquit ad Petrum: Duc in altum. Quasi diceret: Vade Romam, tu & cum tuis transfer ad vrbem, & laxate ibi retia in capturam. Ecce liquidò patet, quantum Deus urbem istam dilexerit, vt eadem esset sacerdotalis & regia, imperialis & apostolica, obtinens & exercēs nō solum dominium sup corpora, uerum etiam magisterium super animas. Lōgè nunc maior & dignior authoritate diuina, quàm olim potestate terrena. Per illam habens claues regni cœlorum, per istam orbis terrarum regens habenas. Ne uerò tātę dignitatis honor, uel potius tanti honoris dignitas ad aliam ciuitatem quacunq; ratione transiret, sed in hac urbe iuxta dispositionem ꝑpetua lege maneret: quum Petrus persequutionem fugiens infidelium urbem exisset, apparuit ei dominus iuxta urbem: Cui quū Petrus dixisset: Domine, quo uadis? respōdit: Vado Romam iterum crucifigi. Quod Petrus intelligens pro se dictum, ut uidelicet caput crucifigeretur in membro, rediit ad vrbem: quam tandem in crucis patibulo suo sanguine consecrauit. Habuit autem socium beatissimum Paulum. Vnde cum singulariter præmittitur: Duc in altum, pluraliter subditur: Et laxate retia in capturam, quia solus Petrus tanquā uniuersalis princeps Ecclesię in altitudinem supremæ prælationis ascendit, sed ipse cum Paulo retia prędicationis ad capiendos homines in urbe laxauit. Et quidem non sine diuina prouidentia creditur dispensatum, ut ubi duo fratres secundū carnem, Remus & Romulus, qui urbē istam corporaliter condiderunt, honorabilibus iacēt tumulati sepulchris: ibi duo fratres secundum fidem, Petrus & Paulus, qui urbem istam spiritualiter fundauerunt, gloriosis requiescant basilicis tumulati. Petrus ab ea parte ubi sepultus est Romulus, & Paulus ab illa ubi Remus est tumulatus: ut hinc inde locati, ciuitatē istā suis patrocinijs tueātur. Vnus ergo in altum, sed ambo retia laxauerunt in capturam.

Psa. 13 — *Ecc. 13* — *Altitudo maris.* — *Romanæ vrbis dignitas quanta.*

Porrò, sicut nauis Ecclesia, mare seculū, altitudo Roma, sic rete intelligitur prędicatio. Rete nāq; de diuersis filis & chordis cōnectitur, & prędicatio de diuersis authoritatibus & rationibus confirmatur. Debet enim prouidus prędicator secundū diuersitatem rerum & personarū formare sermonem, ut modò loquatur de uirtutibus, modò de uitijs: quādoq; de præmijs, quandoq; de pœnis: aliquando de misericordia, aliquando de iustitia: interdū simpliciter, interdum subtiliter: secundum historiam, & secundum allegoriam: secūdū anagogen, & secundum tropologiam: per authoritates, & rationes: ꝑ similitudines, & exempla, ut singula quæq; locū teneāt sortita decenter. Ista sunt fila, istę sunt chordę, de quibus rete cōnectitur, id est, ꝑdicatio cōfirmatur. Docet hoc egregius ꝑdicator, qui de seipso sic ait: Sapientiā loquimur inter perfectos: inter uos aūt nō iudicaui me scire aliquid, nisi Iesū Christum, & hunc crucifixum. Et iterum: Non potui loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac uobis potū dedi, nō escā. Retib. aūt & pisces & uolucres & bestiæ capiūtur. Sed pisces in aqua, uolucres in aere, bestiæ capiūtur in terra. Pisces intelliguntur luxuriosi, uolucres superbi, bestiæ uiolēti. Quū ergo ꝑdicator sermone format cōtra luxuriā, superbiam, & uiolentiā, induces authoritates & rationes, similitudines & exēpla, ut reuocet luxuriosos ad

Retia quid designēt. — *1. Cor. 2.* — *1. Cor. 3* — *Pisces, volucres & bestiæ quomodo sic designēt.*

continentiam, superbos ad humilitatem, uiolentes ad mansuetudinem: tunc vtique laxat retia prædicationis, ut capiat pisces in aqua, volucres in aere, bestias in terra. Et captos non mortificat, sed uiuificat: non occidit, sed alit: non deserit, sed custodit. Hæc ergo retia beatissimi Petrus & Paulus laxauerunt pariter in capturā: per quorum prædicationem Roma conuersa est ab errore ad veritatem, à uitiis ad uirtutes. Omnes ergo beatos apostolos Roma debet communiter venerari, sed hos duos quasi primos & præcipuos, quasi patres & patronos ipsius debet specialiter & principaliter honorare: quatenus meritis & precibus eorum adiuta, ita nunc salubriter conseruetur in terris, ut tandem feliciter coronetur in cœlis. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

IN SOLENNITATE BEATISSIMÆ Mariæ Magdalenæ.

Quomodo septē modis humana mortalitas deliquit, & dæmon tripliciter hominem vexat: item quomodo Maria Magdalena septē dæmoniis fuerat obsessa, & de peccato illius & pœnitentia ac satisfactione.

SERMO I.

Rom. 5. VBi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

PRopositum nobis Apostoli verbum, certū est in Maria Magdalena fuisse completum: in qua uidelicet abūdauit delictum, superabundauit & gratia.

Septem autem modis mortalitas humana deliquit, in tribus generibus, & quatuor speciebus: In corde, in ore, in opere: per ignorantiam & impotentiam, per negligentiam & inuidentiam. Hæc sunt fortasse illa septem dæmonia, quæ iuxta testimonium Euangelicum de Maria Magdalena Christus eiecit. Videlicet peccatum cogitationis in corde, peccatum locutionis in ore, peccatum executionis in opere: delictum simplicitatis per ignorātiam, delictum fragilitatis per impotentiam, delictum securitatis per negligentiam, & delictum malignitatis per inuidentiam. Non enim credendum est eam corporaliter a septem dæmoniis, sed spiritualiter à septem vitiis fuisse vexatam.

Tripliciter enim dæmon hominem vexat. Primò per culpam, auferendo gratuita: secundò per pœnam, lædendo naturalia: tertiò per iacturam, inferendo discrimina. De primo legitur: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui despoliauerunt illum, & plagis multis impositis abierunt, semiuiuo relicto. De secundo legitur: Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Ab effectu uidelicet, quia mutum effecerat. De tertio legitur, quod Satan percussit Iob a planta pedis vsque ad uerticem ulcere pessimo, omnibus prius ablatis: ita quod sedens in sterquilinio saniem testa radebat. Vexabāt ergo septem dæmonia Mariam Magdalenam, per culpam: quoniam eam septem modis, non solummodo delinquendi, sed etiam peccandi seduxerant. Inter delictum & peccatum distinguitur: quia delictum in omittendo, peccatum in committendo consistit. Delictum est non agere faciendum, peccatum est facere non agendum. Hinc dominus in Leuitico districtè præcipit hostias offerri pro peccato, & pro delicto. Deliquit & peccauit igitur ī corde, deliquit & peccauit in ore, deliquit & peccauit in opere. Deliquit in corde, cum descendentes bonas cogitationes abiecit: peccauit in corde, cum ascendentes cogitationes malas recepit. Bonæ namque cogitationes descendunt à Deo, secundum quod Iacobus apostolus ait: Omne datum optimū, &

Dæmon tripliciter hominem vexat.
I. Luc. 10
II. Luc. 11
III. Iob. 2.
Distinctio inter delictum et peccatū
Leui. 5.
Iaco. 1.

& omne donum perfectum de sursum est
descendens à patre luminum. Malæ cogi
tationes ascendunt ab homine, secundum
Luc.24 quod dominus inquit apostolis: Vt quid
Esa.6. cogitationes ascendunt in corda uestra?
Psal.7. Deliquit in ore, cum tacuit ueritatē, pec-
cauit in ore, cum protulit falsitatem. De
primo dicit Propheta: Væ mihi, quia ta-
cui. De secūdo dicit Psalmus: Perdes oēs
qui loquuntur mēdaciū. Deliquit in ope-
re, cū bonū omisit; peccauit in opere, cum
malū commisit. Econtra præcipitur: Decli
Ps. 33. na à malo, & fac bonum. Fuit autem eius
36. peccatum magnum, multum notorium.
Magnū fuit: quia septē dæmonia Chri-
stus de ea eiecit. Multum: quia dimissa
Mar.16 sunt ei peccata multa. Notoriū: quia mu-
Luc.7. lier erat in ciuitate peccatrix. Omnib. ad
Ibidem. eā patebat accessus: nec quisquam patieba
Rom.5 tur ab ea repulsam. Sed ubi abundauit de-
Satisfa lictum, superabundauit & gratia. Nā quia
ctionem magnum fuit eius peccatum, magno satis
tria per fecit dolore: quia multū, multo satisfecit
ficiunt. labore: quia notorium, notabili satisfecit
Sap.11 pudore. Hęc tria sunt, quæ dignam satisfa
(à lab ctionem perficiunt, dolor in corde, pudor
luenda. in ore, labor ī opere. Vt iuxta Salomonis
sapientiā, Per quæ quis peccauit, per hæc
torqueatur. Veniēs ergo peccatrix ad fon-
tem misericordiæ (absoluenda, magno do
lore turbata, lachrymis pedes eius riga-
uit: notabili cōfusa pudore, stetit retrò se-
cus pedes ipsius, & osculabatur eos. Erube
scens ante faciem domini apparere, sed ta
Ps.68. cens ore, clamabat corde: Domine, tu scis
insipientiā meam, & scelera mea & delicta
mea à te nō sunt abscōdita. Ecce quæ non
erubescit cōuiuas, dominū erubescit: qm
illi cōtemplantur exterius, dominus autē
interius cōtēplatur. Et illa quidem longe
turpior erat intus in cōscientia, q̄ foris in
fama Multò labore deuota attulit alaba-
strū unguēti, & unxit pedes ipsius. Nec se-
mel hoc tm̄ egit, sed sæpius. Primò cum ī
domo Simonis pharisæi pedes domini
Luce 7. unxit. Secūdò, cum in domo Simonis le-
Ioan 12 prosi sup caput eius unguētū effudit. Ter-
Ma.26. tiò, cū emit aromata, ut ueniens ungeret
Mar.16 corpus Iesu. Profundum in his est sacra-
mētū, sed aliās exponēdū. Delictū itaque
cordis purgauit lachrymis, delictum oris
purgauit osculis, delictū operis purgauit
unguētis. Hæc est mutatio dexteræ excelsi. *Ps.76.*
Sicut enim exhibuerat membra sua serui- *Rom.6.*
re immunditię ad iniquitatem, ita, secun-
dum exhortationem apostoli, exhibuit ea
seruire iustitię in sanctificationem. Quin
que enim sunt sensus corporei, uisus, au-
ditus, gustus, odoratus & tactus. His quin
que sensibus abundauit in Magdalena de
lictum, his quinque sensibus superabun-
dauit & gratia. Deliquit oculis: quia for- *Ecc.26*
nicatio mulieris in extollentia est oculo-
rum. Sed in oculis satisfecit, iuxta quod
scriptum est: Maria stabat ad monumen-
tum plorans. Dum ergo fleret, inclinauit
se, & prospexit in monumentum. Deli- *Ioa.20*
quit auribus: quia conuertit auditum ad
fabulas uanitatis. Sed & auribus satisfe-
cit. Iuxta qd scriptū est. Maria sedebat se-
cus pedes dn̄i & audiebat uerba illius. De
liquit naribus: Circulus.n. aureus in nari *Luc.10*
bus suis, mulier pulchra & fatua. Sed & na *Prou.2*
ribus satis fecit. Iuxta quod scriptum est:
Maria accepit libram unguenti nardi pi-
stici preciosi, & unxit pedes IESV, &
domus repleta est ex odore unguenti. *Ioa.12.*
Deliquit labijs: quia fauus distillans la-
bia meretricis, & nitidius oleo guttur
eius. Sed & labi's satisfecit. Iuxta quod
scriptum est: Maria stans retro secus pe-
des domini osculabatur eos. Deliquit ma
nibus: quia mulier insipiens domum con
structam manibus destruit. Sed & mani- *Pro.5.*
bus satisfecit. Iuxta quod scriptum est: *Luc.7.*
Maria lauit pedes Iesu, & capillis capitis *Pro.14*
sui tersit. *Luc.7.*

Verùm in his deliquit & peccauit per
ignorantiam & fragilitatem: deliquit &
peccauit per negligentiam & malignita-
tem. Sed ubi abundauit delictum, super- *Rom.5*
abundauit & gratia. Nam contra deli-
ctum ignorantiæ suscepit in Dei contem
platione scientiam. Et contra peccatum
fragilitatis, assumpsit in Christi passione
cōstātiā. Rursus, cōtra delictū negligētiæ,
piū exercuit operationis obsequiū. Et cō-
tra peccatū malignitatis, benignum exhi
buit dilectionis officium. De contēplatio
nis sciētia cōmēdatur à domino: Maria,
inquit, optimam partem elegit, quę nō au *Luc.10*
feretur ab ea. Sedebat.n. secus pedes do-

mini

mini,& audiebat uerbum illius. De mentis constauria commendatur ex eo, quod cum discipuli relicto CHRISTO fugissent, Maria Christum vsque ad cru-
Ioan.19 cem secuta est. Stabat enim iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. De
Mat.26 operationis obsequio commendatur à domino: Quid, inquit, molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Mittens enim hoc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Dilectionis officio commendatur ex eo, quod dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Diligebat Maria
Luc. 7. dominum, quoniam dominus diligebat
Pro.8. Mariam, dicente scriptura: Diligebat Ie-
Ioan.11 sus Martham & sororem eius Mariam &
Ibidem. Lazarum. Fleuit Maria pro domino: quia
Ioa.8. dominus fleuit pro Maria, dicente scriptura: IESVS vt uidit Mariam plorantem, turbauit semetipsum, & lachrymatus est. Sed illa flebat, quærens uiuentem cum mortuis: iste flebat reuocans mortuum ad
Ioan.11 uiuentes, secundum quod legitur: Iesus ergo rursus fremens in semetipso clamauit uoce magna, dicens: Lazare, veni foras. Et statim prodijt, qui mortuus fuerat. A-
Rom.5. bundauit igitur in Magdalena delictum, quia multis fuit uitijs irretita. Superabundauit & gratia, quoniam fuit uirtutibus vniuersis exornata. Quædam enim uitia sibi inuicem aduersantur, ut alia cum alijs haberi non possint: sed uniuersæ uirtutes sibi inuicem suffragantur, ut aliæ sine alijs haberi non possint.

Rom.15 De cætero fratres, quia quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, exemplo beatæ Mariæ Magdalenæ conuertamur ad dominum: quoniam pius est & multum misericors, & præstabi-
Ioel 2. lis super malitia. Non enim uult mor-
Eze.18 tem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & uiuat. Sic ergo nobis eius exemplo dolor contritionis in corde, pudor confessionis in ore, labor satisfactionis in
Mat.9. opere: quatenus dolore contritionis deleatur peccatum cogitationis, ut puella suscitetur in domo. Pudore confessionis abluatur crimen locutionis, ut adolescens suscitetur in porta. Labore satisfactionis Luc. 7.
purgetur facinus actionis, ut suscitetur Ioan. 11
Lazarus de sepulchro. Illo misericorditer Ioa.20.
concedente, qui primò misericorditer beatæ Mariæ Magdalenæ suæ resurrectionis gaudium intimauit, Dominus noster Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

(∴)

In festo Beati Petri ad Vincula.

Allegorica huius diei Epistolæ expositio.

SERMO I.

MIsit Herodes rex manus, vt Act.12
affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Vidēs autem quia placeret Iudæis, apposuit ut apprenderet & Petrum.

QVia planè uidemus historiam, plenè inuestigemus allegoriam: sub Ioan.6
litera spiritum, quasi sub cortice nucleum requirentes. Quia spiritus est qui uiuificat, caro nō prodest quicquam. Sicut enim in imagine non tam intendimus tabulam quam picturam, sic in expositione non tam debemus historiam q̄ figuram: quia tabulæ historiæ non semper æquè respondent picturæ, allegoriæ est significatum

gnificatum

gnificatum quandoq; sit malum, & significatum bonum, & econuerso. Misit ergo Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia Herodes diabolus, Iudæi dæmones. Ille rex Iudæorum, iste rex dæmonum. Ipse enim est rex super omnes filios superbiæ. Herodes itaq; rex misit manus ut affligeret quosdam de ecclesia: quia diabolus potestatem exercet, ut flagellet aliquos de congregatione fidelium. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, quando seducit aliquem iustum: fratrem Ioannis, quasi germanū gratiæ: quia nemo iustus nisi per gratiam. Occidit eū gladio, quando separauit illum à capite Christo, quia caput uiri Christus, caput Christi Deus. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit ut apprehedere & Petrum. Lætantur dæmones cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Et ideo videns Herodes quod occisio Iacobi placeret Iudæis, id est, cognoscens diabolus, quod seductio iusti placeret dæmonibus, apposuit ut apprehenderet & Petrū. Non quemlibet iustum, non qualemcunq; fidelem: sed ipsum Petrum prælatum Ecclesiæ. Absorbet enim fluuium, & non miratur, & habet fiduciam quod Iordanis influat in os eius. Esca enim electa est cib. ipsius Nam si sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, facit delinquere populum. Erat autem dies azymorum. Sicut personæ sublimitas peccatum exaggerat, ita solennitas temporis delictum augmetat. Et ideo non in quolibet tempore apposuit Herodes apprehendere Petrum, sed in diebus azymorum: quando propter solennitatem maiorem, si delinquitur, magis peccatur. An non Petrum apprehendit Herodes, quando Petrus contra suam promissionem tertiò Christum negauit? Apprehendit quidem, sed non occidit: quia respexit dominus Petrum.

Herodes quid mystice
Iob. 41.
Iacobus quid.
1. Cor. 11
Prou. 3
Petrus quid repræsentet.
Iob. 40.
Leui. 4.
Peccatum aggrauantia duo.

Nos ergo fratres, & apprehēsionis modum, & ereptionis ordinem attendamus, vt caueamus nobis ne capiamur: & si fortè capti fuerimus, prouideamus nobis ut liberemur. Cum enim Herodes apprehēdisset & Petrum, misit eum in carcerem: quia cum diabolus seducit prælatum, inducit illum in consuetudinem, ut foeteat. quasi quatriduanus in monumento. Quia grauis carcer est praua consuetudo, de qua non facile quis educitur, nisi per Dei gratiam liberetur. Quoniam impius cum venerit in profundum uitiorum, cōtemnit. Tradens eum quatuor quaternionibus militum custodiendum, id est, committes cū quatuor principibus dæmonum retinendū. Sicut enim quatuor sunt principales uirtutes, uidelicet iustitia, fortitudo, prudentia, temperantia: ita sunt quatuor principales modi peccādi, quibus dęmones peccare faciunt homines & seducunt. Per fragilitatem, & simplicitatem: per malignitatem & securitatem. Siue per impotētiā, & ignorantiam: per industriam, & negligentiam. Per impotentiam uel fragilitatem, contra fortitudinem. Per ignorantiā vel simplicitatem, contra prudentiam. Per industriam & malignitatem, contra iustitiam. Per negligentiam uel securitatem, contra temperantiam. Non est enim peccatum, quod non modorum istorum aliquo committatur. Isti sunt quatuor illi quadrantes, de quorum ultimo Veritas dixit in Euangelio: Nō exiet hinc, donec reddat nouissimum quadrantem, id est, donec soluat in pœna, quicquid commisit in culpa. Tradidit ergo eum quatuor quaternionibus militum custodiendum, uolens post Pascha producere eum populo. Festo durante noluit eum producere populo, id est, tradere eum dæmonibus puniendum, ut quia peccatum consummatū generat mortem, eum retrudetent in infernum. Et Petrus quidem seruabatur in carcere: quod mysticè fit, quando prælatus fouetur in praua consuetudine. Oratio autem fiebat ab ecclesia sine intermissione ad Deum pro eo. Ex hoc patet, quantum valeat iusti deprecatio, modò assidua: quā doquidem per orationes ecce peccator de praua consuetudine liberatur Ex hoc quoque colligitur, quod uniuersalis ecclesia pro summo pontifice sine intermissione debet orare. Cum autem producturus eū esset Herrodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, uinctus catenis duabus. Qui iacet in culpa, dormit in nocte: Nam qui malè agit, odit lucē, & ideo Petrus in ipsa nocte erat dormiēs inter.

Capti onis mystice modus.
Carcer diaboli quid.
Pro. 18
Quatuor modi peccandi.
I.
II.
III.
IIII.
Mat. 5.
Iaco. 1.
Oratio quantū valeat.
Iacob. 5
Ecclesia pro summo pontifice orare debet.
Ioan. 3.

inter duos milites, uinctus cathenis duabus. Duæ cathenæ sunt cupiditas & concupiscentia, una mentis, altera carnis. Duo milites sunt duo dæmones, qui tentant per cupiditatem rerum, & concupiscentiam mulierum. Ideoque Petrus erat dormiens inter duos milites, uinctus cathenis duabus:& custodes ante ostiũ custodiebant carcerem. Ostium per quod intratur ad carcerem, est opus per quod intratur ad consuetudinem. Ostium ergo carceris custoditur, quando peccatum consuetudinis frequentatur. Illi qui custodiunt carcerem ante ostium, sunt libertas peccãdi,& uoluptas peccati. Nihil enim magis fouet consuetudinem prauam, quàm delectatio culpæ,& impunitas pœnę.

Cathenæ duæ mystice q̃d.

Custodes ante ostiũ quid mystice signent.

Et ecce angelus domini astitit,& lumẽ refulsit in habitaculo. Hactenus modum captionis audistis, amodò liberationis ordinem audiatis. Herodes apprehendit Petrum,& misit eum in carcerem. Angelus autem domini, non instigator aut hostis, sed uisitator & custos, astitit ad protegendum & liberandum:& ideo lumen gratię refulsit in habitaculo, quod tenebris peccatorum fuerat obscuratum: percussoque latere Petri, lancea charitatis, de qua sponsa dicit in Canticis: Vulnerata charitate ego sum, excitauit eum a somno peccati, dicens: Surge uelociter: iuxta quod dicit Apostolus: Surge qui dormis,& exurge à mortuis:& illuminabit te Christus. Et ceciderunt cathenæ de manibus eius. Tunc cathenę cadunt de manibus nostris, quando cupiditas & concupiscentia decidunt ab operibus: ut iam nec cupiditas cupiat, nec concupiscentia concupiscat. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Non sufficit nobis malum dimittere, nisi bonum etiam faciamus. Propter quod dicitur: Diuerte à malo,& fac bonum. Et ideo postquam ceciderunt cathenæ de manibus dicitur illi: Præcingere,& calcea te caligas tuas. Ac si dicatur: Astringe te cingulo continentię, cõtra concupiscentiam:& assume tibi exempla iustitię, contra cupiditatẽ. Iuxta quod dominus præcipit: Sint lumbi uestri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus uestris. Pedes .n. sunt opera, caligę sunt exempla. De quibus profectò dominus ait: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona,& glorificent patrem uestrum qui in cęlis est. Ex hoc moraliter datur intelligi, quod uiri religiosi exigente necessitate possunt aliquando rigorem ordinis temperare: quia Petrus in carcere cingulum relaxauit. Et dixit illi: Circunda tibi uestimentum tuum, & sequere me. Vestimenta sunt opera. De quibus alibi dicitur: Omni tempore vestimẽta tua sint candida, id est, opera tua munda. Ille ergo circundat sibi uestimentum suum, & sequitur angelum, qui ornat se operibus bonis,& sequitur Christum. Et exiẽs sequebatur eum:& nesciebat quia verũ est quod fiebat per angelum. Existimabat autem se uisum uidere. Quicquid in tempore agitur uanitas est, non veritas, respectu æternitatis: non status, sed somnus, Salomone attestante: Vidi in omnibus vanitatem,& nihil permanere sub sole. Psalmista quoq; dicente: Dormierunt somnũ suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum ĩ manibus suis. Cũ aũt hõ euigilauerit in futuro, tunc conuertetur ad se quia tanquam ab alieno redibit ad propriũ. Cũ uerò anima distrahitur per occupationes humanas mundanas, & distenditur per solicitudines seculares, tunc alienatus est à se, tanquam abiens in regionem longinquam, cum non reducitur ad cogitandum de Deo, & meditandum de se, quid fiet liberè post hanc vitam: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam,& deprimit terrena inhabitatio sensuum multa cogitantem. Tunc uerò reuertitur ad se, ut uerè dicere poterit: Nunc scio uerè, quia misit dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Transeuntes autem primam & secundam custodiam uenerunt ad portam ferream, q̃ ducit ad ciuitatẽ, q̃ ultrò aperta est eis. Dicitur autem angelus transire cũ Petro, quia faciebat illum transire primam & secundam custodiam, hoc est, prætereũ uoluntatem peccati, & libertatem peccandi, quibus peccator in praua consuetudine custoditur. Porta ferrea est persecutio dura, de qua dicit Propheta: Propter uerba labiorum tuorum ego custodi ui

Cap. 2.

Liberationis ordo quis.

Cathenæ quãdo cadant de manib. nostris.

Ps. 33.

Luc. 12.

Mat. 5

Vestimenta mystice quæ.

Eccl. 9.

Eccl. 1.

Ps. 75.

Porta ferrea.

Ps. 16.

Mat. 7. ... ui uias ducas. Hæc ducit ad ciuitatem: q̃a arcta est uia quę ducit ad uitam. Quæ ultro aperta est eis. Quia fidelis est Deus, qui non patitur fideles suos tentari supra quàm possunt: sed facit cum tentatione prouentum. Et exeuntes processerunt vicũ vnum. Exierunt, videlicet mundũ istum, in quo quamdiu sumus, tanquàm in uico peregrinamur a domino. Et continuò discessit angelus ab eo: quia post hanc uitã, cum peruenitur ad illam, non est necessarius uisitator aut custos: quia Deus est omnia in omnibus.

1. Cor. 1.
2. Cor. 5.
Col. 3.

Nos ergo fratres & filii, sine intermissione oremus ad dominum, ut mittat angelum suum, qui eruat nos de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum, Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In Festo D. Laurentij martyris.

De operibus, miraculis, & tormentis B. Laurẽtii: de multiplici igne: de visitatione Dei: quomodo ab auaritia, superbia & ambitione B. Laurentius fuerit alienus, sed patiens & fortis, & demum collationem facit inter Pharaonem regem Aegypti, & B. Laurentium Archidiaconum Ecclesiæ Christi.

SERMO I.

Ps. 16. **PRobasti, domine, cor meum, & uisitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.**

Commẽdatur S. Laurentius a trib. TRia sunt, quæ B. Laurentium gloriose commendant: opera, miracula, & tormenta: Opera iusta, miracula clara, tormenta crudelia. Propter hęc tria propheticis uerbis clamabat ad dominum: Probasti cor meum, operibus iustis: uisitasti nocte, miraculis claris: igne me examinasti, tormentis crudelibus. Probasti cor meum operibus iustis, quia iam thesauros tuos expẽdi, quos tradidisti mihi. Dispersit enim dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Visitasti me nocte, miraculis claris: quia mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Laurentius enim bonum opus operatus est, qui per lignum crucis cæcos illuminauit. Igne me examinasti, tormentis crudelibus: quoniam in craticula te Deum non negaui, sed in ignem applicatus te Christe confessus sum. Stringebant enim corporis membra posita super craticulam, subiicientibusque ministris prunas insultat Leuita Christi. Probasti cor meum, operibus iustis, quoniam a fructu arbor cognoscitur. Nõ enim potest arbor mala fructus bonos facere. Visitasti me nocte, miraculis claris: quia mirabilis Deus in sanctis suis, ipse dat uirtutem & fortitudinem plebi suæ. Igne me examinasti, tormentis crudelibus. Nam beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cũ probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromisit Deus diligẽtibus se. Ergo probasti cor meum, &c.

Ps. 111.
Mat. 7.
Ps. 67.
Iacob. 1

Ignis triplex. Triplex est ignis, spiritualis, artificialis, & naturalis. Sed inter hos multiplex est naturæ diuersitas. Nam quidam ignis non lucet, sed urit, sed lucet; quidam non lucet, sed vrit; quidam & lucet, & vrit. Non urit & lucet ignis empyrei: non lucet, sed urit ignis inferni: lucet & urit ignis camini. Rursus quidam ignis semper uiuit, & nũquam moritur, quidam aliquando uiuit, & aliquando moritur, quidam statim ut uiuit, statim & moritur. Semper uiuit, & nunquam moritur ignis syderis: aliquando uiuit, & aliquando moritur ignis fornacis: statim ut uiuit, statim & moritur ignis fulguris. Item quidam ignis pascitur & consumit, quidam consumit & non pascitur, quidam pascitur, & non consumit. Pascitur & consumit ignis usualis, cõsumit & non pascitur ignis solaris, pascitur & non consumit ignis gehẽnalis. Scriptum est enim: Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos: sed optabũt homines

Ps. 48.
Apo. 9.

mines mori,& fugiet mors ab illis. Quia
verò Philosophicũ est magis quàm theo-
logicum rerum indagare naturas: nos qui
spirituales esse debemus, de spiritualibus
Ignis spiritualis triplex. prosequamur. Est enim ignis culpæ, ignis
gratiæ. Ignis culpę, liuor inuidię, uel ar-
dor concupiscentię, de quo legitur: Super
eos cecidit ignis, & non uiderunt solem.
I. Et alibi: Ascendit ignis, & combussit spe-
Ps. 57. ciosa deserti. Ignis pœnæ, dolor est com-
Ioel. 1. punctionis, vel mœror compassionis. De
II. quo dicitur: Hoc faciens, carbones ignis
Ro. 12. congeres super caput eius. Et alibi: Con-
Ps. 38. caluit cor meum intra me, & in medita-
III. tione mea exardescet ignis. Ignis gratiæ,
Luc. 12 feruor charitatis, vel splendor ueritatis,
Thre. 1 de quo scribitur: Ignem ueni mittere in
Luc. 10 terram, & quid uolo, nisi ut accendatur? Et
Ps. 103 alibi: De excelso misit ignẽ ĩ ossib meis.
Deu. 4. Item est, ignis diabolicus, angelicus, diui
nus. De primo dicitur: Ignis de cælo caeci
dit, secundũ illud: Videbam satanam qua-
si fulgur de cælo cadẽtem. De sec̃ũdo scri-
bitur: Qui facit angelos suos spiritus, &
ministros suos ignem urentem. De tertio
legitur: Deus noster ignis consumens est.
Ps. 65. Rursus, est ignis persecutionis, ignis in
Exo. 22 crepationis, & ignis purgationis. De pri-
1. Co. 3 mo legitur: Probasti nos Deus, igne nos
examinasti, sicut examinatur argẽtũ. De se
cundo dicitur: Si quis succenderit ignem,
& ignis destruxerit segetes, ille tenetur q
succẽdit ignẽ. De tertio scribitur: Vniuscu-
iusq; opus quale sit, ignis probabit.
De. 33 Amplius: Est ignis doctrinę sacrę, ignis
Eze. 28 cauteriatę conscientiæ, & ignis æternæ
Ma. 25 vindictæ. De primo legitur: Venit dñs de
Leui. 6. mõte Pharã, & ĩ manu eius ignea lex. De
Ps. 104 secundo scribitur: Producã ignẽ de medio
tui, qui comedat te. De tertio dicitur: Di-
scedite á me maledicti in ignẽ æternum,
&c. Prӕterea est ignis mystici sacrificij, de
quo legitur: Ignis in altari meo semp ar-
debit. Ignis superni præsidij, de quo dici-
Ps. 49. tur: Expandit nubẽ in protectionẽ eorũ,
Ps. 35. & igne ut luceret eis p noctẽ. Est et ignis
Gen. 19 diuini iudicij, de quo scribitur: Ignis in
3. Reg. 19. cõspectu eius ardebit, & in circuitu eius
tempestas ualida. Quia uerò iudicia Dei
abyssus multa, ignis diuini iudicij multis
de causis emittitur. Ad ultionẽ, ut ibi: Plu

it dominus sup Zodomã & Gomorrã sul
phur & ignẽ à dño de cœlo. Ad significa- *3. Reg.*
tionem, ut ibi: Trãsit ignis, sed nõ in igne *18.*
dñs. Ad probationẽ, ut ibi: Dñe Deus pa
trũ nostrorum, exaudi me hodie, vt discat
populus iste, quia tu es dñs Deus meus. Et
descendit ignis de sublimi, & deuorauit
holocaustum & ligna.
Est ignis bonus, de quo dicit Ioannes:
Ego baptizo uos in aqua: medius autẽ ue-
strũ stat, qui baptizat uos spiritu sancto & *Mat. 3.*
igne. Est & ignis malus, de quo dicit Pro- *Esa. 66*
pheta: Vermis eorũ nõ morietur, & ignis
eorũ nõ extinguetur. Cũ ergo tot species
ignis scriptura sacra distinguat, quo igne
gloriosus martyr & leuita Laurẽtius, pro-
pheticis uerbis examinatũ se fuisse testa- *Dupliciter igne*
tur. Probasti cor meum, inquit, & uisitasti *examinatus*
nocte: igne me examinasti, & non est in- *fuit B.*
uenta ĩ me iniquitas. Examinatus est qui- *Laurentius.*
dem igne persecutionis, & igne dilectio-
nis. Igne persecutionis in corpore, igne
dilectionis in corde. Igne persecutionis ĩ *Rom. 8*
aduersis, igne dilectionis in prosperis: *Visitat*
quia probauit eum Deus & visitauit. Pro- *Deus*
bauit in die, uisitauit in nocte. Probauit ĩ *dupliciter.*
prosperis, uisitauit in aduersis. In prospe-
ritate fuit humilis & misericors, in aduer *Luc. 1.*
sitate fuit fortis & patiens. In neutro defe *Ps. 88.*
cit, sed in utroq; profecit. Quia diligen- *Inter*
tibus Deum omnia cooperantur in bo- *prospera duo*
num: his qui secundum propositum uoca *maximè cor*
ti sunt sancti. *hois corrũpunt*
Deus autem dupliciter uisitat, confe-
rendo gratiam, & inferendo uindictam.
De primo legitur: Per uiscera misericor- *1. Tim.*
diæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos *6*
oriens ex alto. De secundo describitur: Vi- *Ecc. 10.*
sitabo in uirga iniquitates eorum, & in *1. Tim.*
verberibus peccata eorum. Verum inter *6.*
omnia prospera duo maximè solent cor
humanum corrumpere, videlicet opes, &
dignitates. Opes enim cupidum faciunt,
dignitates superbum. Porrò scriptura sa-
cra docente didicimus, quod radix om-
nium malorum est cupiditas: & initium
omnis peccati est superbia. Nam qui uo-
lunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ
& laqueum diaboli. Homo uerò, qui cũ
in honore esset, non intellexit, cõparatus
est iumentis insipientibus, & similis fa-
ctus

[*Ps.48.*] ctus est illis. Multos enim seduxit cupiditas & dānauit. [*Cupiditas multos seduxit.*] Achior lapidatus interijt, quia tulit aurum & argentum de anathemate Iericho. [*Iosue. 7.*] Giezi lepra percussus est, quia petijt & accepit aurum & argentum & uestes sub nomine Helizei. [*4.Reg. 5.*] Iudas laqueo se suspendit, quia uendidit sanguinem iusti. Fur enim erat & loculos habēs, ea quæ mittebantur portabat. Nō sic, [*Ma.14.*] non sic B. Laurentius: qui cum ecclesiæ [*Ioa.12.*] thesauros haberet reconditos, non paucos aut modicos, sed tot & tantos, quos etiam [*Charitas B. Laurētii.*] Romanus princeps cuperet uehementer habere, non eos sibi retinuit, non parentibus tradidit, sed dispersit, dedit pauperi- [*Ps 111.*] bus: & ideo iustitia eius permanet in seculum seculi. [*Patrimonii crucifixi dilapidatores notantur.*] Considerent hoc qui facultates ecclesiæ, qui patrimonium crucifixi ī delicias proprias luxuriose cōsumūt, uel in diuitias propinquorū immoderatè distribuunt, pauperes aūt negligunt & egenos contemnunt. Nam qui habet substantiam huius mūdi, & uiderit fratrē suū necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo [*1 Ioa 3*] [*Luc.16.*] quomō charitas Dei manet in illo? Deus autē nō tam fecit diuites pp pauperes, q̄ pauperes propter diuites: quia plus proficit diuitibus quod distribuunt, quàm pauperibus quod accipiunt. Facite, inquit, uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cū defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Sicut non tam bonis utitur ꝑpter malos, quàm malis utitur propter bonos: quia non granum propter flagellū, sed flagellū factum est propter granū. [*Superbia multos prostrauit.*] Sed & superbia multos extulit & prostrauit. Nabuchodonosor, quia potētiam suā superbè iactauit, regnum amisit, & cū bestijs quasi bos fœnum comedit. [*Dan.4.*] Sennacherib, quia os suum posuit in cęlum, & contra Deum superbè locutus est, in templo [*4.Reg. 19.*] Nesrath à filijs est occisus. Aman, quia [*Esa.37*] diuinum sibi uoluit honorem impendi, [*Esth.7*] suspensus est in patibulo. Non sic, non sic B. Laurentius, qui cum esset apostolicæ se- [*Humilitas B. Laurentii.*] dis archidiaconus, summus post primum vel primus potius post summum, quærebat pauperes sanctos per regiones & uicos, per domos & cryptas, quorum pedes [*Ioan.13*] lauabat, & osculis confouebat, magistri secutus exemplum, qui cum lauisset pedes discipulorum, adiecit: Exemplum dedi vobis, ut similiter uos faciatis.

[*Inter aduersa quæ nancor hois maxime subuertant.*] Inter aduersa quoq; duo solēt maximè cor humanum subuertere, scilicet, damna rerum, & pericula personarum. Illa pp timorem mundanum, ista propter humanum. Herodes enim timens amittere regnum, innocentes occidit. [*Mat.2.*] Iudęi quoq; timentes, ne Romani venirent auferrēt eis locum & gentem, inierunt consilium, ut Iesum caperēt & occiderēt. [*Ioan 12*] Petrus a'it qui dixerat, Et si oportuerit me mori tecum, [*Ma.26*] nō te negabo, timore mortis, ad vocem ancillæ negauit. [*Ps.77.*] Marcellinus quoq;, qui diu confessor extiterat, thurificauit idolis formidine passionis. [*Luc.9.*] De talibus scriptum est: Filij Effrem intendentes arcum, & mittētes sagittas suas, conuersi sunt in die belli. Multi namq; mittentes manum ad aratrum, & respicientes retro cū uxore Loth, in statuam salis conuersi sunt. Non sic, nō sic B Laurentius, qui cum conspiceret Sixtum episcopum & diacones eius ad martyrij tormenta deduci, fortis & intrepidus exclamabat: Quò progrederis sine filio pater? quò sacerdos sanctę sine diacono properas? Noli me derelinquere pater sancte: quia iam thesauros tuos expendi, quos tradidisti mihi. Non erat ambitiosus honoris, non cupidus dignitatis, ut desideraret mortem pręlati, quatenus ipse post illum ad prælationem ascēderet. Nō enim desiderabat pręlato succedere, qui uolebat cum prælato decedere: sed cupiebat dissolui & esse cum Christo, non ti- [*Rom 3.*] mens eos qui corpus occidunt, animam [*Ma.10*] autem occidere non possunt: Sed eum ti- [*Luc.24*] mens, qui corpus & animam potest mittere in gehennam. Indutus enim uirtute spiritus ex alto, tam fortis extitit, tam patiens perdurauit: ut inter ipsa tormenta tam dira, tam dura, ut horribile sit non solum ea dicere, uerū etiam audire, diceret ad tyrannum: Disce miser, quia carbones tui non ardorem, sed refrigerium mihi præstant. Ecce miser, assasti partem unā, regira aliam & manduca. Christum ergo si ne timore confessus est, cum amore secutus: ut moriens de morte triumpharet, uiuens cum uita regnaret. Tanquam aurum [*Sap.3.*] in fornace probauit eum: ut probatio [*1 Pet.1*] fidei

fidei multo preciosior auro, quod per ignem probatur, inueniretur in laudem, & gloriam & honorem: quoniam iniquitas in eo inuenta non fuit. *Ps. 16.*

Quia uerò contraria iuxta se posita clarius elucescunt, proponamus in medio Pharaonem, qui defecit in prosperis & aduersis, ut ex comparatione duorũ, illius uitium, istius uirtutem extollamus. Ille nãque fuit rex in terra Aegypti, iste archidiaconus in ecclesia Christi. Ille tyrãnus corporum, iste medicus animarum. Ille temporalium rector, iste spiritualium ministrator. Ille bñficia Ioseph penitus ignorabat, iste dona Dei iugiter memorabat. Ille populum Dei detinebat in seruitute, iste thesaurum ecclesiæ habebat in potestate. Ille populum duris angarijs affligebat, iste thesaurum ecclesiæ largis muneribus erogabat. Ad illum uenerunt Moyses & Aaron, vt populum Dei liberarent: in istum insurrexerũt Decius & Valerianus, vt ecclesię thesauros diriperent. Ministri Dei contra seruum diaboli, ministri diaboli contra seruum Dei. Decius & Valerianus intonabant minis. Moyses & Aarõ coruscant miraculis. Illi proponebant sæua præcepta, isti dabant consilia. Pharao tamen sanis consili,s noluit acquiescere, Laurentius sæuis præceptis noluit obedire. Ille nomen Dei superbè contempsit, iste nomen eius humiliter prædicauit. Ille populum grauius affligebat, iste thesaurum largius erogabat. Illum tandẽ Moyses & Aaron decẽ plagis mirabiliter percusserunt, istum Decius & Valerianus decem tormentis cruciatunt. Primò namq; B. Laurentius fuit reclusus in carcere, secundò scorpionibus cæsus, tertiò uinctus cathenis, quartò fustibus flagellatus, quintò laminis ignitis adustus, sextò maceratus plumbatis, septimò ĩ cathasta prostratus & protensus, octauò cõtusus lapidibus, nonò furcis compressus, decimò flãmis assatus. Verum ille plagis reuocari non potuit, iste tormẽtis inclinari nequiuit. Ille magis ac magis indurabatur in malo, iste magis ac magis confortabatur in bono. Cæterùm, quia contrarij fuerunt in uita, contrarij quoq; fuerunt in morte. Nam ille super currum fuit aquis submersus, iste super craticulam fuit igue cremaatus. At ille de aquis niuium transiuit ad incendium, iste de igne transiuit ad refrigerium. Ille descendit in consortium dæmonum, iste ascendit in consortium angelorum.

Collatio inter Pharaonem et S. Laurentiũ. *Exo. 2.* *Exo. 4.* *Decem tormenta San. Laurentij.* *Exo. 14.* *Iob. 24.*

De cętero fratres, quia quæcunquę scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, habeamus exemplum B Laurentii, misericordiam, humilitatem in prosperis, fortitudinem & patientiam in aduersis: ut simus misericordes in corde, misericordes in ore, misericordes in opere. Corde per compassionem, ore per correptionem, opere per subuentionem. Vt simus humiles ad maiores, ad pares, & ad minores. Ad maiores per debitam necessitatem ad pares per mutuam charitatem, ad maiores per superabũdantem humilitatem. Vt simus fortes in corde, fortes in ore, fortes in opere. Corde contra timorem, ore contra pudorem, opere contra laborem. Vt simus patientes in damnis, in opprobrijs, in flagellis, ne concipiamus dolorem, ne patiamur furorem, ne nutriamus rancorem, sed iuxta præceptum dominicum diligamus inimicos nostros, benefaciamus his qui oderunt nos, & oremus pro persequentibus & calumniantibus nos. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorũ. Amen.

Ro. 15. *Imitandus est nobis S. Laurentius.* *Mat. 5.*

In eodem Festo.

De triplici craticula, item de craticula pœnitentium, perfectorum, & martyrum: de duplici confessione, & multiplici altari.

SERMO

SERMO II.

Exod. 27

Facies craticulā in modū retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli, quos pones super arulam altaris.

Craticula triplex.

TRes craticulas legimus in scripturis. Vnā, sup quā carnes sacrificiorū assabātur. Alterā, sup quam panes azymi coquebātur. Aliā, super quā hoīes damnaticij cremabātur. De prima reperitur i Exodo: Facies craticulā in modū retis æneam, & pones sup arulā altaris. De secundo legitur in Leuitico: Si sacrificiū fuerit de craticula, simila oleo cōspergetur. *Leuit. 2.* De tertio dicitur ab Historiographo. Stringebāt corporis mēbra posita sup craticulā. Sup hāc craticulā gloriosus martyr & Leuita Laurentius igne crudeli, vel potius, ignita crudelitate crematus est. Verùm ardebat interius ignis amoris, q refrigerabat exterius ignē ardoris. Ignis interior mitigabat exteriorē: sed ignis exterior accendebat interiorē. Fortis est.n. vt mors dilectio: & dura sicut infernus æmulatio. *Cant. 8.* Aquæ multæ non possunt extinguere charitatē. *Ibidem.* Hinc.n.B. Laurētius pura voce clamabat ad Dñm: In craticula te Deū nō negaui. & ad ignē applicatus te Xpe cōfessus sum: ꝓbasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, & nō est inuēta in me iniquitas. *Psal. 16.*

Sit ergo prima craticula pœnitētiū, secūda craticula perfectorū, tertia craticula martyrū. *Craticula martyrū.* Ad craticulā martyrū ptinet primū capitulū, quod audistis in Euāgelio: *Ioan. 12.* Nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit, ipsum solū manet. Si vero mortuū fuerit, multū fructū affert. Granū frumenti est verbum Dei, quo fruuntur hoīes & angeli sancti. *Ioan. 1.* Hoc granū in terrā cecidit, qn Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. *Esa. 9.* Nam verbū misit dñs in Iacob, & cecidit in Israel. *Phil. 2.* Cecidit ergo, quando Christus exinaniuit se, formā serui accipiens, in similitudine hominū factus & habitu inuentus v. homo. *Ibidem.* Mortuum aūt fuit quādo Christus factus est obediens vsque ad mortē, mortem autem crucis. Multum fructum attulit: quia propter hoc exaltauit illū Deus, & dedit illi nomen, quod est sup omne nomen vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium, & infernorum, & oīs lingua cōfiteatur, quia dñs noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Antequā hoc granum frumenti fuisset mortuum, modicum attulit fructum, sicut ipse dicit in Psalmo: *Psal. 140* Singulariter sum ego, donec transeam. Postquam autē mortuū, fuit multū fructū attulit, sicut ipse dixit in Euangelio: *Ioan. 12* Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. Vnde in Exodo legitur de filijs Israel, quod quantò plus opprimebantur, tantò magis multiplicabantur & crescebant. *Exo. 1.* Est & verbum Dei, quod Deus est. Nam Verbū erat apud Deū, & Deus erat Verbum. *Ioan. 1.* Est & verbum Dei, quod nō est Deus, de quo dicit scriptura. *Verbum Dei dupliciter accipitur.* Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Deut. 8.* Verbū Dei quod Deus est, nisi cadens in terrā mortuū fuisset, nullum fructū profectò tulisset, quia nihil nasci ꝓfuit nisi redimi profuisset. Verbum aut Dei quod nō est Deus si cadens in terrā mortuum fuerit, nullum penitus fructum affert. *Matth. 4* Vnde legitur, quod semen illud, quod cecidit secus viam, natum non fuit, quia volucres cœli comederunt illud. *Luc. 8.*

Craticula pœnitentium. Ad craticulam pœnitentium pertinet secundum capitulum, quod audistis in Euangelio: Qui amat animam suam, perdet eam. Qui autem odit animam suam in hoc mundo, in vitā æternam custodit eam. Porrò, si iuxta propheticum testimonium, qui diligit iniquitatem, odit animam suam. *Psal. 10* & iuxta verbum dominicum, qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: *Ioan. 12* Consequens ergo videtur, quòd qui diligit iniquitatem, animam suam in vitam æternam custodit. Absit omninò. *Amor & odiū vt sit duplex amor bonus.* Nam sicut est amor bonus & amor malus: ita est bonum odium & malū odium. Bonus amor est ille, de quo dominus ait

Ierem. 31 Amor malus. 1. Tim. 2 Odium bonum. Si amas me, pasce oues meas. Malus amor est ille, de quo dicit Apostolus: In diebus illis erunt homines seipsos amantes. Bonum odium illud est, de quo dicit Psal. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Et iterum: Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Malum odium est, de quo dicit Ioannes. Qui odit fratrem suum, homicida est. Et alibi: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Ergo qui malè amat, perdit: & qui bene odit, custodit. Nam qui bene odit, hic custodit, & qui malè amat hic odit. Non simpliciter dicitur. Qui odit animam suam, custodit eam, sed cum adiuncto, Qui odit animam suā in hoc mundo, id est, in voluptatibus & concupiscentijs, & illecebris huius mundi, vt eas habeat odiosas, crucifigendo carnem suam cum vitijs & concupiscentijs, & illecebris huius mūdi, vt eas habeat odiosas, crucifigēdo carnem suam cum vitijs & concupiscentijs; hic profectò in vitam æternam custodit eam. Similiter per contrarium, qui amat animam suam, subaudiendo in hoc mundo, idest, ad voluptates & concupiscentias & illecebras huius mundi, vt delectetur in illis, eundo post concupiscentias: hic vtique perdet eam in gehennam ignis æterni.

Ps. 136 Odium malum. Ioan. 3. Psal. 73

Animā suam odire in hoc mundo quid sit. Gal. 5.

Graticulæ perfectio ū. Mat. 19 Mar. 10 Luc. 18. Apo. 19 Ad craticulam perfectorum pertinet tertiū capitulū, quod audistis in Euāgelio. Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Alibi legitur dominum respondisse. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Ad perfectionem ergo pertinet sequi Christum, vt nudus sequatur nudum, & pauper pauperem. Qui quamuis sit dominus omnium, habens in vestimento & in fœmore suo scriptum. Rex regum & dominus dominantium, iam pauper tamen est factus, vt de se dicat in Euangelio Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis nō habet vbi caput reclinet. Vnde cū nasceretur, non erat ei locus in diuersorio. Præmittis ergo meritū, ubi dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur, & statim promittit præmiū, vbi subdit. Vbi ego su, ibi & minister meus erit. Simul & in terra manebat secundum hominē, & in cęlo regnabat secūdum Deu. Vnde & ipse dicebat: nemo ascēdit in cęlu, nisi q de cęlo descēdit, filius hominis q est in cęlo. Et ideo promittebat nō terrenū regnū, sed cœleste, dicēdo, Vbi ego sum, ibi & minister meus erit. Beati .n. pauperes spiritu qm ipsorū est regnū cęlorū. Quid .n. honorabilius, gloriosius, & beatius, q vt sit homo cu Deo, seruus cū dño, creatura cū creatore? Hodie, inquit, mecū eris in paradiso, Ac si dixisset apertius. Hodie mecum eris, quod est in paradiso esse.

Mat. 8. Luc. 9. Luc. 2.

Ioan. 12. Ioan. 3. Matt. 5. Luc. 23

Exo. 27. Facies ergo craticulā in modū retis æneā, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli, quos pones sub arulā altaris. Habebat ergo craticula quatuor angulos laterales, & quatuor angulos angulares. Habebat, & costas reticulatè dispositas, vt per oculos craticulę ignis succesus ascēderet, & sacrificiū superpositū adoleret. Excutiamus ergo paleam, & colligamus frumentum. frangamus corticē, vt nucleum extrahamus, exprimamus fauū, vt mel degustemus.

Graticulæ mystica explanatio.

Ps. 38. Ignis ergo succesus, est dolor compūctionis. Craticula superposita, est labor satisfactionis. De hoc igne dicit Psal. Cōcaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Cū .n. peccator de futuro iudicio meditatur, in corde eius doloris ignis accēditur, timēs in manus Dei viuētis incidere, q exigit debitū vsq; ad nouissimū quadrātē. Ipse .n. reddet vnicuiq; secū dū merita sua. Currit igitur & festinat ad sacerdotē, q craticulā satisfactionis imponat, sup quā carnalitatē suā cōtritionis igne cōburat, vt dicere valeat cum Propheta. Ossa mea sicut in frixo confrixa sunt, quia cinerem sicut panem manducabā, & potum meum cum fletu temperabam.

Matt. 5. Apo. 20

Ps. 100 Satisfactionis partes quatuor.

Per quatuor angulos huius craticulę, quatuor partes satisfactionis intelligę, videlicet orationes, eleemosynas ieiuniū, & vigilias. Quatuor .n. modis pecca-

Peccat homo modis quatuor.

peccàmus, ꝑ ignorãtiã & fragilitatẽ, ꝑ negligentiã & malignitate. Isti fortè sunt illi quadrantes, de quib. Veritas dicit in Euang. Non exiet inde, donec reddat nouissimũ quadrantẽ, i. donec soluat in pęna, qd deliquit i culpa.

Matth. 5

Ecõtra, quatuor modis oportet nos satisfacere. Contra fragilitatẽ, ieiunare; contra ignorantiã, orare; cõtra malignitatẽ, erogare; cõtra negligẽtiã, vigilare. Isti sunt digni fructus pniæ, quos dñs cõmemorat, & cõmẽdat in Euãg. Hoc, inq, genus dęmonij nõ eijcitur, nisi in oratione & ieiunio. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Vigilate, quia nescitis, qua hora fur venturus sit.

Mat. 4. Mat. 17 Mar. 9. Luc. 12. Mat. 25 Mar. 13 Lucæ 12

In his quatuor angulis, quatuor annuli debẽt immitti, videlicet quatuor pricipales virtutes, iustitia, fortitudo, prudentia, tẽperantiã In oratione prudentia, ne fiat oratio in pctm̃. In ieiunio fortitudo, vt perueniat ad mõtem Dei Oreb. In eleemosyna iustitia, vt inueniat iustum cui det. In vigilijs tẽperantia, ne deficiat in tentatione.

Virtutes principales quatuor. Ps. 198 3 Re. 19

Costæ craticulæ sunt opera pietatis, q̃ dñs in iudicio cõmẽdabit. Esuriui, & dedisti mihi mãducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, nudus erã, & operuistis me, hospes, & collegistis me in carcere, & visitastis me. His operib. pęnitẽtes debẽt insistere, his fructib. abũdare.

Opera misericordiæ quæ. Mat. 25

Sed & perfectus ignẽ sibi succẽdit, & craticulã supponit. Ignis est feruor dilectionis, craticula, dolor cõpunctionis. De hoc igne Veritas ait. Igne veni mittere i terrã, & qd volo, nisi vt ardeat? De hac craticula legitur. Pctã ꝓximorũ, fixoriũ sũt iustorũ. Perfectus est, n. q diligit ꝓximũ sicut seipsum, & qui compatitur ꝓximo tanquã sibi ipsi. Sibi compatitur super incolatu vitæ psẽntis, & super dilatione vitæ futuræ, dicente Psal. Heu me, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cũ habitãtib. Cedar, multũ incola fuit aia mea. Hoc est irriguum superius & inferius, quod Caleph dedit Axæ filiæ suæ in dotẽ. Proximo verò compatitur in aduersis, & peruersis, Apost. contestante: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ vror? Isti sunt quatuor anguli, quibus & quatuor annuli debent immitti. In incolatu vitæ pręsentis, contẽptus mũdi, secundũ illud Ioannis, Nolite diligere mundum, neq; ea quę in mundo sunt. In dilatione vitæ futuræ, desiderium cęli, secundũ illud Apostoli. Cupio dissolui, & esse cum Christo. In peruersitate correptio, iuxta quod Veritas præcipit. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum solum. In aduersitate subuentio, secũdum quod Propheta suadet. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam.

Mat. 25 Luc. 12 Perfectus quis sit. Ps. 119 Iosue 13 2. Cor. 11. 1. Io. 2. Phil. 1. Mat. 18 Esa. 58.

Facies ergo craticulã in modũ retis æneã. Aes, qa metallũ sonorũ est, confessionẽ significat. Est aũt duplex cõfessio, pronorũ, & pctõrũ. De prima dicitur. Cõfitemini dño in cithara, in psalterio decẽ chordarum psallite illi. De secunda legitur. Confitemini alterutru pctã vestra. Dẽt ergo vtraq; craticula esse ænea. Illa propter confessionẽ pcti, quã agit pęnitẽs, ista ꝓp cõfessionem præconij, quã agit pfectus.

Confessio duplex. Psal. 32 Iacob 5.

Facies ergo craticulam, & pones eã super arulam altaris. Multiplex altarẽ legitur in scripturis, superius & inferius, interius & exterius. Qd libet aũt est duplex? Nã altare superius ẽ Deus Trinitas, de quo legitur, Nõn ascẽdes ad altare meũ per gradus. Est & altare superius triumphans Ecclesiã, de qua dicitur. Tunc imponent super altare tuu vitulos. Altare inferius est militãs Ecclesia, de qua legitur. Si altare lapideũ feceris mihi non ædificabis illud de sectis lapidib. Est & altare inferius mẽsa tẽpli, de qua dicitur. Constituite diẽ solẽnnẽ in condẽsis vsq; ad cornu altaris. Altare interius est cor mundũ, de quo præcipitur. Ignis in altari meo semper ardebit, Est & altare interius, fides incarnationis, de qua iubetur. Altare de terra facietis mihi. Altare exterius est ara crucis, hoc est, altare holocausti, super quod erat mactatus sacrificiũ vespertinũ. Est & altare exterius, ecclesiastica sacramẽta, de qbus scriptũ est, Altaria tua dñe virtutũ, &c.

Exod. 27 Altare multiplex. Exo. 20 Ps. 50. Exo. 20 Ps. 117 Leuit. 6. Exo. 20. Exo. 29.

Cum ergo tot sunt altaria, super cuius altaris atulam præcipitur poni craticula? Sed certè craticula super altaris atulam, est pœnitentia sup cordis munditiam, quia sacrificium Deo
Ps. 50. spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ Deus non spernit. Faciamus ergo nobis fratres charissimi craticulam pœnitentiæ, super quã offeramus sacrificium pro peccato, carnalitatẽ nostrã compunctionis igne cremãtes, vt sic postmodum immolemus sacrificium laudis: non in fermento
1. Cor. 5. malitiæ & nequitię, sed in azymis synceritatis & veritatis, ipso misericorditer cõcedente, qui est super oĩa Deus benedictus in secula seculorũ. Amen.

In solennitate Assumptionis gloriosissimæ semp virginis Mariæ.

Quomodo beata Maria sit castellum, & ouale, et quomodo Christus illud sit ingressus & de duabus sororibus de vita actiua & contemplatiua.

SERMO I.

Luc. 10. Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quedã Martha nomine excepit illũ in domũ suã. Et huic erat soror nomine Maria: quæ sedẽs secus pedes Dñi, audiebat verbum illius.

Ioan. 1. Maria quomodo sit castellum. Luc. 1. CAstellum illud quod intrauit Iesus, est virgo Maria, quando Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, sicut angelus illi promiserat: Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

Porrò cum Christus sit verus Deus & verus homo, Deus de Deo ante secula genitus, & homo de homine in seculo natus: quicquid ei veraciter attribuitur, aut conuenit ei secundũ diuinam naturam, aut secundum humanam, aut secundum vtranq;. Secundũ diuinam appellatur Iesus, quod interpretatur saluator. Secundum humanã dicitur Christus, quod exponitur vnctus. Secundum vtranq; vocatur Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Mat. 1.

Cum autẽ intrare sit deforis intus accedere, quæri potest, & etiam dubitari, secundum quã naturam in istud castellum, id est, in vterum virginalẽ intrauit. Non secundum diuinam, cũ ipse sine motu moueat vniuersa, & totus sit semper vbiq;, sicut de se loquitur per prophetam: Cœlum & terram ego impleo. Item: Ego sum Deus, & non mutor. Sed non secundum humanam, cum mater eius Maria non accepit exterius quidquam in vterum, sed concepit tantum interius in vtero, sicut Esaias apertè testatur: Ecce, inquit, Virgo concipiet in vtero, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius emmanuel. Hæc est enim, secundum Ezechielem, porta in domo Domini clausa, & vir non est ingressus per eã. Christus autem ab ipsa conceptione vir extitit, Hieremia propheta testãte: Nouum, inquit, faciet dominus super terram, fœmina circundabit virũ gremio vteri sui. Quid ergo dicemus? Quo modo ergo in castellum illud intrauit? Salubre consilium dedit Apost. dicens: Noli plus sapere, quàm oportet sapere, sed sape ad sobrietatẽ. Et alius. Altiora tene quæsieris, & maiora te scrutatus ne fueris. Perscrutator.n. maiestatis, opprimetur à gloria. Nam accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Salua tamen fidei maiestate possumus respondere, quod cum secundum philosophos initium existendi, ingressus in substantiã appelletur, quæcunq; res habet initium, habet pariter & ingressum. Vnde cũ verbũ Dei secundũ humanitatem assumptã incepit esse in vtero virginali, profectò secundũ eandẽ intrauit in illum, non deforis veniens, sed intus assumẽs. Iuxta quẽ modum loquendi veritas ipsa testatur. Hier. 23 Mal. 3. Esa. 7. Matt. 1. Ezec. 44 Hier. 31. Rom. 12 Eccles. 3. Prouer. 25. Ps. 63.

testatur. Exiui a patre & veni in mundū, non quod extra mundū accesserit, sed quod intra mundū processerit. Intrauit ergo Iesus in quoddā castellū. Ad munimentū castelli duo sunt necessaria, murus & turris. Murus exterior, & turris interior. Ad custodiam quoque castelli duo oportuna, speculator & propugnator. Speculator, vt cōtēpletur, & ꝓpugnator, vt operetur.

Ad munimentū castelli duo necessaria esse, similiter ad custodiā.

Quæramus ergo si tale fuerit hoc castellū. Sanè in hoc spūali castello, quod est Dei genitrix virgo Maria, murus exterior, est virginitas corporis, turris interior, est humilitas cordis. Nā oīs q se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Iuxta qđ ipsa virgo testatur. Deposuit potētes de sedę & exaltauit humiles. De muro virginitatis dicit ad angelū. Qūo fiet istud, qm virū nō cognosco? Nā antequā cōuenirent, inuenta est in vtero habens de Spū sctō. Itē de turri humilitatis, eadē ad angelū ait. Ecce ancilla dñi, fiat mihi secūdū verbū tuū, qm respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce.n.ex hoc beatam me dicēt oēs gnationes. O felix virginitas, quam ornat humilitas. O felix humilitas, quā honorat virginitas. Humilitas ornat virginitatē, ne sit sup̃ba. Virginitas honorat humilitatē, ne sit despecta. Est ergo virginitas humilis, ne extollatur; est humilitas virginalis, ne cōtēnatur. Legimus enim & virgines prudētes & virgines fatuas. Prudentes sunt humiles, fatuæ superbæ. Habet ergo castellū istud murū virginitatis cōtra insultū luxuriæ, hēt turrim humilitatis cōtra incursū superbię. Isti nanq; sunt hostes, q misetū hoīem frequenter ac violenter infestant, videlicet luxuria carnis exterius, & superbia mentis interius. De quib. inquit Apost. Non est nobis colluctatio tñi aduersus carnē & sanguinē, ecce luxuria: sed aduersus spūalia nequitiæ in cęlestibus, ecce superbia. Ex hac ꝓcedunt turpia, q non decēt, ex illa procedunt turpia, quæ non licent, ex vtraq; procedunt vana, quæ non expediunt. Si quando te luxuria carnis impugnat, ad hoc castellum procedere, muro virginitatis adhære, deprecare Mariam. Quis vnquā inuocauit eā, & nō est exauditus ab ea? Si qñ te sup̃bia mētis infestat, ad hoc castellū accede, turrim humilitatis ascēde, deprecare Mariā. Quis vnq̃ inuocauit eā, & nō est exauditus ab ea? Hæc est mater pulchræ dilectionis & sanctæ spei, q pro miseris orat, ꝓ afflictis supplicat, pro pctōribus intercedit.

Murus virginitatis. Turris humilitatis. Luc. 14. Luc. 1. Ibidem. Matt. 1. Luc. 1. Mat. 25 Hostes hominis qui. Ephe. 6 Refugiū in tenta- *tionibus calendū est ad Mariam. Eccl. 24.*

In hoc castello duę sorores inhabitāt, q castellū custodiunt, Martha.s.& Maria. Martha, quæ laborat & operatur: Maria, quæ quiescit & contemplatur. Illa laborat & operatur, ne castellum capiatur per negligētiā: ista quiescit & contēplatur, ne castellū rapiatur per ignorantiā. Ignorantia gignit errorem cordis, negligentiā parit torporē operis. Per errorem cordis delinquimus in credendis, per torporē operis delinquimus in agendis. Porrò impossibile est sine fide placere Deo. Fides aūt sine operib. mortua est.

Sorores duæ castellum custodiūt. mystice quæ. Heb. 11 Iac. 2.

Vigilet ergo cōtēplatiua, vt deleat ignorātiā, qm ignorās ignorabitur. Laboret actiua, vt ꝓimat negligētiā, qm maledictus est, qui facit opus Dei negligēter. Audi virginē laborantē. Fili, quid fecisti nobis sic? Ego.n.& pater tuus dolētes q̄rebamus te. Audi Virginē cōtēplantē, Maria cōseruabat oīa verba hęc, cōferēs ī corde suo. Si qñ negligētia te reddit pigrū, inuoca Martham, age cum Lia. Si quādo te ignorantia reddit obscurum, appella Mariam, vigila cum Rachele.

Contemplatiua vita. 1. Cor. 14. Actiua vita. Hier. 48 Vtranq; vitā quō exercuit virgo Maria. Lucæ. 2. Ibidem. Gen. 28.

Intrauit ergo Iesus quoddā castellū, & mulier qdā Martha noīe, excepit illum in domū suā, quia venit Iesus nō ad quietē, sed ad laborē, nō ad lætitiā, sed ad dolorē; nō ad pacē, sed ad agonem, postremò venit ad mortē. Audi laborē. Laboraui clamās, raucæ factæ sunt fauces meæ. Tota die expādi manus meas ad populū nō credētē mihi. Vñ & fatigatus legitur ex itinere. Audi dolorē. O vos oēs, q trāsitis ꝑ viam, attēdite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Tristis est, inq̃t, anima mea vsq; ad mortem. Cœpit enim pauere, & tædere. Audi agonem. Factus, inq̃t,

Psal. 68 Esa. 65 Ioan. 4. Thre. 1. Mat. 26 Mar. 14 Lucæ 23

in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Audi & morte. Proprio filio suo nō pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illū. Factus est.n. obediens vsq; ad mortē, mortē aūt crucis.

Rom. 8. Phil. 2.

Audi quo ipse Iesus satagebat circa frequēs ministeriū, & turbabatur erga plurima. Meus, inquit, cibus est, vt faciam voluntatē eius, q misit me. Baptismo habeo baptizari, & quō coarctor donec perficiatur. Verè ergo Martha excepit illū ī domū suā. Vn secūdm carnē nō de Rachele natus est, sed de Lia. Maria āt sedebat secus pedes dñi, & audiebat verbū illius. Duo pedes dñi, sunt duo mētis affectus timor & amor. Timor sctūs, & amor castus. Timor sanctus pstat initiū, nā initiū sapientiæ, timor dñi. Amor castus ppatat finē, nā finis præcepti charitas est. Maria igitur optimā partē elegit, q nō auferetur ab ea. qa charitas nūquā excidit. Et timor dñi sanctus pmanet ī sæculū sæculi. Martha ergo stabat & satagebat vt pasceret dñm. hæc audiebat, vt pasceretur à dño. Illa quidē, vt pasceret dñm cibo carnali, hæc aūt ut pasceretur à dño cibo spūali. Quia nō in solo pane viuit homo, sed in oī verbo qd pcedit de ore Dei. Sanè quātò melior est anima corpore, tātò dulcius sapit spiritualis cibus in mēte, q carnalis ī vētre. Quàm dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, dñe, super mel & fauum ori meo. Illa dicebat ad dñm. Domine, nō est tibi curæ. qd soror mea reliquit me solā ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Pro hac dñs respōdit Martha Martha, solicitā es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partē elegit, q nō auferetur ab ea. Nō hoc Martha dicebat, tanquā inuideret Mariæ, qd ipsa laboraret & illa sederet, sed qd actiua cum sibi nō sufficit, pp difficultates rerum, vel ambiguitates causarum, auxilium contēplatiuæ requirit, vt qd ipsa laborando vel operādo nequit efficere, illa orādo & supplicando valeat impetrare, quia cum Moyses orabat in mōte, Iosue vince-

Ioan. 4. Luc. 12.

Pe le: domini mystice quid.

Psal. 110. 1. Tim. 1. Luc. 10. 1. Cor. 13 Psal 18. Deut. 8. Matt. 4. Ps. 118.

Actiua vita auxilium requirit à contēplatiua.

bat in valle. Sed nec dominus illi respōdit, tanquā reprehenderit Marthā cōmendando Mariā, sed bonis prætulit optimum, plurimis vnum, ppetuū transitorijs. Martha, inquit, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partē elegit, q non auferetur ab ea. Ad actiuam.n. pertinent opera pietatis, q dominus ī iudicio cōmendabit. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, nudus erā, & operuistis me. Ipse quoq; Mariā cōmēdauit de officio sepulturæ. Quid, inquit, molesti estis huic mulieri? Bonū opus operata est in me. Mittens.n. vnguētū hoc in corpus meū, ad sepeliendū me fecit. Bona sunt ista, nec cessandū ab ipsis, quandiu fuerint necessaria. Porrò cū cessauerit defectus miseriæ, misericordiæ quoque cessabit effectus. Quia misericordia miseris exhibetur. Cū āt venerit quod perfectū est, euacuabitur qd ex parte est. Et illud est optimum, quod in æternum manebit. Maria ergo optimā partē elegit, quæ non auferetur ab ea. Quia hæc est vita æterna, vt cognoscant te solū verū Deum, & quem misisti Iesum Christū. Quod vtiq; nunc incipit à contemplatione per fidem, & consummabitur tādem ī glorificatione per speciē. Nūc .n. ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, tunc aūt cognoscemus, sicut & cogniti sumus, videntes non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciē intuentes. Audi quō Paulus Apostolus tāquā actiuus solicitus erat & erga plurima turbatus. Quis, ingt, infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarū. Sed audi quod idē ipse tanquam contemplatiuus, raptus est vsq; ad tertium cœlū, & audiuit arcana verba q nō licet hoī loq. Ad hoc tanquā ad vnū aspirabat, cum diceret. Cupio dissolui, & esse cū Xpo, sed illud tāquā necessariū sustinebat cū adderet. Manere aūt in carne necessariū est pp̄ter vos. Ergo & illa necessaria sunt, circa quæ satagit Martha, & illud est necessarium.

Exod 17.

Ad actiuam vitam pertinentia.

1. Cor. 13. pars optima quæ sit.

Io. 17.

1. Cor. 13.

2. Cor. 11. Ibidem.

Phil. 1.

sariũ, quod elegit Maria. Sed illa sunt necessaria, i. vtilia, istud aũt necessariũ, i. cõmodabile. Iuxta quẽ modũ in logica facultate docetur, ꝙ aliud est verum cõtingens, aliud necessarium. Contingens est istud, quod ita est verũ, *Luce. 2.* quod possit nõ esse verum. Necessarium est autem illud, quod ita verum est, quod non possit non esse verũ. Nonne cũ virgo dixit ad filiũ: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te, quasi cũ Martha dixisse videtur: Dñe, nõ est tibi curæ, ꝙ soror mea reliqt me solã *Ibidem.* ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et cum ipse respõdit. Quid est, qđ me q̃rebatis? nesciebatis, quia in his q̃ patris mei sunt, oportet me esse? nõne quasi dñs respondisse videtur ad Marthã: Martha solicita es, & turbaris erga plurima: porrò, vnũ est necessariũ. Maria ergo optimã partẽ elegit, q̃ non auferetur ab ea. Hoc vnũ optabat *Ps. 26.* & petebat Propheta, cũ diceret: Vnam petij à dño, hanc requirã, & inhabitẽ i domo Dñi oĩbus diebus vitæ meæ. Præponitur vnum multis, quia sicut oĩa procedunt ab vno, sic omnia procedere debent ad vnũ: ad illum videlicet, *Apoc. 1.* qui est α & ω, primus & nouissimus, principium & finis, Iesus Xps dñs noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In eadem solennitate.

De auroræ, lunæ, & solis conditionibus siue qualitatibus, & quõ Mariæ conueniant.

SERMO II.

Cant. 6. Quæ est ista, quæ pgreditur quasi aurora cõsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?

Aurora quomodo designet Mariã. Collatio inter Euã & Mariam. CVM aurora sit finis noctis & origo diei, meritò per aurorã designatur virgo Maria: q̃ finis dãnationis, & origo salutis fuit. Finis vitiorum, & origo virtutũ. Oportebat. n. vt sicut p fœminã mors intrauit in orbẽ: ita per fœminam vita rediret in orbẽ. Et ideo qđ dãnauit Eua, *Gen. 3.* saluauit Maria, vt vñ mors oriebatur, *Luc. 1.* inde vita resurgeret. Illa consensit diabolo, & vetitum pomũ comedit, secun- *Gen. 3.* *Mat. 1.* dum illud: Tulit de fructu & comedit, *Gen. 3.* dedítq; viro: ista credidit angelo, & filiũ pmissum cõcepit, secundũ illud. Ecce concipies & paries filiũ. Illa comedit pomum ad mortem, iuxta quod fuerat illi prædictum: Quacunq; die comederis, morte morieris, ista concepit filiũ ad salutem, sicut ei fuerat prænotatum. Vocabis nomen eius Iesum. ipse. n. saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorum. Illa peperit in dolore, secundũ illud: Multiplicabo ærumnas tuas & cõceptus tuos, & in dolore paries: ista generauit in gaudio, secundũ *Luc. 2.* illud. Annuncio vobis gaudiũ magnũ, *Gen. 3.* quod erit omni populo, quia natus est nobis hodie saluator, qui est Xps Dñs in ciuitate Dauid. Illa fuit de solo viro producta, qm̃ ædificauit dominus Deus costam, quã tulerat de Adam in mulierem, sed produxit virum & fœminã: hæc autẽ producta fuit de viro & fœmina, sed solum virum produxit. Quia nouum fecit dominus super *Hier. 31.* terram fœmina circundedit virum gremio ventri sui. Illa fuit sine culpa producta, sed produxit in culpam; hæc autẽ fuit in culpa producta, sed sine culpa produxit. Illa dicta est Eua, huic dictum est, Aue: quia per hãc mutatum est nomẽ Euæ. *Mutatio nominis Eua.* Aue, inquit, gratia plena, dominus tecum. Quasi diceret, illa fuit plena pctõ, sed tu plena *Luc. 1.* gratia. Illa fuit maledicta in mulieribus, sed benedicta tu in mulieribus, Fructus ventris illius fuit maledictus Cain, sed fructus ventris tui erit benedictus Iesus. Cain inuidiose fratrem *Gene. 4.* occidit Abel, sed Iesus inuidiose fuit occisus à fratribus.

Aurora fugatis tenebris lumen mũdo ostẽdit, tu verò destructis vitijs saluatorem seculo protulisti, quia per te *Esa. 9.* populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Illa videlicet, quæ illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hũc mũdũ.

Ioan. 1. Tu es igitur aurora cõsurgẽs finis videlicet noctis, & origo diei: finis dam nationis, & origo salutis.

Lunæ natura. Pulchra vt luna. Sicut rationabiliter asserũt, q de rerũ naturis edisserũt, Luna frigida est & humida. Quia frigida, designat virginitatẽ: qa humida, designat humilitatem. Ignis.n. de quo siccitas ꝓuenit, quasi leuis, naturaliter petit sublima. Aqua verò, de qua ꝓcedit humiditas, quasi grauis, naturaliter petit humilia. Frigiditas ergo & humiditas lunę, virginitas ẽ & humilitas Mariæ: qa frigida fuit cõtra æstũ luxuriæ, humida vero cõtra fastũ supbiæ. Luna verò tuc est plenè pulchra, cũ existit rotunda; & Maria tunc extitit plenè formosa, cũ fuit prole fœcunda. Felix virginitas, quã ornauit humilitas: felix humilitas, quã honorauit virginitas. Sed longè felicior vtraq; fęcunditas, quã simul ornauit & honorauit virginitas & humilitas.

Lunæ quam bene cõparetur Maria.

Exo. 23. *Deut. 7.* *Iob 24.* Ne ergo virginitas maledictionẽ illã incurreret, de qua dicitur: Maledicta sterelis q̃ nõ parit, comitatur illã fœcunditas, & ne fęcũditas immunditiã illã cõtraheret, de qua legitur, Quis potest facere mundũ, de immundo cõceptum semine, comitatur illã virginitas. Ne verò virginitas vel fęcunditas sententiam illã aciperet, de qua legitur, Omnis q se exaltat humiliabitur, vtrãq; comitatur humilitas. Hæc tria simul Euangelista cõmendat, & cõmemorat in Maria. Cum esset inqt, despõsata mater Iesu Maria Ioseph, antequã cõuenirent, inuẽta est in vtero habẽs d̃ Spiritu sancto. Magna humilitas, qa mater Iesu erat despõsata Ioseph Sancta fęcunditas, qa inuenta est in vtero habẽs de Spiritu sancto. Pura virginitas, qm̃ antequã cõuenirent, inuenta est in vtero habens, non quod post vnquã carnali cõmixtione conuenirent, qa virgo fuit ante partũ, virgo in partu, virgo post partũ. Hæc est.n. porta ĩ domo dñi clausa, & vir nõ est igressus ꝑ eã. Hic est hortus cõclusus, & fons signatus. Hæc est rubus ardẽs sed nõ cõsumptus. De fęcunditate Gabriel Angelus ꝓdixit illi. Ecce concipies & paries filiũ. Illa verò de virginitate respõdit. Qũo fiet istud, qm̃ virũ nõ cognosco? Cũ aut audiuit qđ nec virginitas ĩpediret fęcunditatẽ, nec fęcunditas auferret virginitatẽ. Spũs sctũs, inqt, superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi, stati de humilitate subiunxit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi scđm verbũ tuũ. Fuit ergo Maria pulchra vt luna, virgo, s. humilis & fęcũda.

Luc. 14. 18. *Matt. 1.* *Ezech. 44.* *Cant. 4.* *Exod. 3.* *Luce 1.*

Maria quomodo sit electa vt sol. Electa vt sol. Duo pcipuè cõmendãtur in sole, splẽdor & calor. Quia splẽdet, significat sapiẽtiã, quia calet, significat charitatẽ. De sapientia namq; legitur, quod ipsa est candor lucis æternæ, & speculũ sine macula, Dei maiestatis & imago bonitatis illius. De charitate legitur, quod ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem. Aquæ multæ non possunt extinguere charitatẽ. Electa est ergo Maria, quatenus splẽderet & caleret vt sol. Splenderet per sapientiã, caleret per charitatẽ, quia Spiritus sanctus superuenit in eam, & virtus altissimi obumbrauit eã. Spiritus Sanctus est charitas, de quo dicitur. Deus charitas est. Et virtus altissimi, sapientia, de qua legitur: Xp̃s est Dei virtus & Dei sapientia. Audi Mariam interrogantem ex sapiẽtia. Qũo fiet istud, qm̃ virũ non cognosco? Audi respondentẽ ex charitate: Ecce ancilla dñi: fiat mihi secundũ verbum tuũ. Audi sapientiã in Maria: Maria, inquit, obseruabat oĩa verba hæc, conferens in corde suo. Audi charitatẽ in ea. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. Superuenit igitur in eã Spiritus sanctus vt ad concipiendum in corpore daret ei charitatis affectũ. Propter quod legitur, quia Christus natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine. Et virtus altissimi obumbrauit ei, vt ad concipiendum in corde daret ei sapientiæ intellectũ. Propter quod legitur Beata, quæ credidisti, quoniam omnia cõpleta sunt tibi à domino. Concepit in corpore Verbum, quod caro factũ est, & habitauit in ea. Concepit in corde Verbum, quod erat in principio apud Deũ, & Deus erat Verbũ. Electa igitur

Sap. 8. *Esa. 31.* *Cant. 8.* *1. Ioã. 2.* *Sapientia, & charitas Mariæ.* *Luc. 2.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ioan. 1.*

igitur est vt sol, quatenus in sole po- *Cant. 4.*
suit tabernaculum suum, & ipse tan- *Psal. 16.*
quã sponsus procedẽs de thalamo suo.
Cant. 6. Terribilis vt castrorũ acies ordina-
Sap. 8 ta. Scriptũ est.n. quia sapientia vincit malitiã: inter quas in hac vita mortali grandis & grauis exercetur conflictus. Pro sapientia namque pugnat & expugnat chorus virtutum: pro malitia vero pugnat, & repugnat exercitus vitiorum, quia non est conuentio
2. Cor. 6. lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial. Castra vitiorum, quasi ducem se-
Eccl. 10. quuntur superbiam, de qua dicit scri-
Luc. 1. ptura: Initiũ omnis peccati est superbia. Castra verò virtutum, quasi ducẽ sequuntur humilitatẽ, de qua dicit Maria, Respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ecce. n. ex hoc beatam me dicent oẽs generationes. Acies ergo castrorũ, i. plenitudo virtutum ita fuit in virgine
Cant. 2. ordinata, vt de se verè dicere posset. In-
Col. 2. troduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatẽ, vt postquàm in ea plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit, vicit ex toto malitiam. Quoniam vt vehemẽter opinor, ex tunc fomes peccati, lãguor naturę, stimulus carnis in ea fuit non solum sopitus, sed prorsus extinctus, vt de cætero non cõcupisceret caro aduersus spiritum, sed plena gratia, vitijs & dæmonijs terribilis appareret.

Ipsa est ergo aurora consurgẽs, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Luna lucet in nocte, aurora i diluculo, sol in die. Nox autem est culpa, diluculum pœni-
Peccatores Mariam inuocent. tentia, dies gratia. Qui ergo iacet in nocte culpæ, respiciat lunam; deprecetur Mariam, vt ipsa per filiũ cor eius ad compunctionem illustret. Quis enim
Eccl 2. de nocte inuocauit eã, & non est exauditus ab ea? Ipsa est mater pulchræ dilectionis & sanctæ spei. Qui verò ad
Iob. 7. diluculum pœnitentiæ surgit, respi-
1. Ioã. 5. ciat auroram, deprecetur Mariã, vt ip-
Gal. 6. sa per filium cor eius ad satisfactionẽ
Treno 3 illuminet Quis enim deuotè inuocauit eam & non est exauditus ab ea? Ipsa est mater pulchræ dilectionis & sanctæ spei. Quia verò militia est vita hominis super terram (nam mundus positus est in maligno, caro concupiscit aduersus spiritum, oculus deprædatur animam, mors ingreditur p fenestras,
nec est nobis colluctatio tantum ad- *Hier. 9.*
uersus carnem & sanguinem, sed ad- *Ephes. 6.*
uersus spiritualia nequitiæ in cęlesti- *1. Petri. 5.*
bus, aduersus rectores tenebrarum harum. Aduersarius .n. noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret.) quicunque sentit impugnationem ab hostibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone, respi- *Tentati Mariam inuocare debent.*
ciat castrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam, vt ipsa per filiũ mittat auxilium de sancto, & de Sion tuea-
tur. Ipso præstante, q est sup oĩa Deus *Ps. 19.*
benedictus in secula seculorum. Amẽ.

In solennitate Natiuitatis gloriosissimæ semper virginis Mariæ.

De instrumentis piscator is, videlicet virga, linea, hamo & esca, & quid per ea accipere debeamus, & quare diabolus nominibus diuersarum bestiarum nuncupetur.

SERMO VNICVS.

In oculis suis quasi hamo capiet Behemoth. *Iob. 40.*

VErba quæ locutus sum, fratres charissimi, verba sunt domini ad Iob pauca, sed multa, parua, sed magna, breuia, sed prolixa. Pauca literis, sed multa sententijs, parua syllabis, sed magna figuris, breuia dictionibus, sed prolixa significationibus. Plena sunt quippe omnia suis mysterijs, & cęlesti dulcedine superredũdatia, si tamen diligentem habeant inspectorem, qui norit sugere mel
de petra, & oleum de saxo durissimo. *Deut. 32.*
Ego vero dabo vobis lac potum, non *1. Cor. 3.*
escam, quia sicut modò geniti in- *1. Pet. 2.*
fantes lac concupiscitis, vt in salutem crescatis.

I. In instrumento piscatoris quatuor
In piscatoris instrumento quatuor notanda sũt. notare debemus, virgam & lineã, hamum & escam. Quæ sit hæc virga, Propheta determinat dices. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Hæc est virgula fumi, ex aromatibus myrræ & thuris. Vir-
Esa. 11. ga floruit, & attulit fructu: quia virgo
Cant. 3. concepit, & peperit Christũ. Hãc ergo
Num. 17 virgã dixerim esse Mariã. Virga teneritudinẽ habet, rectitudinẽ, & longitu
Virgæ cõditiones vi habuerit Maria. dine. Teneritudinẽ, ne sit dura, rectitudinẽ, ne sit curua; longitudinẽ, ne sit curta. Maria verò virginitatẽ hẽt, humilitatẽ, & charitatẽ. Virginitatẽ sine concupiscentia, humilitatẽ sine superbia, charitatẽ sine malitia. De virgini
Virginitas. tate dicit Propheta: Ecce virgo conci-
Esai. 7. piet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ
Mat. 1. eius Emmanuel. Missus est. n. angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galileæ, cui nomẽ Nazareth, ad Virginẽ desponsatã viro, cui nomen erat Ioseph, de do-
Humilitas. mo Dauid, & nomen virginis Maria. De humilitate dicit ipsa beata Maria: Respexit humilitatẽ ancillæ suæ: ecce
Luc. 1 enim ex hoc beatã me dicent oẽs gñationes. Super quẽ, inquit Deus, requie
Esa. 66. scet spũs meus, nisi super humilem & quietũ & trementẽ verba mea? De cha
Charitas Can. 2. ritate dicit in Cãticis: Stipate me malis, ornate me floribus: quia amore lãgueo, Introduxit. n. me rex in cellã vinãriam, & ordinauit in me charitatẽ.

II. Huic virgæ linea colligatur, quam
Matt. 1. Matthæus Euãg. describit: Liber gñationis Iesu Christi, filij Dauid filij Abrahã. Hãc ergo lineã dixerim esse ge
Roma. 3. nealogiã. Nã sicut linea piscatoris de
Mat. 9. diuersis filis cõnectitur, sic genealo-
Esa. 16. gia redẽptoris de diuersis personis cõtexitur: de viris & mulieribus, de Iudęis & Gentilibus, de iustis & peccatoribus. Nã omnes peccauerunt. & egẽt gloria Dei. Præterea dicit in Euang. Non veni vocare iustos, sed pctõres. Et iõ clamabãt dicẽtes Veni dñe, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ Israel. Emitte agnũ, dñe dñatorẽ terræ, de petra deserti ad mõtẽ filię Siõ.

III. Huic lineæ subnectitur hamus, si-
Hamo cõparatur Christus cut Euangelista determinat dicẽs: Iacob genuit Ioseph virũ Mariæ: de qua natus est Iesus, qui dicitur Christus. Huc igitur hamu dixerim esse Christũ ferreũ, acutum, & vncum. Ferreum per potentiam, acutum per sapientiam, vncum per diligentiam. Per potentiam *Psal. 2.*
enim domat & superat, per sapientiã penetrat & indagat, per diligentiam retinet & conseruat. De primo dicit Psalmographus: Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confrin *Heb. 4.*
ges eos. De secundo dicit Apost. Viuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. De tertio dicit dominus: Hæc est voluntas pa- *Ioan. 6.*
tris mei, vt omne, quod dedit mihi, nõ perdam ex eo quicquam.

IIII. Huic hamo circumposita fuit esca,
Ioan. 1. cum Verbum caro factum est. & habitauit in nobis. Hamus. n. esca celatus, est Deus carne velatus. Hanc igitur *Esca ĩ hamo est Christi caro.*
escã dixerim carnẽ, secundũ quã Christus cõparat se vermi. Ego sum, iquit, vermis & nõ hõ, obprobrium hoium, & abiectio plebis. Dicitur aũt vermis *Psal. 21*
pp vilitatẽ abiectionis, & pp proprie- *Vermis cur dicatur Christus.*
tatẽ conceptionis. Nos, inquit Propheta, putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatũ: gñationem autem eius quis enarrabit? Sicut *Esa. 51.*
enim vermis nascitur sine semine, ita, Christus natus est de Virgine.

Hunc hamũ misit piscator in mare, vt caperet piscẽ, cũ Deus misit Christum in mũdũ, vt caperet Behemoth, i. diabolum. Diabolus. n. cum caperet escã humanitatis, captus est hamo di- *Psal. 58.*
uinitatis. Vnde Propheta: In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grãdi forti super Leuiathan serpen *Esa. 27.*
tem vectẽ, & super Leuiathan serpentem tortuosum & occidet cetum, qui est in mari. Propterea dicit in Psalmo: Veni in altitudinẽ maris, & tẽpestas demersit me. Cum ergo diabolus suggessit Christum occidi, tunc à Christo meruit captiuari. Secundũ illud Propheticum: O mors, ero mors tua, mor *Osee 13.*
sus tuus ero inferne. Diabolus enim paradisum intrauit, & colonos eiecit: & Christus ad infernũ descendet, & captiuos eduxit. Nam quia diabolus

misit manum in illum, in quo nihil iuris habebat, iure amisit illos, in quibus *Iob 40.* aliquid iuris videbatur habere. Ne verò diabolus videretur fraude deceptus, cũ hamo dicitur captus, præmisit. In oculis suis quasi hamo capiet Behemoth. Nã scienti & volenti dolus non infertur. Diabolus.n. Christũ cognoscendo timuit. & timendo cognouit. Quid, inquit, tibi & nobis Iesu Na- *Luc. 8.* zarene? Venisti ante tẽps perdere nos. *Matt. 5.* Scio q̃ sis sctus Dei. Et iterũ: Quid mihi & tibi fili Iesu Dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Consueta tamen auiditas cum traxit, & temeritas impulit, vt sanguinem eius sitiret, & carnem appeteret.

Diabolus cur diuersis nominibus animalium nuncupetur. Behemoth nominis interpretatione signat beluam. Diabolus.n. propter diuersas p̃prietates, diuersis animaliũ nominibus nuncupatur. Nominatur enim nominibus bestiarũ, propter violentiam & oppressionem: nominibus reptilium, propter asturiã & deceptionem: nominibus piscium, propter luxuriam & effusionem. His enim quatuor modis maximè tentat & superat. *Iob 40.* Dicitur etiam auis. Vnde: Nunquid il- *Hier. 17.* ludes ei quasi aui? Et specificato vocabulo dicitur perdix. Vnde illud: Clamauit perdix, congregauit quod non peperit. Dæmones ergo volucres ap- *Luc. 8.* pellantur. Vnde in Euang. Volucres *Iob. 40.* cœli comederunt illud. Dicitur Behe- *1. Pet. 5* moth, i. belua. Vnde: Ecce Behemoth, *Ioan. 10* quã feci tecum. Et specificato vocabulo dicitur leo. Vnde Petrus: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quẽ deuoret. Dicitur lupus. Vnde: Lupus venit, & mercenarius fugit. Dæmones ergo bestiæ nuncupantur, Vnde in Psal. Ne tra- *Ps. 6.* das bestiis animas cõfitentes tibi. Di- *Esa. 27.* citur serpens. Vnde illud: In die illa vi- *Leuiathã quid?* sitabit dñs super Leuiathan serpentẽ vectem. Leuiathã enim interpretatur additamentum eorum, quia, s. primis parentibus gloriam addere se spopõdit: Eritis, inquit, sicut dii, scientes bonum & malum. Et specificato vocabulo dicitur coluber. Vnde dicitur: Ob- *Gen. 3.* stetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Dicitur draco. Vnde, *Iob 25* Draco iste quem formasti ad illuden- *Psa. 103* dum ei. Dæmones ergo, quia diuersis modis seducunt, diuersis reptiliũ nominibus appellãtur. Vnde, Super aspi- *Ps. 90.* dẽ & basiliscũ ambulabis, &c. Item Ca- *Iob 20.* put aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.

Dicitur piscis, in cuius figura piscis immanis exiuit, vt deuoraret Thobiã. *Tob 5.* Et specificato vocabulo dicitur cetus. *Esa. 27.* Vnde. Occidet dñs cetũ, qui est in mari. In his omnibus appellatur Satan, i. aduersarius. Vnde illud, Stabat Satã *Zach. 3.* à dextris eius, vt aduersaretur ei. Dicitur Belial, i. apostata, præuaricator & absque iugo. Vnde dicitur. Quæ cõl- *Belial quid sit.* catio Christi ad Belial? Nuncupatur diabolus, i. criminator, siue deorsum fluens. Vnde in Ps. Diabolus stet à dextris eius, & oratio eius fiat in pctm̃.

Fortis est ergo diabolus & astutus, *2. Cor. 6.* sed fortior & astutior superuenit, qui *Ps. 108* vasa eius diripuit, & captiuos eduxit, *Luc. 11.* dominus Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum.

In solemnitate omnium Sanctorum.

Quid per duo Seraphin intelligere debeamus, & de tribus exercitibus clamantibus, & de quinque locis, in quibus humani spiritus commorantur.

SERMO I.

Duo Seraphin clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria. *Esai. 6.*

DVo Seraphin, quorum alter clamabat ad alterum, duo sunt testamenta, quorum alterum conuenit alteri. Nam rota continetur in medio rotæ, & duo Cherubin sese respiciunt versis vultibus in *Ezech. 1* *Exo. 25.*

Gen. 1. propitiatoriũ. Vnde vtrunque restũ
Ioã. 1. consimiliter incipit: illud; In princi-
Isa. 6. pio creauit Deus cęlũ & terrã: istud; In principio erat Verbum,& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ. Quod enim in illo minus apertè ferì bitur, in isto magis apertè narratur. In illo scribitur: Sanctus, sanctus, san-
1. Io. 5. ctus, dominus Deus exercituum, in isto narratur. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbũ,& spiritus sanctus,& hi tres vnum sunt. Praeter vnitatis igitur & trinitatis mysterium, quod euidenter & excellenter haec verba commendant, et hodiernae solennitati plenè simul ac planè conueniunt. Deus enim trinus, & vnus, tres tribus locis habet exercitus. Vnũ, qui triumphat in cœlo; alterũ, qui pugnat in mundo; tertium, qui iacet in purgatorio. De his tribus exercitibus inquit Apostol. In nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum. Hi tres exercitus distinctè clamant cum Seraphin, Sãctus pater, sanctus filius, sanctus spiritus. Patri nãque attribuitur potentia, quae conuenit exercitui, qui pugnat in via. Filio sapientia, quae competit exercitui, qui triumphat in patria. Spiritui sancto misericordia, quę cõgruit exercitui, quae iacet in pęna. Primus exercitus in laude, secundus in agone, tertius autem in igne. De primo legitur:

Exercitus Dei triplex.
Phil. 2.
Esai. 6.

Psal. 83 Beati, qui habitant in domo tua, dñe, in secula seculorum laudabunt te. De
Iob. 7. secundo dicitur. Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij, dies eius. De tertio verò inquit Apost. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis ꝓbabit. Sanè quinq; loca sunt, in quibus humani spiritus commorantur. Supremus, qui est summe bonorum, infimus, qui est summe malorum, medius, qui est bonorum, & malorum,& inter supremum & mediũ vnus, qui est mediocriter bonorum, & inter medium & infimũ alter, qui est mediocriter malorum. Supremus, qui est summe bonorum, est cœlũ, in quo sunt beati. Infimus, qui est summe malorum, est infernus, in quo sunt

2. Cor. 3
Quinq; loca ĩ quibus humani spiritus cõmorãtur
I. II. III. IIII. V.

damnati. Medius, qui est bonorum, & malorum, est mundus, in quo iusti & peccatores. Et inter supremum, & medium, qui est mediocriter bonorũ, est paradisus, in quo sunt Enoch, & Helias, viui quidẽ, sed adhuc morituri. Et inter medium & infimum, qui est mediocriter malorum, in quo puniuntur, qui pœnitentiam non egerunt in vita, vel aliquam maculam venialem portauerunt in morte. Qui propterea mali dicũtur, partim à malo pœnae, partim à malo culpae. Licet autem quinque sunt loca, in tribus tamen exercitus domini commoratur. *Mat. 25*
Nam qui sunt in inferno, non pertinent ad exercitum Dei, sed ad exercitum Zabuli, quibus tandem dicetur. Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Qui verò sunt in Paradiso, licet pertineant ad exercitum Dei, per se exercitum non perficiunt, cũ sint duo. Medius autem exercitus hodie reddit laudes pro exercitu, qui triumphat in cœlo, cras fundens preces pro exercitu, qui iacet in purgatorio, pro illo reddit laudes, qui regnat in gloria, pro isto fundet preces, vt euadat à pœna. O quàm rationabilis & salubris est huius obseruantiae institutio. Quis. n. nõ libenter reddat laudes indiuiduae Trinitati, pro sanctis, quorum precibus, & meritis nos credimus adiuuari, vt vbi sunt, illic simus & nos? Quis nõ libenter fundat preces indiuiduę Trinitati pro mortuis, cum & ipse sit moriturus, vt alij faciat in hac vita, quod sibi vult fieri post hanc vitam? Plena est igitur omnis terra gloria eius, quia sonus solennitatis istius, per quam Deus glorificatur in sanctis, in omnem terram exiuit, quae sub vna solennitate omnium sanctorum merita veneratur, ad laudem & gloriam indiuiduae Trinitatis, quae viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Laudare debemus Deũ pro sanctis. Orandũ esse libi ter pro mortuis. Psal. 18.

In

In eadem solennitate Sermo II. habitus in Monasterio Sublatense.

Mundi corde quinam sint, quomodoque ijdē beati: beatitudo vt sit duplex: visionem Dei esse triplicem: quo denique pacto cor mundandum sit.

Matth. 5

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

PLANA, sed plena sunt verba, quæ protulit verbum: facunda pariter & fœcunda, si tamen diligentem habeant inspectorem, qui norit excutere frumentum de palea, & elicere mel de fauo. Quibusdam quæstionibus præmissa verba pulsant animum, vt pleniorem concipiant intellectum. Salomon quippe testatur: Quis potest dicere, Mundum est cor meum, & purus sum à peccato? Nam si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quoniam in multis offendimus omnes. Quomodo ergo beati sunt mundo corde, si nemo potest dicere se mundum habere cor, & purum existere à peccato? Sed aliud est habere, quàm dicere, vel dicere, quàm habere. Cor siquidem mundum habent viri sancti & homines iusti, qui mundati sunt à peccatis mortalibus, & à vitijs criminalibus expiati, quales erant illi, de quibus Veritas ipsa dicebat: qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vos autem mundi estis, sed non omnes. Alioquin frustra orasset Psalmista, cum diceret: Cor mundū crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Amplius laua me ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me. Licet enim fragilis homo non possit omnino venialibus culpis carere, quia nec luna penitus est sine macula, & septies ī die cadit vir iustus, sed fortior resurgit, per gratiā tñ Dei, quæ principaliter operatur, & libertatē arbitrij. quod sanè cooperatur eidē, pōt ab offensis criminalibus abstinere. Mūdus aūt hic dicitur, nō quia oīno mūdus, sed magis magisq; mundandus, quia nullus adeo mūdus est in hac vita, q̄n mūdior possit esse in ea. Oēm, inquit, palmitē, qui fert fructū, purgabit eū, vt fructus plus adferat. Nemo tñ dicere debet, quasi gloriando, se cor mundū habere, sed q̄ stat, videat ne cadat: q̄a militia est vita hoīs super terram, & iō ante finē pugnæ, nō est de successu victoriæ gloriādū. Aduersarius.n. noster diabolus tanquā leo rugiēs circuit, q̄rens, quē deuoret: pugnantque quotidie cōtra miserū hoīem, dæmō, mundus & caro. Dæmō cū vitiis, mundus cū elementis, caro cum* sensibus. Beatus ergo qui semper est pauidus: q̄a timor dñi pctā expellit. Vnde timēdū est potius & cauendū, q̄ gloriandū vel præsumendum. Sed qui gloriatur, in dño glorietur, non in sublimitate, sed in humilitate, sicut gloriabatur Apostolus dicēs: Libēter gloriabor in infirmitatib. meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Nec est contrariū quod alibi dicit: Gloria nostra hæc est, testimoniū cōsciētiæ nostræ. Quia gloria illa nō erat sibi de se, sed de Deo, i. testimoniū liberæ consciētiæ, ne videlicet frustra gloriaretur de Deo, si psumeret cōtra testimoniū rectæ cōsciētiæ gloriari: quēadmodū frustra gloriātur hypocritæ, similes sepulchris deforis dealbatis, intus aūt pleni sūt oī spurcitia, & ossib. mortuorū. Quia spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Vel, Quis pōt dicere; Mūdū habeo cor, & purus sum à pctō? quasi rarus. Quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Pauci nanq; sunt boni respū malorū: Quoniā stultorum infinitus est numerus, & peruersi difficile corrigūtur. Sed & delicta quis intelligit? Vñ cū dixisset Apost. Nihil mihi cōscius sum, statim adiunxit, Nec tamē in hoc iustificatus sum. Et ideo Psalmista dicebat: Ab occultis meis munda me, dñe. Nā & alibi legitur: Nemo scit, vtrū dignus sit odio vel amore. Qđ de prædestinatione vel reprobatione potius intelligitur, quēadmodū dñs loquitur per

Marginal notes (left column): Prouer. 20. — 1. Ioā. 1. — Iacob. 3. — Cor mundum quis habeat. — Ioan. 13. — Psal. 50 — Prou. 24

Marginal notes (right column): Ioan. 15. — 1 Cor. 10 — Iob. 7. — 1. Pet. 5 — *al. cū [illegible] — Prou. 28. — Eccles. 1. — 1 Cor. 1. — 2. Cor. 1. — Sap. 1. — Mat 20 — Eccle. 1. — Ps. 18. — 1. Cor. 4. — Eccles. 9.

Mala. 1 ꝑ Prophetã: Iacob dilexi, Esau aũt odio habui: q̃a Deus p̃destinauit Iacob, & Esau reprobauit. Ergo beati mundo corde, q̃m ipsi Deũ videbũt. Sed quõ sunt beati, qui adhuc sunt i pugna & in miseria? Quis mundior erat Paulo, qui isti dicebat: Infelix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius! Cui con-
Rom. 7. sonat Psalmista, dicẽs: Educ de carce-
Psa. 141 re aiam meã ad cõfitẽdũ noĩ tuo, dñe.
Eccles. 1. Si erat infelix, quõ ergo beatus? Nihil est quippe sub sole, nisi vanitas &
Beatitudo duplex. afflictio spũs. Miseriã. n. nostrã plus experiri contingit, q̃ exprimi possit. Verùm duplex est beatitudo, vna viæ, altera patriæ. Beatitudo viæ cõsistit in
**al. merito.* spe, beatitudo patriæ consistit in * re. Ista cõsistit in fide, illa in spẽ. Ista con-
Ps. 118 sistit in merito, illa cõsistit i præmio. Ista consistit in gratia, illa consistit in gloria. De hac beatitudine legitur:
Psal. 83 Beati immaculati in via, qui ambulãt ĩ lege dñi. De illa beatitudine dicitur. Beati q̃ habitant in domo tua, dñe, in secula seculi laudabũt te. Isti ambulãt sed illi habitãt, q̃a isti laborãt, sed illi quiescũt; isti exercẽtur in lege, sed illi delectãtur in laude. Beati ergo sunt mũdo corde, sed modò ꝑ spem, tandẽ per rẽ, modò per fidẽ, tandẽ per spẽm, modò per meritum, tandem per præmium, modò per gratiam, tandẽ per gloriam, quoniam ipsi Deũ videbũt.

Ioan. 1 Cõtrariũ videtur dixisse Ioan. in E-
Exo. 33. uang. Deum nemo vidit vnquam. Et
Esai. 6. Deus inquit in lege: Nõ videbit me
Gen. 32 hõ, & viuet. Qui tñ Esaias videtur cõtradicere, dicẽs. Vidi dñm sedentẽ super soliũ excelsum & eleuatũ. Et Iacob. Vidi dñm facie ad faciẽ, & salua facta est aĩa mea. Forsan aliquis rñderet & diceret, q̃ Deus videri nõ pŏt scdm naturã diuinã, visus est tñ secundũ naturã humanã, queadmodũ inuit
Baru. 3. Hierem. Hic est, inquit, Deus noster, & nõ æstimabitur alius ad aliũ. Post hęc in terris visus est. & cũ hõibus cõuersatus est. Verũ ergo est, quod Deũ nemo vidit scdm puritatẽ & simplicitatẽ diuinæ naturæ, quia Deus est spiritus inuisibilis. Sed & verũ est, q̃d visus est Deus secũdum imaginẽ & similitudinẽ humanæ naturæ, quia factus visibilis hõ. Verũ ista visionis distinctio ad hunc sententiæ intellectũ non pertinet, q̃a nõ illi viderunt, & videbũt in Deo naturã humanã, qui tamẽ nec beati fuerunt, nec erunt, vt Herodes & Pilatus, & Iudas, & Caiphas. Illi quoq;
de quibus dicitur. Videbunt, in quem *Ioan. 16*
transfixerunt, qui nõ ad salutẽ, sed ad dãnationẽ videbũt, quia tolletur impius, ne videat gloriam Dei. Beati ergo qui non viderunt & crediderunt.
Sic est ergo potius distinguendũ, q̃d *Ioan. 20*
visionũ alia est corporea, alia ænigma- *Visio triplex.*
tica, alia cõprehẽsiua. Corporea consistit in sensu, ænigmatica in imaginẽ, *Luc. 1.*
cõprehensiua in intellectu. De prima *1. Cor. 13.*
dicitur. Viderunt oculi mei salutare tuũ. De secunda legitur. Videmus nũc *1. Corin.*
per speculũ in ænigmate. De tertia vero subditur. Tunc autẽ videbimus *15.*
facie ad faciẽ. Visione corporea nullus vnquam videre potuit aut poterit Deitatem, quia Deus nõ est corpus, sed spiritus. Visione aũt ęnigmatica Deus in præsenti videtur vtcunque, non ꝑ speciem, sed per fidem, nec plenè, sed imperfectè. Visione verò cõprehensiua purè videtur ab angelis sctis & aiabus beatis, q̃ cognoscũt, sicut & cogniti sũt. Verũ est ergo q̃d Deũ nemo vidit vnquam, sed intelligendũ est de visione corporea. Verum est quoque q̃d ait: Nõ videbit me hõ, & viuet, sed intelligẽdũ est in hac vita mortali. Q̃d bene signatũ est Moysi, qui stãs in fo- *Exo. 33.*
ramine petræ, posteriora dñi vidit, sed *Dorsum*
faciẽ nõ aspexit. Quia sicut hõ versus *Dei vide-*
à tergo sentitur, q̃d sit hõ, sed non *re quid*
quis hõ, ita quod Deus sit nõ scimus, *sit.*
sed q̃d sit nescimus. Scimus eq̃dẽ, q̃d sit Deus, sed nescimus q̃d sit. Dñm ergo patres antiq̃ viderũt ęnigmaticẽ, per quadã videlicet similitudinẽ visionis humanæ, q̃ vel sensui vel imaginationi potius appareb at. Sed beati mũdo corde, q̃m ipsi Deũ videbũt. Nõ ait de p̃senti, Vident, sed de futuro, Videbũt, q̃a plenius, & pfectius videtur in futuro. Videtur tñ & in p̃senti per inspirationis, cõtẽplationis, orationis, meditationis, lectionis, prædicationis effectum,

Cor à quibus sit mundandum. est. &ũ, quibus ad intuendũ Deum aĩa sublevatur. Oportet aũt mundari cor, & à criminalibus culpis, & à secularibus curis, ne Deus lippis videatur oculis, qa si oculus tuus simplex fuerit, totũ corpus tuũ lucidũ erit, siu ãt nequã extiterit, totũ corpus tuum tenebrosum erit. Et iõ iste m̃undus, ille minimè lumen intuetur æternum. Nã qui malè agit, odit lucẽ, & in tenebris ambulat. Lux ãt in tenebris lucet, sed tenebræ eã minimè cõprehenderunt. Obscuratum est, inquit Apost insipiẽs cor eorũ, & quò magis quis peccat, eò magis obtenebratur, donec de tenebris in teriorib. proijciatur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium, vbi erit vermis qui non morietur, & ignis qui non extinguetur.

Matt. 6. Deũ libere valeat intueri: q ŋ qui criminalibus culpis involuitur cæcus ē: & qui secularibus curis irretitur, luscus ē, &c. Ioan. 3. Ioan. 1. Rom. 1. Mat. 22. Esa. 66.

Exeat igitur de Aegypto, q vult sacrificare dño in deserto, purgetur à tenebris vitiorũ, quia Deus lux est, & in eo tenebræ nõ fuerũt vllæ. Heu si quis videret aĩam peccatricẽ, q̃ sit fœda, q̃ sit fœtida, q̃ obscura, q̃ tenebrosa, profectò magis abominabilis & detestabilis appareret q̃ caro leprosa. Oportet ẽt, vt qui Deum vult liberè cõtemplari, mundet cor à secularibus curis, quia quãdiu fuerit diuisum p actiões mũdanas, & distractũ p occupationes terrenas, quasi prostratũ ad solũ, suspicere nequit ad polũ. Qđ bene signatum est in Zachæo, qui cum esset princeps publicanorum, & ipse diues, volebat videre Iesum quis esset, sed præ turba nõ poterat, qa statura pusillus erat. Princeps erat publicanorum, & iõ negociis vectigalibus occupatus. Statura pusillus, qa terrenis intẽtus, pstratus erat in terrã, nec erectus in cœlũ, & iõ pre turba, i. implicatione solicitudinũ secularium, nõ poterat videre Iesum qs esset, donec turbã præteriẽs, i. occupationes mundanas relinquens, ascenderet in arborẽ Sycomorũ, i. ad fidẽ viuificæ crucis accederet. De qua apprehendit cũ oĩbus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, quæ sit sublimitas, & pfundum. Abigantur ãt muscæ morientes, quæ pdunt suauitatẽ vnguẽti, hoc est, excludãtur importunæ cogitationes, quæ cõtẽplationis dulcedinem tollunt, & paruuli allidantur ad petrã, i. primi motus comprimantur ad Xpm vt aĩa de virtute in virtutẽ ascendens, Deũ deorũ videat in Sion. Substernat itaq; sibi mẽs vniuersa terrena, in qb. est vanitas & afflictio, & trãscẽdat ad inuestigãdũ cęlestia, in qbus est vera felicitas & beatitudo pfecta, considerãs & admirãs in illa supna curia ordines angelorũ, patriarcharũ cœtus, pphetarũ choros, apostolorũ coronas, martyrũ palmas, confessorum manipulos, & virginũ fructus, qescẽtes in pace, gaudẽtes in laude, fulgentes in luce, sine timore securos, sine labore quietos, sine dolore iucundos, quãta sit illis cognitio delectatio, & dilectio, quãta sit pulchritudo, rectitudo, & fortitudo, quãta sit impassibilitas, incorruptibilitas, & immortalitas, qđ ipse Deus sit oĩa in oĩbus, merces & pmiũ singulorũ. Et si ad hæc inuestigãda mens rapitur eũ quodã dulcedinis gustu, tũc vtique contẽplatur. Et q̃ dulce sit taliter contẽplari, nouit ille plenius, q gustauit. Adhuc tñ dulcior quidã contẽplationis est gustus, videlicet inuestigare cõplexũ patris, & filij & spũs sancti, à q est amor & delectatio vtriusq; ab vtroq; procedẽs, sed nec posterior nec minor vtroq;, tanquã cõsubstantialis, vel coæternus vtriq;. Sicut. n. in Xpo sunt tres substãtiæ in vna persona, sic in Deo tres sunt psonæ in vna substãtia. In tribus substãtijs est aliud, sed nõ alius. In tribus aũt personis est alius, sed non aliud, quia tres vnũ sunt, quod est æternũ & simplex, quia nec principium hẽt, nec finẽ, sed est principiũ sine principio, & finis sine fine, quasi principium sit ad finem, & finis sit ad principium. Nec habet multitudinem partium, nec habet conectionẽ proprietatum, quia nihil habet in se, nisi se, nec aliud est habens ab habito, nec aliud habitũ ab habẽte, licet ipsius habẽtis nulli sit habitus, maius aut minus. Licet in ipso substãtialiter vno sit alter & alius, videlicet pater & filius & spũs sãtus. In illo verò personaliter vno, qa & alterũ est & aliud inueniatur, prius

Mat. 5. Ioan. 1. 2. Io. 1. Aĩ peccatrix quam sit fœda & detestabilis. Cura secularis diuinam ipediũt cõtemplationem. Luc. 19. Ephe. 3. Eccl. 10. Muscæ morientes abigẽdæ quæ sint.

Psal. 36. Psa. 38. Fœlicitas æternæ vtæ quomodo cõtemplanda. Cõtẽplari quid sit. Trinitatis contemplatio.

prius & posterius, maius & minus, videlicet æternũ, nouum & vetus: æternum Deitas, nouum anima, vetus caro. Inter hæc dulce nimis & iucundũ, in hoc summo, & vero bono inuestigare potentiã, quæ cuncta creauit; sapiẽtiã, quæ cuncta disposuit; & benignitatem, quæ cũcta gubernat: A qua, & per quam, & in qua vniuersa cõsistunt, magna, pulchra & vtilia. Vt per magnitudinem inuestiges potentẽ, per pulchritudinem sapientem, per vtilitatẽ benignum. Vnus tamen & idẽ est, qui creauit, disposuit, & gubernat. In quo non est aliud potentia, quàm sapientia, vel benignitas: vt sicut est vnitas in natura, sic & distinctio in personis. Sed desinamus scrutari scrutinium: quoniam accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, & inuestigator maiestatis opprimetur à gloria.

Tria in Deo contemplanda.

Ps. 63. *Prouer. 25.*

Beati ergo sunt mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Comprehensiua siquidem visio est animi beatitudo perfecta: quoniam hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Perfectè nanq; est beatus, cui omnia optata succedũt. Et certè qui Deũ videt, quicquid desiderat, habet. Delectaris in sapientia, si Deum vides, habes quod cupis, quia Deus perfectissima sapientia est, quæ attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit vniuersa suauiter. In quo omnes thesauri sapientiæ & sciẽtiæ sunt absconditi. Delectaris in pulchritudine, si Deũ vides, habes quod cupis, quia Deus est perfectissima pulchritudo, in quem desiderant angeli prospicere. Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. Delectaris in pace, si Deum vides, habes quod cupis. quia ipse est perfectissima pax, quæ fecit vtraque vnum, cuius pax exuperat omnem sensum. Delectaris in luce, si Deũ vides, habes quod cupis: quia Deus est perfectissima lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & ipse habitat lucem inaccessibilem. Delectaris in fortitudine, si Deũ vides, habes quod cupis: quia Deus est perfectissima fortitudo. Cui nihil est impossibile, cuius voluntati nihil resistit, qui est fortis & potens super oẽs Deos. Si delectaris forsan in dulcedine, ipse est summa dulcedo, de quo dicit scriptura: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, domine, quam abscondisti timentibus te. Gustate, inquit, & videte, quoniam suauis est dominus, dulcis & rectus, benignus & pius. Quid autem moramur in singulis? Quicquid boni desideras, si Deum vides, habes in eo. Qui cum sit summũ bonum, in ipso est omnium plenitudo bonorum, quem si vides, & comprehẽdis: si comprehendis, & habes. Propter hoc summum bonum adipiscendum & obtinendum deseruistis seculum, & eremum elegistis, non quamcunque, sed illam videlicet quam pater & patronus noster B. Benedictus elegit, in qua monasticam vitam cõstituit & monasterium ordinauit, cuius vtique * statuta non solummodo propter votum, sed etiam propter locum tenemini custodire. Quocirca fratres mundate cor vestrum, vt Deum videre possitis. Cor autem mundãdum est scopis illis, quibus mundata est domus illa, de qua spiritus immundus exiuit, quam postea scopis mundatam & ornatam inuenit. Bona scopa est pœnitentia, bona eleemosyna, bona ieiunium, bona oratio, bona vigiliæ. His vtique scopis domos vestri cordis mũdetis, vt Deum videre possitis. Ipso præstante, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Visio comprehensiua quæ. Io. 17.

Sap. 8. Co. 2. Ioan. 1.

1. Tim. 6

Psal. 30 *Psal. 33*

Religionis fine monasticæ vitæ scopus.

** I. regulam.*

Scopæ quæ, cor mundandum sit.

D. INNOCENTII
PONTIFICIS MAXIMI,
HVIVS NOMINIS III.

In natalitijs & Festis sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, ac Virginum, sermones quos Communes vocant.

DE APOSTOLIS.

De singulari prærogatiua, honoratione, ac veneratione Apostolorum, & de tribus præcipuè, quæ illorum commendant honorabilem principatum.

SERMO I.

Psal. 138 Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

IN quo plus posset quispiā honorari, q̃ vt veri Dei veraciter appelletur amicus? Si.n. honorificum reputatur & inter amicos terreni regis ascribi, quantò plus debet honorabile reputari cœlestis esse regis amicū? Inter familiares autem amicos dēt esse cōitas euentuum, cōicatio secretorū, & cōicatio voluntatum: ex quibus amicitia fidelis comprobatur. Q̃m hoc est propriū amicorū, nihil eē propriū inter illos. Christus enim tam insolubili charitate sibi deuinxit Apostolos, vt ipsorum euentus reputet esse suos, quemadmodum illis aiebat. Qui vos spernit, me spernit; & qui vos recipit, me recipit. Propter qđ Saulo dicebat: Saule, Saule, quid me ꝑsequeris? Durū est tibi contra stimulū recalcitrare. Idē Petro q̃rēti: Dñe, quò vadis? Rñdit: Eo Romā iterū crucifigi. Ipse quidem impassibilis regnabat in cœlo, & tñ se passibilē dicebat in terris. Q̃m & sua reputat suorū esse, & suorum reputat esse sua. Non.n. est dispar euentus, quorū compar effectus; nec est diuersa fortuna, quorū est vna aīa. Vnde dicebat; Volo pater, ut vbi ego sū, illic sit & minister meus. Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecū; ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Idem ēt Apostolos suos tā syncera sibi amicitia copulauit, qđ suorū eos fecit conscios secretorū. Iā, inqt, nō dicā vos seruos, sed amicos, qa seruus nescit qđ faciat dñs eius. Vos āt dixi amicos, qa oīa q̃cunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Et iterū. Vobis datū est nosse mysteria regni Dei, cæteris āt in parabolis. Propter quod ipse dicebat. Cōfiteor tibi pater, dñe cœli & terræ, q̃m abscōdisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Sed quo verū est, qđ oīa q̃cunq; audiuit à patre, nota fecit apostolis, quū alibi dicat; Multa habeo vobis dicere, quæ nō potestis portare modo? Cōsiderandū ē, qs hoc dixerit. Ille, ꝑfectò, q dixit, & facta sunt; qui cūcta nouit antequā fierēt, cui sunt futura præterita, vel potius cui sunt vniuersa præsentia, tā præter ita, q futura; q̃ñ q viuit ī æternū, creauit oīa simul. Quædā ergo quātum ad ipm notificauit Xps Apostolis, q̃ q̃tum ad illos notificāda erāt eisdē. Cū venerit, inqt, ille spūs veritatis, docebit vos oēm veritatē; q̃m docebit vos d oībus, & erītis oēs docibiles Dei. Xps ergo tā quā verus amicus Apostolis suis reuelauit occulta; ipsi verò tanq̃ veraces amici dñi sui bñplacita ꝑfecerūt; quēadmodū illis aiebat; Vos amici mei estis, si feceritis q̃ p̄cipio vobis. Nā si qs diligit me, sermonē meū seruabit; & q fecerit volūtatē patris mei, q ī cęlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

Amicitia fidelis in quibus comprobetur.
Luc. 10
Act. 9.
Ioan. 17.
Ioan. 13
Luc. 8.
Mat. 11
Ioan. 16
Eccl. 18.
Ioan 16.
Ioan. 6.
Ioan. 15.
Ioan. 14
Mat. 12

Quapp extẽdens manus in discipulos suos ait; Hęc est mater mea,& hi sunt
1.Io.3. fratres mei. Nimirũ ipse ꝓ illis aĩam
posuit, & illi pro ipso aĩam posuerũt.
Iob 1. Pellẽ quippe pro pelle,& cũcta q̃ hẽt
Ioan.15 hõ,dabit pro aĩa sua. Maiorẽ aũt chari
Prou.23 tatẽ nemo habet, q̃ vt aĩam suã ponat quis pro amicis suis. Profectò sederũt Apostoli ad mẽsam diuitis amici:& iõ talia parauerũt illi,qualia pceperunt ab ipso. Biberat.n.ille ꝓ ipsis;& iõ bi berunt ipsi pro illo calicẽ passionis,iu xtà vocẽ dicentis in Psalmo. Quid retribuã dño ꝓ oibus quę retribuit mi hi?Calicẽ salutaris accipiã, & nomen dñi inuocabo. Ibant igitur Apostoli
Psa.115 gaudentes à conspectu concilij,qm̃ di gni habiti sunt pro noie Iesu contu-
Act.5. meliã pati. Memores.n.erãt discipuli eius, qđ audierant à magistro dicẽte.
Luc.12. Qui me confessus fuerit corã homini
Rom.10. bus,confitebor & ego eũ coram patre
Luc.9. meo. Nam corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutẽ. Nã qui me erubuerit coram hominibus, hũc filius hoĩs erubescet,cũ venerit in maiestate sua,& patris & sanctorũ an
Col.6. gelorũ. Ideoq; dicebat Apostolus: Mihi absit gloriari,nisi ĩ cruce dñi nostri Iesu Xpi,p quẽ mihi mũdus crucifixus est,& ego mundo. Licet igitur oẽs san cti sint honorabiles apud Deũ,& apud Ecclesiã venerabiles, Apostoli tñ prin cipaliter & pcipuè sũt honorandi ac venerãdi,q̃ salutare Dei videre meruerunt familiariter,& audire, quẽadmo
Luc.10. dũ ipse dñs ꝓtestatur; Beati q̃ vidẽt q̃ vos videtis, & audiũt q̃ vos auditis. Amen dico vobis; Multi reges & ꝓphe tæ voluerunt videre q̃ vos videtis, & non viderunt,& audire,quę auditis,& nõ audierunt. Propter huius familiaris prærogatiuæ gratiã singularẽ dñs
Ioan.15 eos & fratres & amicos appellat. Fratres,tanquã cohæredes bonorũ. Amicos,tanquã socios secretorũ. Narrabo, inqt, nomẽ tuũ fratribus meis ĩ medio
Psa.21. ecclesiæ laudabo te. Itemq;: Dico vo-
Luc.12. bis amicis meis,ne terreamini ab his,q corpus occidũt,animã aũt nõ possunt occidere. Illorum autem principatũ
Psa.138 puidens Propheta pdixit in Ps. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorũ. Multa sunt sanè, q̃ bonorũ apostolorũ cõmendat honorabilẽ principatũ. Sed in
Honorabiles quanã Apostolos fecerint. ter vniuersa sunt principalia tria, dignitas,authoritas & potestas. De digni tate nanq; Veritas inqt apostolis: Vos estis,q permansistis mecũ in tentatio-
Luca 22 nibus meis, & ego dispono vobis re-
Ioan.16. gnũ sicut pater meus mihi disposuit, vt edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo. O quãta dignatio dñi, quanta dignitas serui,vt videlicet seruus dño cohærens cõstituatur ĩ regno, edatq; panẽ vitæ,qui de cœlo descendit,& bibat vinũ,quod de latere Chri sti ꝓfluxit sup mensam altaris in regno Ecclesiæ militantis. De his ẽt ad spõsam dicitur per Psalmistã: Pro pa
Psal.44 tribus tui nati sunt tibi filij,cõstitues eos principes super oẽm terrã. Duodecim.n.apostoli nati sunt Ecclesiæ pro duodecim patriarchis, totidemq; pro prophetis, quos ipsa principes super
Psal.46 oẽm terrã cõstituit. Qm̃ ipsi sunt principes populorũ, qui fuerũt cũ Deo Abrahã congregati. Porro, principatus iste nõ cõfert dñium,sed tribuit mini sterliũ;qm̃ interdicitur dñatio, & indicitur ministratio. Iuxta quod dñs inquit Apostolis;Principes gentiũ dñantur eorũ, & qui ptãtem habẽt sup eos,
Luc.22. benefici vocantur. Vos aũt non sic. Sed q maior est inter vos,erit sicut iunior, & qui præcessor,sicut ministrator. Et
1.Pet.5. ideò princeps Apostolorũ aiebat; Non quasi dñantes in clero,sed forma facti
Luc. 14 & 18. gregis ex aĩo. Qm̃ qui se exaltat,humi liabitur, & qui se humiliat,exaltabi-
Ps.112. tur. Excelsus.n.dñs humilia respicit,&
Ecc.3. alta de longe cognoscit. Propter qđ
Eccl.12. dicitur; Quantò maior es,humilia te in oĩbus. Principẽ te constituunt,noli extolli; esto ĩ illis quasi vnus ex ipsis. Quantò.n.humilior est sublimitas, tã tò sublimior est humilitas. Ideòque sint humiles, qui volũt esse sublimes. Authoritatẽ dñs cõmemorat, & com-
Ioã.20. mendat Apostolis,dicẽs; Quorũ remiseritis pctã, remittuntur eis; & quorũ
Mat.16. retinueritis,retenta sunt. Facti nõ tã principes corporum, q̃ iudices aĩarũ.

Quo-

Qm in regeneratione, cũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos sup̃ sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Dñs.n. ad iudiciũ veniet cũ senioribus populi sui. Nobilis in portis vir eius, qñ sederit cũ senatoribus terræ. Duodenarius.n. numerus est sacratus ĩ duodecim Apostolis duodecim Prophetis, duodecim Patriarchis: ĩ duodecim exploratorib. duodecim prĩcipib. duodecim tribub. in duodecim fontibus, duodecim lapidibus, duodecim sedibus: ĩ duodecim horis, duodecim mensibus, duodecim annis: in duodecim signis, duodecim stellis, duodecim gẽmis: in duodecim portis, duodecim angulis, & duodecim fundamentis, in duodecim uirgis, duodecim cubitis, & duodecim cophinis, in duodecim phialis, duodecim acetabulis, & duodecim mortariolis: in duodecim bubus, duodecim leniculis, & duodecim arietibus. Est aũt numerus superabundans, cõstãs ex duobus senarijs, signantibus perfectionẽ cogitationis & operis, siue mẽtis & corporis, ex trinario multiplicato p̃ quaternariũ, & quaternario p̃ trinariũ, signantibus fidẽ indiuiduæ Trinitatis, & quatuor Euangeliorũ doctrinã. Siue tres virtutes catholicas, theologicas & quatuor virtutes politicas, * ex quinario sensuũ, q̃ spectãt ad corpus, & septenario donorũ, q̃ spectãt ad spiritũ. Vñ Xps primo die de quinque panibus hordeaceis, p̃p vitã actiuam cui deseruiunt sensus corporis, & postea de septẽ panibus triticeis, ꝓpter vitã cõtemplatiuã, cui deseruiunt dona spiritus, p̃ manus Apostolorũ multitudinẽ populi satiauit. Hic numerus ex suis partibus aggregatis excressit in septenariũ, q̃ constat ex denario & senario, mandatorũ executionẽ signans. Quia decẽ sunt legis mandata, quæ sex diebus exequimur, crescentes in charitatis perfectionẽ, quæ secundũ Apostolũ sedecim proprietates habere dignoscitur. Charitas.n. inqt, patiẽs est, benigna est, non æmulatur, nõ agit perperã, nõ inflatur, nõ est ambitiosa, nõ quærit quæ sua sunt, nõ irritatur, nõ cogitat malũ; nõ gaudet super iniquitate, cõgaudet aũt veritati: oĩa suffert, oĩa credit, omnia sperat, oĩa sustinet. Charitas nunquã excidet. Potestas verò cõmendatur, & cõmemoratur, cũ dicitur: Conuocatis Iesus duodecim Apostolis suis dedit illis p̃tãtẽ spirituum immũdorũ vt eijcerent eos & curarent omnẽ languorẽ & omnem infirmitatẽ. Et hinc illis aiebat. Si habueritis fidẽ, vt granũ sinapis, dicetis mõti: Transi hinc, & trãsibit. Nã qui crediderit in me, opera q̃ ego facio, & ipse faciet, & maiora horũ faciet, qm̃ oĩa possibilia sunt credẽti. Vñ reuersi sunt discipuli cũ gaudio dicentes; Dñe, etiã dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Sancti namq; per fidẽ vicerũt regna, qm̃ hæc est victoria q̃ vincit mundũ, fides nostra. Isti sunt.n. ad quorum clangorem muri Ierico corruerunt, qui in sua p̃dicatione conuerterunt mundũ ab errore ad veritatẽ, & à vitijs ad virtutes euntes in mundũ vniuersum & prædicantes Euangeliũ vniuersæ creaturæ, docentes oẽs gentes seruare quæcũq; mandauit eis Deus. Vñ profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperãte, & sermonẽ confirmante sequentibus signis. Nã in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Annunciauerũt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Isti sunt vigiles, de quibus sponsa dicit in Canticis, Inuenerunt me vigiles, q̃ custodiunt ciuitatẽ, paululum cũ pertransissem eos, inueni quẽ diligit anima mea. De q̃bus etiam ait dominus per Prophetã: Super muros tuos Hierusalem posui custodes, tota die & nocte nõ tacebũt laudare nomẽ domini. Isti sunt testes, de quibus legitur, Quia virtute magna reddebant Apostoli testimonium Iesu Christi, quemadmodũ ꝓmiserat illis. Manete in ciuitate, donec induamini virtute spiritus ex alto. Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad extremũ terræ. Vnde cum inhibiti fuissent Apostoli, ne in nomine Iesu prædicarent, responderunt dicentes. Oportet Deo

Marginalia (left): Esai. 3. Prouer, 1. Numeri duodenarij priuilegia. *Hic videtur aliquid desiderari. Ioan. 6. Matth. 15. 1.Cor. 13.

Marginalia (right): Mat.10. Mat.17. Ioã.14. Mar.9. Luc.10. Heb.11. 1.Ioã.5. Iosue.6. Marc.16. Mat.28 Mar.16 Ps.18. Ps.63. Can.3. Esa.62. Act.4. Luc.24. Acto.1. Acto.5. Acto.4.

Acto. 4. magis quàm hominibus obedire. Nō .n. est aliud nomen sub cęlo, in quo oportet homines saluos fieri. Isti sunt cęli, de qbus per Psalmistam dicitur: Cœli enarrāt gloriā Dei, & operā manuum eius annunciant firmamētū. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Quia spiritus dñi cœlos ornauit, & apparuerūt illis dispertitæ linguæ, tāquā ignis, sedit q; supra singulos eorum: & repleti sunt oēs Spū sancto, & cœperūt loqui varijs linguis, prout spūs sanctus dabat eloq illis. Sanè licet Xps sit primū & pcipuū fundamētū ecclesię, de quo dicit Apostolus: Fundamētū po'itū est, præter qđ aliud poni nō pōt, quod est Xps Iesus: Apostoli tñ sunt secunda & secūdaria fundamēta; de quibus dicit Psalmista. Fundamēta eius in montibus sanctis, diligit dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Hinc.n. Apostolus ait: Iā non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorū, & domestici Dei: superædificati sup fundamentū Apostolorū; & Prophetarū, ipso sūmo angulari lapide Xpo Iesu. Quia verò laudes Apostolicas nō sufficimus dignis pconiis explicare, cōuertamur ad preces, suppliciter implorantes, vt q tātā dignitatē, authoritatē, & potestatē à dño susceperūt, & obtinere merētur qcq'd postulāt i noīe saluatoris, ipsi p nobis suis meritis & pcibus interueniāt apud eū. q est sup oīa Deus benedictus in secula seculorū. Amen.

Psal. 18
Psal. 32.
Ioh. 20.
Acto. 2.
1. Cor. 3
Fundamenta Ecclesiæ secūdaria esse Apostolos.
Psal. 86
Ephes. 2.

In Communi Apostolorum.

De diuersis ciuitatibus Dei, nimirum cœlesti, terrestri, spirituali, & corporali.

SERMO I.

Psal. 126. Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam.

Rex regum, fratres charissimi, diuersas habet in ducibus regionibus ciuitates, cęlestem videlicet & terrestrem: spiritualem, & corporalem. Cęlestis ciuitas est ecclesia triumphātium, terrestris est ecclesia militantiū: spiritualis est fidelis anima, corporalis ē miserabilis Hierosolyma. De prima legitur: Hierusalē q ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. De secūda: Mōs Siō latera aquilonis, ciuitas regis magni. De tertia: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. De quarta: Vidēs Iesus ciuitatē, fleuit sup eā. Sed & nūc sup eam flere magis libet, q aliqd dicere. Cuius.n. pectus tā ferreū, cuius cor tā lapideum, vt gemitus nō producat, lachrymas nō effundat: cū diligēter attēdat calamitosam terrę sanctę miseriā, & miserabilē terreni sāctuarii calamitatē, vt dicere valeat cū Propheta: Viæ Siō lugēt, eò p nō sint q veniāt ad solennitate: & facti sunt inimici eius i capite. O miseriæ euētus, vel eueniēs infelicitas. Deus, venerūt gētes in hęreditatē tuā, coinquinauerūt tēplū sanctū tuū posuerūt Hierusalē in pomorū custodiā. Fuderunt sanguinē seruorū tuorū i circuitu Hierusalē, & nō erat qui sepeliret. Facti sumus opprobriū vicinis nostris, derisum & contēptū his qui in circuitu nostro sunt. Insultant nobis inimici nostri dicentes: Confidebatis in ligno: sed ecce seipsum non potuit saluum facere. Vnde nunc est gloriatio vestra? Perijt omnino spes vestra. Stulti, redite ad cor, & sapiētes quoque sapite: Sed tu, domine, responde pro nobis: imò respōde pro te, ne consentiant aduersarii nostri & dicāt: Manus nostra; & nō Deus fecit hæc oia: quia nisi tu custodieris ciuitatē, in vanū vigilāt q custodiunt eā. Sine me, iquit, nihil potestis facere. Porrò cęlestis ciuitas non munitur custodibus: quia non impugnatur ab hostibus. Est.n. in ea securitas sine timore, iocūditas sine dolore, dies sine nocte, vita sine morte. O quàm magna multitudo dulcedinis tuę, domine, quàm abscondisti timentibus te: quam neque oculus vidit, neq; auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Fęlix anima, cui datum ciuitatē istam non solū inhabitare

Ciuitas Dei quadruplex.
Psal. 121 I.
II.
III.
IIII.
Luca 19
Thren. 1.
Deplāgitur terræ sanctæ captiuitas & desolatio
Psal. 78.
Deut. 32
Ps. 126.
Ioan. 15
vitæ æternæ felicitas.
Psal. 30.
1. Cor. 2.

bitare per gloriã; verum etiã adire ꝑ gratiam: nõ tantũ intueri per speciẽ, sed imaginari ꝑ fidẽ. Ciuitas verò super montẽ cõstructa, fundamentũ habet & muros, turres & portas, custodes & hostes. Mons aũt super quẽ ciuitas ista consistit, est Christus, qui de lapide paruo creuit in montẽ magnũ, mons in vertice montium, ad quem confluũt oẽs gentes, de quo ipsemet dicit: Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Hic est primum & præcipuum, quasi fundamentũ fundamentorum, de quo dicit Apostolus. Fundamentũ positum est, præter quod aliud poni nõ potest, qđ est Christus Iesus. Super hoc fundamentum quasi secundaria fundamenta consurgunt Apostoli & Prophetæ, de quibus inqt Psalmista. Fundamenta eius in montibus sanctis. Muri ciuitatis sũt vniuersi fideles, superędificati sup fundamentũ Apostolorũ & Prophetarũ, de qbus inquit Propheta: Sup muros tuos Hierusalẽ constitui custodes. Sed & Christus est murus murorũ, de quo legitur Vrbs fortitudinis nostræ Sion Saluator, ponetur in ea murus. Inter hos muros quasi turres eleuãtur perfecti, præminentes excellẽtia meritorũ, de qbus inquit Psalmista: Fiat pax in virtute tua, & abundãtia ĩ turribus tuis. Sed & Xp̃s est turris turriũ, de qua legitur: Factus est spes mea turris fortitudinis à facie inimici. Portæ ciuitatis sunt doctores ecclesiæ, quæ gentes introducũt ad fidẽ, de qbus inquit Psalmista: Diligit dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Sed & Christus est ostiũ ostiorũ, q de se ait: Ego sum ostiũ. &c. Custodes ciuitatis sunt rectores ecclesiæ, sancti Apostoli & Apostolici viri, de quibus sponsa dicit in Canticis: Inuenerunt me vigiles q custodiunt ciuitatẽ. Sed & Xp̃s custos custodũ, de quo legitur: Ad me clamat rex Seir: Custos quid de nocte? Ad hũc modũ dilectissimi fratres spũalis ciuitas hẽt fundamentũ & muros, turres & portas, custodes & hostes. Fũdamentũ aĩæ fides ẽ, de qua dicit Apostolus: Fides ẽ substãtia rerũ sperãdarũ, argumentũ nõ apparẽtiũ. Scriptum est. Nisi credideritis, nõ ꝑmanebitis. Quatuor animę muri, sũt quatuor principales virtutes: iustitia, fortitudo, prudẽtia, tẽperãtia. Murus iustitiæ respicit orientẽ, ꝑ quã timẽtibus Deum oritur sol iustitię, q illuminat oẽm hoiẽm venientẽ ĩ hũc mundũ. Murus fortitudinis respicit aquilonẽ, ꝑ quã occidua fugimus, q secũdũ Prophetã ab aquilone pãduntur. Murus tẽperantiæ respicit ad meridiẽ, ꝑ quã illecebras coercemus, qbus concupiscẽtię feruor ardescit. Murus prudẽtię respicit occidẽtẽ, ꝑ quã occidua fugimus, ne cũ ipsis infeliciter occidamus. Turres aĩę sũt dona spiritus septiformis. Quę Esaias enumerat dicẽs. Requiescet sup eũ spũs sapientię & itellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus sciẽtię & pietatis, & replebit eum spiritus timoris dñi. Sed vt breuiter transeã, aĩæ porta est charitas, ianua verò spes, cęterę virtutes sunt ꝓpugnacula. Custodes aĩæ angeli sũt, de qbus veritas dicit: Angeli eorũ semp vidẽt faciẽ patris. Veraque ciuitas multiplices hostes habet superiores & inferiores, interiores & exteriores. Superiores sunt dæmones malignãtes, inferiores sunt hoies aduersantes: Interiores sunt cõcupiscentiæ carnales, exteriores sunt illecebræ seculares. De superioribus inqt Apostolus: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus spiritualia nequitię in cęlestibus. De inferioribus dicit Psalmista: Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores, ꝓlongauerũt iniquitatẽ suã. De interioribus ait Paulus: Caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ. De exterioribus dicit Ioannes: Nolite diligere mundũ, neque ea quę in mundo sunt: quia quicquid in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut cõcupiscẽtia oculorum, aut superbia vitæ. Infelix homo, quẽ tot inimici circunstãt, quẽ tot hostes ĩpugnant. Ob hoc & clamabat Apostolus. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Certè nisi dñs custodierit ciuitatẽ, ĩ vanũ vigilãt q custodiũt

Margin notes (left): Ecclesia militãs, Esa.2. — Matt.5. — 1.Cor.3. — Psal.68. — Muri ecclesiæ. — Esa.62. — Esa.26. — Turres. — Ps.121. — Ps.60. — Portæ. — Ps.86. — Ioan.10. — Custodes. — Cant.3. — Esaiæ 21 — Ciuitas spiritualis. — Heb.11.

Margin notes (right): Esai.7. — Mala.4. — Ioan.1. — Hier.1. — Esa.11. — Mat.18. — Hostes quadruplices. — I. Ephes.6. — II. Psa.128 — III. Gal.5. — IIII. 1.Io.2. — Rom.7. — Ps.126. — Rom.9.

eā. Quia non est currentis, neq; volentis, sed Dei miserentis. Aduersus hos quatuor hostes, rectores ecclesiæ quatuor noctis vigilias debet solicite custodire. Nā pastores custodiebant vigilias noctis sup gregē suū, videlicet, cōticiniū, gallicantū, intepestū, & anlucanū: in qbus custodes ciuitatis obsessæ vigilias alternatim. Primā ergo noctis vigiliā custodire debent aduersus hostes superiores, i. cōtra fallacias dęmonū. Secundā aduersus hostes inferiores, i. cōtra versutias hoīm. Tertiā, aduersus hostes interiores, i. cōtra carnales concupiscentias. Quartā aduersus hostes exteriores, i. cōtra seculares illecebras. Primus, n. hostis tāquā serpens callidus Euam seduxit. Secūdus, tanquā vulpes dolosa, vineas depascit. Tertius, tanquā Dalida blādiēs Sampsonē circumuenit. Quartus, tanquam Sirena mulcens, nautas adducit. Hinc forte nocturnū officiū in quatuor partes distinctū est; in tres nocturnos, & matutinas laudes. Quod, vt tradūt, diuisum p quatuor noctis vigilias, cōtra quatuor hostiū psecutiones antiquus decantabat ecclesia Primus, n. hostis psequitur p diabolicas suggestiones; secundus, per hæreticas subuersiones; tertius, per vanas delectationes; quartus, per mundanas ambitiones. Sed vt cæteros pretermittā, ex ipsis hoībus varios habet hostes; impios & schismaticos, perfidos & hæreticos. Nondū. n. ex toto defecerunt schismati, qui nituntur diuidere caput à mēbris, patrē à filijs, pastorē ab oībus. Sed nisi desistant, cū Dathan & Abirō portionem accipient, quos terra viuos absorbuit. Necdum et defecerunt hæretici, quorum sermo serpit vt cancer. Quia venenū aspidū & fel draconū in aureo calice Babylonis propinant: qui veris falsa miscentes, sub prætextu religionis virus nequitiæ diffundunt in simplices. Veniūt aūt in vestimētis ouiū, cum sint lupi rapaces. Instemus ergo soliciti, circumspiciamus attenti, vt rapiamus vulpes paruulas, quę demoliūtur vineas, orā quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicē colligatas; ga

Vigiliæ noctis quatuor cōtra 4. hostes custodiendæ. *Luc. 2.* *Nocturnum officium cur quatuor partes diuisum sit.* *Num 16.* *Hier. 51.* *Mat. 7.* *Cant. 2.*

de vanitate conueniunt in idipsum. Si diligenter custodimus diuitias temporales, quantò diligentius custodire debemus diuitias spirituales. Qui fidē surripit, vitā furatur, quia iustus ex fide viuit. Qui charitatem tollit, Deum adimit, quia Deus charitas est. Ab his ergo hostibus meritis & precibus beati N. Apostoli ciuitatem suam custodiat dñs Iesus Xps, q est sup oīa Deus benedictus in secula seculorum. Amē.

Psal. 61. *Rom. 1.*

In Communi de Euangelistis.

De quadruplici acceptione paradisi, secundū quam verba thematis quatuor modis exponuntur, s. historialiter, allegoricè, moraliter, & anagogicè.

SERMO VNICVS.

Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Qui diuiditur in quatuor capita, Phison & Geon, Tigrin & Euphratem.

Gen. 2.

QVadruplex in sacra scriptura legitur paradisus. Superior & inferior, interior & exterior. Superior est cęlestis, inferior est terrestris, interior spiritualis, exterior corporalis. Cęlestis in patria, terrestris in via: spiritualis in mēte, corporalis in oriēte. De supiori paradiso dicitur ad Luciferum: Tu signaculum similitudinis, plenus sapiētia & pfectus decore, i deliciis paradisi Dei fuisti. De inferiori dicitur ad angelum Ephesi: Vinceti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. De spirituali scriptum reperitur in Euāg. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. De corporali scriptū reperitur in Genesi: Plantauerat dñs Deus paradisum voluptatis à principio. Secundū hanc quadripartitā acceptionē nominis paradisi, quatuor modis proposita verba pñt exponi: historialiter & allegoricè, moraliter & anagogicè. Historialiter. n. fons quidā erumpit de medio paradisi ad irrigandum herbas & arbores paradisi. Qui de paradiso

Paradisus quadruplex *Ezech. 28.* *Apoc. 2.* *Luc. 23.* *Genes. 2.*

progrediens in quatuor capita deriuatur, quæ sunt quatuor flumina paradisi. Allegoricè verò fluuius, qui de loco voluptatis egreditur, est Euangelica prædicatio, quæ de dño Iesu Christo procedit. Qui est fons vitæ, in cuius lumine videbimus lumē, à quo gñaliter oĩs vera voluptas emanat. Venite, inquit, ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiā, & inuenietis requiem aĩabus vestris. Iugu. n. meum suaue est, & onus meũ leue. Gustate & videte, qm̃ suauis est dñs, beatus vir q̃ sperat in eo. Hæc pdicatio rectè fluuio cōparatur, nō solū q̄a reficit, abluit & fœcūdat, sed q̄a fluuius dicitur aqua fluens. Et vt ait Salomō; Aqua ꝓfunda, verba ex ore viri, & tortẽs inundans est fons sapiæ, q̃ tā longè lateq; defluxit, vt mūdū repleuerit vniuersū. Iuxta quod dñs ipse pcepit Apostolis dicens. Euntes in mūdum vniuersum prædicate Euāgeliū oĩ creaturæ. Qua propter, in oēm terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Hæc irrigat paradisum, i. fœcundat ecclesiam. Iuxta quod dicit Apost. Ego plantaui, Apollo rigauit; Deus autem incrementum dedit. Hic est. n fons hortorum, puteus aquarum viuentiū, quę fluunt impetu de libano. Fluuius iste in quatuor capita diuiditur, quia pdicatio Iesu Christi in quatuor Euāgelia deriuatur. Licet n. multi scripserint Euangelia; nā vt Lucas testatur, multi conati sunt ordinare narrationem eorū, q̄ in nobis completæ sunt; tñ non nisi quatuor recepta sūt ab ecclesia, videlicet Matthęi, Marci, Lucę, Ioãnis. Quod vtiq; factū est rōne multiplici. Primò, ad ostendendā duorum testōrū concordiā. Sicut. n. in veteri testō vnus fuit legislator, videlicet Moyses, & quatuor maiores Prophetæ, videlicet Esaias, Hieremias, Ezechiel, & Daniel; duodecim āt minores Prophetæ, ac multi alij sapientes, vt Iob, Dauid & Salomon, & Iesus, ita & in nouo testō vnus fuit legislator, videlicet Xps, & quatuor Euangelistæ, videlicet Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, Duodecim aũt Apostoli, & alij multi doctores, vt Hieronymus, Augus. Ambrosius, & Greg. vt per hoc ostēdatur, quia rota continetur in medio rotæ, & duo Seraphin sese respiciunt versis vultibus in propitiatorium. Scdō, pro mysterio quadrigæ Aminadab, de qua sponsa dicit in Cãticis: Aĩa mea turbata ẽ ꝓp quadrigas Aminadab: Aminadab n. interpretatur spontaneus Dei. Hic est Christus, q̃ factus est obediẽs vsq; ad mortem. & oblatus est, q̄a ipse voluit. Huius quadriga est Euangelica doctrina, p̄ quam fāma Christi ꝑ mūdū vehitur vniuersum. Cuius quatuor rotæ sunt quatuor Euangelistæ. Propter hanc quadrigā sponsa, i. ecclesia salubri dolore turbatur ad pñiam. Tertio, ad significandā liberatiõnē humani gñis à morte quadrifida, i. à transgressione quadruplici. Prima namq; fuit transgressio mādati in paradiso, secunda trangressio legis naturalis, tertia trangressio legis scriptę, quarta transgressio Euangelij. Vel potius, peccatum fragilitatis, per impotentiam; peccatum simplicitatis, p ignorantiā; peccatū securitatis, per negligētiam; peccatū malignitatis, per inuidētiam. His enim quatuor modis peccati anima moritur, i. separatur à Deo, pro mysterio fortè quadrati. Sicut. n. inter cęteras formas, quadrū, sic inter cæteras doctrinas Euangelium solidius & stabilius perseuerat: Nam illud vndique stat, & istud propter stabilitatē appellatur æternum, per cuius gratiam homo quadratur in moribus, i. virtutibus solidatur. Istorum autem potius quàm aliorum Euangelia sunt recepta: tum qui diligentius & apertius historiam Euangelicam descripserunt, tum quia licet aliquando varia, nunquam tamen contraria: licet interdū diuersa, nunquā tamen aduersa scripserūt. Et quoniam isti quatuor per figuras quatuor animaliū i visione Ioãnis, & Ezechielis, pręfigurati fuerūt, Matthæus per hominē: eò q̄ eius intentio pręcipuè circa scribendā humanitatem Xpi versatur. Vñ ab humana Xpi natiuitate liber eius sumit exordium: Liber, inquit, generationis Iesu

Allegoricè quid designet fluuius paradisi. Mat. 11.
Ps. 33.
Prouer. 18.
Mar. 16. Psal. 18.
1. Cor. 3. Cant. 4. Euangelia quatuor per 4. fluuios paradisi significata.
Cur tantum quatuor euangelia recepta sint.
I. Testamentorum duorum concordia. Ezech. 1. Exod. 24.
II. Aminadab quid. Phil. 2. Esa. 53.
Quadriga Aminadab quid mysticè. III.
Apoc. 4. Cur Matthæus per hominem figuretur. Matth. 1. Marcus cur per leonem designetur.

Christi, filij Dauid, filij Abrahã. Marcus per leonem: eò quod eius intẽtio præcipuè circa describẽdã Christi resurrectionẽ cõsistit. Vnde eius Euãgelium in die resurrectionis antonomasticè legitur. Dicitur.n. qđ leo rugitu maximo tertia die suos excitat catulos. Ita Deus pater immẽsa potentia filium suũ tertia die suscitauit. Vnde & Marcus ab exclamatione incipit, dicens. Vox clamantis, &c. Hic est leo fortissimus bestiarũ, qui ad nullius pauescit occursum, q̃ quãtæ sc̃titatis extiterit, ipsius collobiũ, qđ in hac sua cõseruatur ecclesia, patenter ostendit. Lucas per vitulum; eò q̃ eius intentio præcipuè circa scribẽdam Christi passionẽ versetur: in qua Xp̃s se obtulit hostiã Deo patri: idẽ ipse sacerdos & hostia. Vitulus.n. erat hostia sacerdotis. Vñ à sacerdotio incipit dicẽs: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidã, &c. Ioãnes per aquilã: quia cæteris in terra cũ dño gradientibus, ipse in cęlũ, ad describẽdã Xp̃i diuinitatẽ volauit, & ait: In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum. Hæ quatuor principales intentiones designatæ sunt p figuras illorũ quatuor aialiũ. Quorũ quodlibet sc̃d'm visionem Ezech. quatuor facies habet, qm̃ oẽs de singulis agunt, licet qdã principalius de quibusdã; præsertim cũ oẽs agant de Christo, cui quatuor illæ figuræ cõueniũt. Fuit.n. hõ nascendo, vitulus moriẽdo, leo resurgẽdo, aquila ascendendo. Hi sunt Phison & Geõ, Tigris & Euphrates. Phison iterpretatur oris mutatio; per quẽ significatur Ioannes, qui mutat os, cũ de diuinitate ad humanitatem descendit, vel de humanitate ad diuinitatẽ ascendit. Vnde cũ de diuinitate dixisset; In principio erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum; consequenter ad humanitatẽ descẽdit, dicẽs; Et Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Geõ interpretatur hiatus terræ; p quẽ significatur Matthæus, qui humanã Christi gñationẽ describit, de qua dicit Propheta; Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo pspexit, i. Christus natus est de Maria. Tigris interpretatur velox, signans Marcũ, qui cæteris velocius, i. breuius describit historiã Euagelicã. Cui figura leonis congruè coaptatur, q est aial velocissimũ. Euphrates interpretatur frugifer, significans Lucã, cui secundũ visionẽ Propheticã figura vituli coaptatur, qui frugibus excolendis inseruit; & ipse fructu ventris benedictum describit. Hi quatuor significari sunt etiam per quatuor annulos ãreæ, qui rotundi erãt & aurei. In auro namque claritas, in rotundo designatur æternitas; quia rotundũ & initio caret & fine. Eleganter.n. per annulos aureos designantur, qui æternã Christi claritatẽ, & clarã æternitatem describunt. Per duos annulos à sinistris, significantur duo Euangelistę, qui doctrinã Euãgelii non acceperũt à Christo; sed vnus à Petro, videlicet Marcus, & alter à Paulo, s. Lucas. Per duos à dextris, duo illi, qui ab ipso Christo fuerunt edocti, s. Matthæus & Ioannes. Quidã tñ per duos annulos à sinistris Matthæũ, & Ioannẽ accipiũt, qui adhæserunt dño adhuc passibili & mortali. Per duos à dextris Marcũ & Lucã, qui post ascensionem adhęserũt Christo, iam facto immortali & impassibili. Per sinistrã.n. mortalitas, per dexterã verò immortalitas designatur, secũdũ illud; Leua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Propter hanc causam in picturis Ecclesiarum Paulus ad dexterã, & Petrus ad sinistrã Saluatoris statuitur.

Moraliter autem fluuius, qui de loco voluptatis egreditur, est infusio gratiæ, quæ de spiritu sancto procedit; qui est delectatio patris & filii, amor & cõnexio vtriusq;. De quo dicit Psalmista; Torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Hæc irrigat paradisum, i. inebriat mẽtẽ, sc̃d'm id quod in Psal. pmittitur. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę.

Diuiditur aũt in quatuor capita, i. in quatuor principales virtutes, iustitiam, fortitudinẽ, prudentiã, temperãtiam. Hæ sunt moraliter quatuor flumina paradisi, de quibus Veritas dicit; Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem

Marginal notes: *Mat. 1.* *Prou. 30* *Lucas cur per vitulũ significetur.* *Lucæ 1.* *Ioannes cur per Aquilã figuretur.* *Ioan. 1.* *Ezech. 1.* *Gen. 2.* *Phison quid.* *Geõ quid 2.* *Tigris quid.* *Euphrates quid.* *Exo. 25.* *Euangelistæ cur per quatuor annulos areæ significentur.* *Cant. 2.* *Fluuius paradisi quid designet.* *Psal. 35* *Ioan. 7.*

dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

Anagogicè. Anagogicè verò, fluuius qui de loco voluptatis egreditur, est beatitudinis affluentia, quæ de diuina perfruitione procedit. Hęc irrigat paradisum .i. lætificat patriam, secundum illud: Fluminis impetus lætificat ciuitatem *Psal. 45* Dei. Diuiditur autem in quatuor spēs, duas pertinentes ad stolam corporis, & totidem pertinentes ad stolā aīæ. Ad illam pertinent claritas & impassibilitas; ad istā pertinent cognitio & *Mat. 13* delectatio. De claritate corporis legi*Apoc. 21* tur; Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. De impassibilitate carnis legitur; Absterget Deus oēm lachrymā ab oculis sctōrum, & iam non erit amplius neq; luctus neq; clamor, sed nec *Ioan. 17* vllus dolor, qm̄ priora transierūt. De *1. Cor. 13* mentis cognitione Veritas ait; Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solū verū Deū, & quē misisti Iesū Christū; Ibi cognoscemus, sicut & cogniti sumus, videntes nō per speculū in ænigmate, sed facie ad faciē. De cordis de*Psal. 149* lectatione dicit Psalmista; Exultabūt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Ibi gaudiū nostrū īplebitur, quod oēm sensum exuperat: ad quod per suam misericordiam ineffabilem nos faciat peruenire, meritis & precibus beatissimi N. Euangelistæ, dñs Iesus Christus, qui est super oīa Deus bñdictus in secula seculorum. Amen.

In Communi de vno Martyre.

De abnegatione sui, & quinq; gradibus eius; & de mysterio, et sacramēto sanctæ crucis.

SERMO I.

Luc. 9. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Volentibus ire post Christum duo principaliter dñr, videli*Psal. 36.* cet abnegare seipsum, & tollere crucē post Christū. Hoc *Abnegationis gradus quinque.* est, declinare a malo, & facere bonū; vt quò pręcessit sublimitas capitis, illuc & corporis humilitas subsequatur. Abnegationis āt huius quinque sunt gradus, quia debet Christianus abnegare nō tm̄ aliena, sed sua, nec sua tm̄, sed se; nec se tm̄, sed seipsum, nec seipsum tm̄, sed semetipsum. Abnegat alie*Luc. 19.* na, q nec oblata retinet, nec cōcupiscit *Mat. 19* auferre. Vñ Zachæus; Si qd aliquē defraudaui, reddo quadruplum. Abnegat sua, qui neq; acquisitis adhæret, neq; inhiat acquirendis; Vñ Petrus; Ecce nos reliquimus oīa, & secuti sumus te. Abnegat se, qui concupiscentias carnis castigat; Vnde Paulus; Casti*1. Cor. 9.* go corpus meum & in seruitutem redigo. Abnegat seipsum, qui cupiditates mentis euacuat; Vñ Dauid; Dñe, non *Psal. 130.* est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Abnegat seipsum, qui propriam abdicat voluntatem. Vnde Iesus; Non quod ego volo, sed quod tu. *Mat. 14* Cum ergo gulosus fit sobrius, luxuriosus fit castus, auarus fit largus, superbus fit humilis, iracundus fit mansuetus, &, vt gñaliter dicā, cum criminosus fit virtuosus, tunc abnegat seipsum, vt dicere valeat cum Apostolo; Viuo iam nō ego, viuit aūt in me Chri*Gal. 2.* stus. Quum āt impius ab impietate cōuertitur, profectò dicere potest; Non sum, qui fuerā; quia videlicet non est talis in culpa, licet idem sit in natura, secundum illud Propheticū; Verte impios, & non erunt. Qui ergo vult ire *Prou. 12* post Christum, abneget seipsum. Por*Rom. 9.* rò, si iuxta testimonium veritatis hominis voluntate cōsistit, vt abnegādo seipsum, possit ire post Christum, quid est quod dicit Apost. Non est volentis neq; currentis, sed Dei miserentis? Verum id dicitur, quia bonum opus principalius spectat ad Dei misericordiam, quàm ad hominis voluntatem. Quia diuina misericordia non solum præuenit & præparat, uerum etiam subsequitur, & prosequitur voluntatem humanam. Præuenit inspirando, subsequitur adiuuando. Præparat ut incipiat, prosequitur vt perficiat. De præueniente Propheta dicit in Psalmo; Misericordia eius *Psal. 58* præueniet me. De subsequente dicit in alio; Misericordia tua subsequetur me. Gratia namq; principaliter

Voluntas humana quō præueniatur & adiuuetur à Dei misericordia.

liter operatur, cui secundariò coopa- tur arbitriũ. Iuxta qđ dicit Apost. Gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua nõ fuit. Et iõ veritas ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Suã dicit, i. voluntariã, nõ coactã: spontaneã, non inuitã: per patientiæ virtutẽ, non per angariæ seruitutẽ. Quia ñ placet ei coacta seruitia, qui potius exigit cor, q̃ manũ: voluntatẽ, q̃ actionẽ. Sponraneus. n. tulit crucẽ Iesus, de quo legitur: Et baiulãs sibi crucẽ, exiuit in eũ, qui dicitur Caluariæ locus. Inuitus autẽ tulit crucẽ Simõ Cyreneus, de quo legitur qđ angariauerũt eũ, vt tolleret crucẽ Iesu.

1.Cor.15. *Luc. 9.* *Ioan.19.* *Mat.27.*

O q̃ profundum est crucis mysteriũ, q̃ arduum sacramentũ! Legitur qđ Moyses ad mãdatum dñi serpentẽ æneum erexit pro signo, quẽ aspicientes, qui percussi fuerãt à serpentib. sanabãtur. Quod ipse Xps. exponẽs in Euãg. ait: Sicut Moyses exaltauit serpẽtẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hõis, vt oĩs q credit in ipso, non pereat. Legitur etiã, quod quũ Ioseph applicuisset Manassen & Effraim ad Iacob, statuẽs maiorem ad dexterã, & minorẽ ad sinistram, vt eis secũdũ ordinẽ benediceret, Iacob manus commutans, i. in modũ crucis cancellans, dextrã posuit super caput Effraim minoris, & sinistrã super caput Manasse maioris, & dixit: Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, &c. Ezechiel autẽ audiuit dominũ dicentẽ ad virũ vestitum lineis, habentẽ atramẽtariũ scriptoris ad renes: Trãsi ꝑ mediã ciuitatẽ, & signa Thau in frontib. virorũ dolentium & gementiũ. Post hæc dixit septẽ viris: Trãsite ꝑ mediam ciuitatẽ, & percutite oẽm sup quẽ non inueneritis Thau. Nemini parcat oculus vester. Ioannes quoq; vidit angelũ ascendẽtem ab ortu solis, habentẽ signũ Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datũ fuit nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontib. eorũ. Hinc est igitur, quod cũ dñs Aegyptiorum percuteret primogenita, domos Hebræorũ absq; læsione transcendit, eò q sanguinẽ in superliminari, & in vtroq; poste vidisset. Dum Moyses manus tenebat extẽsas, Israel pugnãs Amalech supabat.

Mysterium crucis quam sit pfundum. *Num. 21.* *Ioan. 3.* *Gen. 48.* *Ezech. 9.* *Apoc. 7.* *Exod. 12* *Exod. 17* *Exod. 15*

Lignum missum in Marath aquas, aquas dulcorauit amaras. Et ad lignũ missum in Iordanẽ, ferrũ qđ exciderat, enatauit. Hoc est lignũ vitæ in medio paradisi, de quo Sapiẽs ꝓfitetur: Benedictũ lignũ, ꝑ quod fit iustitia, saluatio. Qm̃ regnauit à ligno Deus: etenim correxit orbẽ terræ, qui non cõmouebitur. Qui dixerũt: Morte turpissima condẽnemus eũ, nescierunt sacramẽta Dei, neq; cõprehenderunt, q̃ sit longitudo & latitudo, sublimitas & ꝓfundũ. Crux ergo sanitatẽ restituit, bñdictionẽ impendit, discernit à perfidis, liberat à piculis, hostes expellit, victores cõstituit. Crux mysterij fidei, firmamentũ spei, clauis scientiæ, forma iustitiæ, magnificentia regũ, gloria sacerdotũ, inopũ sustẽtatio, pauperũ consolatio, cæcorũ dux, claudorum baculus, spes desperatorũ, resurrectio mortuorũ. Crux aũt & spũaliter & materialiter tollitur. Spũaliter verò duobus modis: ꝑ mentis cõpassionẽ, & carnis afflictionẽ. Propter qđ dicit Apos. Crucifixerunt membra sua cũ vitijs & concupiscentiis. Et iterũ: Mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. Cum. n. quisq; cruciatur in corde cõpatiendo proximo, tunc vtiq; crucem tollit cũ Apostolo, qui dicebat: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur, & ego nõ vror? Quũ verò cruciatur in corpore, affligendo seipsum, tunc etiã cũ Apostolo crucem tollit, q ait: Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo; ne forte cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Materialiter quoq; duobus modis crux tollitur, in signum religionis, & in supplicium passionis. In signum enim religionis quidã religiosi crucem portant, vt ostendant se spũaliter mancipatos ad obsequium crucifixi. In supplicium, & boni quidam, & mali, qui pro iustitia vel offensa suspenduntur in

4.Reg. 6. *Gen. 2.* *Sap. 14.* *Psal. 95* *Sap. 2.* *Virtus crucis multiplex* *Crux spiritualiter duob. modis tollitur.* *Gal. 5.* *Gal. 6.* *2.Cor. 11* *1.Cor. 9.* *Materialiter duobus modis tollitur crux.*

ꝫ cruces: quemadmodũ iuxta crucẽ Ie su duo latrones crucifixi fuerũt, vnus à dextris & alius à sinistris. Fuerũt ãt ĩ cruce dñica ligna quatuor, stipes erectus, & lignũ trãsuersum, truncus suppositus, & titulus suppositus. Fuerũt & claui quatuor, quib^9 manus cõfixę sũt, & pedes affixi sunt, & lãcea, qua latus apertum est. Fuit & corona spinea capiti circumposita.

Mat. 27. *Crucis Christi ligna quatuor.*

Hæc oia, fratres, ẽt in spũali cruce spũaliter pñt assignari. Nam quatuor crucis ligna sunt quatuor mẽtis virtutes, fides, spes, pseuerantia, patientia. de quib. inquit Apost. Vt cõprehendatis cũ oĩbus sanctis, q̃ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundũ. Longitudo crucis est perseuerantia, de qua dñs ait: Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Latitudo crucis est patientia, de qua Veritas ait: In patiẽtia vestra possidebitis aĩas vestras. Profunditas crucis est fides, de qua dicit Apost. Fides est substãtia rerũ sperandarũ, argũm non apparentium. Sublimitas crucis est spes, de qua dicit Psalmographus. In verbo tuo supsperaui.

Quatuor crucis ligna quid spiritualiter. *Ephes. 3.* *I.* *Mat. 10.* *II.* *Luc. 21.* *III.* *Heb. 11.* *IIII.* *Psa. 118* *3. Re. 17* *Iob 19.*

Habuit ergo crux Christi vnũ lignũ erectũ in longitudinem, & alterũ transuersum in latitudinẽ. Per illa duo ligna mysticè designata, quæ paupercula mulier in Sarepta collegit. Et benè stipes erecta habuit trũcũ suppositum, & titulũ superpositũ; quia pseuerãtia de fide pcedit ad spẽ, quasi stipes erectus de trunco supposito ad titulũ suppositũ. Quod intelligens Iob, ait; Credo qđ redẽptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deũ. Quẽ visurus sum ego ipse, & nõ alius, & oculi mei cõspecturi sunt. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Nisi.n. crux habeat fundamentũ fidei, & titulum spei, pro fectò suppliciũ est solummodo, & nõ meritũ. Quod aũt patientia spectet ad crucem, p se satis apparet ex eo, q patiẽtes in aduersis tribulationibus sustinent cruciatũ, Vñ Iacob. Apost. ait. Tribulatio patientiã operatur. De pseuerantia quoq; legitur. Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ.

Crux quãdo sit supplicium, & nõ meritum. *Iacob 1.* *Apoc. 2.* *2. Tim. 2.*

Porrò secũdũ Apostolũ; Nõ coronatur quis, nisi legitime certauerit. Habet igitur pseuerãtia, quæ coronat & ipsa certamen, vt meritò spectet ad crucẽ.

In his duobus lignis duos pedes & duas manus, quatuor clauis debet cõfigere xpianus. Quatuor claui sunt quatuor principales virtutes, iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Pedes sunt mentis affectus, de quibus Spõsa dicit in Canticis; Laui pedes meos, quõ inquinabo eos? Et dñs dicit Apostolis; Qui lotus est, nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et iterũ; Excutite puluerẽ de pedib. vestris. Sunt igitur duo pedes, duo mentis affectus, metus & appetitus. Præcipuus.n. mentis affectus aut est in fugiendo qđ metuit, aut in eligendo qđ appetit. Pes timoris, clauo fortitudinis dẽt configi, ne timidus pp aduersa succumbat. Metus enim dũ in Petro clauo fortitudinis cõfixus nõ extitit, ad vocẽ ancillæ negauit. Cũ ãt clauo fortitudinis cõfixus extitit, ante reges & præsides nomẽ dñi prædicauit. Sed & ipse timor quidã clauus est, de quo dicit Psalmographus; Cõfige timore tuo carnes meas. At clauus clauo cõfigitur, cũ timor fortitudine roboratur. Pes appetitus clauo iustitiæ dẽt configi, ne cupidus euagetur ad illicita desideria. Appetitus.n. si confixus nõ fuerit, tũc caro cõcupiscit aduersus spiritum. Si fuerit confixus, spiritus cõcupiscit aduersus carnẽ. Sic itaq; Xpianus clauos suos dẽt affigere cruci, ne vel timidus succumbat, vel cupidus euagetur. Lãcea verò qua latus est vulnerandum, est charitas, de qua Spõsa dicit in Cãticis; Vulnerata charitate ego sũ. Latus.n. est cordi cõtiguũ beneficio cuius diligimus, quod ideo vulnerandũ est, vt affectus exeat nõ solum ad amicos, sed ad inimicos. iuxta quod dñs pcipit; Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Corona spinea ipsa quidem est pnia, circumponenda capiti, i. menti. De qua dicit Psalmista; Cõuersus sum in ærumna mea, dum configitur

Claui quatuor spirituales. *Can. 5.* *Ioan. 13.* *Mat. 6.* *Luc. 22.* *Psa. 118* *Lancea significat charitatē.* *Mat. 5.* *Corona spinea quid spiritualiter.*

Psal. 31. figitur spina. Hæc corona de tribus spinis cōplectitur, s. contritione, confessione, satisfactione. Prima pungit cor, propter vanā cogitationē; secunda pungit os, propter vanā locutionē: tertia pungit manū, propter iniquam operationem. Prima pungit per dolorem, secunda per pudorem, tertia per laborem. *Spinæ tres.* Manus āt sunt opera, de quibus dicit Psalmista. Benedictus dn̄s

Psal. 143. Deus meus, qui docet manus meas ad

Pro. 31. prælium, Et Salomon. Dedit ei lanā & linū, & operata est consilio manū suarum. *Manus duæ.* Sunt igitur duæ manus, duo genera operum; opus videlicet voluntatis, & opus necessitatis. Quodlibet enim opus est voluntarium vel necessarium.

I. Manus operis voluntarij cōfigi debet clauo prudentiæ, ne curua faciat opera tenebrarum. Quum. n. in Saulo clauo prudentię cōfixa nō fuit,

II. Saulus passus est pro Ecclesia. Manus operis necessarij configi debet clauo temperantiæ, ne laxa nimis ad superflua extēdatur. Opera necessaria sunt, dormire, comedere, & similia: q̄ cum modestia temperare debemus, ut somnum temperemus orationibus & vigiliis: cibum temperemus eleemosynis & ieiuniis. His enim quasi fortibus armis expugnare præualebimus inimicos. Legimus enim, quod cum pugna-

Exo. 17. ret Israel aduersus Amalech in deser-

Iud. 20. to, Moyse orante vincebat, quo desistēte, Israel vincebatur. Legimus etiā q cum ceteræ tribus pugnarent aduersus Beniamin pro vxore Leuitæ, secūdo succubuerunt in prælio, donec indicto ieiunio & humiliter celebrato, tribum illam penè penitus deleuerūt. Cæterum non sufficit cuiquā abnegare seipsum, & tollere crucem suam, nisi Christum sequatur. Fuerunt enim quidam philosophi, sunt & quidā hæretici, qui abnegauerunt seipsos, & graues sustinent cruciatus: sed eis nō profuit, nec proficit ad salutem, quia non sequūtur eum, qui est via, veritas,

Ioā. 14. & vita, videlicet Iesum Christum, qui

1. Pet. 2. passus est pro nobis, relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nos ergo, fratres, abnegantes impietatem & secularia desideria, crucifigamus membra nostra cum vitijs & concupiscentijs, vt sequendo Christum, ad uitam perueniamus æternam, ipso præstante, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In Communi de vno Martyre.

De duplici corona sanctorum, & de preciosis lapidibus eorundem & floribus.

SERMO II.

Posuisti, domine, super caput eius coronam de lapide precioso. *Psal. 20.*

Dvplex est corona sanctorum. Vna, qua coronantur in vias altera, qua coronantur in patria. *Corona sanctorū duplex.* Vna, quæ datur ad meritum; & altera, quæ datur ad præmium. Vna virtutis & gratiæ, altera salutis & gloriæ. Vna militantium, & altera triumphantium. Corona virtutis est argentea, quam gratiæ candor illustrat. Corona salutis est aurea, quam gloriæ splendor * illuminat. *al. irradiat.* De prima dicit Psalmographus; Benedices coronæ anni benignitatis tuę. i. multiplicabis *Psal. 64.* uirtutes in tempore gratiæ. Vnde subiungit; Et campi tui replebuntur vbertate. *2. Tim. 4.* De secunda dicit Apostolus; De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, i. præmium, quod reddetur pro meritis. Vnde subiungit, Quam reddet mihi dominus ī illo die, iustus iudex. Sunt autem tam in gyro quàm in summo coronæ lapides preciosi & pulcherrimi flores cum margaritis & gemmis mira varietate dispositi. *Corona virtutū quibus floribus compensatur.* Singuli lapides collaterales habent geminos flores, inter quos minores gemmæ consistant, quæ margaritis optimis circundantur. Habet enim corona virtutis in gyro quatuor principales lapides, i. quatuor virtutes politicas, iustitiam, fortitudinem, prudētiam, temperantiam. Ab anteriori parte iustitiā, à posteriori parte prudentiam; temperantiam à dexteris, fortitudinem à sinistris. Congruunt bene loca lapidib.

Nam

Nam quæ sunt ante, sunt certa; quæ sunt retro, sunt dubia: quæ sunt à dextris, sunt prospera: quæ sunt à sinistris, sunt aduersa. In certis autem est exercenda iustitia, in dubijs est adhibenda prudentia. In prosperis opus est temperantia, in aduersis est necessaria, fortitudo. Isti sunt digiti quatuor, de quibus iubetur in Exodo. Facies coronam interrasilem altam quatuor digitis, & super illā coronā aureolā. Iustitia hēt duas cohærentes virtutes, discretionē & rectitudinē. Prudentia, vigilantiā, & cautela. Tēperantia, cōtinentiā, & abstinētiam. Fortitudo, cōstantiā, & magnanimitate. Inter hos flores, quatuor minores gemmę consistunt, i. quatuor naturales affectus, dolor & gaudium, timor & spes. De quibus legitur. Hinc metuunt, cupiunt, gaudētq; dolentq;. Iustitia nāq; dirigit spē, prudentia mitigat dolorē, tēperātia format gaudiū, fortitudo confortat timorē. Circa gemmas in gyro, septē margaritæ resplendent, i. septē dona gratiæ septiformis, quę Esaia enumerat, dicens. Requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. Cęterum in summo coronę, tres præcipui lapides sunt dispositi, i. tres virtutes theologicæ, spes, fides, charitas, super quas timor dñi cōstituitur, scriptū dicere. Qui timetis dñm, credite illi, & nō euacuabitur merces vestra. Qui timetis Deū, sperate in illum, & in oblatione veniet vobis misericordia. Qui timetis Deum, diligite illū, & illū minabuntur corda vestra. Habent & lapides isti flores contiguos, fides, synceritatem, & veritatem, spes, patientiam & perseuerantiam, charitas, benignitatem & largitatem, timor obedientiā & reuerentiā. Inter hos flores, tres minores gemmæ cōsistunt, i. vires aīæ naturales, vis rōnalis, vis irascibilis, & vis cōcupiscibilis. Prima discernit inter bonū & malū, secunda abijcit malum, tertia eligit bonū. Fides āt rōnabilitatē illuminat, spes irascibilitatē corroborat, charitas cōcupiscibilitatē informat. Sed & circa gemmas huiusmodi septem margaritæ refulgent, i. septem petitiones, quæ continentur in oratio-

Exod. 25

Esa. 11.

Eccl. 2.

ne dñica; tres pertinentes ad vitā præsentem, & tres ad vitam futuram, media verò pertinens ad vtranq;. Porrò corona salutis multo preciosior est & dignior, quatuor habens in gyro lapides principales, & tres in summo præcipuos. Principales ī gyro lapides, sunt quatuor ꝓprietates corporis glorificati, claritas & subtilitas, agilitas & impassibilitas, de qbus Veritas ait; Mensurā bonam & confertam & coagitatā & supereffluētem reddent in sinu vestrū. Fulgebunt n. iusti, & tanquam scintillę in arundineto discurrent agiles, & regnabit dñs illorum in perpetuum; & ipsi cū dño impassibiles. Absterget n. Deus omnem lachrymā ab oculis sanctorum, &c. Erit n. i patria iucunditas sine dolore, securitas sine timore, requies sine labore, vita sine morte dies sine nocte, certe sine forte, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine peruersitate pulchritudo sine deformitate. Has ꝓprietates glorificati corporis in argumentū futurę glorificationis etiam in carne mortali Christus ostendit. Claritatē qn se transfigurauit in monte, & resplenduit facies eius sicut sol. Subtilitatē, qn clauso signaculo virginali tanq̄ spōsus ꝓcessit de thalamo suo Agilitatem; quando supra aquam sicco vestigio pertrāsiuit. Impassibilitatem quando corpus & sanguinē suum in cœna discipulis tribuit. Pręcipui lapides in summo, sunt tres proprietates animæ glorificatę, cognitio, dilectio, delectatio. De quibus cū Sapiens premisisset, Fulgebunt iusti, &c. statim subiunxit. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi, qm donū & pax est electis Dei. Est n. in sanctis comprehensiua cognitio, per quā cognoscunt, sicut & cogniti sunt. Videntes nō per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem; Trinitatē in vnitatē, & vnitatē in Trinitate, legētes in verbo vitæ, ī quo sunt oēs thesauri sapiæ & sciē Dei absconditi. De qua cognitione Veritas ait; Hæc est vita ęterna vt cognoscāt te solū verum Deū, & quem misisti Iesum Christum. Ex hac comprehensiua co-

Coronæ salutis æternæ.

Corporis glorificati proprietates quatuor.

Luc. 6.
Sap. 3.
Apoc. 21

Mat. 17

Psal. 18
Ioan. 6.
Matt. 26

Aīæ glorificatæ proprietates tres

Col. 2.
Ioa. 17
Dilectio Dei videtur.

cognitione procedit summa dilectio, per quam sancti diligunt Deum ex toto corde, ex tota mēte, ex tota anima. Ex mente, i. memoria diligunt patrē; tota, i. sine obliuione. Ex corde, i. intellectu diligunt filium; toto, i. sine errore. Ex anima, i. voluntate diligunt Spiritum sanctum; tota, i. sine contrarietate. Adeo nanque diuinæ voluntati per charitatem inhærent, vt nihil omnino velint, nisi quod Deum velle cognoscunt. Ex hac summa dilectione nascitur ineffabilis delectatio, quā nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. De qua dicit Psalmista. Exultabunt sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis. Et rursus; Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Ad quām exultationem & epulas meritis, & precibus sancti martyris N. nos perducat dominus Iesus Christus, qui est super oīa Deus benedictus in secula seculorum. Amē.

Psal.149. *Psal. 41.*

In communi Martyrum plurimorum.

De duplici tribulatione, & à quibus infligatur, & de multis & magnis tribulationibus, quas perpessi sunt sancti Martyres: denique de triplici lauacro regenerationis: de triplici stola, & sanguine.

SERMO I.

Apoc.7. Isti sunt, qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni.

Duplex tribulatio fratres charissimi legitur in scripturis; vna culparū & vitiorum, altera pœnarum & tormētorum. Aduersitatis vna, peruersitatis altera. De prima legitur: Pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore. De secunda scriptum est, Clamauerunt ad dnm cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos: O quàm grauis est tribulatio pctōrū, qui semper intra se persentiunt vermē conscientiæ, qui non moritur, & ignē rationis, qui nunquā extinguitur. Nō est impijs gaudere dicit dns. Quia cū impius venerit in profundū vitiorū, contemnit. Et per quæ quis peccat, p hæc & torquetur. Sanè superbia inflat, auaritia stimulat, inuidia rodit, ira succēdit, angit gula, dissoluit luxuria, ligat mendaciū, maculat homicidiū; sic & cætera vitiorū portenta: vt quæ sunt hoī oblectamenta pctī, Deo sint instrumenta puniendi. Tribulationē istam tres hostes infligunt, mundus, caro, diabolus. Mundus velut Sirena dulcis nauigantes submergit; caro tanq Dalida blandiens Samsonem circumuenit: diabolus quasi leo sæuiens viatores interimit. De primo Veritas ait: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. De secūdo dicit Apost. Caro cōcupiscit aduersus spiritū. De tertio scriptū est: Aduersarius vester diabolus tāquā leo rugiēs circuit quærens quē deuoret. Isti sunt tres fallaces sophistæ, qui miserabiliter paralogizant incautos. Proponit mundus, assumit caro, concludit diabolus. Mundus proponit secularia blandimenta, caro assumit illicita desideria, diabolus cōcludit sempiterna tormenta. Mundus ligna ministrat, caro scintillā supponit, diabolus ignē accēdit. Primus hostis est contemnendus, secundus cōprimendus, tertius expugnandus. Contra primū præcipitur: Nolite diligere mundum, neq; ea quę in mundo sunt: quia quicquid in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorū, aut superbia vitæ. Ista sunt ligna quæ mundus ministrat. Contra secundū pręcipitur; desideria carnis fugite, quæ militant aduersus animam. Hæc est scintilla, quam caro supponit. Contra tertium quoq; præcipitur: Assumite scutum fidei, vt possitis extinguere ignea tela nequissimi. Hic est ignis, quē accendit diabolus. Ex hac tribulatione venerūt gloriosi martyres nostri, per viā trium dierum

Tribulatio pctōrū quām sit grauis *Esa. 66.* *Esai.57.* *Pro.18.* *Sap.11.* *Hostes tres peccatorib. tribulatione infligentes.* *Ioan 15.* *Gal. 5.* *1. Pet.5* *Sophistæ fallaces tres.* *Hostes tres quō superādi sint.* *1. Ioā.2* *1. Pet.2.* *Ephes.6.*

Exod. 3. dictum, vt sacrificarent dño in deserto. Via primæ diei, est vitatio prohibitorum. Via secundæ diei, est executio præceptorum. Via tertiæ diei, est supererogatio consiliorum. Per primã viã percurritur illud mandatum: Qđ tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Per secũdam viam percurritur illud præceptũ: Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Per tertiã viã percurritur illud consiliũ: Si vis perfectus esse, vade, & vende oia q̃ habes, & da pauperib. De his legitur: In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. Sed ĩ ipsa vita multas & magnas tribulationes perpessi sunt. Sanè tribulati sunt corde, tribulati sunt ore, tribulati sunt opere. Tribulati sunt corde, per tristitias & dolores. Tribulati sunt ore, per contumelias & terrores. Tribulati sunt opere, per angustias & labores. Per dolores contritionis, & tristitias compassionis. Per terrores comminationis, & cõtumelias irrisionis. Per labores afflictionis & angustias passionis. De tribulationibus cordis dicit Psal. Sacrificiũ Deo spiritus cõtribulatus, cor cõtritum & humiliatum Deus non spernit. Et Apost. ait: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? De tribulationibus oris ait dñs p Prophetam; Cõtumelias & terrores passus sum ab eis, & dñs mecum est tanquã bellator fortis. Et alibi. Oẽs qui videbant me, aspernabantur me: locuti sunt labijs & mouerunt caput. De tribulationibus operis in persona Martyrum dicit Psal. Propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Et iterũ. Trãsiuimus per ignẽ & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Sancti namq; dũ in hac valle lacrymarum peregrinantur à dño, multis modis & diuersis personis, pluribus locis & varijs temporibus tribulãtur. Diuersitates modorũ, & locorũ satis expresse designat Apost. dicens; Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres; lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus. In solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis & in cauernis terræ. Ac si diceret. Tot & tantis & tam diuersis modis afflicti sunt, nõ solũ in ciuitatibus, sed et in solitudinibus; nõ solum in cãpis, sed et in montibus, nõ solũ in domibus, sed et in speluncis; nõ solũ in custodijs, sed etiã in cauernis terræ. Perpessi sunt aũt tribulationes huius mũdi à bestijs, ab hoibus, à dæmonibus. Tribulati.n. sunt à bestijs, dicente Psal. Posuerunt mortalia sanctorum tuorum &c. bestijs terræ. Tribulati sunt ab hominibus, iuxta quod legitur. Dum insurgerent hões in nos, forsitan viuos deglutissent nos. Tribulati sunt à dæmonibus, Apostolo attestante; Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestib. Tribulantur aũt non solũ ab alienis, sed et à parẽtibus, & cognatis; non solum ab extraneis, sed et à domesticis; nõ solũ ab inimicis, sed et ab amicis. Probat hoc Veritas dicẽs; Trademini à parentibus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis. Porrò, tribulati sunt ante legẽ, sub lege, post legẽ. Ante legem tribulati sunt Patriarchæ; sub lege Prophetæ, post legem Apostoli, nec non & Martyres. Hinc enim Veritas ait; Ecce ego mitto ad vos Prophetas, sacerdotes & scribas, & ex illis occidetis & flagellabitis & crucifigetis, vt veniat super vos oĩs sanguis iustus, qui effusus est à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinẽ Zachariæ, filij Barachiæ, quẽ occidistis inter templũ & altare. Ante legem Abel, sub lege Zachariã, post legem, i. tẽpe gratiæ Prophetas, & sacerdotes & scribas. Inde lamentatur ecclesia dicẽs; Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi; supra dorsum meũ fabricauerunt pctõres, &c. Imitemur ergo fratres in illis virtutes cordis & operis, & detestemur in nobis fragilitatẽ mẽtis & carnis. Illi tolerauerũt pro *Christo frigus & nuditatem; nos aũt vestimur duplicibus, & induimur preciosis.

Marginalia (left): *Via triũ dierũ cu iusmodi ambulauerint sãcti martyres.* — *Iob 4.* — *Malæ. 7.* — *Mat. 19.* — *Ps. 118.* — *Tribulatio iustorum multiplex.* — *I.* — *Psal. 50* — *2. Cor. 11* — *II.* — *Hier. 20* — *Psal. 21.* — *III.* — *Ps. 143.* — *Psal. 65* — *Heb. 11.*

Marginalia (right): *Ps. 78.* — *Ps. 123.* — *Ephe. 6.* — *Luc. 21.* — *Mat. 23* — *Psa. 128* — *al. pecca.*

Illi

Illi tolerauerũt pro Xp̃o famẽ, & siti: nos aũt diuersis ferculis vescimur, & delicatis cibarijs epulamur. Illi tolerauerũt pro Christo vigilias & labores nos aũt amplis horis quiescimus, & longis soporibus dormitamus. Illi tollerauerunt pro Xp̃o angustias & dolores: nos verò gaudijs mũdi fruimur, & carnis illecebris delectamur. Heu me q̃d dicã ego miser, aut faciã, cum venerit ille districtissimus Iudex, qui reddet vnicuiq; secundũ opera sua? Terribilis est locus iste. Nam si iustus vix sal-
Ps. 33. uabitur, impius & peccator vbi pare-
Apoc. 7 bunt? Multæ sunt ergo tribulationes iustorum, & de oibus his liberabit eos dominus. Isti sunt ergo, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt sto-
Lauacrũ las suas in sanguine agni. Triplex est
triplex. lauacrum iustificationis, in lachrymis
I. regenerationis, in aqua redẽptionis,
Psal. 6. & in sanguine passionis. De primo dicit Psalmist. Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo. De secundo Veri-
II. tas dicit, Nisi quis renatus fuerit ex
Ioan. 3. aqua & spiritu sancto, non intrabit in
III. regnũ cœlorũ. De tertio testatur Ioan-
Stola triplex. nes; Lauit nos à peccatis nostris ĩ sanguine suo. Sic & triplex est stola, prima innocentiæ, secunda gratiæ, tertia
Luc. 15. verò gloriæ. De prima dicit pater ad
Eccl. 15. seruos suos: Citò proferte stolã primã, & induite illũ, &c. Qui dixit primam, significauit secundam. Nam primum dicitur respectu secundi. De tertio verò legitur. Amauit eũ dominus & ornauit eũ, stola gloriæ induit eũ. Hæc tri-
Sanguis plex stola lauatur in illo triplici laua-
triplex. cro, sed potius ille lauatur, qui stolis
Osee 4. induitur. Quælibet tamẽ stola lauatur
I. in sanguine agni. Sed est sanguis cul-
Psal. 50 pæ, sanguis pœnæ, & sanguis veniæ. De primo sanguine legitur. Sanguis sanguinem tetigit. Ab hoc sanguine petit liberari Psal. cũ ait: Libera me de san-
II. guinibus Deus Deus salutis meæ. De
Esa. 78. secundo sanguine legitur. Effunderũt
Apoc. 6. sanguinẽ sanctorum tuorum in circuitu Hierusalẽ. Pro sanguine isto postulat vindicari chorus martyrũ dicens; Vindica sanguinem nostrum, qui effusus est, Deus noster. De tertio sangui- III.
ne legitur. Hic est sanguis noui testa- Mat. 26
menti, qui pro multis effundetur in re- 1. Pet. 1
missionem peccatorum. Per hunc sanguinem redemptũ est genus humanũ. Quia redempti sumus non corruptibilibus auro & argento, sed precioso sanguine agni immaculati. Primum sanguinem instillat draco malignus per prauam suggestionem, secundum sanguinem elicit canis impius per sæuã afflictionem, tertium sanguinem effun-
dit agnus purissimus propter nimiam Ioan. 15
dilectionem. Sic.n. dilexit nos, vt san- Ps. 115.
guinẽ suum pro nobis effunderet. Ma- Apo. 7.
iorem charitatẽ nemo habet, &c. Quid ergo retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo. Sic retribuerũt ei martyres nostri, qui venerunt ex tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni.
Non agni gregis, non agni legis, nec Esa. 16
agni iugis, sed agni regis, q̃ tollit pec- 1. Reg. 7
cata mundi. De quo dicitur: Emitte agnum, domine, dominatorem terræ, de petra deserti ad montẽ filię Sion. Agnũ gregis immolauit Samuel in Masphat,
petens dari de cœlo fulgura, nubes & Exo. 12.
tonitrua, & liberauit dominus Hierusalẽ in die illa de manu Philisthijm. Agnum legis immolauerunt filij Israel in finibus Ramesse, liniẽtes san-
guine postes, & superliminaria, & libe- Num. 28
rauit dominus ab exterminatore primogenita eorum in nocte illa. Agnus iugis immolabatur à sacerdotibus mane & vespere, in odorem suauissimum
domino. Isti sunt qui venerunt de ma- Apoc. 7.
gna tribulatione, & lauerunt stolas
suas in sanguine agni. Quia verò quę- Rom. 15
cunq; scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt, & nos exẽplo sanctorum martyrũ lauemus stolas nostras, i. opera nostra in sanguine agni, hoc est, in fide passionis Christi. Ipso misericorditer concedente, qui est Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In cõmuni martyrũ plurimorũ.

De diuersis fornacibus bonorũ & malorũ, & instrumentis earum, & quomodo in fornace patientiæ sancti Martyres probati sunt.

SERMO II.

Sap.3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus.

Diuersas nobis fornaces scriptura sacra distinguit; Vnam bonorum, in qua iusti purgantur; alteram verò malorum, in qua reprobi cruciantur. De prima legitur; Vasa figuli ꝓbat fornax. De secunda scribitur; Ascẽdit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ. Verũ vtraq; fornax est duplex, Vna mẽtis interior, altera carnis exterior. Fornax.n. beatorũ interior est afflictio pœnitẽtiæ, per quam pœnitẽtes purgãtur ab iniquitate. Eorũdẽ fornax exterior est tribulatio patiẽtiæ, per quã patiẽtes in charitate probãtur. In ista probatur aurũ, in illa purgatur argentũ. Malorũ autẽ fornax interior est vermis consciẽtię, ꝑ quẽ impii spiritualiter torquẽtur ex culpa. Eorũdẽ fornax exterior est ignis gehennę, per quẽ reprobi corporaliter cruciãtur in pęna. In ista ferrum comburitur, in illa plũbũ exuritur. Sunt autẽ materialiter in materiali fornace, follis, ignis & carbo; forceps & aspersoriũ; quæ possunt in spirituali fornace spiritualiter assignari. In fornace siquidẽ pęnitentiæ, follis spirãs est timor cõsiderationis, ignis ardens ẽ dolor cõpunctionis, carbo rubens est pudor cõfessionis, forceps astringẽs ẽ labor satisfactionis, aspersoriũ stillãs est amor iustificationis. Considerat.n. pœnitens in timore, compungitur in dolore, confitetur in rubore, satisfacit cum labore, iustificatur ex amore. Notandus est tñ ordo iustificationis huiusmodi. Procedit timor & introducit amorem, succedit amor & inducit dolorẽ, accedit dolor & producit pudorẽ, procedit pudor & adducit laborem. Timet.n. peccator ex consideratione iudicii, sciẽs iudicẽ potẽtissimũ, sapiẽtissimũ, & iustissimũ. Potentissimũ qdẽ; Quia dixit, & facta sunt; mandauit, & creata sunt; q vocat stellas, & dicũt, Adsumus. Qui facit angelos suos spũs, & ministros suos ignẽ vrẽtẽ. Cujus volũtati nihil omnino resistit, cui nullũ verbũ ẽ impossibile, cui vẽti & mare obediũt, cui flectitur oẽ genu, cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ. Sapiẽtissimũ aũt, qa oculis eius oĩa nuda sunt & aperta: q scrutatur renes & corda, q pluuiæ guttas & arenã maris dinumerat; Deus scientiarũ, dñs pscius oium, & cõscius singulorũ, oĩa nouit, oĩa penetrat, occultus occultorũ oium explorator. Et erit, inqt, in die illa ego scrutabor Hierusalẽ in lucernis. Iustissimũ verò, qa Deus iudex iustus, fortis & lõganimis, iustus & metuendus sup oẽs deos, requirẽs sua vsq; ad nouissimũ quadrãtem; q nec ꝑcio, nec amore vel odio declinat à semita rectitudinis sed via regia semꝑ incedẽs, nullũ malũ deserit ĩpunitũ, nullũ bonũ irremuneratũ relinqt. Iudicabit.n. orbẽ terræ in æquitate. Et qs stabit ad vidẽdũ eũ? Beati q in illo iudicio iudicaturi præsentabuntur, nõ iudicãdi. Horrẽdũ est.n. nimis incidere in manus Dei uiuẽtis. Propterea clamabat Propheta Dauid; Ne intres in iudiciũ cũ seruo tuo, dñe; qa non iustificabitur in conspectu tuo oĩs viuẽs. Si iustus vix saluabitur, impius, & pctõr vbi parebũt? Hæc & similia pctõr cõsiderãs, quãto timore pietatis turbatur, quãto tremore cõcutitur, sciẽs iudicẽ potẽtissimũ, quẽ non põt effugere, dicẽte Prophet a; Si ascẽdero in cœlũ tu illic es, si descẽdero ad ĩfernũ ades. Sapientissimũ, quẽ nõ põt latere, dicente Propheta: Sedit vetustus dierũ; & libri corã illo aperti sunt. Iustissimum, quem non potest corrumpere, dicente Propheta; Reddet vnicuiq; secundum opera sua. Quis autẽ non timeat illud examen, in quo idẽ erit accusator & testis, aduocatus & iudex. Dicet his, qui à sinistris eius existẽt: Discedite à me maledicti ĩ ignẽ æternũ, qui paratus ẽ diabolo & angelis eius. Esuriui.n. & nõ dedistis mihi mãducare; sitiui, & non dedistis mihi bibere. Qñ .n. vni ex minimis meis nõ fecistis, nec mihi fecistis. Spirat ad hæc follis timoris, & in fornace pœnitẽtis ignẽ doloris accẽdit, scd'm illud Propheticum; A timore tuo, dñe, concepimus, & peperimus spiritum salutis. Secundum multitudinẽ dolorũ meorum in corde meo,

Marginal notes (left): *Eccl.27.* — *Apoc.9.* — *Fornax electorũ duplex.* — *Fornax malorũ duplex.* — *Instrumẽta fornacis spiritualiter quæ sint.* — *Tria propter quæ iudicium Dei formidãdũ est.*

Marginal notes (right): *Ps.198.* *Baru.3.* *Ps.103.* *Rom.9.* *Luc.1.* *Mat.8.* *Phil.2.* II. — *Heb.4.* *Apoc.2* *Eccles.1* *Soph.2.* III. — *Psal.7.* — *Matt.5.* *Psal.95* *Mala.3* *Heb.10* *Ps.142* *Ps.138* *Dan.7.* *Psal.61* *Mat.25.* — *Esai.26.*

meo,consolationes tuæ,dñe, lætificauerunt aīam meā.Dolet.n. pœnitens, suspirat & ingemiscit, si solū q̃a malū cōmisit,verum etiā quia bonū omisit: nō solum,quia damnationē ꝓmeruit, verum etiā quia glorificationē demeruit.Offendēs.n.in vno,factus ē oium reus.Finis.n.pcepti charitas ē,de corde puro & cōsciẽtia bona & fide non ficta.Qui ergo contra charitatē offendit,nullum pceptum adimplet. Sciat aūt se culpabiliter durum,& durē culpabilē, qui corporalem amici sui mortem deflet:spiritualē verò aīę suę mortem, quæ charitate extincta statim ipsam opprimit, non deflet: Doleat igitur,ingemiscat,& fleat,quia sacrificiū Deo spiritus contribulatus,cor cōtritū & humiliatū Deus non spernit. Clamet frequenter & dicat: Miserere mei Deus secundū magnam misericordiam tuā:& secundū multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatē meā. Dñe,ꝓpitius esto mihi pc̄tori:peccaui sup numerū arenæ maris, sed secundū magnā misericordiā tuā memor esto mei,Deus:qm ego in flagella paratus sum, & dolor meus ante me est semp.

Iacob 1. *1.Tim.1.* *Psal. 50* *Ibidem.* *Luca 18* *Ps. 37.*

Iam ignis doloris in fornace pœnitentis exardens,carbones confessionis inflāmat.Rubor carbonis,ē pudor confessionis.De quo legitur:Lauant delictū lachrymæ, quod ore pudor est cōfiteri.Cū quanto putatis rubore coram altero cōfitetur,quod quisq; absq; magno pudore nec intra se meditatur.Sed amplius debuit erubescere corā Deo cuncta cernēte,nefandas turpitudines exercere,quā corā hoīe quodā audiente peractas turpitudines reuelare.Verendum est aūt atq; cauendū, ne pudoris cōfusio puritatē confessionis impediat.Debet.n.peccator oēm oīnō peccati circūstantiā cōfiteri, secundū qđ magis peccauit in loco, in tēpore, in numero, in ꝑsona,secundum ætatē, secundum scientiā, secundum gradum, secundum ordinē:si facile,si frequenter,si manifestè,si perseueranter. Hæc oīa crimen exaggerant, & ideo debet singula cōfiteri,ne vel delictū alleuiet vel pc̄tm̄ excuset. Pudor.n. confessionis pars ē nō modica satisfactionis, quā inimicis suis optabat ex charitate Propheta,cū diceret;Erubescāt,& conturbētur vehementer oēs inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.Erubescant in confessione,cōturbentur in cōtritione, conuertantur in satisfactione.Sic in fornace pœnitētiæ carbonib. iflāmatis aspersoriū amoris instillat, quo vehementius ignis doloris accenditur,& argentū cęlestis imaginis,q̃ fuerat corrupta peccato, dilectionis virtute purgatur.Iuxta qđ Veritas ait,dimissa sunt ei peccata multa, qm̄ dilexit multum.Charitas.n.operit multitudinē pc̄tōrum.Amor mūdi peccatū immittit,sed amor Dei peccatum dimittit.Cupiditas inflāmat ad culpā, sed charitas accendit ad veniā.Hoc aspersorio desiderabat aspergi Propheta,cū diceret:Asperges me,dñe, hyssopo & mundabor,lauabis me,& sup niuē dealbabor.Tandē forceps est adhibendus satisfactionis, qui de fornace pœnitentiæ scorias peccatorū emūdet. Forceps duobus brachijs iūgitur, & satisfactio duabus partibus continetur. Vna qua culpā vitamus, & altera qua pœnitentiā ꝑficimus.De prima Veritas ait.Vade,& amplius noli peccare. Irrisor.n.est & nō pœnitens,q̃ adhuc agit quod pœnitet. Canis reuersus ad vomitū,& pœnitens ad peccatū.De secūda dicit Ioānes;Facite vobis dignos fructus pœnitentiæ.Qui præcipuè sunt oratio,ieiuniū, eleemosyna.Tres.n.offendit peccatū,Deū,nosipsos, & proximū.Tres satisfactione placātur,vt oratio dirigatur ad Deū, ieiuniū feratur ī nos,eleemosyna distribuatur ad ꝓximū. In hac prima fornace Martyres suos dñs sicut argentū purgauit,secūdum quod ipsi clamant in Ps. dicētes, Probasti nos Deus,igne nos examinasti.sicut examinatur argentū.Cæterū ī fornace patientiæ follis spirās,est terror cōminationis.Ignis ardens,est feruor ꝑsecutionis. Carbo rubēs,ē cruor passionis.Forceps astringēs, est horror afflictionis.Aspersorium stillās, est vigor protectionis.Cōminabātur.n.crudeles tyranni sanctis martyribus oīa gene-

Psal.6. *Luca 7.* *1. Pet.4* *Psal. 50* *Satisfactionis partes duæ.* *Ioan. 8.* *Prou.16* *Luc. 3.* *Fructus pœnitentiæ digni qui sint* *Psal.63*

genera tormētorū,nisi Xpm desererēt, & idolis adhærerēt; putātes eos ꝑ tormenta terrere,quos non poterant per blandimenta mollire. Sed ipsi pcepta Xpi seruātes,minas principiū contempserūt.Iuxta quod de beatis Apostolis *Act.5* legitur,quia cū verbum Dei fiducialiter ꝑdicarent,cōminati sunt eis principes sacerdotū,denūtiātes, ne deinceps in hoc noīe loqrētur. Sed induti virtute S.S.ex alto, fiducialius respōderūt, Obedire oportet Deo magis q̄ hoībus; Qđ ipsa veritas testatur; Nolite,inqr, timere eos,q corpus occidūt,&c. Vehe*Mat.10* menter itaq; follis cōminationis spirabat, sed cōminatione cōtēpta persecutionis ignē vehemētius accēdebat. *Psal.65* De quo martyres gloriantur;Transiuimus,inquiunt,per ignē,& aquā, & in*Heb.11.*duxisti nos in refrigeriū.Sancti nāque ludibria,& verbera experti,insuper & vincula & carceres;lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt ī melotis & ī pellibus caprinis,egētes, angustiati, afflicti, qbus dignus nō erat mundus; in solitudinibus errātes, & in montibus,& in spelūcis, & cauernis terræ. Quia verò flāma ꝑsecutionis ignē charitatis nō poterat in martyribus supe*Cant.8.9*rare;(Fortis.n.est vt mors dilectio, & aquæ multæ nō possunt extinguere charitatē;)ipsa ꝑsecutio vehemētius exardescēs sanctorū cruorē diuersis tormētis effudit,scđm qđ scriptū est: Effude*Psal.78*rūt sanguinē sanctorū in circuitu Hie*Apoc.7.*rusalē, & nō erat qui sepeliret.Hi sunt .n.q venerūt de tribulatiōe magna,& lauerūt stolas suas ī sanguine agni. Vt aūt passio fieret gloriosa, necessarius erat forceps astringens,.i.horror afflictionis,qui martyriū effecit gloriosū. Sensus.n.carnis nō appetit, nisi quod carnis appetitū delectat. Inde contigit eis morte mereri, quia nō delectabat *Mat.26.* Martyres mori. Spūs quidē promptus est,caro aūt infirma.Probat hoc Veritas, q̄ circa passionē suā dicebat Apo*Ibidem* stolis: Tristis est aīa mea vsq; ad mor*Mar.14* tē.Cępit.n.Iesus pauere & tædere: cępit cōtristari & męstus esse. Hinc etiā *Ioan.21* post passionem suā Petro Apostolo dixit;Cū senueris,extendes manus tuas, & alius te cīget, & ducet te quò tu nō vis.Ne verò Martyres horrore passionis deficerent,diuinæ protectionis eis aspersoriū instillauit.protegens eos atque confortās,scđm qđ scriptum est; Protexisti me Deus à conuentu mali- *Psal.63* gnātium, & à multitudine operantiū iniquitatē.Succūberet.n. humana fragilitas nisi diuina protegeret pietas. Hinc.n.vox illa clamabat ad Deū; Cu*Psal.16.* stodi me,dñe,vt pupillā oculi, sub vmbra alarū tuarū protege me,à facie impiorum qui me afflixerunt. In hac secūda fornace Martyres suos dñs sicut aurū probauit vt probatio fidei.multo *1.Pe.1.* preciosior auro quod per ignē probatur, inueniretur in laudem & gloriā & honorem.O quàm magna multitu- *Psal.30* do dulcedinis,quā abscondit uñs timētibus se;nec oculus vidit,nec auris au- *1.Cor.2* diuit,nec ī cor hominis ascendit. Gau*Mat.5* dete,inquit,& exultate; q̄a merces ve*Sap.5.* stra copiosa est in cęlis.Iusti nāq; in ꝑpetuū viuent, & apud dñm est merces eorū, & cogitatio eorum apud altissimū.Iō accipient regnū decoris, & diadema speciei de manu Dei.Fulgebunt *Mat.13* iusti sicut sol in regno patris eorū. Ful*Sap.3.* gebūt, & tāquā scintillæ in arundineto discurrēt Iudicabūt nationes, & dominabuntur populis; & regnabit dñs illorum in ꝑpetuū.Reprobi verò mittentur in caminum ignis ardentis,vt ī fornace cōsciētiæ torqueātur iterius, & in fornace gehennæ crucientur exterius.Possunt aūt in hac īteriori fornace singula fornacis instrumēta descri- *Instrumēta fornacis interioris.* bi.Follis.n.est conturbans memoria, ignis est cruciās cōscientia, carbo est insufficiēs penitentia, forceps est torquens angustia, aspersoriū est obtenebrās ignorantia.Conturbabit.n.reprobos memoriā peccatorū,scđm qđ legitur: Venient in cogitationem peccatorū suorū timidè, & trāsducet illos ex transuerso iniquitas eorū,vt cū maxima turbatione recogitent; q̄ cū maxi- *Esa.66.* ma delectatione gesserunt. Cruciabit impios cōscientia delictorū. Juxta qđ *Damnatorū pæ-* scriptū est;Vermis eorū nō morietur, & ignis eorū nō extinguetur,vt stimu-

nitentia īstructio fa. lus conscientiæ pungat ad pęnā, quos aculeus nequitię stimulauit ad culpā. Pęnitebunt damnati, sed inutiliter, se-
Sap. 5. cundum quod legitur: Dicent inter se pęnitentiā agentes; Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nō illuxit nobis. Quid ꝓfuit nobis superbia, & iactantia diuitiarū qd cōtulit nobis? Transierunt hæc omnia sicut vmbra, nos aūt in malignitate nostra consum pti sumus. Sic.n.eis sua displicebit ini quitas, vt nulla placeat eis æquitas.
Ibidem. Torquebit peccatores angustia. Iuxta quod scriptū. Videntes turbabūtur timore horribili, gemētes præ angustia spiritus, & dicētes: Nos insensati vitā sanctorū æstimabamus insaniam: ecce quō cōputati sunt inter filios Dei, & īter sanctos sors illorū est. Obtenebra bit miseros ignorātia, secundū quod legitur; Tollatur īpius, ne videat glo ria Dei. Vix.n. aut raro, aut nunquā dā nati erigēt aīum ad cogitādū de Deo; sed illuc dirigēt īpetum cogitationis vbi sentient vim doloris. In hac fornace plumbum exuritur, illud videlicet, sup cuius talētum sedet impietas.

Tria quædā ī gehennalibus supplicijs cō siderāda. In gehennalibus aūt supplicijs tria sunt præcipuè prçuidenda, obscuritas, acerbitas, diuturnitas. Obscuritas tene brarū, acerbitas pęnarum, diuturnitas miseriarum. De quibus dn̄s inqt ī Euā
Matth. 22. gelio. Ligatis manibus & pedibus, ꝓijcite eū in tenebras exteriores, vbi erit
Esa. 66. fletus & stridor dentium. Vbi erit ver-
Iob. 10. mis, qui non moritur, & ignis, q nō ex tinguitur. Dimitte, dicit Iob, vt plangā
Apoc. 21. paululū doloiē meum, antequam vadā
Prou. 11. ad terrā tenebrosam, & opertā mortis caligine, terram miserię & tenebrarū, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror ihabitat. Timidis ait dn̄s, & incredulis, execratis, & homicidis, & fornicatorib. & veneficis, idolatris, & mendacibus, pars illorum erit in stagno ardēti igne & sulphure. In quo cruciabuntur die ac nocte ī se cula seculorū. Mortuo.n. hoīe impio, nulla spes erit de eo. Tunc viuēt morti, qa vitę sunt mortui; quęrent mortē, & non inuenięt, qa vitā habuerunt, & contempserunt. Ab his ergo malorum supplicijs nos eripiat, & ad illa sancto rū gaudia nos ꝑducat meritis, & pcibus beatorum martyrū, dn̄s Iesus Xp̄s, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

In Communi de vno confessore.

De somno vitiorū, & vigilantia virtutum, & quomodo vigilare debeamus: de quatuor modis, quibus dominus venit: & cur dominus, ordinem vigiliarum immutauerit.

SERMO I.

Vigilate, quia nescitis quādo dominus domus veniet; serò, an media nocte, an gallicantu, an manè: ne, cum venerit repētè, inueniat vos dormientes. *Mat. 13.*

Dormit anima in vitijs duobus modis. Dvobus modis anima dormit in vitijs, & duobus modis vigilat ī virtute. Dormit per errorem & ignorantiam, dormit per torpo rem & negligentiam. Contra primum
Ps. 12. modum orat Psalmista; Illumina ocu
Prouer. 6. los meos, ne vnquam obdormiam in morte. Contra scd̄m modū inuehitur Salomon; Vsquequo piger dormis, qn̄
1. Cor. 14. cōsurgės; Paululū dormies, paululum dormitabis, & veniet tibi tanq̄ viator egestas. Vterq; somnus est damnabilis & mortalis. Nam ignorans ignorabitur, & negligens negligetur. Dum cul pa nescitur, pn̄ia non agitur, & ideo venia non donatur. Dum cura negligi tur, medicina non quæritur, & ideo sa nitas desperatur. Legitur enim in li-
2. Reg. 4. bro Regum, quòd duo viri principes latronum Rachab & Banaa venientes ingressi sunt domū Isboseth, q dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgās triticū obdormiuit. Qui ꝑcusserunt eū in inguine, & mortuus est, & sublato capite abierunt. Sanè quæcunq; scripta sunt, ad
Rom. 15. n̄strām doctrinā scripta sunt, vt ꝑ patientiam & consolationē scripturarū spē habeamus. Nam oīa in figura contingе-

tingebât illis. Ecce tã Isboseth, quàm ostiaria dormiebat. Ostiaria, q̃ triticũ purgat à lolio, frumentũ à vitio, *est custodia mentis vel solicitudo, quę si forte ꝑ ignorantiã obdormierit, vt ostia domus, i. sensus corporis nõ custodiat, duo principes latronũ, i. spũs cupiditatis & spiritus superbiæ, q̃ sunt duo vitia principalia; (Nã radix omnium malorũ est cupiditas, ad quam ptinet oĩs illicitus appetitus: & initium oĩs peccati est supbia, ad quã spectat oĩs iniqua ꝓsumptio:) ingressi domũ, statĩ Isboseth dormientẽ, i. aium negligentẽ, in inguine feriunt, i. ꝑ carnis delectionẽ occidũt. Nihil.n. magis est amicũ voluptati q̃ otiũ: Quod etiã Poeta cognouit, cũ ait. Quæritur, Aegistus quare sit factus adulter, In ꝓptu causa est, desidiosus erat. Bene igitur Isboseth, vir cõfusionis iterpretatur: quia dignus est cõfusione, q̃ negligit vigilare. Semꝑ igitur aliquid operis facito, vt diabolus occupatũ te inueniat. Propterea dñs pcipit. Vigilate, quia nescitis qua hora fur venturus sit. Et apostolus ait: Fratres, sobrij estote & vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiẽs circuit quęrẽs quẽ deuoret. Porro vigilare debemus ꝑ fidẽ cordis, & per solicitudinẽ operis. Per fidẽ cordis aduersus errorẽ & ignorantiã. Per solicitudnẽ operis, contra torporem & negligentiã. Nã sine fide impossibile est placere Deo, & fides sine operibus mortua est. Ergo dũ lucẽ habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis sitis. Et dũ tẽpus habetis operemini bonũ, ad oẽs maximẽ autẽ ad domesticos fidei Veniet tẽpus, qñ nec agere poteritis, nec videre. Ligatis, inqt manibus ac pedibus, proijcite eum in tenebras exteriores. Ligati manus non possunt agere, ꝓiecti in tenebras non possunt videre. Vigilate ergo quia nescitis qñ veniat dñs Et si nihil morte sit certius nihil tamẽ est hora mortis incertius, q̃ qa semꝑ nobis est incerta, semꝑ nobis sit suspecta; vt ita semꝑ viuere liceat, tanquã mori semꝑ oporteat. Nescimus ergo qñ dñs veniat. Quatuor modis dñs venit. Primo & vltimo venit semel, secundo, tertio, venit sępe. Primo venit in mũdũ ad redẽptionẽ, vltimo veniet ĩ iudiciũ ad retributionẽ. Scđo venit in mẽtẽ ad sãctificationẽ. Tertio venit ĩ carnẽ ad dissolutionẽ. De primo dicitur: Exiui à patre, & veni in mũdum. De vltimo: Videbitis filiũ hoĩs venientẽ in nubibus cęli cũ potestate magna & maiestate. De secũdo. Ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. De tertio: Cũ venerit & pulsauerit, cõfestĩ aperiãt ei. Venit, vt animã quã dedit accipiat. Pulsat, vt ꝑ carnis molestiã, mortẽ vicinã annũciet. Nescitis aũt qñ dñs veniat, serò an media nocte, an gallicãtu, an manè. Per quatuor horas ĩtelligũtur quatuor ætates, videlicet pueritia, adolescentia, iuuentus atq; senectus. In quibus dormit q̃ negligit & ignorat: vigilat, qui credit & operatur. Porro qui dormit ĩ vna, vigilet saltẽ ĩ alia. Quia quacunq; horã peccator cõuersus fuerit, vita viuet, & nõ morietur ait dñs. Nã si venerit in prima vigilia, & si in secũda vigilia venerit, & sic iuenerit, beati sunt serui illi. Nemo tamẽ longanimitatis eius patiẽtiã diutius abutatur: quia quãtò magis sustinet in ꝓsenti, tantò grauius puniet in futuro. Hinc.n. Apostolus ait: Ignoras, qñ benignitas Dei ad pęnitẽtiã te adducit? Scđm duritiã tuã & cor ĩpęnitens thesaurizas tibi irã ĩ die irę, et reuelatiõis iusti iudicij Dei. Porro, cũ manè hoĩs pueritia, gallicantus adolescentia, media nox iuuentus, & sero senectus intelligi videatur: quare dñs ordinẽ conuertit & mutat? Nõ n. ait Mane, an gallicantu, an media nocte, an sero: sed ait, Sero, an media nocte, an gallicantu, an manè. Dñs aũt necessarium ordinem seruat, secundũ quod quisq; magis vigilare tenetur. Plus .n. vigilare tenetur senex, q̃ iuuenis, & plus iuuenis, q̃ adolescens, & plus adolescens, quàm puer. Vel potius, quia cũ homo nascitur ad miseriã, tũc icipit ei nox, quũ aũt moritur ad salutem, tunc incipit ei dies: rectè ꝑ serò, qđ est noctis initiũ, itelligitur pueritia, ꝑ manè verò, quod est finis noctis, senectus acci

Marginalia (left): 1. Cor. 10 — Ostiaria purgans triticum quid nȳ sit ce. — * al ipsa est ratio quæ diiscernit bonum à malo, virtutem à vitijs quæ &c. — 1. Tim. 6 — Eccle. 10 — Isboseth quid interpretetur. — Mat. 24 — 1. Pet. 5 — Vigilandum quomodo sit dupliciter. — Heb. 11. — Iacob. 2. — Ioan. 12

Marginalia (right): Gal. 2. — Mat. 2 — Quatuor modis venit dominus. — Ioan. 14 — Mat. 24. — Ioan. 14 — Luc. 12. — Mar. 13 — Ezec. 18 — Rom. 2

pitur. Et iõ dñs prius cõmemorat se-
ro, q̃ mane, vt de nocte transeamus ad
die.i. de miseria vitæ præsentis ad glo
riam vitæ futuræ. Hinc.n. Psalmista te
Psal. 75 statur. Dormierunt somnũ suũ, & nihil
inuenerunt oẽs viri diuitiarũ in mani
bus suis. Quærendum est aũt, quũ sint
hois sex ætates, videlicet infantia, pue
ritia, adolescentia, iuuentus, senectus
& senium: quare dñs prima & vltima p̃
termissis, medias tñ cõmemorat: Sed
q̃uis occulta a, tñ necessaria puisum
est rõne. Duo nãq; p̃miserat, Vigilate,
s.& orate, nescitis qñ dñs veniat In pri
ma qdem ętate licet hõ nesciat qñ dñs
ueniat, tñ nõ hẽt opus vigilare: quia ñ
solet infans ea ætate peccare In vlti-
ma verò licet opus habeat vigilare. scit
tñ decrepitus q̃ ea ætate dñs venir ;
qm̃ ætas illa morte finitur. Licet aũt
Mar. 13 oibus p̃ceptum sit vigilare, scd̃m illud.
Q̃ vobis dico, oibs dico, vigilare: spe
cialiter tñ p̃latis Ecclesiæ, scd̃m illud:
Ianitori p̃cepit vt vigilet. Ianitor.n. ẽ,
cui claues ecclesię cõmittuntur, qui tã
Luc. 6. pro se, q̃ pro populo vigilare tenetur.
Ne, si cęcus cęcum duxerit, ambo in fo
ueam cadant. Cui & dicitur à dño per
Ezec. 33 prophetam: Si non annunciaueris ini-
quo iniquitatẽ suam, sanguinẽ eius de
Luc. 2. manu tua requiram Pastores n custo-
diebãt vigilias noctis sup gregẽ suũ. Vi
Luc. 12. gilate ergo qa bti sunt serui illi, quos
cum venerit dñs, inuenerit vigilantes.

In communi de vna Virgine.

De quadruplici acceptione regni cœlorum: negotiatore iniquo & iusto, prauo & sancto: de margaritarum multiplici distinctione, præcipuè tamẽ de triplici, quarum qualibet à quibusdam benè, & ab alijs malè quæritur.

SERMO I.

Mat. 13 Simile est regnum cęlorum homi
ni negociatori, quærenti bo-
nas margaritas. Inuenta autem
una preciosa margarita, dedit
omnia sua, & comparauit eam.

REgnum cęlorum, cuius diffini- *Regnum*
tio multifariè spargitur ĩ scri *cælorum*
pturis aliud ẽ supra nos, aliud *variè ac*
circa nos, aliud infra nos, & *ceptum.*
aliud extra nos. Q̃ supra nos est, intel
ligitur Ecclesia triumphãtiũ. Q̃ cit-
ca nos est, intelligitur Ecclesia militã-
tium. Q̃ infra nos est, intelligitur fi-
des recta. Q̃ extra nos est, intelligitur
lex diuina. De primo dicitur: Venient, *Luc. 13.*
& recũbent cum Abraham, Isaac, & Ia-
cob in regno cęlorum. De secũdo: Exi- *Mat. 13*
bunt angeli.i. messores, & colligent de
regno eius omnia scandala. De tertio:
Regnum Dei intra vos est. De quarto: *Luc. 17.*
Auferetur à vobis regnũ, & dabitur gẽ- *Mat. 21*
ti facièti fructus eius. Regnũ ergo cœ
lorũ intelligitur ĩ hoc loco ecclesia mi
litantium, eorũ videlicet, qui de se di-
cere possunt: Nostra cõuersatio in cœ *Ecclesia*
lis est Hoc regnum, i. Ecclesia, simile *militan-*
dicitur hoĩ negociatori, quærẽti bonas *tium vo-*
margaritas. Sed ẽ negociator iniquus *catur re*
& prauus est, & negociator iustus & sã *gnum cœ*
ctus. De negociatione iniqua & praua *lorum.*
dicitur in Psalmo: Qm̃ nõ cognoui ne *Phi. 3.*
gociationes, introibo in potẽtias dñi. *Psal. 70.*
De negociatione honesta & sancta dñs *Luc. 19.*
ait. Negociamini, dũ venio. Hinc est ẽt *Mat. 25*
q̃ hõ ille peregrè proficiscens, diuisit
seruis suis bona. Et alij dedit quinque
talenta, alij aũt duo, alij verò vnũ. Qui
quinque talenta acceperat, superlu-
cratus est alia quinque. Qui autem
duo acceperat, superlucratus est alia
duo. Cuiusmodi lucrum dñs rediens
cõmẽdauit: Euge, inquit, serue bone &
fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra
multa te cõstituã: intra in gaudiũ dñi
tui. Qui verò pecuniã acceptã ligauit
in sudario, & abscondit, reprobatus est
à dño sibi dicente. Serue nequam, non
ne oportuit te pecuniã meam trade
re numularijs ad vsuram? &c. Vsura per
fecta est, quũ per merita consequimur
præmia, per temporalia lucramur æter
na. Simile est ergo regnũ cœlorum ho
mini negociatori, quęrenti bonas mar
garitas. Multiplex est margaritarũ, siue
lapidũ preciosorum distinctio, seu diui
sio in scripturis. Ait .n. propheta; Om-
nis lapis preciosus operimentum tuũ,

Et enumerat statim nouem genera lapidum, propter nouem ordines angelorum. Moyses quoq; duodecim species lapidum posuit in rationali iudicij, pp duodecim Apostolorum doctrinâ. Paulus. n in epistola dicit: Alius ædificat lignum, fœnum, stipulam: alius autem aurum, & argentum, & lapides preciosos. Item in Apocalypsi Ioannis; Lapides preciosi omnes muri eius, & turres Hierusalem gemmis ædificabuntur.

Ezec. 28
Exod. 28
1. Cor. 3
Apo. 21

Sufficit ât ad ędificationem nostrâ, distinguere tres species margaritarũ. Est autem margarita scientiæ in scriptura, margarita gratię î ecclesia, margarita gloriæ in patria. Prima comparatur precio meditationis & lectionis: secunda côparatur precio contritionis & confessionis: tertia comparatur precio cogitationis & actionis. Primam comparat is, de quo dicitur: In lege domini fuit voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. Secundam comparât ij, ad quos dicitur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula * Verius tamen videtur, quod per gratiam veniatur ad veniam, quàm per veniam veniatur ad gratiam, teste Veritate quæ dicit: Dimissa sunt ei peccata multa, qm dilexit multum Porrò quælibet margaritarum istarum malè quæritur à quibusdam, ab alijs bene quæritur Nam malè quærit hæreticus margaritam scientiæ, bene quærit catholicus. Ille qrit, vt veritatem impugnet: iste quærit, vt veritatem defendat Ille quærit, vt fidẽ euacuet: iste quęrit vt fidem confirmet. Ille quærit vt aquâ vino comisceat, & in aureo calice fel draconis propinet; iste quęrit vt capiat vulpes paruulas, q̃ demoliuntur vineas, facies quidẽ habẽtes diuersas, sed caudas ad îuicẽ colligatas: quia de vanitate conueniũt in idipsum. Sunt tamen aliqui Christiani sicut ipsi frequenter audiuimus, & intelleximus; qui margaritam scientiæ, non ad veritatis defensionem, sed ad falsitatis assertionem allegant, vt pro margarita * mercam accipiant. De quibus inquit Psal. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua domine. Margaritam quoque gratiæ malè quærit ambitiosus, bene quærit deuotus. Ille quærit per simoniacam prauitatem, iste per catholicam puritatem. Ille vt fraudem exerceat, iste vt laudem perficiat. Ille audit cum Simone, Pecunia tua tecum sit in perditione: iste audit à domino, Gratis accepistis, gratis date. Dñs enim vendentes, & ementes eiecit de tẽplo, mẽsas euertit, æs numulariorum effudit, nobis relinquens exemplum, vt Giezitas & Simoniacos de ecclesia expellamus: quia non habent partem in regno Christi & Dei. Sed & gloriæ margaritam malè quærit Iudæus, bñ quęrit Xp̃ianus. Ille quærit per deuia, ideo nunquam inuenit; iste per viam, ideo ad illam pertingit. Ille tanquam cęcus vultu velato; iste tanquam vidẽs facie reuelata. Vna enim est, & vnica via per quam peruenitur ad patriam, illa videlicet quæ de se dicit; Ego sum via, veritas, & vita. Multæ sunt igitur margaritæ, sed vna est preciosa, quam qui inuenit homo, vendit vniuersa quæ habet, & comparat eam. Dat tẽporalia, vt acquirat ęterna, dat terrena vt acquirat cęlestia: dat vniuersa, non solùm sua, sed seipsum; non solum propriam facultatem, sed etiam propriam voluntatem, scd̃m illud; Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, &c. Hinc ergo Petrus aiebat; Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Omnia ergo venduntur, vt vnum solummodo côparetur. Martha Martha, dñs inquit, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessariũ. Hanc vnicam margaritam quærebat Propheta, cum diceret; Vnam petij à domino, hanc requiram Quàm preciosa sit hæc margarita, cogitare non possumus nedum etiam explicare; quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec î cor hoĩs ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se Sed ne penitus taceamus, dicamus hanc margaritam esse vnũ Deũ, qui est oĩa in omnibus, cunctorũ præmiũ, & remuneratio singulorũ. Hic est denarius ille, qui redditur omnibus

Marga. ritarum species tres.
Psal. 1.
Luc. 16.
Hic uidetur aliquid desiderari.
Luc. 7.
Margaritam sciẽtiæ qui malè quærat, & quis bene.
Cant. 2.
al. vitã
Psal. 18
Margaritã gratiæ qui male, q̃rat, & quis bene.
Acto. 8
Mat. 10
Luc. 19.
Gloriæ Margaritã quis male quærat, & quis bene.
Ioan. 14.
Margaritæ una preciosa quæ quomodo cõparanda.
Luc. 9.
Mat. 19
Luc. 10
Psal. 26
1. Cor. 2
Mat. 20

In vinea laborantibus. Et bene margarita dicitur, ꝑp cognitionis splẽdorẽ, in qua consistit vita æterna. Hęc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solũ verũ Deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Nemo verò pro paupertate desperet, cũ audit præciosam margaritam, quia de facili comparatur. Emit eam vidua duobus minutis, quæ misit in gazophylacium. Emit eam alius potu calicis aquæ frigidæ, quẽ in nomine de dit prophetę. Emit eam latro pẽdẽs in cruce vnico verbo, dicens: Memento mei, dñe, dũ veneris in regnũ tuũ. Mox .n. audiuit: Hodie mecum eris in paradiso. Nullus ergo desperet, quia sufficit volunras, vbi deest facultas. Demus ergo quod possumus, terrena pro cęlestibus, trãsitoria pro æternis, vt preciosam margaritã comparemus à dño. Ipso præstante, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen


Ioan. 17 Mar. 12 Mat. 10 Lucæ 23

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III.

SERMO I. IN CONSECRATIONE PONTIFICIS.

De sacerdotis dignitate, periculo & peccato: quid per vitulum & tabernaculum accipiendum sit: & de vera vniuersorum peccatorum pænitentia; & integra eorundem confessione & satisfactione.

Leuit. 4 Si sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, faciens delinquere populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino, & adducet illũ ad ostiũ tabernaculi testimonij coram dño, ponetque manum super caput eius, & immolabit eum dño.



Verba quæ locutus sum vobis, fratres charissimi, verba sunt domini loquẽtis ad Moysen in Leuitico, super expiando crimine sacerdotis.

Personarum species quatuor. Sunt autẽ quatuor spẽs personarũ, sacerdos, princeps, populus, & aĩa. Porro, sicut peccatũ sacerdotis primũ describitur, ita maximum iudicatur; tum ꝑp officij dignitatẽ, tũ ꝑp peruersitatẽ exẽpli. Peccatũ sacerdotis cur maximũ iudicetur. Primũ notatur, cũ dicitur: Si sacerdos, q est vnctus, peccauerit. Secũdo, cũ additur: Faciens delinquere populũ. Nã iuxta Satyricum, Oẽ aĩ vi iũ rã tò conspectius in se crimem hẽt, quãtò qui peccat maior habetur. Multa sunt leuia subditis, quæ grauia sunt plãtis: & multa sunt laicis venalia, q̃ clericis sunt mortalia. Si .n. incãtator fuerit ꝑcussus à serpẽte, qs medebitur ei? Et si sacerdos peccauerit, quis orabit pro illo? Sanè quãtò gradus altior, tantò casus grauior. Nã cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Iudiciũ durũ fiet his q præsunt. Tibi sacerdos datum est nosse mysteria regni Dei, cæteris aũt ĩ parabolis. Sed seruus sciẽs voluñtatẽ dñi sui, & nõ faciẽs, vapulabit multis. Tibi sacerdos datæ sunt claues regni cœlorũ, vt quodcũq; ligaueris super terrã, sit ligatũ & in cœlis: & quodcunq; solueris super terrã, sit solutũ & in cœlis. Sed væ tibi, si mortificas animas q̃ nõ moriũtur, & viuificas animas, q̃ nõ viuũt. Tibi sacerdos datũ est panẽ & vinũ cõsecrare ĩ corpus & sanguinẽ Iesu Xpi. Sed si mãducas indignè, iudiciũ tibi mãducas, nõ dijudicans corpus dñi. Quid, qđ tuo pctõ facis delinquere populũ? Per te nomẽ Dei blasphematur ĩ gẽtibus. Nõ .n. põt filius facere, nisi qđ viderit patrẽ faciẽtẽ. Et ĩ excusatioñẽ prætendit. Sufficit discipulo, si sit sicut magister ipsius. Cur, inqt laicus, nõ adulterer, cũ sacerdos fornicetur? Cur nõ fœnerer, cum sacerdos fœneretur? Certè

Iuuenalis. Eccles. 12 Hiero. Sap. 6. Luc. 8. Luc. 12. Mat. 16 Ezec. 13. 1. Cor. 11 Rom 2. Ioan. 5. L. c. 6.

Sacerdos malus quot mortibus sit dignus. tē tot mortibus est dignus sacerdos, quot exēpla ꝑditionis trāsmittit in populū. Si caput fuerit infirmū, totū corpus languidū erit. Nam oē caput languidū, & oē cor mœrēs: à planta pedis *Esa. 1.* vsq; ad verticē nō est in eo sanitas. Cū hæretici nos peccare cōspiciūt, docēt eleemosynas nobis dādas nō esse, inducentes ad hoc authoritatē sacræ scripturæ dicētis: Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum, cui des. Nō dicit, Donec īuenias sacerdotē adulterū, ebriosum, inuidū, superbum, periurū, cupidū, vsurariū, & hmōi: sed dicit, Donec inuenias cui des. Oblationes quoque decimæ, vel primitiæ dandæ sunt ministris Dei, non seruis diaboli. Nā q facit pctm̄, seruus ē pcti. Cū hæretici nos peccare cōspiciūt, docēt prędicationē nostrā audiendā nō esse, *Psal. 49* probantes hoc authoritate sacræ scripturæ, dicētis: Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meū per os tuū? Cū is q displicet, ad intercedēdū mittitur, irati aius ad deteriora ꝓuocatur. Nā cuius vita despicitur, restat vt eius pdicatio *Luc. 4.* contēnatur, & dicatur ei. Medice, cura *Luc. 6.* teipsum. Eijce primū trabem de oculo tuo, & tūc eijcies festucā de oculo fra*Esai. 6.*tris tui. Propheta quoq; cū mittendus esset ad pdicandū, prius ab iniquitate mūdatur, & os eius tāgitur calculo, qd forcipe tollitur de altari. Cū hæretici nos peccare cōspiciūt, docēt nos ecclesiastica sacramēta nō posse conficere, *Mal. 2.* īducētes authoritatē scripturæ dicētis: Maledicā bndictionibus vestris, & cum multiplicaueritis otōnē nō exaudiam vos Manus n. vestræ sanguine plenæ *Esai. 1.* sunt. Quicqd tetigit immūdus, immun*Mat. 5.*dū erit. Lux ergo nostra luceat corā hominibus, vt videāt opera nostra bona, & glorificēt patrē nostrū q in cœlis ē.

Peccatū sacerdotis quomodo expietur. Si.n. sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, faciens delinquere populū, offeret pro pctō suo vitulum immaculatū dño. Non sufficit sacerdoti offerre pro pctō suo turturem vel colūbā, hœdum vel agnū, caprā vel ouē: sed oportet vt offerat vitulū, non qualēcunq;, sed immaculatū: nec vbicunq;, sed ad ostium tabernaculi: nec ante quēlibet, sed corā dño: nec quolibet, sed ponet manū sup caput eius, & immolabit eū dño. Aiæ peccāti pcipitur, vt offerat caprā: principi peccāti pcipitur vt offerat hircū; Sed tā pro pctō sacerdotis, quàm ꝓ pctō multitudinis, imperatur, vt vitulus offeratur immaculatus. Vñ conijcitur, quod pctm̄ sacerdoti totius multitudinis pctō coęquatur; qa sacerdos in suo pctō totā facit delinquere multitudinē. Offerat ergo sacerdos pro pctō vitulū immaculatum: qa grandis culpa grādi dēt hostia expiari. Per vitulum immaculatū moraliter ītelligimus spiritū contribulatū. Quia sacrificiū Deo spūs cōtribulatus, cor cōtritū & humiliatū Deus nō spernis. Hic vitulus, hęc hostia, hoc sacrificiū dēt offerri domino pro peccato: vt vitulus q peccando fuerat indomitus per superbiā, pęnitēdo per humilitatē domelur, & iugum Xpi suscipiat, de quo dicit ī Euāgelio: Iugū meū suaue est, & onus meū leue. Tūc Deus acceptabit sacrificiū iustitię tūc impones super altare eius vitulos. Adducat ergo sacerdos vitulū ad ostiū tabernaculi, per oris confessionē: & ponat manū suā super caput eius, ꝓ operis satisfactionē: & immolet eum dño, per cordis cōtritionē: vt diluatur pctm̄ cogitationis in corde; pctm̄ locutionis in ore, pctm̄ operationis in cōsuetudine. Quatenus puella suscitetur in domo, adolescēs in porta, Lazarus ī monumēto. Adducat ergo sacerdos vitulū ad ostiū tabernaculi. Si ꝑ tabernaculū intelligimus corpus, in quo scdm̄ Apostolū peregrinamur à dño, profecto ꝑ ostiū tabernaculi dēmus os corporis ītelligere, de quo dicit Dauid: Pone, dñe, custodiā ori meo, & ostiū circunstātiæ labijs meis. Ad hoc ostiū vitulus ducitur, quū ad cōfessionē oris secretū cordis progreditur. Dic, inquit, iniquitates tuas, vt iustificeris. Iustus.n. in principio sermonis accusator ē sui. Qui corā Deo semetipsū accusat, Deus illū excusat. Et q corā Deo semetipsū excusat, Deus illum accusat. Recurramus ad Euāgeliū, ibi inueniemus exēplū; Duo hoīes ascēderunt in tēplū, vt orarent,

Peccatū sacerdotis coæquatur pctō totius multitudinis. *Vitulus immaculatus qui mysticè.* *Psal. 50.* *Mat. 11.* *Psal. 50.* *Cōfessio.* *Satisfactio.* *Contritio.* *Matt. 9.* *Luc. 7.* *Ioan. 11.* *Tabernaculum.* *2 Cor. 5.* *Ostium.* *Ps. 140.* *Esa. 43.* *Prou. 13.* *Ioan. 1.* *Differētia.*

Differentia inter confessionem quæ fit in humano iudicio, & illā, quæ fit in diuino.

orarent, &c. Multum distat inter confessionē criminis, q̄ fit i humano iudicio, & eā quæ fit in diuino. Nā illa condēnat, & ista iustificat. In illo iudicio cū reus cōfitetur, plectitur, in isto absoluitur, & iō Propheta deprecatur: Nō absorbeat me profundū, neq; vrgeat sup me puteus os suū. Sed valde cauendum est, ne quis ad ostium tabernaculi non vitulū, sed vulpē adducat. Nā qui pctā sua partim reuelat, & partim occultat, vel vnā partē vni, & alterā partē alteri cōfitetur, vel exprimit factū, & supprimit in eodē intentionē: seu crimē attenuat & excusat, is profectò nō vitulū, sed vulpē adducit. Nā vulpes foueas habēt. & volucres cęli nidos. Nos autem, scd̄m Prophetā, reddamus vitulos labiorum nostrorū, omnino pcti circunstantiā confitentes, scd̄m qd̄ maxime peccauimus; in loco, in tēpore, in numero, in persona; scd̄m ætatē, scd̄m scientiā, scd̄m gradū, scd̄m ordinem; si facilè, si frequenter, si manifestè, si perseuerāter. Hoc n. pcipitur, vt adducatur vitulus ad ostiū tabernaculi corā dño, q scrutatur renes & corda, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta, quē nullū latet secretū, nullū fallit occultum. In humano quippe iudicio, cū reus cōfitetur pctm̄, iudex instruitur: ī diuino iudicio cum reus confitetur pctm̄, dñs obliuiscitur. Nā quacunque hora pctōr fuerit cōuersus & ingemuerit, omniū iniquitatū eius nō recordabor, ait dñs. Caueat ergo sacerdos, cui confitetur pctōr, non vt hoī, sed vt Deo, ne fortè post confessionē auditā recordetur peccati. Hoc est, ne verbo vel signo innuat se scire delictum; quia non dicitur, vt vitulus adducatur ad ostiū tabernaculi corā hoīe, sed corā dño. Grauius. n. peccat sacerdos, qui peccatū reuelat, quàm homo qui peccatum committit.

Psal. 68.
Confitentibus maximè cauendum quid sit.
Vulpem quomodo quis offerat.
Luc. 9.
Osee 14.
Circūstātias peccatorū in confessione exprimendas.
Apoc. 2
Heb. 4.
Ezech. 18
Reuelatio confessionis quàm sit graue peccatum.

Sequitur; Et ponat manum super caput eius. Per caput vituli pricipale mētis, i. rō designatur, scd̄m illud; Vnge caput tuū, & faciē tuā laua. Per manū intelligitur operatio, scd̄m illud; Anima mea in manibus meis semper. Tūc n. manū ponimus super caput vituli, cum operationem constituimus super rōnem, vt, scd̄m Apostolū, rōnabile sit obsequium nostrum, vt dignos fructus pęnitentiæ faciamus. Manus quinque digitos hēt, & satisfactio quinq; partes; quæ sunt, asperitas vestis, abstinentia cibi, vitus orōnis, interruptio somni, & largitas eleemosynæ. De his Propheta dicit i Psalmo; Induebā me cilicio, & humiliabā in ieiunio aiam meā, & orō mea in sinum meū cōuertetur. Et Media nocte surgebam ad confitēdum tibi. Sed in his omnibus debet ponere manū super caput vituli, vt rōnale sit eius obsequium; ne fortè iumentum si nimis fuerit oneratum, succumbat, si verò parum fuerit oneratum, lasciuiat. Scd̄m modū culpæ sit modus pęnæ, pēsata qualitate pœnitentiæ. Non sit tā leuis vt præsumatur, nec tā grauis vt desperetur. Humanū dico pp infirmitatē carnis vestræ. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatē, ita exhibeatis seruire iustitiæ i sanctificationē. Vę his qui culicē colāt, & camelū degluriunt; qui alligant onera grauia & importabilia, & imponūt in humeros hominū, digito aut suo nolunt ea mouere. Ponat ergo sacerdos manum super caput vituli, & immolet cū dño Immolare vitulum, est contere te cor, vt, scd̄m Apostolum, moriatur pctō & viuat iustitiæ. Cū sic occiditur, tunc *iusti ficatur; cū sic pcutitur, tunc sanatur. Ego, ingt dñs, occidam, & ego viuere faciā; percutiā, & ego sanabo. Mortificetur ergo vitulus noster, immoletur, vt de cętero nō reuiuiscat ad culpam. Irrisor est. n. non pęnitens, qui adhuc agit quod pęnitet. Canis reuersus ad vomitum, est pęnitens ad pctm̄. Porro sunt quidam, qui vitulum ferūt, sed non immolant. Hi sunt, qui de vno pctō pœnitent, sed in alio delectantur. Sed frustra quis pęnitet, nisi de vniuersis pęniteat; quia Deus veniam non dimidiat. Totum. n. hominem sanum fecit in sabbato. Rursus, septem dæmonia simul eiecit, septenario numero designās vniuersitatē criminum dimissorum. Item ab alio legionē dæmonum effugauit, ostendens quia quæcunque sunt in vno peccata, oportet de omnibus

Matt. 6.
Ps. 118.
Manus quomodo super caput vituli ponenda sit.
Rom. 12.
Luc. 3.
Satisfactiōis partes quinque quæ.
Psal. 34.
Psal. 118.
Rom. 12
Rom. 6.
Mat. 23
Immolare vitulum mysticè qd sit.
**al. viuificatur.*
Deut. 32
Irrisor quis sit, non pęnitens.
Ioan. 7.
Mar. 16.
Luc. 8.

bus penitere. Si secundum sententiã Euangelicam propter vnum pctm̃ redeunt etiam dimissa peccata, quantò magis propter vnum peccatum non dimissa peccata retinentur? Si ergo sacerdos, qui est vnctus, &c. Viuamus ergo fratres charissimi, non solum castè, sed etiam cautè Castè, ne contaminemus vnctionem ordinis quã accepimus. Propter qđ dicitur; Si sacerdos, q vnctus est, peccauerit: quasi dicat: Non peccet, ne contaminet vnctionem. Vel additur ad exclusionem eorum, qui cum essent de gñe sacerdotum, propter maculas corporis inungi non poterant, nec ministrare valebãt. Cautè, ne corrumpamus alios per exemplũ. Propter quod dicitur: Faciens delinquere populum: quasi dicat: Non peccet, ne populum peccando corrumpat. Vel secundum Hebraicam veritatem: Si sacerdos, q est vnctus, peccauerit ad culpam populi, idest iam viliter, vt vnus de populo, quod nimis est in sacerdote damnabile. Custodiamus itaque sanctimoniam cordis & corporis, sicut decet Dei ministros, & Dei sacerdotes, adiuuante domino Iesu Christo, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Sacerdotes quomodo castè & cautè viuere debeant.

In consecratione Pont. Maximi.

De primatu Apostolicæ sedis, & quod à Deo sit, & excellenti potestate Pontificis Romani, quod seruus sit, non dominus. & de fidelis serui officio, qui super familiam domini constitu tur, & triplici cibo, quem familiæ dare tenetur.

SERMO II.

Mat. 24 Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det eis cibum in tempore?

Qualis debeat esse, qui super familiam constituitur: & qualiter debeat super illã cõstitui, Veritas ipsa patenter ostẽdit. Debet.n. esse fidelis & prudens, vt det eis cibum in tempore. Fidelis siquidem, vt det eis cibum; prudens autem, vt det in tempore.

Manifestè quoque describitur, quis constituit, quia dñs; quem constituit, quia seruum: qualem cõstituit, quia fidelem pariter & prudentem: super qđ constituit, quia super familiam: quare constituit, quoniam vt det ei cibum: quando, in tempore suo. Ponderemus ergo singula verba: qa cum verba sint verbi, nihil est in eis, quod pondus non habeat, sed omnia fęcundo sunt grauia intellectu. Dominus ergo nõ quilibet, sed ille, qui in vestimento & in fęmore suo scriptum hẽt: Rex regum, & dñs dominantium, de quo legitur quia dominus nomen est illi: per seipsum Apostolicæ sedis primatum constituit, vt eius constitutioni nulla possit audacia refragari. Iuxta quod ipse testatur. Tu es Petrus, & super hanc Petram ędificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam. Cum .n. idem ipse sit fundator & fundamentum ecclesiæ, profectò portę inferi pręualere non possunt aduersus eam; quia fundamentum immobile perseuerat, de quo dicit Apostolus; Fundamentum positum est, pręter quod aliud poni nõ potest, quod est Xps Iesus. Licet ergo nauicula Petri magnis fluctibus in medio mari sæpè iactetur, præsertim cũ in ea dormit Iesus, nunquam tamen submergitur; quia Iesus imperat vẽtis & mari, & tranquillitas magna fit, ita vt homines inde mirentur & dicant; Qualis est hic? quia venti & mare obediunt ei. Hæc est .n. domus illa sublimis, & stabilis, de qua Veritas ait; Descẽdit pluuia, venerũt flumina, flauerũt venti, & irruerunt in domũ illã, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Super illam videlicet, de qua dicit Apostolus; Petra autem erat Christus. Patet ergo, quod Apostolica sedes non deficit in tribulatione, sed ꝓficit de Dei promissione, vt dicere valeat cũ Propheta; In tribulatiõe dilatasti me. De illius promissione proficit cõfisa, qui dixit Apostolis; Vobiscum ero omnibus

Apo. 19
Psal. 67.
Primatũ sedis apostolicæ dominus per seipsum instituit.
Mat. 16.
1. Cor. 3.
Mat. 8.
Ecclesiæ catholicæ stabilitas.
1. Cor. 10
Psal. 4.
Mat. 28
Rom. 8.

nibus diebus, vsq; ad consummationẽ seculi. Porrò, si Deus nobiscũ, qs cõtra nos? Quia igitur cõstitutio hæc, nõ est ab hoĩe, sed à Deo: immò verius, qa hęc cõstitutio est ab hoĩe Deo, frustra laborat hæreticus vel schismaticus, frustra
Act. 5 laborat pfidus lupus, vt demoliatur vineã, vt tunicã scindat, vt euertat candelabrũ, vt lucernã extinguet, iuxta verbũ Gamalielis, honorabilis legis doctoris dicẽtis: Si ex hoĩbus est hoc cõsilium, dissoluetur: si verò ex Deo est, nõ poteritis illud dissoluere, ne fortè & Deo ĩ
Psal. 117 ueniamini repugnare. Dñs mihi adiutor, nõ timebo qđ faciat mihi hõ. Ego nãq; sum seruus ille, quẽ Deus constituit sup familiã suã; sed vtinam fidelis & prudens, vt dem ei cibum in tẽpore.
Ioan. 8. Planè seruus, & vtiq; seruus seruorũ
Mat. 18 vtinã nõ vnus ex illis, de quibus inqt
Luc. 12. scriptura; Qui fecerit pctm̃, seruus est
Luc. 17 pcti. De quo dicitur, Serue nequã, oẽ
Luca. 22 debitũ dimisi tibi. Rursumq; ; Seruus sciẽs volũtatẽ dñi sui & nõ faciens vapulabit multis; Sed vnus eorũ, quibus dñs ait; Cũ oĩa bñ feceritis, dicite, qa serui inutiles sumus. Seruũ me fateor, & non dñm; Iuxta qđ dñs inquit Apostolis; Reges gẽtiũ dominãtur eorũ, & q potestatẽ hñt inter eos, bñfici vocãtur. Vos aũt nõ sic; sed q maior est vestrum, erit oĩum seruus; & q præcessor tãquã ministrator. Et iõ ministeriũ mihi vẽdicõ, dñium non vsurpo; illius primi & pcipui pdecessoris exẽplo, q ait;
1. Pet. 5 Nõ quasi dominãtes in clero, sed forma facti gregis ex aĩo. Eius quoq;, qui
2. Cor. 12 dixit; Ministri Xpi sunt, & ego: vt minus sapiens dicã, plus ego. Grãdis honor, qa sum super familiã constitutus; sed graue onus, quia totius sum seruus
Rom. 1 familiæ. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Vix multi dignè possunt vni seruire, nedũ qđ vnus possit dignè
2. Cor. 11 oĩbus famulari. Quis. n. infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur, & ego non vror? Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo oĩum ecclesiarũ. Quot angustias & dolores, quot solicitudines & labores sustineã, plus sufferre valeõ q proferre. Nolo magis exaggerare, qđ

suffero, ne minus sufferre valeã quod aggero. Dies diei quot labores sustine ã eructat, & nox nocti solicitudines idicat. Nec fortitudo mea fortitudo lapidũ, nec caro mea ęnea ẽ. Porrò, licet n. fragilitate deficiã, sufficiẽtia mea ex Deo est qui dat oĩbus affluenter, & non improperat. Et ideo, quamuis non sit in homine via eius, ab eo m̃ spero dirigi gressus meos, qui beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur, erexit: qui praua conuertit in recta, & aspera mutat in plana. Audistis conditionem, audite debitum. Psal. 18. Iob. 16 2 Cor. 3 Hier. 10 Mat. 14 Esa. 40.

Cum. n. sim seruus, debeo esse fidelis & prudens: vt dem familiæ cibum in tempore. Tria præcipuè Deus requirit à me, quæ notant his verbis, videlicet fidẽ cordis, prudentiam operis, cibum oris: hoc est, vt sim fidelis in corde, vt sim prudens ĩ opere, & dẽ cibũ in ore. Corde nãq; creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutem. Quia credidit Abrahã Deo, & reputatum est ei ad iustitiã. Sine fide impossibile est placere Deo; quia quicquid non est ex fide, peccatũ est. Nisi. n. ego solidatus essem in fide, quomodo possem alios in fide firmare? Quod ad officium meum noscitur specialiter pertinere, domino protestante; Ego, inquit, pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Rogauit, & impetrauit; quoniam exauditus est in omnibus pro sua reuerentia. Et ideo fides Apostolicæ sedis in nulla nunquam turbatione defecit, sed integra semper & illibata pmãsit; vt Petri priuilegium persisteret inconcussum. In tm̃ enim fides mihi necessaria est, vt cum de cæteris peccatis solum Deum iudicem habeã, p p solum pctm̃ quod ĩ fide committitur, possem ab ecclesia iudicari. Nam qui non credit, iam iudicatus est. Credo quidem, & certissimè credo, quod catholicè credam; confidens, quod fides mea debeat me saluare, iuxta promissionem dicentis; Fides tua te saluum fecit, vade, & amplius noli peccare. Porrò fides sine operibus mortua ẽ. Viuit aũt fides illa, q per dilectionẽ operatur; quia iustus Tria requiruntur à fideli seruo. Fides firma. Rom. 10 Gen. 15. Heb. 6. Rom. 14. Luc. 22. Ioan. 3. Luc. 8. Iacob. 2

Heb. 10 stus ex fide viuit. Non.n.auditores legis, sed factores iusti sunt apud Deū; *Rom. 2.* *Iac. 1.* q̄a si q̄s auditor est verbi,& nō factor, hic comparabitur viro consideranti vultū natiuitatis suæ in speculo. Propterea nec fides sufficit sine prudētia, nec prudētia sufficit sine fide. Oportet igitur vt sim fidelis & prudēs. Scriptū est enim: Estote prudentes sicut serpētes. *Mat. 10* O q̄ necessaria est mihi prudentia, vt rōnabile sit obsequiū meū, vt nesciat *Prudentia.* sinistra mea quid faciat dextra mea: vt *Rom. 12.* sic discernam inter leprā & nō leprā, *Mat. 6.* inter bonū & malū, inter lucem & tenebras, *Deut. 17* inter sanctum & prophanum: *Esa. 5.* ne dicā malum bonum, vel bonum malum: *Ezec. 13* ne ponam tenebras lucem, vel lucem tenebras: ne mortificem animas, quæ non moriūtur, vel viuificem aīas, q̄ *Rationale pontificis quid mystice designet.* non viuunt. Rectè igitur inter ornamēta pontificalia logion p̄cipuè cōmendatur, quod quadrangulum erat & duplex: & pontificis ratio, quā & loco p̄signabat & nomine, debet discernere inter quatuor, inter verū & falsum, ne de- *Mat. 13* uiet in credendis: inter bonū & malū, ne deuiet in agendis. Debet discernere pro duobus, pro se videlicet & populo, ne, si cęcus cęcū duxerit, ambo in foueā cadant. Erat quadrangulū p̄p quadrifartū intellectū, quē pontifex i scripturis dēt habere, historicū, allegoricū, tropologicū, & anagogicum. Erat & duplex p̄p geminū testm̄, quod pontifici non expedit ignorare: quia lit- *2. Cor. 3.* tera occidit, spiritus aūt viuificat. Quadrangulū, p̄p nouum testm̄, quod in quatuor Euangelijs cōtinetur; duplex ēt p̄p vetus, quod in duabus tabulis exaratur. O q̄ta debet esse illa vna prudentia, quæ compellitur ad oēm prudentiā r̄ndere, qōnum nodos dissoluere, dubitationū abdita reserare, cārum merita pandere, iudiciorū ordines obseruare, scripturas exponere, populis prædicare, inquietos corripere, debiles confortare, hæreticos confundere, *Eccl. 31.* catholicos confirmare. Quis est hic, & laudabimus eū? iō dn̄s signanter ait; Quis putas est fidelis seruus & prudēs? Talis dēt esse, qui sup familiā cōstituitur. Equidē cōstitutus sū sup familiā, vt sicut excellētissimus mihi ē locus, ita sit & excellētissimū meritū. Verum ad magnā potentis dn̄i laudē accedit, qd̄ per vilē seruū suū beneplacitū operatur, vt nihil ascribatur humanę virtuti, sed totum attribuatur diuinę potētiæ. Quis aūt sum ego, aut quæ domus patris mei, vt sedeam excellentior regibus & solium gloriæ teneam? Mihi nanque dicitur in Propheta; Constitui *Hier. 1.* te super gentes & regna, vt euellas & destruas & disperdas & dissipes, & ædifices & plantes. Mihi quoq; dicitur in Apost. Tibi dabo claues regni cęlorū, *Mat. 16* & quodcunque ligaueris super terrā, erit ligatum & in cœlis, &c. Cū oibus Apostolis loqueretur, particulatiter dixit; Quorū remiseritis p̄ctā, remittuntur eis; & quorū retinueritis, retenta *Ioan. 20* sunt. Cū aūt soli Petro loqueretur, vniuersaliter, ait. Quodcūq; ligaueris sup *Primatus D. Petri Apostoli.* terrā, erit ligatū & in cœlis; &c. Quia Petrus ligare potest cęteros, sed ligari non potest à cæteris. Tu, inquit, vocaberis Cephas, quod exponitur caput; *Cephas quid significet.* quia sicut in capite consistit omnium sensuum plenitudo, in cæteris autem membris pars est aliqua plenitudinis; ita cæteri vocati sunt in partem solicitudinis, solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis. Iā ergo videtis quis iste sit seruus, qui super familiam constituitur, profectò vicarius Iesu Christi, successor Petri, Christus dn̄i, Deus Pharaonis; inter Deum & hominē medius constitutus, *Romani pōtificis excellentia singularis.* citra Deū, sed vltra hominem; minor Deo, sed maior hoie, qui de oibus iudicat, & à nemine iudicatur; Apostoli voce pronuncians, qui me iudicat, dn̄s *1. Cor. 4.* est. Verum offm̄ seruitutis humiliet, *Iacob 4.* quem fastigium sublimitatis exaltat, *Luc. 14.* vt humilis sublimitas sit, & sublimis *Esai. 40.* humilitas. Nā superbis Deus resistit, humilibus aūt dat gratiam. Qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, hu- *Eccles. 3.* miliabitur. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Salubre consiliū. Quantò maior es, *Eccl. 32* humilia te in omnibus. Et; Principem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex illis.

Hæc

Matth. 5. *Mat. 6.* *Mat. 5.* Hæc est lucerna posita super candelabrũ, vt oēs q̃ ī domo sunt, videāt Porrò, si lumē hoc tenebræ fiāt, ipsæ tenebræ quātæ erūt? Hic est sal terræ. Q̄d si sal euanuerit, ī quo salietur? Ad nihilũ valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cōculcetur ab hoībus. Vnde cui plus cōmittitur, plus ab eo exigitur. Plus.n. habet vnde possit vereri, q̃ vnde valeat gloriari: redditurus Deo rōnem, nō solùm pro se, sed ꝓ oibus, qui sunt suæ curæ cōmissi. At oēs oīnò qui sunt de familia dñi, sub eius cura constituti sunt. Nō.n. distinguit inter hāc atq; illā familiā, nec pluraliter dicitur, Sup familias, tanquā multas; sed singulariter dicitu, Super familiā, tanquā vnā, vt fit vnū ouile & vnus pastor. Vna est, inquit, columba mea, ꝑfecta mea; vna quoq; tunica incōsutilis, q̃ diuisa non fuit. Vna tm̄ ex titit arca, intra quā q̄cūq; fuerūt, sub vno rectore legūtur ī cataclysmo saluati. Qui āt extra ipsam inuenti sunt, oēs in diluuio pcriunt.

Ioā. 10. *Can. 6.* *Ioā. 19.* *Gen. 6.*

Ad hoc āt est super familiā constitutus, vt det illi cibū in tpe. Primatū Petri dñs Iesus Christus & añ passionē, & circa passionē, & post passionē constituit. Ante passionem, cū dixit: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā. Et quodcunq; ligaueris sup terrā, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terrā, erit solutū & in cęlis. Circa passionē, cum ait; Simon, satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autē rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua; & tu aliqñ conuersus, confirma fratres tuos. Post passionē verò, cū tertio præcepit; Si diligis me, pasce oues meas.

Primatū Petri à domino tertio vice constitutum. *Mat. 15* *Luc. 22.* *Ioan. 21*

In primo sublimitas potestatis, in secundo constantia fidei, & in tertio pastura gregis exprimitur; quæ circa Petrum in hoc loco manifestissimè declarantur. Cōstātia fidei, cum dicitur. Fidelis & prudens. Sublimitas ptātis, cū dicitur, Cōstituit sup familiā. Pastura gregis, cum dicitur. Vt det illi cibū.

Cibum dare tenetur, videlicet exempli, verbi, sacramēti. Quasi dicat; Pasce exemplo vitæ, verbo doctrinæ, sacramēto eucharistiæ. Exemplo actionis, verbo prædicationis, sacramento cōis. De primo Veritas dicit; Meus cibus est, vt faciā voluntatē eius, qui me misit. De secundo scriptura dicit; Cibauit cum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. De tertio dñs inquit; Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

Cibū triplicem tenetur pastor suis dare. *Ioan. 4.* *Eccl. 15.* *Ioan. 6.*

Cibum exemplis teneor dare familię, vt luceat lux mea corā hoībus, quatenus videntes opera mea bona, glorificent patrem vestrum, qui in cęlis est. Nemo.n. accendit lucernā, & ponit cā sub modio, sed super candelabrum, vt luceat oībus, q̃ in domo sunt. Propter quod alibi dñs ait; Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Cortina cortinā trahat, & qui audit, dicat; Veni. Si.n. sacerdos qui est vnctus, peccauerit, facit delinquere populum. Nam omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quātò q̄ peccat maior habetur.

Mat. 5. *Luc. 11.* *Leuit. 4* *Iuuenalis.*

Sed & cibum verbi teneor dare familiæ, vt talentum acceptū erogando multiplicē, quatenus opus Euāgelistæ perficiā. Quia, iuxta verbum Apostoli, non misit me Deus baptizare, sed euāgelizare; vt catelli edant de micis, q̃ cadunt de mensa dñorum suorum. Quia non in solo pane viuit hō, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Ne forte ꝓpter me, imò verius cōtra me, illud dicatur. Paruuli petierūt panē, & non erat qui frangeret eis.

1. Cor. 1 *Matt. 5.* *Deut. 8.* *Thren. 4.*

Cibum quoque sacramenti teneor dare familiæ, ut in eo vitam accipiat, & ex eo mortem euadat, ipso dicente; Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mūdi vita. Quia nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Hunc triplicem cibū dare quidem teneor, sed in tpe. Quia iuxta prouerbiu Salomonis; Omnia bona in tpe suo. Prius teneor dare cibum exempli, deinde cibū verbi, vt dignē dem cibū sacramenti. Quia cępit Iesus facere & docere, nobis relinquēs exemplum, vt sequamur vestigia

Ioan. 6. *Eccl. 3.* *Actu. 1.* *1. Pet. 2.* *Mat. 5.*

vestigia eius. Qui pctm non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nam qui fecerit & docuerit, magnus uocabitur in regno cęlorū. Propter qđ à tu
Exo. 28. nica pōtificali depēdebant mala granata cū tintinnabulis aures. Si.n. docuero & nō fecero, rectè mihi dicetur: Me
Luc. 4. dice, cura te ipm. Et: Hypocrita, eijce
Mat. 7. primū trabē de oculo tuo, & tunc eijcies festucā de oculo fratris tui. Qui
Rom. 2. pdicas nō furādū, furaris? Qui prædicas nō męchandū, męcharis? Peccatori āt dixit Deus: Quare tu enarras iu-
Psa. 49 stitias meas, & assumis testm̄ meum p os tuū? Certè cuius vita despicitur, restat vt prædicatio eius cōtēnatur. Om
1. Cor. 9 nibus omnia factus sum, dicit Apost.
Rom. 12 vt omnes lucrifacerem. Gaudere cum gaudentibus, flere, cū flentib. vt rationabile sit obsequium nostrum. Sapien
1. Cor. 2 tiam loquimur inter perfectos. Inter uos autem nihil iudicaui me scire, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixum: tanquā paruulis in Christo lac vobis potū dedi, non escam. Perfectorum.n. solidus est cibus. Probet ergo seipsum
1. Cor. 3 homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat; quoniam qui manducat indignè, iudicium sibi manducat, non dijudicans corpus domini.

Ecce fratres & filij, cibum verbi de mensa sacræ scripturæ vobis proposui comedendum. Hanc à vobis recompēsationē expectans, hanc à vobis vicissitudinem postulans, ut puras manus sine disceptatione leuetis ad dominū, & pietatis in oratione credentes: quatenus hoc apostolicæ seruitutis officium, quod est meis debilibus humeris importabile, dignè me faciat adimplere, ad gloriam nominis sui, ad salutem animæ meæ, ad perfectum vniuersalis ecclesiæ, ad vtilitatem totius populi Christiani, Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorū. Amen.

In Consecratione Pontificis.

De quatuor speciebus desponsationum, & præconijs Romanæ Ecclesiæ: de spirituali coniugio Episcopi cum Ecclesia sua, & bonis coniugij.

SERMO III.

Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat & audit eū, gaudio gaudet propter vocem sponsi. 1. Cor. 11

Paranymphus ait ista de sponso, vox de verbo, lucerna de sole, Ioānes de Christo Sponsus enim est Christus, & sponsa quā habet Ecclesia. De illo dicit Dauid: In sole posuit tabernaculum suū, &c. De sponsa loquitur Salomon: uulnerasti cor meū, soror mea, sponsa mea. Quatuor.n. species desponsationū nos distinxisse meminimus in libello, quē edidimus de quadripartita specie nuptiarū. Et primam, inter virū & legitimam fœminam: secundam, inter Christum & sanctam Ecclesiam: tertiam, inter Deum & animam iustam; quartam, inter verbum & humanam naturam. Ioan. 3. Cant. 6

De primis nuptiis protoplastus euigilans pphetauit: Propter hoc relinquet hō patrē & matrē, &c. De secundis nuptijs Ioannes in Apoc. loquitur: Veni, ostendam tibi nouā nuptā sponsam agni. De tertijs nuptijs ait dn̄s p Prophetam: Sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, in misericordia & miserationibus. De quartis nuptijs sponsa dicit in Canticis Canticorum: Egredimini filiæ Hierusalē; & videte regem Salomonem in diademate, &c. Apoc. 21 Osee 2. Can. 3

In hac quadripartita specie nuptiarum, quiddam & admiratione pariter, & veneratione dignissimū reperitur. Per primas efficitur, vt sint duo in carne vna: per secundas efficitur, vt sint duo in vno corpore: per tertias efficitur, vt sint duo in vno spiritu; p quartas efficitur, vt sint duo ī vna persona. De primis namq; testatur authoritas: Erunt duo in carne vna. Propterea veritas intulit: Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. De secundis dicit Apost. Omnia mēbra corporis cū sint multa, vnū tn̄ corpus sunt in Christo. Propter quā vnionē idem alibi subdit: Etenim oēs nos ī vnū corpus baptizati sumus. De tertijs verò dicit scriptura: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Gen. 2. Mat. 19 1. Cor. 12 Ibidem. 1. Cor. 6.

Pro-

Propter quam vnionem Ioãnes Apost. ait, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. De quarta fides catholica cõfitetur, ꝙ sicut aĩa rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Propter quã ineffabilẽ vnionẽ Euãgelista testatur: Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Primã ergo vnionẽ rectè carnalẽ, secũdã sacramẽtalẽ, tertiã spiritualẽ, & quartã ꝑsonalẽ. Carnalẽ, vt diximus, inter virũ, & legitimã fœminã; sacramẽtalẽ, inter Xp̃m & sanctã ecclesiã; spiritualẽ, inter Deũ & iustã aĩam: personalẽ, iter verbũ & humanã naturã. Ergo qui hẽt spõsam, spõsus est: amicus aut spõsi stat, & gaudio gaudet ꝑꝑ vocem spõsi. Ego factus sum amicus spõsi, cui spõsus amicabiliter ait: Amice, ascende superius: illius successor effectus, q̃ terna respõsione dixit sponso: Domine, tu scis q̃a amo te. Vtinã amẽ sponsum, sicut amatus sum à sponso. Quid .n. vltra mihi facere potuit, in quo valuit me plus amare? Accumulauit. n. in me bona naturę, multiplicauit ĩ me munera gratiæ, cõtulit mihi spiritualia bñficia, superaddidit tẽporalia, spero quidẽ q̃d donabit æterna. Si gloriari oportet, nõ expedit q̃dẽ: q̃a cui plus cõmittitur, plus ab eo exigitur, iuxta regulã veritatis. Stã itaq; gaudeo ꝑꝑ vocẽ eius. Sed ꝑꝑ quã vocẽ? an ꝑꝑ illã quã dixit mihi in Petro? Tibi dabo claues regni cœlorũ: & quodcũq; ligau-tis super terrã, erit ligatũ & in cęlis? an ꝑꝑ illã, quã mihi locutus est ĩ Propheta: Cõstitui te super gẽtes, vt euellas & destruas & ædifices & plantes? Sed propter hanc vocẽ magis mihi timendũ est, q̃ gaudẽdũ. Scio nãq;, q̃ dixit iudiciũ durũ fiet his q̃ præsunt, & iõ monet & dicit scriptura: Quãto maior es, humilia te in oĩbus. Principẽ te cõstituerũt, noli extolli: esto ĩ illis, quasi vnus ex illis. Et dñs ĩ Euãgelio: Qui maior est iter vos, erit oium seruus: & qui præcessor, tanquam ministrator.

Et propter quã vocẽ mihi gaudendũ est? Propter illã vtiq;, quã dñs inquit apostolis: Vobiscũ ero oĩbus diebus vsque ad cõsummationem seculi. Et specialiter Petro: Simõ, ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos sicut triticũ, &c. Hęc est vox spõsi, pro qua gaudeo: q̃a sicut ꝑdicit Simoni pugnam, q̃ua ꝑmittit victoriam, sic iniũgit officium, q̃ impẽdit auxiliũ. Pugnam ꝑdicit, cũ ait: Satanas expetiuit vt cribraret vos sicut triticũ. Victoriam ꝑmittit, cũ addit; Ego aũt rogauĩ pro te, vt nõ deficiat fides tua. Nam hęc est victoria quę vincit mundum, fides nostra. Officiũ iniungit, cum dicit: Confirma fratres tuos. Auxilium impendit, cum ait: Ego pro te rogaui Petre. Exauditur enim in oĩbus pro sua reuerentia. Dñs mihi adiutor, nõ timebo q̃d faciat mihi hõ. Ergo qui habet spõsam, sponsus est. An nõ ego spõsus sum, & quilibet vestrũ amicus sponsi? Vtiq; spõsus, quia habeo nobilẽ, diuitẽ, & sublimẽ, decoram, castam, gratiosam, sacrosanctam Romanam Ecclesiam; quæ disponente Deo, cunctorũ fideliũ mater est & magistra. Hæc est Sara maturior, Rebecca prudẽtior, Lia fęcundior, Rachel gratior, Anna deuotior, Susannã castior, Iudith animosior, Edissa formosior. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, hæc autem sola supergressa est vniuersas. Cũ hac mihi sacramẽtale cõiugiũ, cũ hac mihi commerciũ nuptiale. Mira res, qui cælibatum ꝑmisi, cõtraxi coniugium. Sed istud coniugium nõ impedit cælibatum, nec fęcunditas huius cõiugis tollit virginitatis castitatẽ. Placuit in cęlibatu Ioannes, placuit in coniugio Abraham. Vtinã ego placeam in vtoque, vt vtriusque manipulos cum exultatione portem.

Solet dici carnale cõiugium, q̃d est inter virum, & fęminã, initiatũ, ratũ, & cõsummatum. Initiatum in desponsatiõne, ratum in cõsensu, cõsummatum in copula. Sic & spirituale cõiugium, q̃d ẽ inter episcopum, & Ecclesiam, initiatum dicitur in electione, ratum in cõfirmatione, cõsummatum in consecratione. Illud autẽ cõiugium, q̃d ego spõsus cũ hac mea spõsa cõtraxi, simul fuit initiatũ & ratũ, q̃a Romanus Põt. cũ eligitur, cõfirmatur, & cũ confirmatur, eligitur. Nõnne recolitis ꝙ de ipso legistis

I. Ioã. 4.
Luc. 24.
Ioan. 21
2. Cor. 11
Luc. 12
Mat. 16
Hier. 1.
Sap. 6.
Eccl. 3.
Eccl. 32
Mat. 20
Mat. 28.
Luc. 22.
I. Io. 5.
Heb. 5.
Ps. 117.
Ecclesia Romanæ præcõia.
Prou. 31

legistis in Canone? quoniam electus, sicut papa a verus, authoritatē obtinet regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultate illius. Certè cum ego contraherem, filios ducebat matrem in coniugem; vbi verò contraxi, pater habuit filiam in vxorem. In carnali coniugio excluduntur propinqui, & admittuntur extranei. Sed in spirituali côiugio prima facie regulariter excludûtur extranei, & admituntur propinqui. De propinquis excludendis in carnali coniugio, legistis in Canone cautum: Omnes affinitate propinquos ad coniugalem copulam accedere denegamus. De extraneis autem a spirituali côiugio excludēdis canonica tradit authoritas, vt sit facultas clericis remittendi, si se viderint prægrauari, & quos sibi ingeri ex aduerso contigerit, non timeant refutare. Propterea reperitur cautum in Canone, vt in apostolatus culmine de carnalibus presbyteris aut diaconis nemo cōsecretur.

Anniuersarium ergo diem, quo fuit hoc coniugium spirituale consummatum, hodie mecum primum celebratis, licet ipso die fuerim in sede apostolica côsecratus, quo beatus Petrus apostolus in episcopali fuit cathedra constitutus. Sed sicut lux solis, lucem stellæ secum videri non patitur: sic illa solemnitas hâc secum nō sustinet celebrari. Cedit ergo minor maiori, quia minor maiori succesdit. Ego igitur coniugium contraxi, cōsecratione nuptias celebraui.

Bona coniugij tria. Tria vero principaliter sunt bona côiugij, fides proles, & sacramentum. Fides ad castitatem, proles ad fœcunditatem, sacramentum ad stabilitatem refertur. Tātam enim fidem Romanus pontifex & Romana Ecclesia sibi semper inuicem seruauerunt, vt eis congruè valeat coaptari, quod Veritas inquit in Euāgelio: Cognosco oues meas, & cognoscūt me meæ: alienum non sequuntur, sed fugiunt, quia non nouerunt vocem alienorum. *Ioan. 10.* Alieni autem sunt hæretici & schismatici quos Ecclesia Romana non sequitur, sed persequitur & fugat. Sum autem cognoscunt & audiunt, nō apostaticum, sed apostolicum: non catarum, sed catholicum, recipiens & reddēs debitū côiugale, recipiens ab eo debitum prouidētiæ, & reddens debitū reuerentiæ. Quia vir non habet potestatē sui corporis, sed mulier. *1. Cor. 7.* Similiter mulier nō hēt ptātem sui corporis, sed vir. Porrò, quū Ecclesia Romana debitū reuerentiæ: nulli prorsus impēdat, nisi Romano pōtifici, q post Deū aliū superiorē non habet: quid est hoc, quod Romanus pōtifex debitū ꝓuidētiæ nō vtique tantum Romanę Ecclesiæ, sed omnibus omninò tenet Ecclesijs exhibere? Sapiētibus & insipientibus debitor sum, inqt Apostolus, & instātia mea quotidiana solicitudo oīum Ecclesiarū. *Rom. 1.* *2. Cor. 11.* Quid iudicatur ad paria, vt secūdū quod legitur in veteri Testamēto, vnus posset habere plures? Nōnne legistis quod Abrahā Sarā habebat uxorē, quæ tamē Agar famulā suā introduxit ad ipsum: *Gen. 16.* nec cōmisit propter hōc adulterium, sed officiū ad impleuit. Sic & Romanus pōtifex spōsā habet Romanā Ecclesiā, quę tamē Ecclesias sibi subiectas introducit ad ipsū, vt ab eo recipiāt debitū prouidentiæ: quia quātò plus reddit, tātò magis debetur. Sed nūc fit in spiritu, quod tūc fiebat in carne: quia spiritus est q uiuificat, caro nō ꝓdest quicquā. *Ioan. 6.* At nōne potes unus episcopatus habere duo episcopos, & unus episcopus duos episcopatus habere. Ne lōgè exēpla petātur. unus & idē est Hostiēsis & * Vellucēsis eps, ut utraque simul Ecclesia nupsit eidem. *Vircellensis.* Rursus Hipponēsis Ecclesia, quę coniuncta erat Valerio, ipso uiuēte ēt nupsit beato Augustino: q non tā successit, quàm accessit Valerio. Sed qua ratione possūt hæc fieri salua lege côiugij, uos exquirite, quos delectat iquisitio qstionū, me alia solicitudo detinet occupatū. Cōtra hoc côiugiū inter epm & Ecclesiā, vt religiosā prolē Christo regeneret quatenus vxor illius sicut uitis abūdās in lateribus domus suæ. Filij sui sicut nouellæ oliuarum &c. *Psal 127.* Propter quod dicit Apostolus: Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in uobis. *Galat. 4.* Et Lia datis quondam mandragoris cōduxit Iacob ut ad illam intraret quæ concepit & peperit. *Gene. 30.* Eos autē quos Christus regenerat *Eccles. 15.*

doctrinis instruit salutaribus,& monitis informat honestis, cibat eos pane vitæ & intellectus, & potat eos aqua sapientiæ salutaris. Venite, inquit,& comedite
Sap. 16. panem meum, & bibite uinum meum, quod miscui uobis. Panem cælestem & calicem salutaris de quo si quis gustauerit uiuet in æternum: oẽ delectamẽtum in se habẽtem & omnis saporis suauitatem. Sacramentum autẽ inter Romanũ pontificem, & Romanam Ecclesiã tam firmum & stabile perseuerat, vt non nisi per mortem vnquam ab inuicem separẽtur: quia mortuo uiro mulier secũdum
Rom. 4. Apostolum soluta est à lege uiri. Vir autem iste alligatus vxori solutionem non quærit, non cedit, non deponitur, non transfertur: nam suo domino aut stat,
Rom. 14. aut cadit. Qui autem iudicat, dominus est. Propter causam uerò fornicationis Ecclesia Romana posset dimittere Romanum pontificem. Fornicationẽ non dico carnalem, sed spiritualem quia nõ est carnale, sed spirituale coniugium, id est propter infidelitatis errorem: quoniam qui non credit, iam iudicatus est: & in hoc articulo intelligitur, quod legitur in Euangelio, quod audistis.
Ioan. 3. Vos estis sal terræ quod si sal euanuerit in quo salietur? Ego tamen facile
Matt. 5. non crediderim, vt Deus permitteret Romanum pontificem contra fidem errare: pro quo spiritualiter orauit in Petro: Ego, inquit, pro te rogaui Pe-
Luc. 22. tre, &c. Ergo qui habet sponsam, sponsus est. Hæc autem sponsa non nupsit uacua, sed dotem mihi tribuit absque precio preciosam, spiritualium uidelicet plenitudinem & latitudinem temporalium, magnitudinem & multitudinem utrorumque. Nam cæteri uocati sunt in partem sollicitudinis solus autẽ Petrus assumptus est i plenitudinẽ potestatis. In signum spiritualium contulit mihi mitram, insignum temporalium dedit mihi coronam. Mitram pro sacerdotio, coronam pro regno, illius me cõstituens Vicarium, qui habet in uestimẽ-
Apo. 19. to & in fœmore suo scriptum: Rex re-
Psal. 19. gum & dominus dominantium: sacerdos in æternum, secundum ordinẽ Melchisedech. Amplam mihi tribuit dotẽ, sed utrum ego donationem aliquam si bi fecerim propter nuptias, uos uideritis. Ego volo assecuerare iactanter. Ignorantem quæsiuit, renitentem accepit: sed contradicentem in principio, sed cõsentientem in fine: quia solus cõsensus inter legitimas personas efficit matrimonium. Inde uidetur contingere, quod licet mirabile uideatur, quod aliquis possit esse pontifex alicuius Ecclesiæ, antequam sit sponsus ipsius sicut aliquis posset esse alicuius Ecclesiæ sponsus, antequam pontifex esset illius, Quũ enim per prouisionem maioris iniustè renitentibus iustè datur episcopus, antequam in ipsum consentiant, utique pontifex est eorum propter authoritatẽ concessionis. Sed uidetur fortasse, quod nõdum sit sponsus eorum propter defectũ consensus, vnde consentire teneatur, & cum eo coniugale fœdus inire. Quum autem per electionẽ accipitur, propter mutuum consensum eligentium & electi, utique sponsus eorum efficitur, præsertim cum electio confirmatur. Sed antequam cõsecretur, nec nomen pontificis, nec officium uendicabit. Sed an ita sit, solicitudo nostra disquirat, Inter spõsam autem & uirum, & inter sponsum & coniugem distingui potest in spiritualibus: quod sponsus appellatus electus ante confirmationem, uidelicet antequam sponsam cognoscat, id est, antequam administret: uir autem appellatur post confirmationẽ, & maximè post consecrationem, cum iam plenariè administrat. Vel potius, spõsus aut spõsa dicitur propter uirginitatem, coniunx propter fœcunditatẽ. Despondi enim, 2. Cor. 11.
inquit Apostolus. uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Ergo qui 2. Tim. 1.
habet sponsam sponsus est. Vos autem fratres & filij qui estis amici sponsi, & gaudio gaudetis propter vocem sponsi, puras manus sine disceptatione leuãtes ad Deum, & corde puro conscientia nõ ficta in oratione precantes, vt ita reddam Ecclesiæ debitum coniugale, quod Matt. 25.
ueniente sponso, cũ uirginibus sapientibus merear accẽsis lãpadibus ad nuptias introire. Ipso præstãte, q est sup oĩa Deus benedictus in secula seculorum. Amẽ.

In

In consecratione Pontificis.

Quod doctori necessaria sit charitas & sapientia & quale debeat esse sal in prelato: de duplici vanitate & euanescentium diuersitate.

SERMO IIII.

Matth. 5. Vos estis sal terrę. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.



Eritas, quę falli non potest, & fallere nō vult, terribile quod dam in verbis propositis & irrefragabile quoddā argumentum inducit, proponendo, assumēdo, & concludēdo. Proponit.n. officium, assumit defectum cōcludit tormētum. Officium pponit, cū ait: Vos estis sal terrę. Defectum assumit; cū addit: Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Tormentum concludit, cum infert: Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus Prouideat ergo q̄ gerit officium, ne incurrat defectum, quia non euadet tormentum. Potentes enim potenter tormenta patientur. Et iudiciū durum fiet his, qui pręsunt. Certe quātò maior est excellentia, tanto grauior est ruina. Nam omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quātò qui peccat maior habetur. *Sap. 6. Iuuenalis.*

Duo precipue necessaria prelato. Ait ergo Christus. Vos estis sal terræ. Inter virtutes & dona duo quasi præcipua sunt nobis principaliter necessaria, videlicet charitas & sapientia. Charitas ad informationem honestæ vitę, sapientia verò ad eruditionem veræ doctrinæ. Nam qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum. Cœpit enim Iesus facere & docere, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. Qui peccatum non fecit, vt sit nobis honestas in vita, nec inuentus est dolus in ore eius, vt sit veritas in doctrina. Vnde à veste pontificali dependebant mala granata, cum tintinnabulis aureis, ne sine illis ingrediens sanctuarium moreretur. Sunt enim multi, de quorum numero vtinam ipse non sim, qui dicunt, & non faciunt. Alligant ònera grauia & importabilia, & impo nunt humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Sed dicitur tali: Medice, cura teipsum. Hippocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc eijcies festucam de oculo fratris tui. Qui prædicas non furandum, furaris? qui prædicas non mœchandum, mœcharis? Hæc duo, videlicet charitas & sapientia, commendantur in sale, quod conficitur ex duobus, calore videlicet, & humore; quoniam humor calore densatur vt fiat sal. Per calorem enim charitas designatur, de qua dominus ait; Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. Per humorem autem intelligitur sapiētia, de qua Salomon ait, Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens inundans est fons sapientiæ. Pontifex ergo debet esse sal terræ, vt informet populum exemplo vitę per charitatem, & instruat verbo doctrinæ per sapientiam. *Matth. 5. Act. 1. 1. Pet. 2. Exod. 28. Matt. 25. Luc. 4. Matth. 7. Rom. 2. Luc. 12. Cant. 8. Prou. 18. Effectus salis. Iob. 6. Tob. 6. Psal. 106.*

Sal principaliter tria facit, cibos condit, carnes siccat, terram sterilem reddit. Ad primum spectat, quod beatus Iob ait; Nunquid comedi potest insulsum, quod non est sale conditum? Ad secundum pertinet, quod de pisce dicitur in Tobia; Salierunt carnes eius. Ad tertium verò respicit, quod inquit Psalmista; Posuit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. Talis debet esse sal in prælato, vt cibos condiat, carnes siccet, & terram sterilem reddat. Vt condat cibum doctrinæ, de qua Veritas ait; Quis putas est fidelis seruus & prudens, quā constituit dominus super familiam suam, vt det illi cibum in tempore? Vt siccet carnem concupiscētiæ; de qua dicit Apostolus; Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Vt terram nequitiæ reddat sterilem, de qua dicit dominus ad Adam; [illegible] Maledi- *Matt. 24. Gal. 5.*

Maledicta terra in opere tuo, spina & tribulos germinabit tibi. In fulsus est cibus doctrinæ, q. nō fuerit sapiētiæ, sale conditus, illius vtiq; sapiētię, de qua di-
1. Cor. 1. cit Apostolus, Christus est Dei virtus & Dei sapiētia. Vnde nō bene sapit vlla doctrina, quæ Christū non resonat, qui est
Col. 4. animę sapor & suauitas & dulcedo. Sit, inquit Apostolus, sermo vester sale conditus. Insipidus enim est sermo, qui sale sapientiæ spiritualis non conditur.
4. Reg. 2. Vnde cū filij Prophetarum dixissent ad Heli zeū: Ecce, habitatio ciuitatis huius est optima, sed aquæ pessimę, sed & terra sterilis, ait illis: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Et ait. Hæc dicit dominus: Sanaui aquas has & nō erit in eis vltra mors, neque sterilitas. Helizeꝰ Christꝰ, ciuitas lex, aqua litera, sal sapiētia, vas p̄dicator, terra synagoga. Habitatio ergo, ciuitatis huius est optima
Rom. 7. q͂a secūdū Apostolū: Lex sācta & māda-
2. Cor. 3. tū sanctū, sed aqua pessima est, q͂a litera occidit, spiritus aūt viuificat, & ideo terra sterilis est. i. synagoga infructuosa: q͂a lex ad perfectum neminē adduxit. Vas nouū est Euangelij prædicator, qualis fuit Apostolus Paulus, de quo dominus
Actu. 9. ait: Vas electionis erit mihi iste. Qui di-
Matt. 9. citur vas nouū, propter nouā doctrinā
Mar. 9. de qua veritas ait: Nemo mittit vinū nouū in vtres veteres. In hoc vase mittitur sal, de quo dominus inquit Apostolis: Habete salē in vobis, & pacē habete inter vos. Ex hoc vase nouo mittit Helizeus salē in fontē, vt sanet aquas, ne sit in eis vltra mors neq; sterilitas: quoniā Christus per Euangelium prædicatores mittit in occidentem literam: quia spūs est qui viuificat, caro non prodest quic-
Ioan. 2. quam. Sic ad nuptias aquā cōuertit in vinū, & velamen tollit de facie Moisi, vt reuelata facit gloriam domini contem-
1. Cor. 9. pletur. Debet enim prælatus non solū cibos condire, sed & carnes siccare: vt castiget corpus suū, & in seruitutē redigat. ne fortè, cū alijs prędicauerit, ipse reprobus fiat: quia nisi fluxus carnalis concupiscētiæ deficeretur, profectò carnalis homo tāquā iumentū in stercore cōputrescit, & quasi quatriduanus fętet in mo-
Psal. 118. numento. Propterea Psalmista dicebat,

Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Optimus clauus est Gal. 5.
timor, qui carnem cruci affigit. Iuxta Eccle. 1.
quod legitur: Crucifixerūt membra sua Esaia 26.
cū uitijs & cōcupiscētijs: quia timor domini peccatū expellit. De quo rursus dicitur per prophetā. A timore tuo, domine, cōcepimus & peperimus spūm salutis. Legitur etiā quod reges victores, Heb. 11.
vrbes destructas salibus seminabant, ne quod in eis germē vlterius oriretur, Reges victores sunt sancti prædicatores, de quibus inquit Apostolus: Sācti per fidē vicerunt regna. Vrbes destructę, sunt gētes ad fide conuersæ, a quibus regnum diaboli est destructū, de qua destructione dominus loquitur per prophetā: Cō Hier. 1.
stitui te super gentes & super regna, vt euellas & destruas & dissipes & disperdas. Has igiť vrbes destructas debemus sale seminare, ne quid in eis germen vlterius oriať, ne de cætero germinet spi- Leuit. 2.
nas & tribulos vitiorum. Hinc ergo dominus in lege præcepit: in omnia sacrificio sal offeres, id est, in omni quod dices aut facies, adhibe sapientiā ne q͂d offeras domino insipidum vel insulsum.

Quod si sal euanuerit, in quo salietur Luc. 14.
Duplex est vanitas, vna naturę, q̄ est mu Vanitas
tabilitas conditionis, altera culpæ q̄ est duplex.
vitiū & peccatū. De prima dicit Apostolus: Vanitati subiecta est creatura nō uolēs. Et, vanitas vanitatū, & oīa vanitas, inquit Ecclesiastes. Item Psalmis. Vniuersa
vanitas oīs hō viuens. De secunda dici- Rom. 8.
tur ab eodē: Filij hominū vsquequo gra Eccles. 1.
ui corde, vt quid diligitis vanitatē, & q̄- Psal. 38.
ritis mēdaciū? Et iterū: Mendaces filij ho Psal. 4.
minū in stateris, vt decipiāt ipsi de vani- Psal. 16.
tate in idipsum. Itē Quia defecerunt in Psal. 77.
vanitate dies eorū, & anni eorū cū festi- Iob. 14.
natione, primā vanitatē nullus euadit, iuxta q͂d de btō Iob legiť: Hō natus de muliere breui viuēs t͂pe, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & cōteritur, & fugit velut vmbra. Ad secundā verò vanitatē pertinet, quod dominus ait, Si sal euanuerit, in quo salietur? Ac Luc. 14.
si diceret: Si prælatus fuerit dissolutus in vitium, à quo populus instruetur?

Porrò, quidā euanescūt in corde, quidam in ore, quidam in opere. In corde, qui

qui malè credūt; in ore, qui malè docēt; in opere, qui malè viuunt. De primis dicit Apostolus. Euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiēs cor eorum. De secundis dicit Psal. Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximū suum, labia dolosa in corde, & in corde locuti sunt mala. De tertiis uerò Salomon ait: Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas: quia peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.

Rom 1. *Psal. 11.* *Eccles. 1.*

Quidam aūt euanescūt solummodo ad humorem, quidam solummodo ad calorem, alij ad calorē pariter & humorem. Ad calorē euanescūt, qui dissoluuntur per spirituales cupiditates, vt per irā, uel per inuidiā. De quibus legitur: Exarserunt in concupiscentiis suis, inflammati à gehenna. Ad humorem euanescūt, qui dissoluuntur per carnales concupiscentias, vt per gulam & per luxuriam. De quib. legitur: Behemoth dormit in locis humentibus, fiduciam habēs, quod influat Iordanis in os eius. Ad calorē pariter & humorē euanescūt, qui simul & per spirituales cupiditates, & per carnales concupiscentias dissoluuntur. De quibus, ut pœna sit similis culpæ, dicit scriptura. De aquis niuium transibunt ad calorem nimiū. De illis dicit Dauid, Super eos cecidit ignis, & non uiderunt solē. De istis inquit Iacob, Effusus est sicut aqua, non crescas: quoniam ascendisti cubile patris tui. Si taliter euanuerit sal in prælato, in quo populus salietur? Quasi dicat, in nullo. Quia iuxta testimonium legis diuinæ, si sacerdos, qui est unctus, peccauerit, facit delinquere populū. Peccatum ergo prælati & aliis damnosum, & sibi est periculosum. Damnosum aliis: quia si sal euanuerit, in quo salietur? Periculosum sibi: quoniam ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, id est, ab officio deponatur: & conculcetur ab hominibus, id est, à populo contēnatur. Vel mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, i. vt excommunicetur & euitetur. Vel mittatur foras: quia peccauit in se. Et conculcetur ab hominibus: quia peccauit in proximū. Qualiter ergo de quolibet alio prælato possit intelligi, satis apparet, sed qualiter intelligi debeat de Romano Pontifice, nō est adeò manifestū. Seruus enim, secundum Apostolum suo domino stat aut cadit. Propter quod idē Apostolus ait. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Vnde cum Rom. Pont. nō habeat alium dominum nisi Deum quātumlibet euanescat, quis potest eum foras mittere, aut pedibus cōculcare? cum illi dicatur, Collige causam tuam in sinū tuum? Verum non frustra sibi blādiatur de potestate, neq; de sublimitate uel honore temere glorietur: quia quanto minus iudicatur ab homine, tātò magis iudicatur à Deo. Minus dico: quia pōt ab hominibus iudicari, uel potius iudicatus ostēdi, si videlicet euanescat in hæresim, quoniam qui non credit, iam iudicatus est. In hoc siquidem casu debet intelligi de illo. Quod si sal euanuerit, ad nihilū valet ultra nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quid est autem quod dicit, Ad nihilū ualet ultra? Nonne quacumq; hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, uita uiuet & non morietur, ait dominus? Nonne pastor dimissis nonaginta nouē ouibus in deserto, uenit quærere centesimam, quæ perierat, & inuentam humeris reportauit? Nōne mulier accendit lucernam & domū euertit, ut dragmam perditam inueniret? Et ad utramque parabolā dominus intulit, Quia maius gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agēte, quàm super nonagita nouem iustis, qui pœnitentia nō indigent. Nonne Dauid euanuit, cum adulterium & homicidiū perpetrauit? & tamen non est foras eiectus, nec ab hominibus conculcatus, sed peccato dimisso remansit in regno. Nōne Petrus euanuit, qui tertio Christū negauit? & tamen non solum apostolatū non perdidit, sed etiam principatum accepit. Quid est ergo quod dicit, Quod si sal euanuerit, ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus? Verum aliud est euanescere in agendis, & aliud est euanescere in credēdis. Qui euanescit in opere, dummodo non euanescit in fide, si pœnituerit, semper reparatur ad gratiam, & sæpè restauratur ad gradum. Qui autem euanescit in

Iob 40. *Iob 24.* *Psal 57.* *Gen 49.* *Leuit. 4.* *Rom 14.* *Ibidem.* *Ioan 3.* *Ezech. 18* *Luc 15.* *2. Reg 11* *Mat. 26.*

in fide, ut fiat hæreticus aut apostata, reparari quidem potest ad gratiam, sed difficile restauratur ad gradum, quia remanet cicatrix ex huiusmodi lepra contracta, Petrus enim nō corde, sed ore negauit. Ne aūt euanescat sal in me, quod dānosum nimis & periculosum existeret, uos fratres & filij apud misericordissimum patrē piis precibus imploretis, ut ipse, qui beato Petro prædixit, Ego pro te rogaui: Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus, confirma fratres tuos, in me successore suo immerito & indigno fidem illam confirmet, quæ per dilectionem operatur, ad gloriā nominis sui, ad salutem animæ meæ, ad profectū uniuersalis ecclesiæ, Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen. Luc. 22.

SERMONVM DE TEMPORE ET DE Sanctis D. Innocentij III. finis.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III.

DE ELEEMOSINA LIBELLVS PIISSIMVS.

Eleemosinæ encomium quid sit, & de eius fructu multiplici. Cap. I.

Luc. 11. DAte eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.



NEmo dignius posset eleemosinam commendare, quam ipsa Veritas commendauit, quæ per eleemosinam asserit uniuersa mundari. Vnde bene congruit nomē effectui, & interpretatio ueritatis. Nam eleemosina dicitur ab elimino, uel ab eli, quod est Deus, & moys, quod est aqua, quia Deus per eleemosinam maculas peccatorum eliminat, & sordes abluit uitiorum. Eleemosyna quidem est, indigenti pietatis intuitu subuenire. Cuius quantus sit fructus, scriptura sacra demonstrat. Nam eleemosyna mūdat, eleemosyna liberat, eleemosyna redimit, eleemosyna protegit, eleemosyna postulat, eleemosyna impetrat, eleemosyna perficit, eleemosyna benedicit, eleemosyna iustificat, eleemosyna resuscitat, eleemosyna saluat. *Eleemosyna quid.* *Eleemosynæ fructus multiplex.*

Audi de singulis exempla per ordinē, & ordinatè ad exēpla per singula, ut fructum eleemosynæ consequaris. Date, inquit dominus, eleemosynam, & ecce oīa mūda sunt uobis. Ecce qualiter eleemosyna mundat. Raphael angelus ad Tobiam, Bona est, inquit, oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna à morte liberat. Et ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. Ecce qualiter eleemosyna liberat. Daniel autē dixit ad Nabuchodonosor: Placeat tibi consilium meum rex, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Tobias uero, quia pergens per omnem cognationē suā, diuidebat inicuique prout poterat de facultatibus suis, esurientes alebat, nudisque uestimēta præbebat, & mortuis sepulturā sollicitus impendebat, cū rex, insisset illū occidi, fugiens nudus latuit, quia multi diligebāt eum. Ecce qualiter eleemosyna protegit. Absconde, inquit, eleemosynā in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te, quia ignē ardentē aqua extinguit, & eleemosyna resistit peccatis. Ecce qualiter eleemosyna postulat. Cornelius aūt cēturio, religiosus & timēs Deū, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deū semper, uidit in uisu manifestè Luc. 11. II. Tob. 12. II. Dan. 4. IIII. Tob. I. V. Eccle. 29. Eccles. 3. VI. Act. 10.

fessè angelum Dei dicentem sibi: Oratio nes tuæ, & eleemosinæ tuæ ascenderunt
VII. in memoriam in conspectum Dei. Ecce
Matt. 19. qualiter eleemosina impetrat. Dominus quoque dicit: Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da paupe-
VIII. ribus, & habebis thesaurum multum in
Deut. 14. cœlis. Ecce quomodo eleemosina perficit. Anno tertio, dicit dominus, separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tēpore, & repones intra ianuas tuas, ueniet que leuites, qui aliam non habet possessionem tecum, & peregrinus & pupillus ac uidua, qui intra portas sunt, & comedent & saturabuntur, ut benedicat tibi dominus Deus tuus in cūctis operibus manuum tuarum quæ fe-
IX. ceris. Ecce qualiter eleemosina benedi-
Psal. 111. cit. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria: Ecce qualiter eleemosina iustificat. Cum Tabitha, quæ plena erat bonis operibus & eleemosinis, obiisset, circumsteterunt Petrum omnes uiduæ flentes, & ostendentes tunicas & uestes, quas faciebat eis: qui ponens genua orauit & dixit: Tabitha, surge. At il-
10 Act. 9. la aperuit oculos, & uiso Petro resedit. Ecce qualiter eleemosina resuscitat. Stās autem Zachæus dixit ad dominum: Ecce
81 Luc. 19. dimidium bonorum, domine, do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia salus domui huic facta est, eò quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Ecce qualiter eleemosina saluat.

Effectus eleemosinæ multiplices ex sacræ scripturæ testimoniis multifariam probari. Cap. 2.

SVnt quoque & alij plures eleemosinarum effectus, quos ex subiectis testimoniis poteris cognoscere. Quid ergo solicitus quæris, cur anxius inuestigas, quid faciendo promerearis uitā eternam? Dominus in iudicio pietatis opera commendauit, pro quibus ipse misericordibus regnum largietur æternum. Venite, inquit, benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis a constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus & cooperuistis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere, & uenistis ad me. Amen dico uobis, quamdiu fecistis uni de minimis his fratribus meis, mihi fecistis. Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: nam in qua mensura mensi fueritis, re-
metietur uobis. Diues ille, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quo- Matth. 5.
tidie splendidè, quia non est misertus Matt. 7. Luc. 16.
mendico nomine Lazaro, qui iacebat ad ianuam ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, mortuus est, & sepultus in inferno. Vnde cū ipse post mortem misericordiam implorasset: Pater, inquiens, Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguā meam, quia crucior in hac flamma: misericordiam obtinere non potuit, quoniam ante mortem misericordiam noluit exhibere. Propter quod Abraham illi respondit: Fili, recordare, quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu ue-
rò cruciaris. Et in his omnibus, inter nos Matt. 18.
& uos chaos magnum firmatum est. Seruus ille, qui noluit misereri conseruo suo, sicut dominus fuerat illi misertus, traditus est tortoribus, quoadusque debitum redderet uniuersum. Sed & di-
uiti illi, qui cogitabat ampliare horrea, Luc. 12.
& illic uberes fructus congregare, dominus ait: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti cuius erunt? Sic est qui thesaurizat sibi, & non est diues in Deum. Propterea dominus præcepit: Vendite quæ pos-
sidetis, & date eleemosinam. Facite Ibidem.
uobis sacculos, qui non ueterascunt, the- Luc. 16.
saurum non deficientē in cœlis. Et alibi: Facite nobis amicos de mammona iniquitatis, ut cū defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Idem in lege
mandauit: Si unus de fratribus tuis, qui Deut. 15.
morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quam dominus Deus tuus datu-

rus est tibi, ad paupertatem venerit, non
obdurabis cor tuum, nec contrahes ma-
Ibidem. num, sed aperies eam pauperi. Item: Nõ
deerunt pauperes in terra habitationis
tuæ. Idcirco præcipio tibi, ut aperias ma
num fratri tuo egeno & pauperi, qui te-
1 Ioan. 3. cum uersatur in terra. Nam iuxta Ioan-
nis Apostoli testimonium, qui habuerit
substantiã huius mũdi, & uiderit fratrem
suum necessitatẽ habere, & clauserit ui-
scera sua ab eo, quõ charitas Dei manet
in eo? Huius mãdati memor erat, qui exe-
Iob 29. cutor beatus Iob, dicẽs: Oculus fui cæco,
& pes claudo: pater eram pauperum, &
mœrentium consolator. Si negaui, quod
uolebãt pauperibus, & oculos uiduæ ex-
Iob 31. pectare feci. Si comedi buccellam meam
solus, & nõ comedit pupillus ex ea? Quia
ab infantia mea creuit mecũ miseratio,
& de utero matris meæ ingressa est me-
cum. Si despexi prætereuntem, eo quòd
non habuerit indumentũ, & absq; ope-
rimento pauperem? Si non benedixerũt
mihi latera eius, & de velleribus ouium
Esai 58. meorũ calefactus est? &c. Hinc ait domi-
nus per Prophetam: Frange esurienti pa
nẽ tuum. & egenos uagosq; induc in do
mum tuam. Cum uideris nudum, operi
eum, & carnem tuã ne despexeris. Audi-
sti præceptũ ad meritũ, audi promissum
Ibidem. ad præmium. Tũc erumpet quasi mane
lumẽ tuum, & salus tua corã te orietur,
& anteibit faciem tuã iustitia tua, & glo
ria domini colliget te. Tunc inuocabis,
& dominus exaudiet clamabis, & dicet;
Ibidem. Ecce adsum. Item cum effuderis esurien
ti animã tuã, & animã afflictam repleue
ris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ
tuæ erunt sicut meridies. & requiẽ dabit
tibi dominus tuus semper, &c. Commẽ-
3. Reg. 17. datur uidua Sareptana, pro eo quod pa-
uit Heliam. Et ex illa die hydria farinæ
non defecit, & lecithus olei non est im-
minutus, usque in diem qua dedit domi
nus pluuiam super terram. Commenda-
3. Reg 18. tur Abdias, qui centum prophetas quin
quagenarios & quinquagenos abscõdit
& pauit. Vnde liberatus ab igne donari
meruit spiritu Prophetiæ. Cõmendatur
Gen 18. hospitalitas in Abraham, & Loth, qui et
angelos hospitio receperunt. Commen-
Ioan 12. datur in Maria & Martha, quæ ante sex
dies Paschæ fecerunt cœnam Iesu. Com *Luc 24.*
mendatur in duobus discipulis euntibus
in Emaus, qui in fractione panis dominũ
cognouerũt. Paulus Apostolus collectas *1. Cor 16.*
faciebat in gentibus, ut eas mitteret san
ctis in Hierusalẽ. Attẽde quod dominus *Pauperes*
nõ tã fecit diuites p p pauperes, q̃ paupe *quantum*
res p p diuites, quia plus proficit pauper *proficiant*
diuiti, q̃ diues pauperi. Diues n. dat pau- *diuitibus*
peri eleemosinã tpalẽ, pauper aũt retri- *Prou. 19.*
buit diuiti mercedẽ æternã. Vnde Salo-
mon: Fœneratur dño, qui miseretur pau- *Eccle. 17.*
peri, & vicissitudinẽ reddet ei. Et alius itẽ
Sapiens, Eleemosinã viri, quasi sacculus
cũ ipso, & gratiã hoĩs quasi pupillã con-
seruabit, & postea resurget & retribuet il
lis retributionẽ, vnicuiq; in caput illorũ,
sup scutũ ptãtis, & super lanceã aduer-
sus inimicũ tuũ pugnabit. Attẽde quoq;
quod i cæteris rebus, q̃ charius diligitur,
diligẽtius custoditur. Qui verò plus dili-
git eleemosinam, eã amplius elargitur.
Tale quidẽ est debitũ charitatis; qđ quã
to plus soluitur, tãto magis debetur. Por
rò cũ eleemosinã das in terra, reponis il-
lã in cœlo, & cũ eatas eleemosinã alteri
tribuis, eã tibi custodis. Vnde p eleemo-
sinã sic alij ptas subsidiũ, quod tibi cõpa
ras meritũ, sic subuenis alteri, qđ pficis
tibi. Nihil de rebus tpalibus uniuersis te
cũ ex hac vita portabis, præter eleemosi
nã solã, quam per manus pauperũ pmit-
tis in cœlũ. Nihil n. ut dicit Apostolus, in *1. Tim 6.*
tulimus in hunc mundũ; haud dubiũ q̃
nec auferre quid possumus. Nudus, ait *Iob. 1.*
alius, egressus sum de utero matris meæ,
nudus reuertar illuc. Cũ aũt pauperibus
erogas, thesaurizas in cœlis teste Verita
te q̃ dicit: Thesaurizate uobis thesauros *Matt 6.*
in cœlis, ubi fures nec effodiunt, nec fu-
rantur ubi nec ærugo nec tinea demoli-
tur. Quid ergo gratius, aut quid charius
eleemosina q̃ nõ deserit dantẽ, cũ cætera
deserãt retinentẽ? In illo cui datur, sitim
extinguit, famem expellit, nuditatẽ ope
rit. In eo verò q dat, reatũ extinguit, cul
pam expellit, operitq; peccatum. O q̃ di
gna recompẽsatio, ut pro eo, quod elee-
mosina nuditatẽ corporis tegit in alio,
iniquitatem mentis tegat in te. Beati n. *Psal. 31.*
quorũ remissæ sunt iniquitates; & quo-
rum tecta sunt peccata.

Eleemo-

Eleemosynam in peccatis factam non valere ad meritum, nec suum effectum sortiri, esse tamen preparatoriam ad gratiam Dei consequendam. Cap. 3.

Verùm, si tãtæ uirtutis est eleemosyna, uel potius tãta est eleemosynæ uirtus; faciãt igitur homines quæcũque libuerint, & elleemosynis dũtaxat insistant, securi de ueritate qua dicit: Date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt uobis. Nũquid ergo facientibus eleemosynas omnia munda sunt; ebriosis adulteris, homicidis: cæterisq; uitiorum sordibus inuolutis? Liceter ergo suas exerceãt turpitudines, & peragãt uoluptates, si eleemosyna sufficit ad redimẽda peccata: si sufficit ad emũdãda delicta? Absit omnino: quia teste scriptura, quicquid immũdus tetigerit, immundũ erit. Nam & cũ sapiẽs præmisisset; Exorate, & facere eleemosynã ne despicias; statim adiunxit: Ne dicas in multitudine munerũ meorũ respiciet Deus, & offerẽte me Deo altissimo suscipiet munera mea. Non. n. offerẽtes à muneribus placent, sed munera ab offerẽtibus. Vndè legitur, quod respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Prius dixit, Ad Abel, & postea dixit, Ad munera: quia Deus magis attendit modũ in facto, quàm factum in modo; id est, quomodo aliquid fiat, quàm quid aliquomodo fiat. Attende prudẽter quod dicit Apostolus; Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ, charitatẽ autẽ non habeam; nihil mihi prodest. Vera igitur eleemosyna de uera charitate procedit. Nã secundũ charitatis mandatum hoc est, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Ad quod pertinet illud: Quæcũq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Sicut ergo uolumus nobis ab alijs in nostris necessitatibus subueniri, sic; & nos debemus alijs in suis necessitatibus subuenire, ut sicut nos, ita proximos diligamus. Nisi. n. ramus eleemosynæ de charitatis radice procedat, nõ habet pinguedinem uel humorẽ, ut suauẽ uel maturũ fructũ producat. Nã uera eleemosyna, fructus est charitatis. Charitas autẽ operit multitudinẽ peccatorũ. De qua Veritas ait, Dimissa sunt ei peccata multa; quoniã dilexit multũ. Eleemosyna quæ de charitate procedit, ipsa profectò mũdat à uitiis, & redimit à peccatis.

Luca 11. — *Leuit* 15. — *Eccles* 7. — *Gen* 4. — *Rom.* 13. — *Eleemosyna vera quæ sit.* — *Matt* 22. — *Matt* 7. — *1. Pet.* 4. — *Luc.* 7.

Sed fortè oppones, quod Cornelius cẽturio nondũ fidẽ mediatoris habebat, sine qua iustus esse nõ poterat, quia iustus ex fide uiuit; nec sine fide poterat charitatẽ habere; cũ sine fide impossibile sit placere Deo; fidẽ inquã, mediatoris Dei, & hominũ Iesu Christi, Nã qui præibãt, & qui sequebãtur, clamabãt, dicẽtes, Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Qui tamen Cornelius per eleemosynas meruit, & ad sacramentũ fidei, & ad fidem sacramenti uenire; quemadmodũ angelus ei dixit, Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascẽderunt in memoriã in cõspectu Dei. Ideoq; præcepit ut accerseret Simonẽ Petrũ, qui ueniẽs iussus in spiritu, catechizauit eũ, & baptizauit. Præterea, cũ Nabuchodonosor esset iniquus, frustra dedisset ei consilium Daniel, ut peccata sua redimeret eleemosynis, nisi per eleemosynas posset à suis iniquitatibus liberari. Itẽ cũ iuxta Raphaelis angeli testimoniũ, eleemosyna tãtæ sit efficaciæ, ut à morte liberet, & purget peccata, nec hoc de tẽporali morte possit intelligi, cũ omnes omnino necessitati moriendi simus addicti, ex quo primus homo pœnam comminationis illius incurrit: Quacũque die comederis, morte morieris. Nã, & proprio filio suo nõ pepercit Deus, sed pro omnib' tradidit illũ, haud dubiũ quin ad mortẽ. Quia factus est pro nobis obediens usque ad mortem, &c. Restat igitur ut illud angelicum de morte intelligatur æterna, siue culpæ, quæ precedit ut causa, siue gehennæ, quæ succedit ut pœna. Sic ergo eleemosyna liberat hominem à morte animæ, qualicunque duntaxat sano accipias intellectu. Non autem ab ea morte, quæ animæ non debetur, cum hoc non sit magnæ uirtutis, neq; potentis efficaciæ. Liberat igitur hominem à morte, quę animę debetur. Porrò mors animæ non debetur, nisi tantum iniquis, qui mortalibus sunt irretiti peccatis. Tales ergo per eleemosynas à morte animæ liberãtur. Ab his autem quæstionũ angustiis,

Rom 1. — *Heb.* 11. — *Matt* 13. — *Act* 10. — *Dan.* 4. — *Tob.* 12. — *Gen* 2. — *Rom* 8. — *Phil* 2.

illa potest te distinctio liberare, quod sicut quædā præparatoria sunt ad culpā, ita quædā pręparatoria sunt ad gratiam. Præcedit.n. in homine iusto quædā maligna suggestio, & succedit quædam improba delectatio: quæ licet nondum sit mortalis, sed uenalis, debilitat tamen animum, & præparat ad consensum, qui cū accedit, facit hominem peccare mortaliter, cum, & ipse sit mortale peccatum. In his.n. quotidie secundum spiritum renouamur, quæ semel ad literā in primo homine precesserunt. Serpens enim, id est, concupiscentia suggerit originaliter. Mulier, id est, delectatio comedit uenialiter. Vir, id est, ratio consentit mortaliter. Sic, & in homine impio quædam præparatoria præcedunt ad gratiam, quæ mollificant animum: sicut ignis cerā, ut imaginem sigilli, hoc est, similitudinē Dei per impressionem gratię superuenientis accipiat. Propter quod legitur: Interim fac quicquid boni potes, ut Deus cor tuum illustret ad pœnitentiam. Talis.n. timor seruilis, de quo licet dicatur, quod timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, dicitur tamen de ipso, quia timor domini peccatum expellit, & qui sine timore est, iustificari non potest. Cum ergo timor domini sit initium sapientiæ, profectò præparatorius est ad gratiam, & ipse sicut setā filum, charitatem præuius introducit, quemadmodum dicitur per Prophetā: A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Sic eleemosyna præter charitatem, uel potius ante charitatem donata, proficit quidem, & si nō sufficit: præparatoria, licet nō promeritoria gratię, uel salutis, per quam tamen peruenitur ad gratiam & salutem. Reddit.n. hominem habilem, reddit aptū, reddit idoneum, uelut sitientem, uelut anhelantē, uelut appropinquantem ad fontem gratiæ salutaris: per quē liberatur à morte, mūdatur à culpa, redimitur à peccato.

Præparatoria ad gratiam.

1. Ioan. 4.

Eccle 1.

Prouer. 1.

Esai 26.

Eleemosynam, ieiunio, & oratione esse meliorem, nec quenquā ab ea excusari. Ca. 4.

Bonum est ieiunium, sed melior est eleemosyna, quia quod ieiunium subtrahit, eleemosyna tribuit. Alioquin quod ieiunium subtrahit uoluptati, reponit cupiditati. Qui uerò dat eleemosynam, quodcumque sibi subducit, alii totum impendit. Per ieiunium enim affligitur caro propria, per eleemosynā uerò reficitur aliena. Illud præstat esuriem; ista uerò satietatem procurat. Rursum, bonum est orare, sed melius erogare, quoniam eleemosyna agit utrunque, descendens ad proximum, & ascendens ad Deum. Audi super hoc sententiam Sapientis, Cōclude eleemosynam, inquit, in corde pauperis, & ipsa pro te orabit ad dominum. Non enim desistit orare, qui non desinit bene agere, cum melius sit orare opere, quàm sermone. Sed dices, Ego sum pauper, egenus, & inops, non habeo panē, non habeo uestē, nō habeo stipē, ut quicquā ualeā erogare. Verùm attēde quod apud Deum sufficit bona uoluntas, ubi deest opportuna facultas. Nec tam attendit in munere quantitatem, quàm deuotionem in opere, pēsans magis ex quanto, quàm quantū. Respiciens.n. Iesus, uidit eos qui mittebāt munera sua in gazophylaciū diuites. Vidit autē quādam uiduā pauperculam mittentē æra minuta duo, & dixit, Amē dico uobis, quia uidua hæc pauper plus quàm omnes misit. Nā hi omnes ex abundanti sibi miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deest illi, omnem uictum suum, quē habuit, misit. Hinc alibi dominus ait, Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ, tātum in nomine discipuli, amē dico uobis, nō perdet mercedē suā. Vnde Tobias, Quomodo poteris, esto misericors. Si multum tibi est, abundanter tribue, si exiguum, etiā exiguum illud libēter impartiri stude. Præmium .n. bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemosina ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit corā Deo eleemosina omnibus facientibus eam, non ergo se paupertas excuset, quia sufficit ut uoluntas sit diues, ubi facultas est pauper.

Ecclesi. 29

Mar. 12.

Math. 10.

Tob. 4.

Ibidem.

Elee-

Eleemosynæ faciendæ quisnam debeat esse ordo, modus, causa, & finis. Cap. 5.

Restat modo ut circa eleemosynã quatuor diligẽter attendas, uidelicet causam, & finem, modum, & ordinem. causam, ut fiat ex charitate. Finem, ut fiat propter beatitudinẽ. Modum, ut fiat ex hilaritate. Ordinem, ut fiat secundum regulam.

Ex charitate quidẽ dãda est eleemosyna, quia sicut arbor ad fructũ, ita charitas se habet ad eleemosynã. Nõ.n. potest *Matt. 7.* arbos bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere, Propterea dicit Apostolus, Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, *1. Cor. 13.* charitatẽ aũt non habeã, nihil mihi prodest. Non ergo se quisquã frustra decipiat, ut æstimet eleemosynã sine charitate sibi posse sufficere ad salutẽ. Licet ad tria ualeat eleemosyna extra charitatẽ distributa. Vel ad habilitatẽ suscipiẽdi gratiã, uel ad mitigationem æternæ pœnæ. uel ad obtinendũ bonũ aliquod temporale. Cũ ergo quis erogat eleemosynã, debet eã propter æternã beatitudinẽ erogare, nõ propter fauorẽ mundanũ, uel propter humanam retributionem. Unde Veritas *Matth. 6.* inquit in Euãgelio, Cum facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciũt in synagogis, & uicis, ut honorificẽtur ab hominibus. Amẽ dico uobis, receperũt mercedẽ suam. Te autẽm faciẽte eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, ut sit eleemosyna tua in abscõdito, & pater tu', qui uidet in abscõdito, reddet tibi. Nõ est cõtrariũ *Matt. 5.* quod dominus alibi ait, Luceat lux uestra corã hominibus, ut uideãt opera uestra bona, & glorificẽt patrẽ uestrũ, qui in cœlis est. Primò quia, & intentio potest existere in abscõdito, & operatio in aperto, ut propter intentionẽ absconditam, nesciat sinistra quid facit dextra. Et propter operationẽ apertã, uidentes opera bona glorificẽt patrẽ. Secundò, quia nemo debet facere opus bonum, ut ipse glorificetur ab hominibus, sed ut homines glorificẽt Deum. Vnde primũ prohibetur, secundũ præcipitur. Rursus alibi

Veritas ait, Cũ facies prandiũ aut cœnã, *Luc. 14.* noli uocare amicos tuos, aut fratres tuos, neque cognatos, neq; uicinos diuites, ne forte, & ipsi te reinuitẽt, & fiat tibi retributio. Propter quod alibi dicitur, Ite, *Nee. 8.* & edite pinguia, & bibite mustũ, & mittite partẽ his q̃ nõ pparauerunt sibi. Sed cũ facis cõuiuiũ, uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus es, quia nõ habẽt retribuere tibi. Retribuetur.n. tibi in retributione iustorũ. Hic finis, hæc merces, hoc Præmiũ, propter quod faciẽnda est eleemosyna. Porrò dãda est eleemosyna nõ ex tristitia, sed cũ hilaritate. Nõ cũ mora, sed cum uelocitate. Iuxta quod docet Apostolus dicẽs, Vnusquisque pro *1. Cor. 9.* ut destinauit in corde suo, nõ ex tristitia aut ex necessitate. Hilarẽ.n. datorẽ diligit *Rom. 12.* Deus. Et iterum, Qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Nã super omnia uultus accessere boni. Nec putes esse contrariũ, quod à quodã dicitur Sapiente, Da, quod te doleat. Voluit.n. per hoc datũ commodare magnificũ, uel potius ad datũ magnificum inuitare. Noli propter tristẽ uultũ totum amittere meritum, sed propter hilarẽ facient gratam acquire mercedẽ. Benedictionem rei cũ potes, impende, cũ uerò nõ potes, benedictionẽ uerbi redde. Nõ exasperes pauperẽ, neque conturbes eum, memor eius quod legitur, & mandatur. Fili, in bonis *Eccle. 18.* nõ des querelã, & in omni dato non des tristitiã uerbi mali. Nõnæ ardorẽ refrigerat ros? Sic, & uerbum bonum melius quàm datum. Nõnne ecce uerbum super datum bonum, & utrumque cum homine iustificato? Stultus acriter improperabit, & datum indisciplinati tabescere facit oculos. Porrò, bis dat, qui citò dat. Vnde non differas bene facere quia spes *Prou. 13.* quæ differtur, affligit animam. Cor inopis ne afflixeris, & nõ protrahas datum *Eccles. 4.* angustiati. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum uires tuas pauperi porrige. Non defrauderis à die bono, & par- *Eccles. 14.* ticula boni doni non te prætereat. Memor esto, quia mors non tardabit. Vnde sine dilatione fac bonum dum potes, quia fortè cum uolueris facere bonum, non poteris, & in tuis bonis alius luxuriabitur. Ad hoc spectat, quod secundum

Ioan-

Ioan 13. Ioannē Iesus ait Iudæ. Quod facis fac citius; Quidā.n.putabāt, eo quod loculos habebat Iudas, quod dixerit ei Iesus, vt egenis aliquid daret. Vnde nāq; potuissent illud putare, nisi frequēter audiuissent Iesum Iudæ dicētē, vt cito daret egenis? Noli ergo bonū quod cōcepisti differre, quoniā à mane vsque ad vesperā mutabitur tēpus, & mēs rapitur in diuersa. Nec dimittas illud exequēdū hæredi: quia uix tibi laudē, nec dū mercedē rependet. Cæterū in eleemosyna dāda serua regulā ordinatam. Triplex.n. eleemosyna *Eleemosyna triplex.* est, cordis uidelicet, oris, & operis. Ex corde datur p cōpassione. Ex ore per correctionē. Ex opere per largitionē. De primo dicit Apost. Quis infirmatur, & ego *2 Cor. 11.* nō infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō uror? Multū.n.consolamur afflictos, cū compatimur patiētibus, & dolētibus condolemus. De secunda Veritas ait: Si *Luc. 17.* peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & eū solū. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuū. Erranti non modicum subuenisti, si correctū ad rectitudinem reuocasti. De tertia dicit propheta: Frange *Esa. 58.* esurienti panē tuum, & egenos, &c. Tu induxeris illum in domū terrenam, & ipse te inducet in aulā cœlestem. Verum hæc *IIII.* triplex eleemosyna danda est ordinate. *Quomodo eleemosyna sit ordinatè danda.* Primo nobis, secūdo proximis. Crudelis est.n. & fatuus, qui alij cōpatitur, & sibi nō miseretur: qui aliū castigat, & se non emēdat: qui alij subuenit, & se despicit. E contra præcipitur: Miserere animæ *Eccl 30.* tuæ placens Deo. Eijce primo trabē de *Math 7.* oculo tuo, & tūc eijcies festucā de oculo *Esa 58.* fratris tui. Cum uideris nudū operi eum, *Eccles 14.* & carnē tuā ne despexeris. Ergo tibi ipsi primo da eleemosynā misertus tui. Corripe te ipsum, subueni tibi. Quoniā qui sibi nequā est, cui bonus erit? Scias te ergo culpabiliter durum, & dure culpabilē, si corporalē amici tui deploras mortē, & spiritualē animæ tuę mortē non defleas. Post te da proximis eleemosynā, & in eis quoq; ordinē serua, præferēs fideles, domesticos, propinquos. Propter quod dicit Apostolus. Operamini bonū ad om- *Gal. 2.* nes; maxime ad domesticos fidei. Nam hoc exigit charitas ordinata, de quā dicit spōsa in Cāticis: Introduxit me rex in *Can 2.* cellā uinariā, & ordinauit in me charitatem. Sed inter hos præferēdi sunt iusti si cæteræ circūstātiæ pares existant. Vnde forsitā oppones quod dominus ait: Omni petēti te tribue. Neminem.n. excepit, qui omnes inclusit. Propter quod alibi di- *Luc 6.* cit: Diligite inimicos uestros, benefacite, &c. & orate pro persequētibus, & calumniantibus uos. Diligite corde, orate *Ibidem.* ore, benefacite opere. Sicut pater uester cœlestis solē suū facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Cū: n. oīs homo tā bonus quàm malus nobis ratione naturæ sit proximus, & ex præcepto diuino teneamur diligere proximos sicut nosipsos: profecto uidetur, quod passim omni homini teneamur indigēti cū possumus subuenire, & cū maioris meriti uideatur inimicis benefacere quàm amicis, iuxta sententiā Veritatis dicētis: Si diligitis eos qui uos diligunt, *Math 5.* quā mercedē habebitis, nōne publicani hoc faciūt? Itēque Tobias: Ex substātia *Tob. 4.* tua fac eleemosynam, & noli auertere faciē tuā ab ullo paupere. Ita.n. fit ut nec à te auertatur facies domini. Econtra Veritas ipsa testatur: Quicunque recipit iu- *Matt 10.* stū in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Nō dicit indiffinitè, qui recipit hominē, sed determinatè, qui recipit iustū, quēadmodum alibi legitur: Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustū cui des. Hinc alibi dicit scriptura: Si be- *Eccl 12.* nefeceris, scito cui feceris; & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, & inuenies retributionē magnā. Et si non ab *Ibidem.* ipso, certè à domino. Non. n. est ei bene qui assiduus est in malis, & eleemosynā nō dāti. Quoniā, & altissimus habet peccatores odio, & misertus est pœnitentibus. Da misericordi, & ne recipias peccatorem, & impijs, & peccatoribus redde uindictā. Da bono, & ne receperis peccatores. Benefac humili, & ne dederis impio. Itē Tobias: Panē tuū, & vinū tuū su- *Tob. 4.* per sepulturā iusti cōstitue: & noli ex eis mādūcare, & bibere cum peccatoribus. Multū ergo cōtingeret eleemosynā retardari, si semper oporteret inter bonos, & malos discerni. Sed cur in eleemosyna dāda nō præferas iustum iniquo, cum ipse tibi meritis, & precibus suis plus ualeat

leat apud dominũ promereri? Sanè benefaciendum est,& bonis,& malis,& iustis,& impijs, & amicis, & inimicis,cum necessitas exigit, & facultas permittit. Sed in talibus ponderãdæ sunt circũstãtiæ, vt possit discerni,quando,& q̃uo,& vbi & cui magis debeat subueniri. Contingere.n.pōt,vt aliqñ magis subueniẽdum sit malo,q̃ bono,si videlicet maiori præmitur egestate, præsertim cũ absque periculo non pōt subuentio prorogari. Et licet magni sit meriti benefacere inimicis, quia tunc maximè propter Deum aïo vis infertur. Vnde: A diebus Ioannis Baptistæ regnum cęlorum vim patitur,& violenti diripiunt illud: Si tñ parentes indigeãt, eis credo potius succurendum, pp illud speciale mandatũ: Honora patrẽ tuum, & matrem tuam. Quod non tñ ad reuerentiam exhibendam, quantũ ad impensam præstãdam creditur promulgatũ. Licet ergo benefaciendum sit generaliter omnibus, pximis,amplius tamẽ bonis q̃ malis,iustis q̃ impijs, nisi regulæ generali detrahat aliqua specialis exceptio, circunstantijs ponderatis,quemadmodũ prælibaui. Illud autẽ quod legitur: Desudet eleemosyna tua in manu tua, donec inuenias iustum cui des, iuxta literæ circunstantiã pertinet ad exhibẽdam decimam sacerdoti,vt is sit literæ sensus, Donec inuenias iustum cui des.i.sacerdotem cui debes. Nam sacerdos præter præceptum iustus esse tenetur,propter officiũ *quãuis in quibusdam codicibus sit iustum. Iudæi verò tres decimas diuidebant, quas,& eleemosynas appellabant,de quibus ad præsens non est differendũ. Qd autem alibi legitur, Da misericordi, & ne suscipias peccatorem. Et iterũ,Benefac humili, & ne dederis impio,sanè debet intelligi,iuxta regulam illam,Sic diligendi sunt homines, vt eorum non diligãtur errores. Vnde peccator prohibetur suscipi,& impio dari vetatur,videlicet ne p susceptionẽ vel dationẽ huiusmodi foueatur impius in peccato. Nõ ergo subueniẽdũ est talibus occasione solũ culpæ,sed subueniẽdum est eis rõne sustẽtãdæ naturæ. Cæterũ solerter attende, quod nisi dederis eleemosynã cordis, Deus non acceptat eleemosynã operis,ipso attestante,qui ait, Si dimiseritis hominib. peccata eorum, dimittet vobis pater cęlestis delicta vestra. Si aũt non dimiseritis, nec pater vester vobis dimittet. Sic.n.docuit, & pcepit orare, Dimitte nobis debita nr̃a, sicut, & nos dimittimus debitorib. nostris. Propter qđ in eodẽ sermone ipse præceperat, Si offers munus tuũ ad altare,& ibi recordatus fueris, quia frater tuus hẽt aliqd aduersum te, repone ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Vides apertè,quod Deus non approbat munus operis,nisi prius offeras munus cordis. Eleemosynam verò cordis prudenter impendis,cũ aut offendẽti dimittis,aut satisfacis offenso, vt nec ille contra te rancorẽ vel odiũ in corde retineat,nec tu cõtra ipsum retineas rãcorẽ vel odiũ in corde. Vnde ad vtrunq; sensum pōt referri,quod dr̃,Quia frater tuus hẽt aliquid aduersum te,siue qđ ille contra te habet causam rancoris vel odij,quia tu illum forsan offendisti. In quo casu tu ei satisfacere debes,vt recõcilieris eidẽ. Siue quod ille contra te cõmisit offensam,propter quam tu moueris rancore vel odio cõtra eum. In quo casu tu ei debes dimittere, vt recõcilies eum tibi. Rancorem.n.cordis, & odiũ, siue postulet,siue non postulet veniam, siue satisfaciat, siue non satisfaciat, de offensa debes omninò dimittere, cũ ex præcepto diuino tenearis diligere inimicum. Vnde Ioannes Apostolus ait, Qui fratrem suum odit, homicida est. Optima igitur eleemosyna est,indulgere peccãtibus, dimittere debitoribus,& miseris misereri. De qua Veritas ait, Dimittite,& dimittetur vobis. Misericordiam aũt volo,non sacrificiũ. Misericordiã namq; super exaltat iudiciũ. Et, Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Restat dicendũ,de quibus sit eleemosyna facienda. Videtur profectò de his, quæ iustè possides, & rationabiliter acquisisti,secundũ illud Sapientis, Noli offerre munera praua, nõ.n.suscipiet illa Deus. Item, Qui offert sacrificium de ra

Matt. 11. | Exo. 20. | Ecclef. 12. | Eleemosynã operu | nõ accepta ri sine eleemosyna cordu. | Matt. 6. | Matt. 6. | 1. Ioan. 3. | Luc. 6. | Matt. 9. | Matth. 3. | Eccl. 33. | Ecclef. 34.

Deut. 17. pina pauperis, ac si victimet filiū in cō-
Luce 16. spectu patris. Rursus: Non offeras in do mo dñi Dei tui peiū carnis, aut mercedē prostibuli. Multa sunt talia ī scripturis, sed ista sufficiunt: quia in ore duorū aut trium testium stat omne verbū. Contrariū aūt videtur dominus in Euangelio docuisse. Facite, inquiens vobis amicos de māmona iniquitatis, vt cū defeceritis, recipiāt vos in ęterna tabernacula. In Ecclesiastico quoq; legitur: Noli auarus esse in diuitijs iniustis. Verū inter ea quæ acquiruntur iniustè, quædā sunt in quibus transfertur dñium, quædam in quibus non transfertur. De illis ergo in quibus transfertur dñium, vt in negociatione, militia & huiusmodi, licitè potest eleemosyna erogari, quia cum effecta sunt tua licet offenderis illicitè acquirendo, iam tñ quasi de tuis, licitè poteris erogare. De illis aūt, in quibus dñium non transfertur, vt de furto, rapina, sacrilegio & vsura, nō licet eleemosinam erogare: quia cum sint aliena, nō tua, teneris ea his, quorū sunt, restituere, nō aūt ea inuitis dñis cōtrectare. Vnde Zachæus bene distinxit, Ecce, inquit, dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Quod aūt de mammona iniquitatis in Euangelio, & qđ de diuitijs iniustis in Ecclesiastico legit, ad illas acquisitiones iniustas, in qbus transfertur dñium, refertur, de qbus licite pōt eleemosina erogari: quis & alio modo sanè possint intelligi, sed ad pręsentem libellū ille non pertinet intellectus. Alias aūt authoritates ad eas referas acquisitiones iniustas, in quibus dominiū nō transfertur: licet de mercede prostibuli soleant scholastici disputare, quæ si transire dicatur in dñium meretricis dicendum est sanè, quod rōne mysterij, sicut & preciū canis, in domo dñi prohibetur offerri. Quia verò non auditores legis, sed factores iusti sunt apud Deum, rogo te frater & hortor, & ꝓcor, & moneo, quisquis es Christiane, si vis esse quod diceris, vt studeas facere qđ audisti, tenens ꝓ certo, quod eleemosyna quæ datur de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, magnanimi præstat fiduciam apud altissimum, & ipsa contra omnem periculum salutaris est medicina.

Eleemosynam vtrū liceat dare de bonis iniustis.

Luce. 19.

Luce 16.

Ecclesi. 14.

Deut. 23.

Rom. 2.

1. Tim. 1.

Ad eleemosynam, sicut ad quodlibet bonum opus, necessariò requiri perseuerantiam. Cap. VI.

QVoniam aūt nec eleemosyna, nec ieiunium, nec oratio Deo placere, vel homini esse meritoria ad vitam beatam possunt, sine perseuerātia, idcirco vel pauca hic de virtute perseuerantiæ connectenda sunt. Et in primis sequentibus authoritatibus monetur quilibet ad perseuerantiam. Ait namq; dñs noster Iesus Christus, Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. Et alibi, Si perseuerauerit vsq; in finē pulsans, dico vobis, etsi non dabit ei, surgēs eò q amicus eius sit, propter improbitatem tamē illius surgēs, dabit ei quotquot hēt necessarios. Et Apostolus ait. Oēs in stadio currunt, sed vnus accipit brauium. Et qui legitimè certauerit coronabitur. Et alibi dicitur, quod dominus iudicat fines terræ. Et vbi ceciderit arbor, siue ad austrū, siue ad aquilonē, ibi erit. Finis ꝯ non pugna coronat. Ex hoc procedendum est sic, Non est magnum sic inchoare bonum, sed consummare perfectū. Multi aggrediuntur magna, sed deficiunt in via. Multi exeūt Sodomam, sed retrospiciūt. Multi egrediūtur Babylonem, sed morātur in via, nec perueniunt ad æternā pacis ciuitatem. Nec perseuerātia piget aggredi magna nec fatigat inchoatum. Hæc firmat mutantē, hæc coronat pugnantē, hæc ducit ad brauium, hæc ad portū. Hæc dat formam operi, regulā actioni. Hæc est talaris tunica Ioseph, in finem vitæ pertingens. Hæc est tunica sacerdotalis, vsque ad pedes pueniēs. Hæc est cauda hostiæ quā tenemur Deo offerre. Hæc est calcaneus bonæ operationis, quam cōtra serpentis morsus debemus obseruare. Hæc est virtus quæ pro oratione ad Deū allegat, quæ pē votum bonum informat, qua laureātur martyres, qua coronant virgines. Hæc est, quæ res difficiles reducit ad facilitatem, quæ oēm vincit difficultatem.

Matt. 10.
Luc. 11.
1. Cor. 9.
2. Tim. 2.
Psal. 9.
Ecclesi. 11.
Gen. 19.
Gen. 37.
Exod. 28.
Leuit. 3.
Gen. 3.

cultatem. Hęc est uestis sine ruga, tunica sine macula. Hæc est quæ bonā actionē facit unicolorem, virtutem vniformem.

Perseuerantia duplex. Et notandum, quod quædam perseuerantia est temporalis, vt ita loquatur, quædam finalis. Temporalis est, quæ ad tempus uiret, & in tempore peruersitatis effloret, fœno comparabilis, quod nunc virescit, nunc in clibanum mittitur: nunc floret, nunc conteritur, nunc consequenter moritur. Hic flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. *Iacob. 1. Iacob. 14. Can. 4.* Finalis uerò perseuerantia est, quæ durat vsq; in finem. Hęc est fons uiuus hortus signatus cui non communicata alienus, qui semper fluit, semper scaturit labores fideles, ut hanc habeant claustrales, ut hanc retineant uirgines, ut hac se informent uiduæ, & in hac omnes requiescant. Diabolus quandoq; hominē irritat ad bonum, ut de bono grauius malum eliciat. Contra hunc dæmonis insultum ualet perseuerantia, ut de bono fine bona claudantur initia. Bona enim inchoare, & malo fine cōcludere, est monstruosa confingere. Illa enim actio Chimæra est, quæ initium habet à ratione, finem verò à sensualitate. Cum enim sic agitur, humano capiti ceruicē pictor depingit equinam, & sic uarias inducit infructuosasq; plumas. Caue ergo ô homo, ne actio tua monstra pariat, neque gignat præstigia. Enormis enim fructus uiuentis, si capiti non respondeat finis. Sunt enim quidam, quorum uita monstrum mirabile est, quorum initium bonum quasi caput hominis prætendit: medium verò ut luxuriā descendens uentrem capræ prætendit: ad ultimum in rapicitatem deuians lupæ pedes ostendit. *Finis vti bonū opus cornnet. 2. Pet. 2.* Ah homo, quid prodest ubi bonum inchoare, & non bono fine concludere? bonum enim uirtutis non solum amittis, sed & damnum incurris, & supplicium promereris, Melius est uiam ueritatis non agnoscere, quàm post agnitam retroire. Post hanc inconstantiam homo leuitatis argueris, apostasiam incurris, mentis stabilitatem postponis. O homo per perseuerantiam breuitatem uitæ redimus, nullum tempus incassum transire permittis. Compositæ mentis est posse consistere in bono, & in bono morari. Nil iam utile est, uti bonum opus bono fine concludere. Perseuerantia bonum producit tenerum in maturitatem, perducit prouecta perseuerātia in maturitatem. Perseuerantia non quærit animum puerilem, sed adultum: maturos quærit mores, & non teneros & inermes.

Si uis consequi perseuerantiam, assuesce te semper ad bonum, ut consuetudo, quæ est altera quasi natura, uitæ perseuerantiam gignat; conuictus bonorum longanimitatem pariat. *Perseuerātiam que unt iam.* Si totam uitam perseuerantia non illustrat, saltem perseuerantia finalis finem concludat. Si obtulisti florem iuuentutis diabolo, saltem fæces senectutis immola Deo tuo. In uesperas laudatur serenitas diei, in fine status boni operis. Vide à quanto bono decidit Iudas, qui in bono non perseuerauit. Vide quid Salomon per inconstātiam animi & instabilitatem perdidit. in quantam calamitatem Saul decidit. *Matt. 26. 1. Reg. 11 2. Reg 31.* Ille qui bonum proponit, & ad finem non perducit, obuiat illud uerbum Euangelicum: Ecce hic homo incepit ædificare, & non potuit consummare. *Luc. 14.*

Quanti meriti sit perseuerantia, ex flagitio oppositi uitij coniecturare possumus. *Perseuerātia quanti sit meriti.* De impœnitentia etenim dicitur, quod tanta est huius peccati pœna, quod humilitatem postulandi ueniam subire non possit. *Impœnitentia mala que.* Hoc est enim peccatum in spiritum sanctum, hoc est peccatum ad mortem, de quo Iohānes ait: Est peccatum ad mortem, non dico pro eo ut quis oret. *1. Ioan. 5.* Impœnitentia autem ex desperatione nascitur, aut ex præsumptione oritur: & quantum in ipsa est, aut derogat Dei iustitiæ, aut detrahit Dei misericordiæ. Felix ergo perseuerantia, quæ impœnitentiam excludit, obstinationem expellit, contemptum eliminat, obdurationem expugnat.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. IN SEPTEM PSALMOS POENITENTIALES COMMENTARIA.

PROOEMIVM.



E inter occupationes multiplices & solicitudines vehementes, quas nõ solum ex cura regiminis, verum etiã ex malitia tpis patior vltra vires, quasi totus absorbear a ꝓfundo: libẽter aliquas horulas mihi furor, quibus ad reuocandũ & reducendũ spiritũ ad seipsum, ne à seipso diuidatur & alienetur ocio, & in lege domini aliquid meditetur, quod ad hoc ipso ꝓficiat inspirante, cuius spiritus vbi vult spirat, ne semꝑ sic sim traditus aliis, vt nunquã restituar ipse mihi. Nã & vnigenitũ verbũ patris, non sic à patre descẽdit, vt nõ remaneret cum patre, ipso testante: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Flumina quoque nõ sic egrediuntur de mari, vt nõ regrediantur ad mare. Quia, iuxta sententiam Salomonis ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Quia vero sicut qui tetigerit piceẽ inquinabitur ab ea, sic de occupationibus & solicitudinibus huius seculi grãdis sæpè culpa cõtrahitur, q̃ debet ꝑfectò per grauem pœnitentiam expiari: direxi nuper oculum ad Psalmistam, qui plenius & perfectius de pœnitentiæ virtute tractauit, præsertim in septem Psalmis pœnitentialibus, septiformi munere inspiratis: vt cũ ipso ingrediens sanctuariũ, intelligã nouissima, si fortè clauis Dauid, qui claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit aperire dignetur: vt in illis humiliato spiritu & corde contrito humanã miseriam & diuinam misericordiam inuestigans: de torrente præcipitationis humanæ recurram ad fontem propitiationis diuinæ: ipsoq; docente, qui docet hominem scientiam, sic illos & intelligere valeam & exponere, vt proficere debeat & possit ad gloriam nominis eius, & ad salutem animæ meæ, vtilitatẽ quoque non solum legentis, sed & audientis: tametsi non ignorem, quod, iuxta sententiam Sapientis, tempore ocii scribẽda sit sapientia, & qui minoratur, actu percipiat eam. At ego non dulcedinem sapientiæ, sed amaritudinem pœnitentiæ in hac paupere cœnula, vel paupercula cœna dispositi propinare.

Deut. 25. *Ioan. 3.* *Ibidem.* *Eccle. 1.* *Eccle. 13.* *Esai. 22.* *Eccl. 38.*

Verum etsi plures sint Psalmi pœnitentiales ratione tamen mysterii septem solum modo sunt excepti de pluribus, qui appropriato vocabulo pœnitẽtiales dicuntur: quẽadmodum, etsi multi scripserunt Euangelia, quatuor sunt tamen è multis recepti gratia sacramenti, qui specialiter Euangelistæ vocantur.

Psalmi pœnitentiales quare septẽ ex aliis excepti.

Septenarius enim numerus est sacratus propter septẽ dona spiritus sancti, q̃ Esaias enumerat dicẽs: Requiescet super eum spiritus sapiẽtiæ & intellectus, spiritus cõsilii & fortitudinis spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eũ spiritus timoris domini. Vnde, Sapientia ædificauit sibi domũ, & excidit septẽ columnas. Hinc & septem lucernæ fuisse leguntur in vno candelabro, & septẽ oculi in lapide vno. septẽ quoq; boues videbantur ascendere de fluuio vno, ac septẽ spicæ pullulabãt in culmo uno: septem quoq; signacula in libro uno, sed & septẽ fuerũt sportæ replete de fragmẽtis, & septẽ buccinæ, quarũ vsus erat in iubileo. Iob habuit septẽ filios, qui per singulos dies cũ sororibus suis conuiuia faciebant. Et apostoli septem viros plenos spiritu sancto in diaconos elegerunt. Ioannes etiã scribẽs, septẽ Ecclesiis perhibet se uidisse in medio septẽ candelabrorũ aureorũ similẽ filio hominis vestitũ podere, tenentẽ in dextra sua stellas septẽ, q̃ septẽ Ecclesiarũ, septem sunt angeli: & in medio throni agnũ stantẽ tanquã occisum habentem

Mysterium numeri septenarij. *Esai. 11.* *Prouer. 9.* *Exod. 15.* *Gen. 41.* *Apoc. 6.* *Matt. 15.* *Iosue 6.* *Iob 1.* *Acto. 6.* *Apoc. 1.*

bentē cornua septē, & oculos septē, q̄ sūt septē spiritus Dei, missi in oēm terrā. Septē quoq; petitiones cōtinētur in oratione dominica, tres ptinētes ad vitā futurā, & tres ptinētes ad vitā p̄sentē, media verò ptinens ad vtramq;. Similiter septē beatitudines in sermone domini distinguūtur. Nam octaua beatitudo redit ad caput, sicut octaua dies redit ad principium. Sed & septimus dies septima hebdomada, septimus mēsis, & septimus annus.* sacrati erant in lege. p̄terī Pentecostalis solemnitas, q̄ post septimū dierū septenariū sequebatur: & post septimum annorum septenariū obseruatio iubilei. Septenarius. n. vniuersitatis, & quietis, & perfectionis & sanctificationis est numerus specialis, quia septē diebus agitur & repetitur omne tempus: vnde dominus ait: Non dico tibi septies, sed vsq; septuagies septies, id est semper. Et septimo die requieuit dominus ab omni opere quod patrarat, quo videlicet die ipse Christus requieuit in sepulchro. Et ex partibus septenarii pficitur plenus homo, ternario quantum ad animam, propter tres vires animæ naturales, & quaternario quātū ad corpus, propter quatuor corporis elementa. Hic primus in monadibus, in se primum continet perfectum numerum, redditum ex suis partibus aggregatis, & solus multiplicatus, per suarum alteram partium, ex se generat primum perfectū numerum in decadibus, vt perfectionem ipse primus in se cōtineat simplicem, & solus perfectionem ex se generet duplicem, vt dictum est * generalem. de cuius numeri sanctificatione iubetur in lege: Memēto, vt diem sabbati sanctifices. Vnde Deus septem gētes de terra promissionis eiecit, & septem dæmonia expulit de Maria, vitiorum eiectionem & peccatorum expulsionem significans, per quam anima sanctificatur, īfusa gratia septiformi. Septenarius quippe numerus non solum septem principalia spiritus sācti dona designat, verum etiam & tres catholicas & quatuor pricipales virtutes significat; duos denarios stabularii, & quinque corporis sensus, vnū baptisma & sex opera pietatis, quæ sanctificationem perfectam simul omnia operātur. Hic ergo numerus nō solum ex quaternario & ternario, verum ēt ex quinario & binario, nec nō ex senario & vnitate cōponitur, vt hō ex aīa pfectus & corpore, duplicatis duobus & quinq; talētis, p exercitium pietatis, de labore trāseat ad quietem, iuxta q̄ Veritas ait: Martha Martha, solicita es & turbaris erga plurima. Porrò, vnū ē necessariū. Maria optimā partē elegit, quæ nō auferetur ab ea, q̄ & ipse Psalmista desiderāter optabat, dicēs; Vnā petii à domino, hāc reqrā, vt inhabitem in domo domini, oībus diebus vitæ meæ. Hinc est q̄ septenarii cōputatio ad xxviii. ptingit, q̄a gratia septiformis duplicato in duplici stola denario, q̄ reddetur ī vinea laborātibus, ad beatæ resurrectionis perducit octauā, in qua Deus erit oīa in oībus, fructus & merces & præmium singulorū, q̄ octauus dies dominicę resurrectionis p̄signauit. Vnde non incongruè scriptū est, Da partes septem, necnon & octo, * illo prætermisso, quoniam ad hoc non pertinet quod dicitur per pphetā, Suscitabimus super eum pastores septem, & octo primates. Et secundum visionē Ezechielis, septem graduū erat ascēsus atrii exterioris, & ī octo gradibus erat ascēsus atrii īterioris. Profūda ergo & fœcūda, mirifica & magnifica sunt septenarii sacramēta, quæ non solum à Theologis, verum etiam à Philosophis commendantur.

Sed ad commendationem septē pœnitentialium Psalmorum ista sufficiant; de quibus nonnulla in eorum expositione tanguntur, hoc addito quod ideo pœnitentiales psalmi septenario sunt numero comprehensi, vt peccata quæ sub hoc numero præuaricando cōmittimus, sub eodem numero pœnitendo deleamus. Septem enim sunt vitia principalia, ex quibus vniuersa peccata nascūtur, videlicet inanis gloria, ira, inuidia, acedia, auaritia, gula, luxuria, significata p septē populos quos Deus de terra pmissionis eiecit; videlicet Etheū, Gergeseū, Amorrheū, Chananæū, Ferrezeū, Etheū, & Gebuzeū; nec nō p septē spiritus nequiores, quos imūdus spiritus adduxit, vt domū scopis mūdatā & ornatā, ad habitādū itraret. Vt & queadmodū maculæ criminū in hoc seculo, septē dierū hebdomada contrahuntur;

Marginalia: Matt. 5. — Ibidem. — * al. feriati — Matt. 18. — Gen. 2. — * al. numeralem. — Exod. 20. — Marc. 16. — Luc. 9. — Luc. 10. — Psal. 26. — 1 Cor. 15. — Eccle. 11. — Mic. 5. — Eze. 40. — Septem vitia principalia quæ. — Luc. 11.

tur: ita horum septem psalmorũ pœnitentia diluuntur, qui sunt iugiter coram domino contrito & humiliato spiritu recitandi.

Habitudo & ordo horũ psalmorum quis.

Horũ aũt septẽ Psalmorũ, quatuor sunt consimiles, & tres dissimiles in principijs, quantũ ad figuras & uoces, ita dispositi, qđ semper inter duos consimiles unus dissimilium constituitur, & inter duos dissimiles unus consimilium collocatur. Consimiles sunt, primus, tertius, quintus & septimus: dissimiles verò sunt, secundus, quartus, & sextus. Porrò, quatuor consimiliũ duo primi sunt ex toto consimiles inter se. Similiter ẽt duo ultimi, quantũ ad figuras, & voces, quia in una pfecta oratione concordãt. Sed duo primi & duo vltimi sunt ex parte sibi consimiles in prædictis, quia concordãt in prima solũmodo dictione. Verũ in primis postulat pœnitẽs auerti furorem, in ultimis aũt orationẽ postulat exaudiri. Triũ aũt dissimilium, duo sunt ex toto dissimiles inter se, uidelicet primus, qui ait de beatitudine gratiæ: atq; ultimus, qui ait de psumdo miseriæ: medius aũt, quantũ ad figuras & uoces, discordat ab oĩbus, sed quantũ ad intentionẽ & intellectũ cũ uniuersis cōcordãt, quoniã ait de culpa delenda, & misericordia impendenda, pro quibus oẽs pœnitentiales psalmi sunt editi & inuenti. Vnde sicut ipse quartus mediat loco inter oẽs, ita & intellectu. Quod aũt inter duos consimiles unus dissimiliũ collocatur, & inter duos dissimiles unus cõsimiliũ constituitur, hoc profecto designat, quod cũ pnïales psalmi solummodo cõpetant uiatoribus, nulla in via sunt ita pfecta, quib. non interueniat aliquod imperfectũ: nec aliqua tã sunt mala, quibus non intercidat aliquod bonũ: quatenus nec perfectis psumptio nec malis desperatio tribuatur, qđ maximè conuenit & expedit pœnitenti, ut nec de misericordia nimium præsumat sperando, nec de iustitia nimium desperet timendo, sed inter superiorem & inferiorẽ molã * spũs cõteratur.

**al. spiritualiter.*

Virtus psalmorũ quanta.

Cũ aũt inter oẽs orationũ species, post orationẽ dominicã, pẽmineat, psalmodia, si quis spãles psalmos subtiliter inuestiget, pfectã in eis formã orãdi inueniet, ad diuinæ propitiationis gratiã promerendam. Vnde quasdã orationis circunstantias sensũi prælibandas, quibus aĩus præinstructus, orationis virtutẽ in psalmis ipsis facilius assequatur. Notandũ ergo, quod orat Xps, orãt & angeli, orant dæmones, orant hoĩes, orant boni, orant mali, orant uiui, orant mortui, orant pro se, & orant pro alijs: sed inter hos magna ac multa est differentia.

Oratio Christi.

Christus. n. siue pro se, siue pro alijs oret. sp in oĩbus exauditur. Orauit pro se in cruce: Pater, inquit, in manus tuas cõmendo spiritũ meũ; & statim exauditus est, quoniã inclinato capite tradidit spiritũ. Orauit pro alijs: Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt, & exauditus est pro oĩbus, pro quibus orauit, quẽadmodũ alibi dicit: Pater gratias ago tibi, quoniã exaudisti me. Ego aũt sciebã, qa sp me audis. Pro se orauit & exauditus est. Vnde pater inquit ad ipsũ: Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Orauit pro alijs, & similiter exauditus est: vnde cũ dixisset ad patrẽ: Pater sanctæ, serua eos, quos dedisti mihi, ut sint unũ; sicut & nos unũ sumus: Consequẽter subiunxit: Et ego claritatẽ, quã dedisti mihi, dedi eis, ut sint unũ sicut & nos. Ecce idẽ orat, & idẽ exaudit. Orat ut hõ, exaudit ut Deus. Vnde sanè debet intelligi, quod de spũ sctõ ait Apostolus: Ipse spiritus postulat pro uobis gemitibus inenarrabilibus, quia facit nos postulare. Sanè aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, qui secundũ Apostolũ semper interpellat pro nobis ad patrẽ, semper uiuens, ad interpellandũ pro nobis. Qui ẽt ut ait idẽ Apostolus, in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eũ, qui possit eũ saluũ facere à morte, cũ clamore ualido, & lachrymis, offerẽs, exauditus est pro sua reuerentia. Nõne aũt orauit, ut trãsiret ab eo calix, quum dixit; Abba pater, si possibile est transfer calicẽ hũc à me? Verum, etsi nõ secundũ uoluntatem orationis, sed voluntatem sensualitatis hoc dixerit, potest tamen intelligi in hoc exauditus, quia calix ab eo transiuit ad alios, quemadmodum dixerat filiis Zebedæi. Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum? Dicũt ei, Etiã. Ait illis; Calicẽ quidẽ meum bibetis. &c. Vel potius sicut orauit, sic extitit exauditus: Orauit. n. non simpliciter, sed conditionaliter dicens: Pater si vis transfer calicem hunc à me. Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Optabat. n. ut si fieri posset, transeat ab eo

Luc. 23
Ibidem.
Ioann. 1.
Psal. 2.
Ioan. 17.
Rom. 8.
1. Ioan. 2
Ibidem.
Marc. 14
Solutio.
Matth. 20
Luc 22.

ab eo hora, vnde subiunxit: Veruntamen nō sicut ego uolo, sed sicut tu: nō mea uolū tas fiat, sed tua, & sic obtinuit, qđ orauit.

Oratio angelorum. Similiter orant angeli, & semper exaudiuntur à Deo. Sed pro aliis offerunt precum suffragia: pro se uerò referunt gratiarū actiones. *Zach. 1.* Orauit angelus dicens; Domine Deus exercituum, quousq; tu non misereberis Hierusalem, & urbiū Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus ē. Et respondit dominus angelo uerba bona, verba cōsolatoria: Reuertar, inquit, ad Hierusalē in misericordia, domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum, & perpendiculum extendetur super Hierusalem. Ipsi quoq; angeli preces fidelium offerunt Deo, sicut angelus Raphael ad Tobiā ait: *Tob. 12.* Quando orabas cū lachrymis, ego orationē tua obtuli domino. Et in Apoca. *Apoc 8.* Angelus uenit, & stetit corā altari, habens thuribulū aureū in manu sua, & data sunt ei incēsa multa, ut daret de orationib. sctōrum omnium, super altare aureum, quod est ante conspectum Dei. Et ascēdit fumus aromatum incensorum de orationibus sanctorū, de manu angeli coram Deo. Dicuntur n. offerre Deo angeli preces fidelium, ut ostēdant se illas gratas hēre: vel super illis ut diuinum beneplacitum inuestigent, quod ipsi nonnunquam hominibus insinuant. *Act 10.* Vnde angelus ad Cornelium: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Pro se uerò gratiarum referūt actiones, quemadmodum scriptum est: Facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum & dicentium, *Luc. 2.* Gloria in excelsis Deo. Et alibi: *Apoc. 12.* Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum Dei nostri, & ptās Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, & ipsi uicerunt illum propter sanguinē agni, ꝑpterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.

Oratio dæmonum. Dæmones pro se quidem orant, non ꝑ aliis, sed contra alios, & quandoq; exaudiūtur, quandoq; non exaudiuntur. Exaudiuntur, ut ibi: Rogabant illum, ut permitteret illis in porcos ingredi, & permisit. Exierūt ergo ab homine dæmonia, & intrauerunt *Luc. 8.* *Matth. 8.* in porcos. Non exaudiuntur, vt ibi: Obmutesce immunde spiritus, & exi ab illo, qui *Mar. 5.* *Luc 4.* prius uoce magna clamauerat dicens: Sine *Iob. 1. & 2* quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Scio te, quia sis sanctus Dei. Orant quoque contra alios, & quandoq; exaudiuntur, ut ibi: Mitte manum tuam, & tange carnem eius, & os eius; & tunc uidebis, quod in faciē benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad Satanā; Ecce in manu tua est, verūtamē aīam eius serua. Quandoq; orant contra alios, & non exaudiuntur, ut ibi: Simon ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticū, ego ue- *Luc. 22.* ro rogaui ꝑ te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos.

Cæterùm exaudiuntur boni defuncti, cū orant tā pro se, q̄ pro aliis. Vnde in Apoc. *Oratio bonorum defunctorum* Vidi subtus altare Dei animas interfectorum propter uerbum Dei, & clara uoce dicebant; Vsquequo domine, sanctus & ui- *Apoc. 6.* uus, non iudicas, & uindicas sanguinē nostrum de his qui habitant in terra? Et dictū est illis, ut requiescerēt tempus adhuc modicum, donec impleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & ipsi. Item in secundo Machabæorū. *Mach. 15.* Hic est fratrū amator & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo, & uniuersa ciuitate sancta, Hieremias Propheta Dei. Vidit aūt ipsum extendisse dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem: Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Quid est quod legitur: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum? Sed hoc per hypothe- *Hier. 15.* sin dicitur, i. si starent, quemadmodum ali- *Luc. 16.* bi dicitur. In his omnibus inter nos & vos chaos magnū firmatū est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, nō possint, neque inde huc transmeare, i. si uellent non possent.

Mali iam mortui orant quidem, sed nō *Oratio malorum defunctorum* exaudiuntur, neq; prō se, neq; pro aliis: Vnde diues mortuus, qui sepultus est in inferno clamabat dicens: Pater Abraham, mise- *Luc. 16.* rere mei, & mitte Lazarū, ut intingat extremū digiti sui in aquā, vt refrigeret linguā meā, quia crucior in hac flāma. Et dixit illi: Fili recordare, qa recepisti bona ī uita tua & Lazarus similiter mala: nunc autē hic cōsolatur, tu uerò cruciaris. Rursus ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domū patris mei, habeo. n. quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos

eundum sententiam ueritatis descendit in domum suam iustificatus, Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

Oratio pia. *Ioan. 16.* Quòd debeat esse pia, vt petat ea quę pertinent ad aïæ salutē, dñs ait; Petite, & accipietis, ut gaudiū uestrū plenū sit. Quicquid. n. petieritis patrē in nomine meo, i. in nomine Christi Iesu, hoc est, in nomine saluatoris, quod uidelicet pertineat ad salutem, fiet utiq; uobis, si pro uobis pietatis, prout petere debeatis, fiet, inquam, in præsenti uel in futuro.

Psal. 140. *Oratio deuota ut sit* *Psal. 140.* Quòd aūt debeat esse deuota, ut suauiter tanq̄ incēsum redoleat, Psalmista demōstrat; Dirigatur, inqt, oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Hoc incensum indignū odorē suauitatis offertur, de quo alibi legitur, Ascēdit fumus *Apoc. 12.* *Eccle. 10.* incensorum de orationibus sanctorū in cōspectu domini. Prouidendū ergo, ne muscæ morientes perdant suauitatem unguenti, id est, ne importunæ cogitationes tollant deuotionem orationis.

Oratio intenta. *Psal. 36.* *Psal. 41.* *2. Par. 20.* Quòd debeat esse intenta, ut nō tam ex ore, quàm ex corde ꝓcedat, dicit scriptura: Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Apud me, inquit, oratio mea. Deo uitę meæ. Talis fuit oratio Iosaphat, qui, sicut legitur in Paral. totū se cōtulit ad rogandū dñm. Vnde An*1. Reg. 1.* na loquebatur ī corde suo, tātūq; labia *Eccles. 18.* eius mouebātur, & uox penitus non audiebatur, effundēs aīam suā in cōspectu dñi. Scriptum est enim; Ante orationem præpara animā tuā. Expedit tñ, ut deuotionē cordis, oris ꝓnunciatio comitetur. Quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni.

Compendiosa oratio. *Matth. 6.* *ibidem.* *Luc. 22.* *Luc. 6.* Quòd debeat esse compendiosa, dñs ait; Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici: putāt. n. q̄ in multiloquio suo exaudiant. Vnde, ꝓtinus discipulos suos breuē edocuit orationē, dicēs: Sic orabitis: Pater noster q̄ es in cęlis. Hinc alibi legitur: Nō iteres uerbū ī oratione tua, q̄m in multiloquio nō deerit peccatum. Quid est ergo quod legitur, quod & ipse dominus factus in agonia ꝓlixius orabat? Et, Erat pnoctans in oratione Dei? Verū non inutile multiloquiū intelligitur, quando oratio est deuota, sed multiloquiū intelligitur, cū ex inutili prolixitate uerborū oratio tædiosa efficitur.

Quòd debeat esse assidua, dicit Paulus: Sine intermissione orate fratres. Iuxta quod Veritas ait; Oportet semper orare, & nunquā deficere. Q̄m ut Iacobus ait: Multū ualet deprecatio iusti assidua, nā oratio iusti impinguat altare. Vnde & oratio sine intermissione ab ecclesia pro Petro fiebat ad Deum, & fuit à carcere liberatus. Propterea dominus præcepit: Petite, & dabitur uobis, quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur uobis. Hine est quod ille, qui pulsans perseuerauerat, ab amico panes obtinuit, ꝓpter improbitatem eius, quotquot habuit necessarios: & uidua, quæ iniquo iudici molesta fuerat, per eum ab aduersario meruit liberari. Tantæ nanq; uirtutis est orationis instātia, ut à Deo extorqueat, quod ipse expresse negauerat, sicut in libro Iudicum dicitur. Non addam ultra, ut liberem uos. Ite & inuocate Deos quos elegistis, ipsi uos liberēt in tempore angustiæ. Dixeruntque filij Israel ad Deū; Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Qui doluit super miseriis eorū, & per manū Iephtæ liberauit eos de manibus filiorum Amon. Hinc est etiā, quod licet dominus respōderit mulieri Chananææ: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus, quia tamen illa non cessauerat post ipsum & discipulos suos clamare, dicens. Etiam domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum, audire meruit; O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis.

Assidua oratio. *1. Thess. 5.* *Luc. 18* *Iac. 5.* *Act. 12.* *Luc. 11.* *Luc. 8.* *Ibidem.* *Iudic. 10.* *Matt. 15.*

Quòd autem debeat esse discreta, ipse Christus perhibet dicēs: Quærite primū regnū Dei & iustitiā eius, & hec oīa adijcientur vobis. Vnde fideles sic docuit, dicens; Adueniat regnū tuū. Fiat uoluntas tua, sicut in cęlo & in terra. Panē nostrū quotidianum da nobis hodie. Ostēdens quod discretè petenda sunt, ęterna quidē in præmium. unde, Adueniat regnū tuum: spiritualia uerò ad meritum. unde, Fiat uoluntas tua; temporalia uerò ad sustentationem. unde, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Oratio discreta. *Matth. 6.* *Ibidem.*

Discretè quoq; petendum est, ut liberemur à malis præsentibus præteritis, & futuris. De præteritis dicitur: Dimitte nobis debita nostra. De præsentibus: Libera nos à malo. De futuris: Et ne nos inducas in tentationem.

Qui taliter orat, nonnunquam obtinet apud dominum, nō solum id quod petit, sed aliud quidē, & amplius. Quemadmodum & Zacharias, qui cū ingressus fuisset templum Domini, & omnis multitudo populi hora incesi foris orāret, audiuit ab angelo: Ne timeas Zacharia ecce audita est oratio tua, & Elizabet vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Ezechias quoque quū ægrotasset, & audisset Esaiam Prophetam dicentem, Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non viues: cōuertit faciem suā ad parietem, & orauit ad dominum fletu magno, statim per eundē Prophetam audiuit: Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationē tuā, & vidi lachrymas tuas. Ecce sanaui te, & addam diebus tuis quindecim annus, & de manu regis Assyriorum eruā te, & protegam vrbem istam. Signum quoque mirabile factum est, vt sol reuerteretur decem gradibus in horologio, ad petitionem ipsius, quemadmodum ad petitionem Iosue, sol vnius diei spatio in medio, cœli stetit. Sic & Salomon audiuit à domino: Quia postulasti verbum hoc, & non postulasti tibi diuitias, nec dies multos, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad faciendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum, vt nullus ante te tui similis fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit tui similis ī regibus cunctis retro diebus.

Luc. 1. *Esai. 38.* *2. Para. 1.*

Precū indignitas. Preces autem indignæ sunt aliquando propter personam, aliquando propter causam, aliquando propter intentionem, aliquando propter modum, aliquando propter ordinem, aliquando propter finem. *Propter personam.* Propter personam indignæ sunt preces, sicut dominus ait per *Esai. 1.* Esaiam: Cum multiplicaueritis orationem, nō exaudiam, manus. n. vestræ sanguine plenę sunt. Nec tñ propter personā eius qui orat, verum ēt propter personā illius, pro quo oratur. Iuxta quod dñs præcepit Hieremiæ: Noli orare pro populo isto. *Hier. 7.* *Propter causam.* Propter causā indignæ sūt preces, iuxta quod Apostolus Iacobus ait: Petitis, & nō accipitis, eò q̃ malè petatis, vt videlicet, in concupiscentiis vestris insumatis. Adulteri, nescitis q̃a amicitia huius mundi inimica est Dei? De tali oratione dicitur: Quum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. *Iac. 4.* *Psal. 108.* *Propter intentionem.* Propter intentionē indignæ sunt pces, quales erant illius, qui aixit ad dnm: Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecū hæreditatē. At ille dixit: Homo, quis me constituit iudicem, ac diuisore super uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia. *Luc. 12.* *Propter modum.* Propter modum indignæ sunt pces, quales erāt Simonis Petri, qui cū audisset, quod Christus pati & occidi deberet, impudenter & carnaliter sapiēs ait illi: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Vnde audire promeruit: Vade post me satana, quia nō sapis ea q̃ sunt Dei. *Matt. 6.* Sic & Elias quum peteret animæ suæ ut moreretur, propter modū indignè petiuit; quia ꝓpropterè ante tēpus mori voluit, vnde nō exaudiri meruit. *Propter ordinem.* Propter ordinē indignæ sunt pces, quales fuerut filiorū Zebedæi, qui per matrē submissam petierunt præmiū ante meritum, & ante pugnā coronam. Nam quū illa dixisset: Dic, vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dextram, & alius ad sinistrā tuā in regno tuo, respōdit illis Iesus: Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Dicūt ei, Possumus. Ait illis, Calicē q̃dem meū bibetis, sedere aūt ad dexterā meā vel sinistram non est. meum dare vobis, sed quibus paratū est à patre meo. *Matt. 20.* Quoniā, vt Apostolus ait, Nemo coronabitur, nisi q̃ legitimè certauerit. *2. Tim. 2.* *Propter finem.* Propter finē indignæ sunt preces illæ, quas dominus reprobat dicēs. Quū oratis, non oretis sicut hypocritæ, qui amant primos recubitus in synagogis, & in angulis platearū stātes orāt, vt videantur ab hoībus. *Matth. 6.* Amē dico vobis, receperunt mercedē suā. Tu aūt quū oraueris, intra in cubiculū tuum, & clauso

ostio

ostio in absconditω ora patrē tuū, & pa-
tuus qui videt in abscōdito, reddet ti bi.
Quæ orationem impediant. Denique principaliter tria sunt inter cætera, quę orationē ad Deū trāsire nō sinunt videlicet sartago, murus & nubes. Hoc est, cōcupiscentia carnis .i. luxuria, in qua velut sartagine caro frigitur. Cō cupiscentia oculorū .i. cupiditas, in qua opes velut lapides in muro congerunt. Et superbia vitæ .i. iactantia, quæ velut nubes sine aqua circumfertur à ventis.
1. Ioan. 2. De quibus Ioānes Apostolus ait. Quic-
Ezech. 4. quid est in mundo concupiscentia carnis est. & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. De tali sartagine legitur: Et tu fili hominis, sume tibi sartaginē ferrea, & pones eam inter te & ciuitatē; & obfirmabis faciem tuam ad eam. De
Psal. 17. hoc muro dr: In te eripiar à tētatione, & in Deo meo transgrediar murum. Et de hac nube legitur, Opposuisti tibi nubem, ne pertranseat oratio tua. Vel potius, Sartago ferrea est mentis duritia;
Thren. 3. Murus fictilis iniquitatis defensio: & Nubes obscura, mentis caligo. Quę procul dubio non permittunt orationem ad aures domini peruenire.

Quot modis oretur. Cęterū, oratur corde, oratur ore, oratur opere. De oratione cordis dicit A-
1. Cor. 4. pos. Orabo spiritu, orabo & mēte: psallā spiritu, psallam & mente. De oratione oris Inquit Psalmographus; Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. De oratione operis Sapiens protestatur. Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te quia non desinit orare, qui nō desinit benefacere.

Gestus orantium. Item quidam iacēdo orant quidam sedendo, & quidam stando. Iacens ora-
2. Reg. 2. uit Dauid, qn̄ deprecatus est pro paruu-
Esa. 38. lo dn̄m, & ingressus seorsum iacuit super terram. Similiter & Ezechias, quia
Exod. 17. iaciens in lecto conuertit faciem ad parietem, & orauit ad dn̄m. Qui ait illi: Audiui orationem tuam & vidi lachrymas tuas, & ecce sanaui te. Sedens aūt Moyses super lapidem, quem Aaron & Hur supposuerant ei; orabat quando Iosue Amalech superauit. Helias etiam quū sederet subter vnam iuniperum, orauit
3. Reg. 19. dominum, & petiuit animæ suæ, vt mo-
Luc. 8. reretur. Stans aūt à longe Publicanus orabat, nec audebat oculos ad cælū le-
uare. Iudith quoq; stans ante lectū Ho- *Iudit. 3.*
lofernis orabat dn̄m, vt confortaret eā. Rursus quidā orant oculis ac manibus eleuatis in cælum, quidam genibus & capite deflexis in terrā quidā corpore curuati, & quidā oīno pstrati. Eleuatis in cęlum oculis Christus orauit, qn̄ Lazarū suscitauit. Et qn̄ dixit Pater, clarifi- *Exod. 15.*
ca filium tuū. Expansis manibus orauit *Ioan. 11.*
Moyses, qn̄ Iosue Amalech superauit, Vnde Propheta ait; Leuemus corda nostra cum manibus ad dn̄m in cęlis. Flexis genibus orabat Apostolus, qui dicebat, Flecto genua mea ad Deum & pa- *Ephes. 3.*
trem dn̄i nostri Iesu Christi, ex quo oīs paternitas in cælo & in terra nominatur. Et Hælias in vertice Carmeli pronus in terram posuit faciē suam inter *3. Reg. 18.*
genua sua, orans dn̄m, vt daret pluuiā super faciē terræ & facta est pluuia grādis. Incuruatus est Helisæus & orauit, qn̄ incuruauit se super puerū, & orauit *4. Reg. 4.*
dn̄m, & calefacta est caro pueri. Helias et expandit se super puerum & mensus est, dicēs: Dn̄e Deus meus, reuertatur oro a.a pueri huius: & audiuit dn̄s vocem *3. Reg. 17.*
Heliæ. Prostrati aūt orauerunt viginti- *Apoc. 5.*
quatuor seniores qui ceciderūt coram agno, habentes singuli citharas aureas, & phiales plenas odoramētorum, quæ sunt orationes sanctorum. Et omnes angelis stabant in circuitu throni vigintiquatuor seniorum & animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum. In his qui iacentes orant, humilitatis notatur affectus, ad quem præcipue recordatio humanæ conditionis inuitat. Hinc ille dixit: Memento quæso quod sicut *Iob. 10.*
lutum feceris me, & in puluerem reduces me. In his quis sedentes orant, contemplationis ocium designatur, de quo legitur quod cum dominus dedisset Dauid requiem ab omnibus inimicis suis, ingressus sedit coram domino & ait; Quis ego sum domine Deus *2. Reg. 7.*
meus, & quæ domus mea, quia deduxisti me vsque huc? Tu reuelasti aurem serui tui dicens, Domum ædificabo tibi, propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt te oraret hac oratione.

Nam & si homo in oratione deuota loquatur Deo, nihilo minus tamen in ipsa pariter & ex ipsa contemplationis degustat dulcedinē, dum Deum quasi præsentem deuotus intuetur orator. In his autem qui stantes orant, desiderium patriæ cælestis designatur, ad qđ maxime spes supernæ promissionis inducit, propter quod ille dixit. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hi denique qui flexis genibus, sed expāsis manibus & oculis eleuatis orant, illam sequuntur quæ dici in Canticis: Trahe me post te, Curremus in odore vnguentorum tuorum.

Psal. 121.

Cant. 1.

De vicibus & horis orandi.

Dan. 6.

Porrò, secundum exempla veterum ter aut septies in die est orandū. Nā Daniel ingressus domū suā, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem tribus tēporibus in die flectebat genua sua & orabat, confitebaturq; corā dño Deo, sicut & antea facere consueuerat. Vnde & Psalmistas: Vespere & manè & meridie, narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam. Idem quoq; dixit de se. Septies in die laudem dixit tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Quem numerū etiam nunc Ecclesia in horis Canonicis obseruat. Ter. in die, propter fidem indiuiduæ Trinitatis, & septies inter diē & noctē, propter dona spiritus septiformis, qui orātes, in fine per dona gratiæ illuminat & illustrat. Verum secundum testimonia scripturarū, ter est orādū de nocte, in principio, in medio, & in fine. De principio nanq; dicit propheta: Cōsurge, lauda de nocte in principio vigiliarum tuarum, effunde sicut aquam cor tuum ante cōspectum domini Dei tui. De medio dicit Psalmista: Media nocte surgebam ad cōfitendū tibi. De fine propheta dixit. Surge diluculo; multa est fides tua. Et Psalmographus ait: Mane oratio mea præueniet ad te. Vt sic, fidelis anima in oratione pernoctet, cōtra tentationes principium tenebrarū, iuxta quod dñs præcipit: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Omnibus aūt orandi horis pfertur diluculū, de quo Psal. dicebat: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et Sapiens protestatur; Iustus cor suum tradet ad vigilādū diluculo, ad dominū qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. In qua hora Iacob, qui tota nocte luctatus fuerat cū angelo, meruit benedici.

Psal. 54.

Psal. 118.

Thren. 2.

Psal. 118.

Thren. 3.

Psal. 87.

Matt. 26.

Psal. 26.

Eccle. 39.

Gen. 32.

Locus orandi.

Licet autem in omni loco possit fidelis orare, competentius tamen in templo, in alto, & in occulto. Nam de tēplo dominus ait: Domus mea domus orationis vocabitur. Et Salomō; Cum venerit ergo & orauerit in loco isto, tu exaudies in cœlo, domine, in firmamēto habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te. In altum autem Iesus cōsueuit ascendere ad orationē, de quo legitur, quod ascēdit in mōtē solus orare. Ideoq; locum ad orandum commendat occultum. Tu autem, inquit, cū orabis, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Nam & Christus de loco adorationis à muliere Samaritana interrogatus, respondit. Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc neque in Hierosolymis adorabitis patrem, sed veri ad oratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Sic reprobās & Samaritanorum errorem, qui dicebant non esse locum adorationis nisi in Garizym; & Iudæorum, qui asserebant non esse locum orandi Deū nisi in Hierusalem. Specialiter tū Deus in templo est adorandus, secundum illud: Adorate dominum in aula sancta eius. Specialiter quoque ad Orientem sicut legitur: Ad ortum lucis oportet adorare, vt nobis adorātibus dominū, oriatur lux iustitiæ vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Assistunt enim in sacris basilicis angeli Dei fidelibus adorantibus, vt deuotas eorum orationes offerant Deo, secundum illud: In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Matt. 21.

3. Reg. 8.

Matt. 14.

Matt. 6.

Ioan. 4.

Psal. 121.

Sap. 18.

Ioan. 1.

Psal. 137.

TITV-

TITVLVS PRIMI PSALMI Pœnitentialis talis est.

In finem Psalmus David pro octaua.

Tituli huius explicatio.



Cum omne tēpus, septem dierū repetitione decurrat, per octauā intelligitur dies vltima, resurrectionis uidelicet & iudicij. præsignata per diē circūcisionis octauū. Quia alia quoq; ratione censetur octauus q̄ scilicet, post septē huius seculi ætates, succedet octaua quiescentiū * cū sexta militantiū cōcurrēte: quæ in primo incepit aduētu: & vsq; ad vltimū perdurabit. Ideo etiā ꝑ octauā dies iudicij designatur, q̄a post duas vitas, per septenariū designatas, succedet. Sicut enim duæ sunt hominis partes exterior scilicet, quę est corpus, & interior quæ est spiritus: ita duæ sunt eius vitę, vna corporalis, qua corpus viuit, & alia spiritualis qua anima viuit ex Deo. Hæ duæ vitę per septenarium designantur, ꝓpter duas partes ipsius quaternariū, q̄ refertur ad corpus, propter quatuor elementa, videlicet terram, ignem, aerem, & aquam, ex q̄bus componitur ipsum corpus, & ternarium, qui refertur ad spiritum propter tres pares ipsius, videlicet rationabilem, irascibilem & concupiscibilem, in quibus spiritus ipse subsistit, cum & in corpore hominis quatuor sint humores qui secundum quatuor anni tempora disponuntur, & in spiritu tres proprietates existāt ꝑ quas assimilatur indiuiduæ Trinitati Post has itaque duas vitas, tanq̄ octaua post septenarium, dies iudicij subsequetur in qua iustus iudex vnicuiq; pro meritis respōdebit. Vnde timens peccator pœnitens clamat & orat: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.

Sensus itaque tituli talis est, Psalmus iste dirigens nos in finem, id est, Christum, qui est, fidelium cōsummatio, in præsenti quidem seculo ad iustitiam, & in futuro seculo ad coronā, attribuitur Dauid, id est, homini pœnitenti de suis peccatis, in cuius persona Dauid loquitur in hoc Psalmo, Psalmus, inquam, compositos pro octaua, id est metu iudicij, quod in octaua resurrectionis agetur. In quo uidelicet psalmo est deprecatiua confessio, quoniam in eo culpa conceditur, & venia postulatur. Quæ licet apud iudices seculares sententiam cōdemnationis iudicat, apud Deum tamen absolutionis sententiam promettetur.

PSALMI PRIMI POEnitentialis Elucidatio.

Domine ne in * ira tua arguas me, neque in * furore tuo coripias me. ** Furore tuo. * ira tua.*

Psalmus iste secundum translationem, quam Romana tenet Ecclesia, continet nouem uersus, per quos pœnitens gradatim ascendit ad nouem ordines angelorum, quia maius est gaudium angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. *Luc. 15.* Quamuis & numerus decem uersuum, quos iuxta aliam translationem habere dinoscitur, bene cōgruat rationi, quoniam homo qui cecidit per offensam resurgit per pœnitētiam vt, ꝑ eum ordo decimus restauretur. Merito etiā iste Psalmus tres habet ternarios, quia pęnitentia tres debet hābere partes. *Partes pœnitentia tres.* Contritionem in corde, cōfessionem in ore, & satisfactionem in opere: quamlibet autem ternario subdistinctā: quoniam in contritione debet habere pœnitens timorem de pęna, dolorem,

lorem de culpa, & amorem de gratia, In confessione debet exprimere veritatem, de facto, de numero, & modo. In satisfactione, debet oratione diligere ad Deum, eleemosynam ad proximum, ieiunium ad seipsum. Nouem quoque versus sunt in hoc Psalmo, propter nouem diuersitates peccatorum de quibus pœnitens debet dolere, videlicet propter originale peccatū mortale, & veniale. Hæc sunt Serpens, mulier, & vir Serpēs, idest, concupiscentia suggerit originaliter, Mulier, id est delectatio comedit venialiter. Vir, id est ratio cōsentit mortaliter. Item peccatum cogitationis, locutionis, operis. Cogitationis in corde, locutionis in ore, operationis in cōsuetudine. Hæc est moris in domo mors in porta mors in sepulchro. Rursū peccatum fragilitatis, simplicitatis malignitatis. Fragilitatis per impotentem simplicitatis per ignorantiam, & malignitatis per inuidentiam. Hoc est, peccatum in patrem, in filium, & in spiritum sanctum. In primo ternario pœnitens timet & orat. In medio, gemit & plorat. In ultimo, gaudet & optat. Timet & orat pro amouenda duplici pœna, pro curanda duplici plaga, & pro tollenda duplici mora. Pro pœna ppetua & transitoria, quā ostendit in primo versu dicēs. Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Ac si dixisset apertius: Ne arguas me in ira cōdemnādo in futuro, neque corripias in furore, puniēdo me in pñti. Pro plaga corporali & spirituali quā ostēdit i secūdo versu dicēs, Sana me domine quia cōturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est ualdē. Ac si dixisset apertius: Sana me ab ægritudine corporali, quoniā cōturbata sunt ossa mea: Ab ægritudine spirituali quoniā aīa turbata est valde. Pro mora miseriā auferēdi & gloriā cōferēdi, quā ostēdit in tertio uersu dicēdo: Et tu domine usquequo. Conuertere domine, & eripe animā meā saluū me fac propter misericordiā tuā. Ac si dixisset apertius: Et tu, domine usquequo differs sanare: quasi dicat, ne moreris, sed eripe animā meā à præsenti miseria. Itemque: Cōuertere me, quasi dicat, ne moreris, sed saluum me fac in futura gloria.

Nouem peccatorum diuersitates.

Luc. 7. Matt. 9. Ioan. 1.

Audisti, quomodo pœnitēs in primo ternario timet & orat audi quomodo ī secundo ternario gemit & plorat. Laboraui, inquit, in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū meū, lachrymis meis stratū meū rigabo. Gemit & plorat pro mētis obliuionē, & pro laudis suppressionē. Propter obliuione mētis, quā reprobis est i morte, & pro suppressione laudis, quā dānatis est in inferno. De quibus in quarto uersu pmittit dicēs. Quoniā non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autē, quis cōfitebitur tibi? Ac si dixisset apertius, Ideo laboraui in gemitu meo, quoniā nō est in morte, i. in mortali peccato, qui memor sit tui, hoc est quī meminerit legis tuę, quā præuaricādo cōtēnit, & ideo lauabo per singulas noctes lectū meū, cum in inferno, i. in barathro desperationis, quis cōfitebitur tibi? quasi dicat, nullus omnino, quoniā de tua pietate diffidit. Vel in morte, i. i statu pctōris iā mortui, nō est qui sit memor tui ad salutē. In inferno autē, i. in loco gehēnalis supplicij, quis confitebitur tibi? quasi dicat. Nullus ad laudē. Itē gemit & plorat, pro turbatū iudiciū discernendi, & pro inueteratū exercitiū offendēdi, de quibus in sexto versu subiungit. Turbatus est præ ira oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos, Ac si dixisset apertius, Oculus meus uidelicet intellectus turbatus est, i. obscuratus præ ira, quę impēdit rationē. Et ite inueteraui, præ longa peccandi consuetudine, iter oēs inimicos meos, id est, uitia & peccata quæ sunt mihi inimica.

Audisti quō pœnitēns in secundo ternario gemit & plorat, audi quō ī tertio gaudet & optat. Gaudet quod sit exauditus in tribus uidelicet in fletibus, in orationibus i precibus. In fletibus pro pœna tollenda, in orationibus, pro culpa delenda, in precibus, pro gratiā cōferenda. De fletibus exauditis pmittit. Exaudiuit dominus uocē fletus mei. De precibus receptis adiūgit. Exaudiuit dominus deprecationē meam. De orationibus admissis supponit. Dominus orationē meā assūpsit. Optat inimicis ex charitate cōpunctionis

ctionis dolorẽ, cõfessionis erubescentiã & pudorẽ, & satisfactionis laborẽ. Dolorẽ cõpunctionis, cũ dixit, Conturbentur, pudore cõfessionis, cum ait: Erubescãt, satisfactionis laborem, ubi dicit: Conuertantur, & hoc valde velociter, vt protinus liberentur.

Sex uero petitiones facit pœnitẽs in hoc Psalmo, duas ex timore pœnę, psentis videlicet & futuræ, de quibus ait; Domine, ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Itẽ duas præ dolore culpæ, corporalis videlicet & spiritualis, de quibus addit: Miserere mei domine, qm infirmus sum: sana me dñe, quoniam cõturbata sunt oĩa ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo? Rursus duas pre amore gratiæ, liberãtis videlicet, & saluãtis, de quibus subiungit. Conuertere dñe & eripe aĩam meã, saluum me fac pp misericordiã tuã. In quibus tres timores notantur, seruilis, initialis, & filialis. Singulis aũt petitionibus singulas reddit causas: Ne, inquit, arguas me in ira tua, qa nõ est in morte qui memor sit tui. Neq; in furore tuo corripias me, qm in inferno qs cõfitebitur tibi? Rursus: Miserere mei dñe quoniam laboraui in gemitu meo. Sana me domine, qm lauabo per singulas noctes lectũ meũ, & lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Itẽ: Conuertere dñe & eripe animã meã, quia conturbatus est præ ira oculus meus. Saluum me fac ppter misericordiã tuã, quoniã inueteraui inter oẽs inimicos meos. Nec tñ despero miserabiliter, sed spero misericorditer, dicẽs: Discedite à me oẽs qui operamini iniquitatẽ. Ostẽditq; pœnitens, se in illis petitionibus exauditũ. In primis, qm exaudiuit dominus pater vocẽ fletus mei. Et in secundis, quoniã exaudiuit dominus filius deprecationẽ meã. In tertijs autem, quia dominus spiritus sanctus orationem meã assumpsit. Erubescant igitur & conturbentur vehemẽter omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.

Triplex timor.

Vt aũt pœnitẽs facilius obtineat qđ implorat, captat beneuolentiã. Primò à persona iudicis, per eius potẽtiã, vbi dicit, Domine ne in ira tua arguas me, & per ipsius misericordiã, vbi dicit: Saluũ me fac ppter misericordiã tuã. Secũdò à re ipsa, quia infirmitatẽ habet in carne, de qua dicit: Conturbata sunt ossa mea, & infirmitatem habet in mente, de qua ait: Anima mea turbata est valde. Tertiò, ab opportunitate tẽporis, vnde ait: Qm non est in morte qui memor sit tui: & ab opportunitate loci, vbi addit. In inferno autẽ quis confitebitur tibi? Quartò, à ppria persona, pp interiorẽ deuotionẽ. cũ ait: Laboraui in gemitu meo. Propter carnis mortificationẽ, cũ addit. Lauabo per singulas noctes lectũ meum, & lachrymis meis stratum meũ rigabo. Propter cordis turbationẽ, vnde supponit: Turbatus est in ira oculus meus. Propter separationẽ malorũ, vnde, Discedite à me oẽs qui operamini iniquitatẽ. Et propter inimicorum dilectionẽ, vnde, Conturbentur omnes inimici mei, conuertantur & erubescãt valde velociter. Itẽ Psalmus incipit à timore, quoniam initium sapientiæ timor domini. Definit autem in charitate, qm finis præcepti charitas. Ex timore nanq; pœnitens petit a domino in principio ne arguat illum in irã, neque corripiat illũ in furore. Ex charitate uerò inimicis suis optat in fine, ut erubescant, conturbẽtur, & conuertantur. Et hic est finis omnis cõsummationis, sicut in alio Psalmo legitur, videlicet charitatis, quod mandatum latum nimis, quoniã ad inimicos extenditur, iuxta quod dominus præcepit, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Rectè ergo timor incipit, & charitas perficit, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Incipit ergo a timore, & desinit in amore. Incipit à tristitia, & definit in lætitia. Dicit ergo:

Captatio beneuolentia.

Eccles. 2. *1. Tim. 1.* *Psal. 318.* *Luc. 6.* *1. Ioan. 4.*

Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Ac si diceret, Tu es Deus meus, iudex meus, medicus meus, dux meus, defensor meus, saluator meus. Quia tu es Deus meus, ideo formido te dicẽs: Dñe ne in furore tuo arguas me. Quia tu es iudex meus, supplico à te. Sana me domine, quoniã cõturbata sunt ossa mea, & aĩa mea turbata

bata est valde. Quia tu es dux me°, ideo
desiderio te sequi dicēs: Cõuertere dñe.
Quia tu es defensor meus, ideo auxiliũ
à te postulo, dicēs: Eripe animam meã.
Quia tu es saluator meus, ideo salutē
flagito dicēs: Saluũ me fac ꝑꝑ misericor
diã tuã. Tu ergo dñe ne ĩ ira tua arguas
me, neq; ĩ furore tuo corripias me. Dic
mihi ò peccator, qui indulgentiã deside
ras ꝓmereri, qua rõne ꝓsumis ꝯfiteri ĩ
ipso Deo irã & furorē esse, dicēdo: Dñe
ne in ira tua arguas me, neq; in furore
tuo corripias me: quũ non ad misericor
diã, sed ad irã, nec ad benignitatē, sed ad
furorē soleat prouocari, qui audit se ira
cundũ, censeri aũt etiã furibundum: qm
hoc videt non ad gloriã, sed ad iniuriã,
nõ ad laudē, sed ad vituperiũ redunda
re. Diceres saltē: Ne arguas me in ira, ne
que in furore corripias, vt ad maiore ex
pressionē non adderes, In tua videlicet,
vel, In tuo: q̃a minus forsan horresceret
intellectus, & magis sustineret auditus,
si hoc diceres absq; illo. Quis.n. nunc ve
rè fidelis æquanimiter ferat & patiēter
auscultet, furorē & irã dño suo ascribi,
maximè, quē mitissimũ & benignissimũ
esse nouit? Præterea quũ petas alibi ab
Psal. 142. illo: In veritate tua, exaudi me in tua iu
stitia, & hic dicas: Ne in ira tua arguas
me, neq; in furore tuo corripias me, ꝑ
fectò videris innuere, quod eius ira exce
dat iustitiã, & furor exuperet veritatem,
quod nefas est sentire de illo, q̃ iudicat
orbē terræ in iustitia & populos in æq
tate. Quumq; scriptura de illo testetur:
Tu aũt Dñe virtutũ cũ trãquillitate iu
Psal. 97. Sap. 12. dicas, tu q̃s es, qui audeas ei dicere: Dñe
ne in furore tuo arguas? Cur, inquit, ob
lectionibus me fatigãs & q̃onibus artas,
cũ tãtus sit metus de pena, tãtus sit mœ
ror de culpa, vt inter timoris & doloris
angustias, quasi mente confusus, vix va
Luc. 6. leã respõdere? Nã ex abundantia cordis
os loquitur, & idcirco illa egrediuntur
de ore, q̃ geruntur in corde, vnde verba
mea timore sunt plena & dolore. Quæso
tñ ne arguas peccatorē, neq; corripias
pœnitētē, quod talibus verbis fatur de
Deo, quũ ipse Deus talibus verbis loqua
tur de se ꝑ Ezechielē prophetã, dicēdo:
Ecce, inquit ad terrã Israel, de ꝓpinquo
effundã irã meã sup te, & cõplebo furo
rē meũ in te. Quur ergo dubitet homo
loqui de Deo, q̃d loquitur ipse Deus de
se, quũ ab illo didicerit quid de ipso lo
quatur? Verũ ad loquendũ de creatore
verba hæc transsumit homo de creatu
ris, qm idonea verba non habet, quibus
secundũ proprietatem suã loquatur de
Deo; & ideo peregrina verba mendicat,
vt scilicet per quandã similitudinē loqua
tur de illo. In creaturis siquidē ira, est fu
ror animi, de interioribus ad exteriora
prorumpens, quum quis ob illatã iniu
riã pcogitatã vindictã desiderat adim
plere. Furor aũt est vehemens cõmotio
indignantis, quũ gestit aduersus alium
effundere totam iram interdũ verò vnũ
accipitur pro altero, sicut hic secũdum
vnam translationē habetur: Dñe ne in
furore tuo arguas me, neque in ira tua
corripias me. Secundum alterã dicitur:
Dñe ne in ira tua arguas me, neq; in fu
rore tuo corripias me. Quoniã ex Greco Ira & furor quomodo tribuantur Deo.
furor idē est quod ira, vnde vtrunq; legi
tur in scripturis, & ira furoris, & furor
iræ. Porrò dicendo furorē & irã de Deo,
non significo affectũ alicuius turbatio
nis in eo, de quo nõ possunt ista, nisi di
uinam essentiã prædicare; sed consigni
fico effectũ uehementis turbationis in
homine, in quē merito peccatorũ suorũ
talia exercentur. Dicit ergo pœnitens:
Domine, qui omnia potes, cui nihil om
ninò resistit, ne arguas me in ira tua, id
est, ne me iudices, & conuincas ad instar
irati, qui ob illatã iniuriam pręcogitatã
vindictã nititur exercere. Neq; corripias
me in furore tuo, id est, ne me punias, &
flagelles, more furentis, qui uehementi
indignatione cõmotus conatur effun
dere totã irã, quia si secundũ exigentiã
meritorum meorũ uelles agere mecũ,
ꝑfectò non possem subsistere ante faciē
irę tuę, nec impetũ sustinere furoris tui,
quum tam multa & magna, enormia, &
grauia sunt peccata, scelera, delicta & cri
mina mea, quibus ego ingratus, & iram
merui & furorem, q̃ non esset pœna suf
ficiens, aut vindicta condigna, etiam si
ignis de cœlo descendens me totũ cõsu
meret, vel terra os suũ aperiens, degluti
ret me uiuũ. Volo tamē & cupio, opto
& de-

& deposco, ut in præsenti me arguas & corripias in spiritu lenitatis, quia pater filium quẽ diligit, corripit, & tu quẽ amas, arguis & castigas: ne in futuro tu domine, qui potes & corpus & animã perdere in gehennã, arguas me in ira tua, quantũ ad cõdemnationis sententiã: neq; corripias me in furore, quantũ ad perditionis gehennã. ne uidelicet arguas me in iudicio, & corripias in inferno. Ne quis autẽ intelligat de iudicio saluationis, adiũgo, In ira tua, quoniã idem ipse iudex & aduocatus, accusator & testis, contra reprobos allegabit: Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: hospes erã, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non uisitastis me. Tunc respõdebũt ei impij dicẽtes: Domine, quãdo te uidimus esurientẽ, aut sitientẽ, aut hospitẽ, aut nudũ, aut infirmũ, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico uobis, quãdiu nõ fecistis uni ex minimis meis, nec mihi fecistis. Neque corripias me, id est, punias in inferno. Sed si quis intelligat pœnã leuem & transitoriã, adiũgo: In furore tuo, id est, in igne inextinguibili & æterno, de quo terribiliter intonabit: Ite maledicti in ignem æternum, qui pr̨paratus est diabolo & angelis eius. Re uera dies illa, dies iræ, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies turbinis & caliginis, dies furoris & terroris. In quo si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Quia ergo horrendum est nimis in manus Dei uiuentis incidere, ideirco clamo tremens & dolens: Domine ne in furore tuo corripias me, neque i ira tua arguas me. Certè si cum omni tranquillitate me argueres in iudicio, nõ possem liberari: quia si innocentem me ostẽderem, prauum me esse cõprobares, quãtò minus liberari ualerẽ, si argueres me in ira tua? Ergo ne intres in iudiciũ cũ seruo tuo, qui non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuẽs.

Apoc. 3. *Matt. 25.* *Matt. 25.* *Sophon. 1.* *Esai 53.* *Heb. 10.* *Psal. 142.*

Sanè irascitur pater, irascitur dominus, & irascitur iudex. Pater irascitur filio, ut illũ corrigat & emẽdet. Dominus irascitur seruo, ut illum puniat & flagellet. Iudex irascitur reo, ut illum reprobet & condemnet. Primã iram postulo adhiberi secundam postulo mitigari, tertiam postulo penitus auerti. De prima legitur: Iratus est, & misertus est nobis. *Grauis est ira Dei, taliter non irasci. Propter quod ait: Zelus meus recessit à te, ultra iam non irascar tibi. De secunda legitur: Mitigasti omnẽ irã tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. Nã cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. De tertia scribitur: Exarsit ignis ab ira tua, & ardebit usq; ad inferna deorsum. Ergo auerte irã tuam à nobis, ut non in æternũ irascaris nobis. Triplex est autẽ ira hominis, naturalis, uenialis, & criminalis. De prima dicitur: Irascimini, & nolite peccare. Hanc irã habe, si *pii patris irã tibi adhiberi desideras. De secunda legitur: Sol non occidat super iracundiã uestrã. Hanc iram tempera, si iustã iram Domini circa te desideras mitigari. De tertia uerò scribitur: Ira uiri iustitiã Dei non operatur. Hanc iram prorsus euita, si seuerã iudicis irã à te desideras prorsus auerti. Omnis enim qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Ira, inquit, illis secundum similitudinẽ serpentis, & furor aspidis insanabilis. Hanc iram & hunc furorem omninò declina, si furorem & iram domini desideras declinare. Dicas ergo:

Irascitur pater, dominus, iudex. *Psal. 39.* *Ezech. 16.* *Psal. 84.* *Psal. 88.* *Triplex ira hominis.* *Psal. 4.* *al. piam.* *Ephes. 4.* *Iac. 1.* *Matth. 5.* *Psal. 57.*

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam cõturbata sunt omnia ossa mea.
Et anima me a turbata est ualde, & tu dñe usquequo?

Redde singula singulis. Ne arguas me in ira, sed miserere mei, quoniam infirmus sum corpore, unde conturbata sunt omnia ossa mea. Ne corripias me in furore tuo, sed sana me, quoniam infirmus sum mente, unde anima mea turbata est ualde. Magna quidem est infirmitas corporis, quoniam turbata sunt omnia ossa mea: sed maior est infirmitas mentis, quoniam anima mea turbata est ualde. Illa enim est pœna, de qua dicit Aposto lus: Vino modico utere propter frequẽtes infirmitates tuas. Hæc autem est culpa, de qua dicit Psalmista: Qui tribulant me

1 Tim. 5.

me domine, tanquam pius & prudens medicus: quia ego sum ægrotus, & tu medicus: ego habeo infirmitatem, tu sanitatē: ego sum infirmus per culpam tu sana me per gratiam: quoniam cōturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde. Anima conturbata corpus conturbat, Salomone testante: Spiritus tristis exiccat ossa. Propter quod alibi dicit: A voce gemitus mei adhæserunt ossa mea carni meę. Quin etiam ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt: quia per quæ peccat homo per hæc & torquetur. Quamdiu enim spina rationis pungit spiritum ex peccato, & vermis conscientiæ mordet animum ex delicto, non solum anima frigitur, & torquetur, sed etiam corpus affligitur & turbatur. Vnde bonum est homini à peccato cessare, non solum propter quietem æternam, quam in futuro seculo præstolatur, verum etiam propter requiem temporalem, quā in presenti seculo experitur; quia secūdum Apostolum, pietas promissionem vitæ habet, quæ nunc est & futuræ. Potest & aliter hoc intelligi, vt per ossa vires mentis intelligantur, quantum ad spiritum, qui fortis est & promptus; & per animam intelligatur sensualitas, quantum ad carnem, quæ est fragilis & infirma. Secundum quod Dominus ait; Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Licet enim spiritus sit anima, distinguitur tamen inter spiritum & animam aliquando, vt spiritus intelligatur pars superior, id est, mens & anima inferior, id est, sensualitas, iuxta quod Apostolus ait; Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens ad diuisionem animæ & spiritus. Dicit itaque pœnitens. Sana me domine, à reatu peccati, & debes profectò sanare, quoniam conturbata sunt ossa mea, id est, vires animæ meę. Vis rationalis, quæ discernit inter bonum & malum, vis irascibilis, quæ abiicit malum, vis concupiscibilis, quæ appetit bonum, conturbatæ sunt omnes ad pœnitentiam salutarem.

Prou. 17.
Psal. 22.

Vis rationalis est turbata, dum ipsa inter bonum & malum subtiliter non discernit. Vis irascibilis est turbata, dum ipsa malum fortiter non abiicit. Vis concupiscibilis est turbata, dum ipsa bonum delectabiliter non appetit. Et ideo conturbata sunt ossa mea, id est, animæ sensualitas turbata est valde, quoniam grādis offensa grauem exigit pœnitentiam, vt quæ carnaliter delectatus offendi, spiritualiter conturbatus pœniteam, quatenus per aliam viam reuertar in regionem meam. Est turbatio timoris & commotionis, de qua legitur; Audiens Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Turbatio furoris & confusionis, de qua dicitur: Turbati sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deglutita est. Turbatio laboris & occupationis, de qua dominus ait; Martha Martha, solicita es & turbaris erga plurima. Turbatio doloris & compunctionis, de qua sponsa ait in Canticis; Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. Turbatio mœroris & compassionis, de qua legitur, quod Iesus turbauit seipsum, & lachrymatus est. Turbatio stuporis & admirationis, vnde; Maria turbata est in sermone angeli, & cogitabat qualis esset illa salutatio. Sunt & aliæ multæ turbationum species, sed omnes reducuntur ad quatuor, videlicet miseriæ, culpæ, pœnæ, & gratiæ, de quibus agit pœnitens in hoc Psalmo. Conturbata sunt, inquit, ossa mea, & anima mea turbata est valde. Turbatus est præ ira oculus meus, conturbati sunt omnes inimici mei.

Luc. 10.
Cant. 6.
Ioan. 11.
Luc. 1.

Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Anima in homine accipitur multis modis, ipsa persona, præsens vita, spiritus rationalis, spiritus animalis, intentio mentis, & sensualitas carnis. De primo; Masculus, cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. De secundo; Non facio animam meam preciosiorem quàm me. De tertio; Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. De quarto; Anima carnis in sanguine est. De quinto; Animam meam in manibus meis porto. De sexto; Turbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Ergo eripe animam meam, id est, spiritum meum, vel me ipsum, & accelera, vt eripias me. Anima namque mea turbata est ad pœnitentiam. Tu ergo domine, qui pius es & benignus, conuertere

Animam multis modis accipi.
Gen. 17.
Act. 20.
Ezech. 18.
Leuit. 7.
Psal. 118.
Psal. 30.

re ad me & ego conuertar ad te: quoniã etsi per Prophetã dicatur: Conuertimini ad me,& ego conuertar ad uos:nisi tamẽ tu conuertaris ad me,ego ad te conuerti nõ ualeo,& nisi tu me præuenias,ego ad te peruenire non possum.Sed quoniã ad perfectã conuersionẽ tu semper paratus existis,sicut Propheta testatur,tanquã diluculũ paratum inueniemus illum, securius dico;Conuertere Domine, id est,fac me perfectè conuerti ab errore ad ueritatẽ,à uitiis ad uirtutes. Porrò , sicut Deus tribus modis se auertit ab aliquo,primo, quãdo spirtualẽ subtrahit illi gratiã,unde alibi dicit; Ne auertas faciẽ tuã à me, secundo,quãdo temporalẽ irrogat ei pœnã.unde est illud: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus , tertio, quando uindictã infligit æternã,unde dicitur.Auerte irã tuã à nobis, nec in æternum irascaris nobis . Ita tribus modis se conuertit ad aliquẽ. Primo,quando gratiã ei spiritualẽ infundit, sicuti hoc loco. Conuertere domine, & eripe animã meã. Secundo, quãdo temporalẽ pœnã remittit.unde est illud. Cõuertere domine aliquantulum,& deprecabilis esto super seruos tuos , Tertio,quãdo salutẽ concedit æternã.unde. Cõuertimini ad me,&ego conuertar ad uos.Ac si diceret. Conuertimini ad me deserendo malitiã,& ego cõuertar ad uos conferendo salutẽ.Et ideo sine difficultate prorsus &mora eripe animã meã à præsenti miseria , & saluũ me fac in æterna gloria , propter misericordiã tuã, de qua solum modo spero, non propter meritũ meũ , de quo nequaquã confido,& ideo non allego meritũ meũ, quod exigit pœnam, sed imploro misericordiã tuã,quæ exhibet gratiã.Ecce peccator iste de culpa sua ualde dolebat,unde dicebat.Aĩa mea turbata est ualde.Indulgentiã postulabat,unde clamabat.Miserere mei domine , quoniã infirmus sũ, nec tamen adhuc iustificationis gratiam obtinebat,unde dicebat . Et tu domine usquequo?Conuertere & eripe animam. Sed dices.Quid exigitur amplius adhoc, ut pœnitens conuertatur , quàm ut ualde doleat de cõmissis,proponens ea fideliter cõfiteri,&à cõmittendis penitus abstinere?Scriptũ.n.est.quacũque hora conuersus fuerit peccator,& ingemuerit omniũ pctõrum nõ recordabor.Et iterũ.Dixi,confitebor aduersũ me iniustitiã meã domino, & tu remisisti iniquitatẽ cordis mei.Cæterũ si ita est, cũ sciat homo quãdo sic pœnitet.scit ergo quãdo conuertitur,& ita quãdo iustificatur.Porrò iustificari nõ potest,nisi prius ei charitas infundatur. iuxta quod Veritas ait : Dimissa sunt ei pctã multa,quoniã dilexit multũ. Nã charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Scit ergo quãdo infunditur ei charitas,quoniã uerũ ẽ quod Apostolus dicit. Nihil mihi cõscius sum , nõ tamẽ in hoc iustificatus sum.Nã & delicta quis intelligit?propter quod orat Dauid. Ab occultis meis munda me domine. Iob nãque dicit.Si.n.simplex fuero hoc ipsum ignorabit aĩa mea.Salomõ quoque ait . Quis dicere potest,mundum est cor meũ.& purus sum à pctõ?Ac si diceret . Nullus, nisi forsan ei sit reuelatũ. Quãdoquidẽ inter infideles sunt aliqui, qui ualde dolent de peccatis cõmissis, & cũ aĩo cõfitendi proponũt abstinere à cõmittendis, nõ tamẽ ipsi iustificãtur. quoniam aliquod habẽt delictũ,quod nõ intelligunt. illud uidelicet,de quo dominus ait. Qui non credit iã iudicatus est. Sic forsitã Christianũ latet aliquod grãde peccatũ, ꝓpter quod, quia de illo nõ pœnitet,iustificatio retardatur,aut forsã quia minus dolet, quàm oporteat illũ dolere,uel etiã propter aliã causam Deo cognitã , sed nobis ignotã. Quis.n.audeat certã metã imponere gratiæ,ut dicat.Si tãtũ dolet peccator aut taliter,peccatũ illi dimittitur, sin aũt nõ dimittitur illi peccatũ?nõ esset ergo gratuita sed debita iustificatio peccatoris.Verũ ex diuina iustissima dispensatione procedit,ut sicut aliquando indulgentia postulata differtur, sic interdũ præstita nesciatur.quoniã magis expedit,ut iustificatus dubitet, an ipse sit iustus, quàm iniustus credat, quod ipse sit iustificatus . Differtur autem aliquando curatio,ne ęgrotus putet.se non medici uirtute, sed naturæ uigore, uel mediocritate ægritudinis sanatum,& sic uili pendat medicũ, & parui pendat languorem.Vt ergo de sua uirtute diffidat , magnitudinem uerò infirmitatis agnoscat,& auxiliũ medentis imploret,

Marginal notes: Psal.41. Osee 6. Tribus modis se Deus auertit ab homine. Psal 50. Psal.29. Psal.84. Deus tribus se conuertit ad hominem modis. Psal 6. Psal 89. Zach 1. Ezech.18. Psal 31. Luc 7. 1.Pet.4. 1 Cor 4. Psal 18. Iob 9. Prouer.20. Ioan.3. Quare nonnunquam differatur curatio.

ploret, differtur curatio, donec clamet frequenter & dicat: Sana dñe animã meam, quia peccaui tibi. Nondũ.n. ęgrotus iste tã perfectè clamauerat, vt diceret ei: Adhuc te loquente dicam adsu.n. Ex difficultate quoq; curationis, magis cauetur infirmitas: quia quod facilè sanatur, non multum cauetur: & ideo differtur curatio ægritudinis, vt diligentior sit custodia sanitatis. Sed non est differendum vsque post mortem.

Quoniã non est in morte qui memor sit tui, in inferno autẽ quis confitebitur tibi?

TRiplex est mors, corporalis, spiritualis, & gehennalis. De prima legitur: Corpus est mortuũ per peccatum. Vnde: Quis est homo qui viuet, & non videbit mortẽ? quasi diceret: Nullus est viuẽs, qui tandẽ mortem corporis non incurrat. De secunda dicitur: Vidua quæ in delicijs viuit, mortua est. Et. Est peccatũ ad mortẽ, non pro eo dico vt oret quis. Quasi diceret: Est quoddã mortale peccatũ, pro quo non est orandũ: quia neq; in hoc seculo, neq; in futuro dimittetur. De tertia verò scribitur: Qui vicerit, non lędetur à morte secũda. Et: sicut oues ĩ inferno positi sunt, mors depascet eos. Quasi diceret: Sicut ouis non carpit herbam sed pascit, vt herba semper renascatur ad pastũ, ita mors gehennalis non cõsumit hoiẽm, sed adfligit, vt semper viuat ad mortem. Est præterea mors gratiæ, de qua dicit Apostolus: Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Chřo in Deo. Et Salomon: Fortis vt mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio. Lãpades eius, lampades ignis atq; flãmarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatẽ. Ipse quoq; Christus se per prophetã mortẽ mortis appellat: O mors, inquit, ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Mors naturæ separat corpus ab anima. Mors culpæ separat animam à Deo. Mors gehennæ separat animã & corpus à gloria. Mors gratiæ separat corpus à mundo. In prima morte plerumq; nõ est, in secunda vix est, in tertia nunquam est, quĩ Dei memor sit ad salutẽ: in quarta verò, semper est homo Dei memor. Quia ergo in corporalis mortis articulo, nonnunquã

Mors triplex.
Rom. 8.
Psa. 88.
1. Ti. 5.
1. Ioã. 5.
Apoc. 2.
Psa. 48.
Colos. 3.
Cant. 8.
Osee. 13.
Mors quadruplex. Pœnitentiã ad mor-

est tanta doloris acerbitas, tanta molestia passionis, quod moriens in tñ memoria priuetur, vt nullorum valeat meminisse, licet non sit de aliquo desperandum, donec fuerit in vita, tutum tñ non est, ad supremum mortis articulum pœnitentiam differre: sed tũc securum est homini pœnitere, quum præualet ipse peccare. Dimittat ergo dubium, & retineat certum, qui vult à periculo liberari. Sic de spirituali morte debet intelligi, quod non sit in morte qui memor sit tui: qm̃ tanta est criminis obstinatio, vt peccator desperans de venia, vix vnquam de Deo recordetur ad pœnitentiam, quem à se contemnẽdo proiecit per superbiam. Iusto quippe iudicio tali animaduersione punitur peccator, vt moriẽs obliuiscatur ipse sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. Caterũ de morte gehennali sic potest & debet intelligi, quod non est in morte qui memor sit Dei, quoniam in gehenna non est recordatio ad salutem, sed potius ad tormentum: quia damnati maledicent altissimo, & blasphemabunt excelsum, cõquerentes eum esse malignũ, qui creauerit illos ad pœnam, & nũquam inclinetur ad veniam: optantes illum omnino non esse, per quem conqueruntur se tam infeliciter esse. Et ideo meritò subditur: In inferno autem quis confitebitur tibi? In sacra scriptura infernus quandoque dicitur miseria præsentis vitæ. vnde: Pericula inferni inuenerunt me. Quandoque vitiorum profundum. vnde est illud: Descenderunt in infernum viuentes. Quandoque ipsius qui trahit alios ad interitũ. vnde: Dolores inferni circũdederunt me. Quandoque hiatus terræ. vnde: Disrupta est terra in compedibus eorum, descenderuntque in infernum viuentes. Quandoque locus pœnarum. vnde: Infernus subter cõturbatus est in occursum aduentus tui. Cuius duæ sunt partes, inferior & superior, propter quod dicitur: Eruisti animam meam ex inferno inferiori. Superior dicebatur limbus inferni, vel sinus Abrahæ, de quo dicit Iob: In inferno descẽdat anima mea. Inferior autem dicitur tartarus vel gehẽna, de quo dominus ait: Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno. In hoc quidẽ inferno nullus domino confitetur.

tem vsque non esse tutũ differre.
Infernus multiplex.
Ps. 114.
Nu. 16.
Psa. 17.
Esa. 14.
Psa. 85.
Iob 17.
Luc. 6.
Esa. 5.

tur: ita horum septem psalmorū pœnitentia diluuntur, qui sunt iugiter coram domino contrito & humiliato spiritu recitandi.

Habitudo & ordo horū psalmorum quis. Horū aūt septē Psalmorū, quatuor sunt consimiles, & tres dissimiles in principijs, quantū ad figuras & uoces, ita dispositi, qđ semper inter duos consimiles unus dissimilium constituitur, & inter duos dissimiles unus consimilium collocatur. Consimiles sunt, primus, tertius, quintus & septimus: dissimiles verò sunt, secundus, quartus, & sextus. Porrò, quatuor consimiliū duo primi sunt ex toto consimiles inter se. Similiter ēt duo ultimi, quantū ad figuras, & voces, quia in una pfecta oratione concordāt. Sed duo primi & duo vltimi sunt ex parte sibi consimiles in prædictis, quia concordāt in prima solūmodo dictione. Verū in primis postulat pœnitēs auerti furorem, in ultimis aūt orationē postulat exaudiri. Triū aūt dissimilium, duo sunt ex toto dissimiles inter se, uidelicet primus, qui ait de beatitudine gratiæ: atq; ultimus, qui ait de pfundo miseriæ: medius aūt, quantū ad figuras & uoces, discordat ab oībus, sed quantū ad intentionē & intellectū cū uniuersis cōcordat; quoniā ait de culpa delenda, & misericordia impendenda, pro quibus oēs pœnitentiales psalmi sunt editi & inuenti. Vnde sicut ipse quartus mediat loco inter oēs, ita & intellectu. Quod aūt inter duos consimiles unus dissimiliū collocatur, & inter duos dissimiles unus cōsimiliū constituitur, hoc profecto designat, quod cū pniales psalmi solummodo cōpetant uiatoribus, nulla in via sunt ita pfecta, quib. non interueniat aliquod imperfectū: nec aliqua tā sunt mala, quibus non intercidat aliquod bonū: quatenus nec perfectis psumptio nec malis desperatio tribuatur, qđ maximè conuenit & expedit pœnitenti, ut nec de misericordia nimium præsumat sperando, nec de iustitia nimium desperet timendo, sed inter superiorem & inferiorē molā * spūs cōteratur.

**al. spiritualiter.*

Virtus psalmorū quanta. Cū aūt inter oēs orationū species, post orationē dominicā, pemineat psalmodia, si quis spāles psalmos subtiliter inuestiget, pfectā in eis formā orādi inueniet, ad diuinæ propitiationis gratiā promerendam. Vnde quasdā orationis circunstantias sensui prælibandas, quibus aīus ptæinstructus, orationis virtutē in psalmis ipsis facilius assequatur. Notandū ergo, quod orat Xps, orāt & angeli, orant dæmones, orant hoīes, orant boni, orant mali, orant uiui, orant mortui, orant pro se, & orant pro aliis: sed inter hos magna ac multa est differentia.

Oratio Christi. Christus. n. siue pro se, siue pro aliis oret, sp in oībus exauditur. Orauit pro se in cruce: Pater, inquit, in manus tuas cōmendo spiritū meū, & statim exauditus est, quoniā inclinato capite tradidit spiritū. *Luc. 23* *Ibidem.* Orauit pro aliis: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, & exauditus est pro oībus, pro quibus orauit, quēadmodū alibi dicit: Pater gratias ago tibi, quoniā exaudisti me. Ego aūt sciebā, q. sp me audis. *Ioann. 2.* Pro se orauit & exauditus est. Vnde patet inquit ad ipsū: Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ. *Psal. 2.* *Ioan. 17.* Orauit pro aliis, & similiter exauditus est: vnde cū dixisset ad patrē: Pater sancte, serua eos, quos dedisti mihi, ut sint unū, sicut & nos unū sumus: Consequēter subiunxit: Et ego claritatē, quā dedisti mihi, dedi eis, ut sint unū sicut & nos. Ecce idē orat, & idē exaudit. Orat ut hō, exaudit ut Deus. Vnde sanè debet intelligi, quod de spū sctō ait Apostolus: Ipse spiritus postulat pro uobis gemitibus inenarrabilibus, quia facit nos postulare. *Rom. 8.* *1. Ioan. 2.* Sanè aduocatū habemus apud patrē Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, qui secundū Apostolū semper interpellat pro nobis ad patrē, semper uiuens, ad interpellandū pro nobis. Qui ēt ut ait idē Apostolus, in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eū, qui possit eū saluū facere à morte, cū clamore ualido, & lachrymis, offerēs, exauditus est pro sua reuerentia. *Ibidem.* Nōne aūt orauit, ut trāsiret ab eo calix, quum dixit; Abba pater, si possibile est transfer calicē hūc à me? *Marc. 14.* *Solutio.* Verum, etsi nō secundū uoluntatem orationis, sed voluntatem sensualitatis hoc dixerit, potest tamen intelligi in hoc exauditus, quia calix ab eo transiuit ad alios, quemadmodum dixerat filiis Zebedæi. Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Dicūt ei, Etiā. Ait illis; Calicē quidē meum bibetis, &c. *Matth. 20.* *Luc 12.* Vel potius sicut orauit, sic extitit exauditus: Orauit. n. non simpliciter, sed conditionaliter dicens: Pater si vis transfer calicem hunc à me. Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Optabat, n. ut si fieri posset, transeat

ab eo

ab eo hora, vnde subiunxit: Veruntamen nō sicut ego uolo, sed sicut tu: nō mea uolūtas fiat, sed tua, & sic obtinuit, qđ oravit.

Oratio angelorum. Similiter orant angeli, & semper exaudiuntur à Deo. Sed pro aliis offerunt precum suffragia: pro se uerò referunt gratiarū actiones. Orauit angelus dicens; Domine Deus exercituum, quousq; tu non misereberis Hierusalem, & urbiū Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus ē. Et respondit dominus angelo uerba bona, verba cōsolatoria: Reuertar, inquit, ad Hierusalē in misericordia, domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum, & perpendiculum extendetur super Hierusalem. *Zach. 1.* Ipsi quoq; angeli preces fidelium offerunt Deo, sicut angelus Raphael ad Tobiā ait: Quando orabas cū lachrymis, ego orationē tua obtuli domino. *Tob. 12.* Et in Apoca. Angelus uenit, & stetit corā altari, habens thuribulū aureū in manu sua, & data sunt ei incēsa multa, ut daret de orationib. sāctorum oīum, super altare aureum, quod est ante conspectum Dei. Et ascēdit fumus aromatum incensorum de orationibus sanctorū, de manu angeli coram Deo. *Apoc 8.* Dicuntur n. offerre Deo angeli preces fidelium, ut ostēdant se illas gratas hēre: vel super illis ut diuinum beneplacitum inuestigent, quod ipsi nonnunquam hominibus insinuant. Vnde angelus ad Cornelium: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectū Dei. *Act 10.* Pro se uerò gratiarum referūt actiones, quemadmodum scriptum est: Facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum & dicentium, Gloria in excelsis Deo. *Luc 2.* Et alibi: Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum Dei nostri, & ptās Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, & ipsi uicerunt illum propter sanguinē agni, ꝑpterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. *Apoc. 12.*

Oratio dæmonum. Dæmones pro se quidem orant, non ꝑ aliis, sed contra alios, & quandoq; exaudiūtor, quandoq; non exaudiuntur. Exaudiuntur, ut ibi: Rogabant illum, ut permitteret illis in porcos ingredi, & permisit. Exierūt ergo ab homine dæmonia, & intrauerunt in porcos. *Luc. 8. Matth. 8.* Non exaudiuntur, vt ibi: Obmutesce immunde spiritus, & exi ab illo, qui prius uoce magna clamauerat dicens: Sine quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Scio te, quia sis sanctus Dei. *Mar. 5. Luc. 4. Iob. 1. & 2.* Orant quoque contra alios, & quandoq; exaudiuntur, ut ibi: Mitte manum tuam, & tange carnem eius, & os eius; & tunc uidebis, quod in faciē benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad Satanā: Ecce in manu tua est, verūtamē aīam eius serua. Quandoq; orant contra alios, & non exaudiuntur, ut ibi: Simon ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticū, ego uero rogaui ꝓ te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. *Luc. 22.*

Oratio bonorum defunctorum. Cæterùm exaudiuntur boni defuncti, cū orant, tā pro se, q̄ pro aliis. Vnde in Apoc. Vidi subtus altare Dei animas interfectorum propter uerbum Dei, & clara uoce dicebant: Vsquequo domine, sanctus & uerus, non iudicas, & uindicas sanguinē nostrum de his qui habitant in terra? *Apoc. 6.* Et dictū est illis, ut requiescerēt tempus adhuc modicum, donec impleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & ipsi. Item in secundo Machabæorū. *Mach. 15.* Hic est fratrū amator & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo, & uniuersa ciuitate sancta, Hieremias Propheta Dei. Vidit aūt ipsum extendisse dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem: Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Quid est quod legitur: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum? Sed hoc per hypothesin dicitur, i. si starent, quemadmodum alibi dicitur. *Hier. 15. Luc. 16.* In his omnibus inter nos & vos chaos magnū firmatū est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, nō possint, neque inde huc transmeare, i. si uellent non possent.

Oratio malorum defunctorum. Mali iam mortui orant quidem, sed nō exaudiuntur, neq; pro se, neq; pro aliis: Vnde diues mortuus, qui sepultus est in inferno clamabat dicens: *Luc. 16.* Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarū, ut intingat extremū digiti sui in aquā, vt refrigeret linguā meā, quia crucior in hac flāma. Et dixit illi: Fili recordare, qa recepisti bona ī uita tua & Lazarus similiter mala: nunc autē hic cōsolatur, tu uerò cruciaris. Rursus ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domū patris mei, habeo. n. quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos

eundum sententiam ueritatis descendit in domum suam iustificatus, Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

Oratio pia. *Ioan. 16.* Quòd debeat esse pia, vt petat ea quę pertinent ad aiæ salutē, dñs ait; Petite, & accipietis, ut gaudiū uestrū plenū sit. Quicquid.n. petieritis patrē in nomine meo, i. in nomine Christi Iesu, hoc est, in nomine saluatoris, quod uidelicet pertineat ad salutem, fiet utiq; uobis, si pro uobis pietatis, prout petere debeatis, fiet, inquam, in præsenti uel in futuro.

Psal. 140. *Oratio deuota ut sit* *Psal. 140.* Quòd aūt debeat esse deuota, ut suauiter tanq̄ incēsum redoleat, Psalmista demōstrat; Dirigatur, inq̄t, oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Hoc incensum indignū odorē suauitatis offertur, de quo alibi legitur, Ascēdit fumus *Apoc. 12.* *Eccle. 10.* incensorum de orationibus sanctorū in cōspectu domini. Prouidendū ergo, ne muscæ morientes perdant suauitatem unguenti, id est, ne importunæ cogitationes tollant deuotionem orationis.

Oratio intenta. *Psal. 36.* *Psal. 41.* *2. Par. 20.* Quòd debeat esse intenta, ut nō tam ex ore, quàm ex corde ꝓcedat, dicit scriptura: Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Apud me, inquit, oratio mea Deo uitę meæ. Talis fuit oratio Iosaphat, qui, sicut legitur in Paral. totū se cōtulit ad rogandū dñm. Vnde An *1. Reg. 1.* na loquebatur ī corde suo, tātūq; labia *Eccles. 18.* eius mouebātur, & uox pęnitus non audiebatur, effundēs aiam suā in cōspectu dñi. Scriptum est enim; Ante orationem præpara animā tuā. Expedit tū, ut deuotionē cordis, oris ꝓnunciatio comitetur, Quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni.

Compendiosa oratio. *Matth. 6.* *ibidem.* *Luc. 22.* *Luc. 6.* Quòd debeat esse compendiosa, dñs ait; Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici: putāt.n. q̄d in multiloquio suo exaudiant. Vnde, ꝑrinus discipulos suos breuē edocuit orationē, dicēs: Sic orabitis: Pater noster q̄ es in cęlis. Hinc alibi legitur: Nō iteres uerbū ī oratione tua, qm̄ in multiloquio nō deest peccatum. Quid est ergo quod legitur, quod & ipse dominus factus in agonia ꝓlixius orabat? Et, Erat pnoctans in oratione Dei? Verū non inutile multiloquiū intelligitur, quando oratio est deuota, sed multiloquiū intelligitur, cū ex inutili prolixitate uerborū oratio tædiosa efficitur.

Assidua oratio. *1. Thess. 5.* *Luc. 8* *Iac. 5.* Quòd debeat esse assidua, dicit Paulus: Sine intermissione orate fratres. Iuxta quod Veritas ait; Oportet semper orare, & nunquā deficere. Qm̄ ut Iacobus ait: Multū ualet deprecatio iusti assidua, nā oratio iusti impinguat altare. Vnde & oratio sine intermissione ab ecclesia pro Petro fiebat ad Deum, & fuit *Act. 12.* à carcere liberatus. Propterea dominus *Luc. 11.* præcepit: Petite, & dabitur uobis, quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur uo- *Luc. 8.* bis. Hinc est quod ille, qui pulsans perse- *Ibidem.* uerauerat, ab amico panes obtinuit, ꝓpter improbitatem eius, quotquot habuit necessarios: & uidua, quæ iniquo iudici molesta fuerat, per eum ab aduersario meruit liberari. Tantæ nanq; uirtutis est orationis instātia, ut à Deo extorqueat, quod ipse expresse negauerat, sicut in libro Iudicum dicitur. Non ad- *Iudic. 10.* dam ultra, ut liberem uos. Ite & inuocate Deos quos elegistis, ipsi uos liberēt in tempore angustiæ. Dixeruntque filij Israel ad Deū; Peccauimus, redde tū nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Qui doluit super miseriis eorū, & per manū Iephtæ liberauit eos de manibus filiorum Amon. Hinc est etiā, quod licet dominus respōderit mulieri Chananææ: Non est bonum sumere pa- *Matt. 15.* nem filiorum & mittere canibus, quia tamen illa non cessauerat post ipsum & discipulos suos clamare, dicens. Etiam domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum, audire meruit; O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis.

Oratio discreta. *Matth. 6.* *Ibidem.* Quòd autem debeat esse discreta, ipse Christus perhibet dicēs: Quærite primū regnū Dei & iustitiā eius, & hęc oīa adijcientur vobis. Vnde fideles sic docuit, dicens; Adueniat regnū tuū. Fiat uoluntas tua, sicut in cęlo & in terra. Panē nostrū quotidianum da nobis hodie. Ostēdens quod discretè petenda sunt, ęterna quidē in præmium. unde, Adueniat regnū tuum: spiritualia uerò ad meritum. unde, Fiat uoluntas tua; temporalia uerò ad sustentationem. unde, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Discretè quoq; petendum est, ut liberemur à malis præsentibus præteritis, & futuris. De præteritis dicitur: Dimitte nobis debita nostra. De præsentibus: Libera nos à malo. De futuris: Et ne nos inducas in tentationem.

Qui taliter orat, nonnunquam obtinet apud dominum, nõ solum id quod petit, sed aliud quidẽ, & amplius. Quemadmodum & Zacharias, qui cũ ingressus fuisset templum Domini, & omnis multitudo populi hora incensi foris orarat, audiuit ab angelo: Ne timeas Zacharia ecce audita est oratio tua, & Elizabet vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Ezechias quoque quũ ægrotasset, & audisset Esaiam Prophetam dicentem, Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non viues: conuertit faciem suã ad parietem, & orauit ad dominum fletu magno, statim per eundẽ Prophetam audiuit: Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymas tuas. Ecce sanaui te, & addam diebus tuis quindecim annus, & de manu regis Assyriorum eruã te, & protegam vrbem istam. Signum quoque mirabile factum est, vt sol reuerteretur decem gradibus in horologio, ad petitionem ipsius, quemadmodum ad petitionem Iosue, sol vnius diei spatio in medio, cœli stetit. Sic & Salomon audiuit à domino: Quia postulasti verbum hoc, & non postulasti tibi diuitias, nec dies multos, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad faciendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum, vt nullus ante te tui similis fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit tui similis ĩ regibus cunctis retro diebus.

Luc. 1. *Esai. 38.* *2. Para. 1.*

Preces autem indignæ sunt aliquando propter personam, aliquando propter causam, aliquando propter intentionem, aliquando propter modum, aliquando propter ordinem, aliquando propter finem. Propter personam indignæ sunt preces, sicut dominus ait per Esaiam: Cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiam, manus. n. vestræ sanguine plenę sunt. Nec tñ propter personã eius qui orat, verum et propter personã illius, pro quo oratur. Iuxta quod dñs præcepit Hieremiæ: Noli orare pro populo isto. Propter causã indignæ sũt preces, iuxta quod Apostolus Iacobus ait: Petitis, & nõ accipitis, eo q̃ malè petatis, vt videlicet, in concupiscentijs vestris insumatis. Adulteri, nescitis q̃ amicitia huius mundi inimica est Dei? De tali oratione dicitur: Quum iudicatur, exeat condenatus, & oratio eius fiat in peccatum. Propter intentionẽ indignæ sunt pces, quales erant illius, qui dixit ad dñm: Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecũ hæreditatẽ. At ille dixit: Homo, quis me constituit iudicem, ac diuisorẽ super uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia. Propter modum indignæ sunt pces, quales erãt Simonis Petri, qui cũ audisset, quod Christus pati & occidi deberet, imprudenter & carnaliter sapiẽs ait illi: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Vnde audire ꝑmeruit: Vade post me satana, quia nõ sapis ea q̃ sunt Dei. Sic & Elias quum peteret animæ suæ ut moreretur, propter modũ indignè petiuit; quia ꝓperè ante tẽpus mori voluit, vnde nõ exaudiri meruit. Propter ordinẽ indignæ sunt pces, quales fuerũt filiorũ Zebedæi, qui per matrẽ submissam petierunt pręmiũ ante meritum, & ante pugnã coronam. Nam quũ illa dixisset: Dic, vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dextram, & alius ad sinistrã tuã in regno tuo, respõdit illis Iesus: Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Dicũt ei, Possumus. Ait illis. Calicẽ q̃dem meũ bibetis, sedere aũt ad dexteram meã vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratũ est à patre meo. Quoniã, vt Apostolus ait: Nemo coronabitur, nisi q̃ legitimè certauerit. Propter finẽ indignæ sunt preces illæ, quas dominus reprobat dicẽs. Quũ oratis, non oretis sicut hypocritæ, qui amant primos recubitus in synagogis, & in angulis platearũ stãtes orãr, vt videantur ab hoibus. Amẽ dico vobis, receperunt mercedẽ suã. Tu aũt quũ oraueris, intra in cubiculũ tuum, & clauso ostio

Precũ indignitas. *Propter personam.* *Esai. 1.* *Hier. 7.* *Propter causam.* *Iac. 4.* *Psal. 108.* *Propter intentionem.* *Luc. 12.* *Propter modum.* *Matt. 6.* *Propter ordinem.* *Matt. 20.* *2. Tim. 2.* *propter finem.* *Matth. 6.*

ostio in absconditto ora patrē tuū, & pa-
tuus qui videt in abscōdito, reddet ti bi.
Que orationem impediant. Denique principaliter tria sunt inter
cætera, quę orationē ad Deū trāsire nō
sinunt videlicet sartago, murus & nubes.
Hoc est, cōcupiscentia carnis.i.luxuria,
in qua velut sartagine caro frigitur. Cō
cupiscentia oculorū.i.cupiditas, in qua
opes velut lapides in muro congerunt.
Et superbia vitæ.i iactantia, quæ velut
nubes sine aqua circumfertur à ventis.
1. Ioan. 2. De quibus Ioānes Apostolus ait. Quic-
Ezech. 4. quid est in mundo concupiscentia car-
nis est, & concupiscentia oculorum, &
superbia vitæ. De tali sartagine legitur:
Et tu fili hominis, sume tibi sartaginē
ferream, & pones eam inter te & ciuitatē;
& obfirmabis faciem tuam ad eam. De
Psal. 17. hoc muro dr: In te eripiar à tētatione,
& in Deo meo transgrediar murum. Et
de hac nube legitur, Opposuisti tibi nu-
bem, ne pertranseat oratio tua. Vel po-
tius, Sartago ferrea est mentis duritia;
Thren. 3. Murus fictilis iniquitatis defensio; &
Nubes obscura, mentis caligo. Quę pro
culdubio non permittunt orationem
ad aures domini peruenire.

Quot modis oretur. Cęterū, oratur corde, oratur ore, ora
1. Cor. 4. tur opere. De oratione cordis dicit A-
post. Orabo spiritu, orabo & mēte: psallā
spiritu, psallam & mente. De oratione
oris inquit Psalmographus: Ad ipsum
ore meo clamaui, & exultaui sub lingua
mea. De oratione operis Sapiens prote
statur. Absconde eleemosynam in sinu
pauperis, & ipsa orabit pro te quia non
desinit orare, qui nō desinit benefacere.

Item quidam iacēdo orant quidam
Gestus orantium. sedendo, & quidam stando. Iacens ora-
uit Dauid, qn̄ deprecatus est pro paruu
2. Reg. 2. lo dn̄m, & ingressus seorsum iacuit su-
Esa. 38. per terram. Similiter & Ezechias, quia
Exod. 17. iaciens in lecto conuertit faciem ad pa
rietem, & orauit ad dn̄m. Qui ait illi: Au
diui orationem tuam & vidi lachrymas
tuas, & ecce sanaui te. Sedens aūt Moy-
ses super lapidem, quem Aaron & Hur
supposuerant ei, orabat quando Iosue
Amalech superauit. Helias etiam quū
sederet subter vnam iuniperum, orauit
3. Reg. 19. dominum, & petiuit animæ suæ, vt mo
Luc. 8. reretur. Stans aūt à longe Publicanus
orabat, nec audebat oculos ad cælū le-
uare. Iudith quoq; stans ante lectū Ho Iudit. 3.
lofernis orabat dn̄m, vt confortaret eā.
Rursus quidā orant oculis ac manibus
eleuatis in cælum, quidam genibus &
capite deflexis in terrā quidā corpore
curuati, & quidā oīno ꝓstrati. Eleuatis
in cęlum oculis Christus orauit, qn̄ La-
zarū suscitauit. Et qn̄ dixit Pater, clarifi
ca filium tuū. Expansis manibus orauit Exod. 15.
Moyses, qn̄ Iosue Amalech superauit, Ioan. 11.
Vnde Propheta ait; Leuemus corda no
stra cum manibus ad dn̄m in cęlis. Fle-
xis genibus orabat Apostolus, qui dice
bat, Flecto genua mea ad Deum & pa-
trem dn̄i nostri Iesu Christi, ex quo oīs Ephes. 3.
paternitas in cælo & in terra nomina-
tur. Et Hælias in vertice Carmeli pro
nus in terram posuit faciē suam inter 3. Reg. 18.
genua sua, orans dn̄m, vt daret pluuiā
super faciē terræ & facta est pluuia grā
dis. Incuruatus est Helisæus & orauit,
qn̄ incuruauit se super puerū, & orauit 4. Reg. 4.
dn̄m, & calefacta est caro pueri. Helias
et expandit se super puerum & mensus
est, dicēs: Dn̄e Deus meus, reuertatur oro
aīa pueri huius: & audiuit dn̄s vocem 3. Reg. 17.
Heliæ. Prostrati aūt orauerunt viginti- Apoc. 5.
quatuor seniores qui ceciderūt coram
agno, habentes singuli citharas aureas,
& phiales plenas odoramētorum, quæ
sunt orationes sanctorum. Et omnes
angeli stabant in circuitu throni vi-
gintiquatuor seniorum & animalium,
& ceciderunt in conspectu throni in fa
cies suas, & adorauerunt Deum. In his
qui iacentes orant, humilitatis notatur
affectus, ad quem præcipue recorda-
tio humanæ conditionis inuitat. Hinc
ille dixit: Memento quæso quod sicut Iob. 10.
lutum feceris me, & in puluerem re-
duces me. In his quis sedentes orant,
contemplationis ocium designatur,
de quo legitur quod cum dominus de-
disset Dauid requiem ab omnibus ini-
micis suis, ingressus sedit coram domi-
no & ait; Quis ego sum domine Deus 2. Reg. 7.
meus, & quæ domus mea, quia deduxi-
sti me vsque huc? Tu reuelasti auricu-
lam serui tui dicens, Domum ædifica-
bo tibi, propterea inuenit seruus tuus
cor suum, vt te oraret hac oratione.

Nam & si homo in oratione deuota loquatur Deo, nihilo minus tamen in ipsa pariter & ex ipsa contemplationis degustat dulcedinē, dum Deum quasi præsentem deuotus intuetur orator. In his autem qui stantes orant, desiderium patriæ cælestis designatur, ad qđ maximè spes supernæ promissionis inducit, propter quod ille dixit. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hi denique qui flexis genibus, sed expāsis manibus & oculis eleuatis orant, illam sequuntur quæ dici in Canticis: Trahē me post te, Curremus in odore vnguentorum tuorum.

Psal. 121.

Cant. 1.

De vicibus & horis orandi.

Porrò, secundum exempla veterum ter aut septies in die est orandū. Nā Daniel ingressus domū suā, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem tribus tēporibus in die flectebat genua sua & orabat, confitebaturq; corā dn̄o Deo, sicut & antea facere consueuerat. Vnde & Psalmistas: Vespere & manè & meridie, narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam. Idem quoq; dixit de se. Septies in die laudem dixit tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Quem numerū etiam nunc Ecclesia in horis Canonicis obseruat. Ter. in die, propter fidem indiuiduæ Trinitatis, & septies inter diē & noctē, propter dona spiritus septiformis, qui orātes, in fine per dona gratiæ illuminat & illustrat. Verum secundum testimonia scripturarū, ter est orādū de nocte, in principio, in medio, & in fine. De principio nanq; dicit propheta: Cōsurge, lauda de nocte in principio vigiliarum tuarum, effunde sicut aquam cor tuum ante cōspectum domini Dei tui. De medio dicit Psalmista: Media nocte surgebam ad cōfitendū tibi. De fine propheta dixit. Surge diluculo; multa est fides tua. Et Psalmographus ait: Mane oratio mea præueniet ad te. Vt sic fidelis anima in oratione pernoctet, cōtra tentationes principium tenebrarū, iuxta quod dn̄s præcipit: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Omnibus aūt orandi horis pfertur diluculū, de quo Psal. dicebat: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et Sapiens protestatur; Iustus cor suum tradet ad vigilādū diluculo, ad dominū qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. In qua hora Iacob, qui tota nocte luctatus fuerat cū angelo, meruit benedici.

Dan. 6.

Psal. 54.

Psal. 118.

Thren. 2.

Psal. 118.

Thren. 3.

Psal. 87.

Matt. 26.

Psal. 26.

Eccle. 39.

Gen. 32.

Locus orandi.

Licet autem in omni loco possit fidelis orare, competentius tamen in templo, In alto, & in occulto. Nam de tēplo dominus ait: Domus mea domus orationis vocabitur. Et Salomō; Cum venerit ergo & orauerit in loco isto, tu exaudies in cœlo, domine, in firmamēto habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te. In altum autem Iesus cōsueuit ascendere ad orationē, de quo legitur, quod ascēdit in mōtē solus orare. Ideoq; locum ad orandum commendat occultum. Tu autem, inquit, cū orabis, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Nam & Christus de loco adorationis à muliere Samaritana interrogatus, respondit. Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc neque in Hierosolymis adorabitis patrem, sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Sic reprobās & Samaritanorum errorem, qui dicebant non esse locum adorationis nisi in Garizym; & Iudæorum, qui asserebant non esse locum orandi Deū nisi in Hierusalem. Specialiter tñ Deus in templo est adorandus, secundum illud: Adorate dominum in aula sancta eius. Specialiter quoque ad Orientem sicut legitur: Ad ortum lucis oportet adorare, vt nobis adorātibus dominū, oriatur lux iustitiæ vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Assistunt enim in sacris basilicis angeli Dei fidelibus adorantibus, vt deuotas eorum orationes offerant Deo, secundum illud: In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Matt. 21.

3. Reg. 8.

Matt. 14.

Matt. 6.

Ioan. 4.

Psal. 121.

Sap. 18.

Ioan. 1.

Psal. 137.

TITV-

TITVLVS PRIMI PSALMI Pœnitentialis talis est.

In finem Psalmus Dauid pro octaua.

Tituli huius explicatio.



Vm omne tẽpus, septem dierũ repetitione decurrat, per octauã intelligitur dies vltima, resurrectionis uidelicet & iudicij. prẹsignata per diẽ circũcisionis octauũ. Quia alia quoq; ratione censetur octauus q́d scilicet, post septẽ huius seculi ætates, succedet octaua quiescentiũ * cũ sexta militantiũ cõcurrẽte: quæ in primo incepit aduẽtu: & vsq; ad vltimũ perdurabit. Ideo etiã ꝓ octauã dies iudicij designatur, q̃a post duas vitas, per septenariũ designatas, succedet. Sicut enim duæ sunt hominis partes exterior scilicet, quę est corpus, & interior quæ est spiritus: ita duæ sunt eius vitę, vna corporalis, qua corpus viuit, & alia spiritualis qua anima viuit ex Deo. Hæ duæ vitę per septenarium designantur, ꝓpter duas partes ipsius quaternariũ, q̃ refertur ad corpus, propter quatuor elementa, videlicet terram, ignem, aerem, & aquam, ex q̃bus componitur ipsum corpus, & ternarium, qui refertur ad spiritum propter tres pares ipsius, videlicet rationabilem, irascibilem & concupiscibilem, in quibus spiritus ipse subsistit, cum & in corpore hominis quatuor sint humores qui secundum quatuor anni tempora dispονuntur, & in spiritu tres proprietates existãt ꝑ quas assimilatur indiuiduæ Trinitati. Post has itaque duas vitas, tanq̃ octaua post septenarium, dies iudicij subsequetur in qua iustus iudex vnicuiq; pro meritis respõdebit. Vnde timens peccator pœnitens clamat & orat: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.

Sensus itaque tituli talis est; Psalmus iste dirigens nos in finem, id est, Christum, qui est, fidelium cõsummatio, in præsenti quidem seculo ad iustitiam, & in futuro seculo ad coronã, attribuitur Dauid, id est, homini pœnitenti de suis peccatis, in cuius persona Dauid loquitur in hoc Psalmo, Psalmus, inquam, compositus pro octaua, id est metu iudicij, quod in octaua resurrectionis agetur. In quo uidelicet psalmo est deprecatiua confessio, quoniam in eo culpa conceditur, & venia postulatur. Quæ licet apud iudices seculares sententiam cõdemnationis iudicat, apud Deum tamen absolutionis sententiam promeretur.

PSALMI PRIMI POEnitentialis Elucidatio.

Domine ne in * ira tua arguas me, neque in * furore tuo coripias me. * Furore tuo. * ira tua.

PSalmus iste secundum translationem, quam Romana tenet Ecclesia, continet nouem uersus, per quos pœnitens gradatim ascendit ad nouem ordines angelorum, quia maius est gaudium angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Quamuis & numerus decem uersuum, quos iuxta aliam translationem habere dinoscitur, bene cõgruat rationi, quoniam homo qui cecidit per offensam resurgit per pœnitẽtiam vt, ꝑ eum ordo decimus restauretur. Merito etiã iste Psalmus tres habet ternarios, quia pęnitentia tres debet habere partes. Contritionem in corde, cõfessionem in ore, & satisfactionem in opere: quamlibet autem ternario subdistinctã: quoniam in contritione debet habere pœnitens timorem de pęna, dolorem, Luc. 15. Partes pœnitentiæ tres.

lorem de culpa, amore de gratia, In ... debet exprimere veritatem, de facto, de numero, ... In satisfactione, debet omne dirigere ad Deum, eleemosynam ad proximum, ieiunium ad se ipsum. Nouem quoque versus sunt in hoc Psalmo, propter nouem diuersitates peccatorum de quibus pœnitens debet dolere, videlicet propter originale peccatũ mortale, & veniale. Hæc sunt Serpens, mulier, & vir Serpẽs, idest, concupiscentia suggerit originaliter. Mulier, id est delectatio comedit venialiter. Vir, id est ratio cõsentit mortaliter. Item peccatum cogitationis, locutionis, operis. Cogitationis in corde, locutionis in ore, operationis in cõsuetudine. Hæc est mortis in domo mors in porta mors in sepulchro. Rursu peccatum fragilitatis, simplicitatis malignitatis. Fragilitatis per impotentem simplicitatis per ignorantiam, & malignitatis per inuidentiam. Hoc est, peccatum in patrem, in filium, & in spiritum sanctum, in primo ternario, pœnitens timet & orat. In medio, gemit & plorat. In ultimo, gaudet & optat. Timet & orat pro amouenda duplici pœna, pro curanda duplici plaga, & pro tollenda duplici mora. Pro pœna perpetua & transitoria, quam ostendit in primo versu dicẽs. Domine, ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Ac si dixisset apertius: Ne arguas me in ira cõdemnãdo in futuro; neq; corripias in furore, puniẽdo me in psẽti. Pro plaga corporali & spirituali quã ostẽdit i secũdo versu dicẽs. Sana me domine qa cõturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est ualdẽ. Ac si dixisset apertius: Sana me ab ægritudine corporali, quoniã cõturbata sunt ossa mea: Ab ægritudine spirituali quoniã aia turbata est valde. Pro mora miseriã auferẽdi & gloriã cõferẽdi, quã ostẽdit in tertio uersu dicẽdo: Et tu domine usquequo. Conuertere domine, & eripe animã meã saluũ me fac propter misericordiã tuã. Ac si dixisset apertius: Et tu, domine usquequo differs sanare: quasi dicat, ne moreris, sed eripe animã meã à præsenti miseria Itemque: Couertere ... ad gratiam, ac ne moreris, sed saluum me fac in futura gloria.

Audisti, quomodo pœnitẽs in primo ternario timet & orat audi quomodo i secundo ternario gemit & plorat. Labo raui, inquit, in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Gemit & plorat propter mẽtis obliuionẽ, & propter laudis suppressionẽ. Propter obliuionẽ mẽtis, quã reprobis est i morte, & propter suppressione laudis, quã dãnatis est in inferno. De quibus in quarto uersu pmittit dicẽs. Quoniã non est in morte, qui memor sit tui in inferno aũt, quis cõfitebitur tibi? Ac si dixisset apertius, Ideo laboraui in genitu meo, quoniã nõ est in morte, i. in mortali peccato, qui memor sit tui, hoc est quã meminerit legis tuę quã præuaricãdo cõtenit, & ideo lauabo per singulas noctes lectũ meu, cum in inferno, i. in bararhro desperationis, quis cõfitebitur tibi? quasi dicat, nullus omnino, quoniã de tua pietate diffidit. Vel in morte, i. i statu pctõris iã mortui, nõ est qui sit memor tui ad salutẽ. In inferno aũt, i. in loco gehẽnalis supplicij, quis confitebitur tibi? quasi dicat. Nullus ad laudẽ Itẽ gemit & plorat, propter turbatũ iudiciũ discernendi, & propter inueteratũ exercitiũ offendẽdi, de quibus in sexto versu subiungit. Turbatus est præ ira oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos. Ac si dixisset apertius. Oculus meus uidelicet intellectus turbatus est, i. obscuratus præ ira, quę impẽdit rationẽ. Et inueteraui, præ longa peccandi consuetudine, inter oẽs inimicos meos, id est, uitiã & peccata quæ sunt mihi inimica.

Audisti quõ pœnitens in secundo ternario gemit & plorat, audi quõ i tertio gaudet & optat. Gaudet quod sit exauditus in tribus uidelicet in fletibus, in orationibus i precibus. In fletibus pro pœna tollenda, in orationibus, pro culpa delenda, in precibus, pro gratia cõferenda. De fletibus exauditis pmittit. Exaudiuit dominus uocẽ fletus mei. De precibus receptis adiungit. Exaudiuit dominus deprecationẽ meam. De orationibus admissis supponit. Dominus orationẽ meã assũpsit. Optat inimicis ex charitatẽ cõpunctionis

Luc. 7.
Matt. 9.
Ioan. 1.

Nouem peccatorum diuersitates.

ctionis dolorē, cōfessionis et ubescentiā & pudorē, & satisfactionis laborē. Dolorē cōpunctionis, cū dixit, Cōturbentur, pudore cōfessionis, cum ait: Erubescāt, satisfactionis laborem, ubi dicit: Conuertantur, & hoc valde velociter, vt protinus liberemur.

Sex uero petitiones facit pœnitēs in hoc Psalmo, duas ex timore pœnæ, pſentis videlicet & futuræ, de quibus ait; Domine, ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Itē duas ptæ dolore culpæ, corporalis videlicet & spiritualis, de quibus addit: Miserere mei domine, qm̄ infirmus sum: sana me dn̄e, quoniam cōturbata sunt ossa mea. Et aīa mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo? Rursus duas pręamore gratiæ, liberātis videlicet, & saluātis, de quibus subiungit. Conuertere dn̄e & eripe aīam meā, saluū me fac pp misericordiā tuā. In quibus tres timores notantur, seruilis, initialis, & filialis. Singulis aūt petitionibus singulas reddit causas: Ne, inquit, arguas me in ira tua, qa nō est in morte qui memor sit tui. Neq; in furore tuo corripias me, qm̄ in inferno qs cōfitebitur tibi? Rursus: Miserere mei dn̄e quoniam laboraui in gemitu meo. Sana me domine, qm̄ lauabo per singulas noctes lectū meū, & lachrymis meis stratū meū rigabo. Itē: Conuertere dn̄e & eripe animā meā, quia conturbatus est præ ira oculus meus. Saluum me fac ppter misericordiā tuā, quoniā inueteraui inter oēs inimicos meos. Ne tū despero miserabiliter, sed spero misericorditer, dicēs; Discedite à me oēs qui operamini iniquitatē. Ostēditq; pœnitens, se in illis petitionibus exauditū. In primis, qm̄ exaudiuit dominus pater vocē fletus mei. Et in secundis, quoniā exaudiuit dominus filius deprecationē meā. In tertiis autem, quia dominus spiritus sanctus orationem meā assumpsit. Erubescant igitur & conturbentur vehemēter omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.

Triplex timor.

Vt aūt pœnitēs facilius obtineat qđ implorat, captat beneuolentiā. Primò à persona iudicis, per eius potētiā, vbi dicit, Domine ne in ira tua arguas me, & per ipsius misericordiā, vbi dicit: Saluū me fac ppter misericordiā tuā. Secūdò à re ipsa, quia infirmitatē habet in carne, de qua dicit: Conturbata sunt ossa mea, & infirmitatem habet in mente, de qua ait: Anima mea turbata est valde. Tertiò, ab opportunitate téporis, vnde ait: Qm̄ non est in morte qui memor sit tui: & ab opportunitate loci, vbi addit. In inferno autē quis confitebitur tibi? Quartò, à ppria persona, pp interiorē deuotione. cū ait: Laboraui in gemitu meo. Propter carnis mortificationē, cū addit. Lauabo per singulas noctes lectū meum, & lachrymis meis stratum meū rigabo. Propter cordis turbationē, vnde supponit: Turbatus est in irá oculus meus. Propter separationē malorū, vnde, Discedite à me oēs qui operamini iniquitatē. Et propter inimicorum dilectione, vnde, Conturbentur omnes inimici mei, conuertantur & erubescāt valde velociter. Itē Psalmus incipit à timore, quoniam initium sapientiæ timor domini. Definit autem in charitate, qm̄ finis præcepti charitas. Ex timore nanq; pœnitens petit a domino in principio ne arguat illum in ira, neque corripiat illū in furore. Ex charitate uerò inimicis suis optat in fine, ut erubescant, conturbētur, & cōuertantur. Et hic est finis omnis cōsummationis, sicut in alio Psalmo legitur, videlicet charitatis, quod mandatum latum nimis, quoniā ad inimicos extenditur, iuxta quod dominus praecepit, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Rectè ergo timor incipit, & charitas perficit, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Incipit ergo a timore, & desinit in amore. Incipit à tristitia, & desinit in lætitia. Dicit ergo:

Ecclef. 1. *1. Tim. 1.* *Psal 318.* *Luc. 6.* *1. Ioan. 4.*

Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Ac si diceret, Tu es Deus meus, iudex meus, medicus meus, dux meus, defensor meus, saluator meus. Quia tu es Deus meus, ideo formido te dicēs: Dn̄e ne in furore tuo arguas me. Quia tu es iudex meus, supplico à te. Sana me domine, quoniā cōturbata sunt ossa mea, & aīa mea turbata

Captatio beneuolentiæ.

bata est valde. Quia tu es dux me⁹, ideo desiderio te sequi dicēs: Cōuertere dñe. Quia tu es defensor meus, ideo auxiliū à te postulo, dicēs: Eripe animam meā. Quia tu es saluator meus, ideo salutē flagito dicēs: Saluū me fac ꝓꝑ misericordiā tuā. Tu ergo dñe ne i ira tua arguas me, neq; i furore tuo corripias me. Dic mihi ò peccator, qui indulgentiā desideras ꝓmereri, qua rōne ꝑsumis ꝯfiteri ī ipso Deo irā & furorē esse, dicēdo: Dñe ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me: quū non ad misericordiā, sed ad irā, nec ad benignitatē, sed ad furorē soleat prouocari, qui audit se iracundū, censeri aūt etiā furibundum: qm̄ hoc videt non ad gloriā, sed ad iniuriā, nō ad laudē, sed ad vituperiū redundare. Diceres saltē: Ne arguas me in ira, neque in furore corripias, vt ad maiore expressionē non adderes, In tua videlicet, vel, In tuo: q̄a minus forsan horresceret intellectus, & magis sustineret auditus, si hoc diceres absq; illo. Quis.n. nunc vere fidelis æquanimiter ferat & patiēter auscultet, furorē & irā dño suo asscribi, maximè, quē mitissimū & benignissimū esse nouit? Præterea quū petas alibi ab

Psal 142. illo: In veritate tua, exaudi me in tua iustitia, & hic dicas; Ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me, ꝑfectò videris innuere, quod eius ira excedat iustitiā, & furor exuperet veritatem, quod nefas est sentire de illo, q̄ iudicat orbē terræ in iustitia & populos in æquitate. Quumq; scriptura de illo testetur: Tu aūt Dñe virtutū cū trāquillitate iu-

Psal. 97. Sap. 12. dicas, tu q̄s es, qui audeas ei dicere: Dñe ne in furore tuo arguas? Cur, inquit, obiectionibus me fatigās & q̄ōnibus artas, cū tātus sit metus de pęna, tātus sit mœror de culpa, vt inter timoris & doloris angustias, quasi mente confusus, vix va-

Luc. 6. leā respōdere? Nā ex abundantia cordis os loquitur, & idcirco illa egrediuntur de ore, q̄ geruntur in corde, vnde verba mea timore sunt plena & dolore. Quæso tñ ne arguas peccatorē, neq; corripias pœnitētē, quod talibus verbis fatur de Deo, quū ipse Deus talibus verbis loquatur de se ꝑ Ezechielē prophetā, dicēdo: Ecce, inquit ad terrā Israel, de ꝓpinquo effundā irā meā sup̄ te, & cōplebo furorē meū in te. Quur ergo dubitet homo loqui de Deo, q̄d loquitur ipse Deus de se, quū ab illo didicerit quid de ipso loquatur? Verū ad loquendū de creatore verba hæc transsumit homo de creaturis, qm̄ idonea verba non habet, quibus secundū proprietatem suā loquatur de Deo; & ideo peregrina verba mendicat, vt scilicet per quādā similitudinē loquatur de illo. In creaturis siquidē ira, est furor animi, de interioribus ad exteriora prorumpens, quum quis ob illatā iniuriā ꝑcogitatā vindictā desiderat adimplere. Furor aūt est vehemens cōmotio indignantis, quū gestit aduersus alium effundere totam iram interdū verò vnū accipitur pro altero, sicut hic secūdum vnam translationē habetur: Dñe ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Secundum alterā dicitur: Dñe ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Quoniā ex Greco furor idē est quod ira, vnde vtrunq; legitur in scripturis, & in furoris, & furor iræ. Porrò dicendo furorē & irā de Deo, non significo affectū alicuius turbationis in eo, de quo nō possunt ista, nisi diuinam essentiā prædicare; sed consignifico effectū uehementis turbationis in homine, in quē merito peccatorū suorū talia exercentur. Dicit ergo pœnitens: Domine, qui omnia potes, cui nihil omninò resistit, ne arguas me in ira tua, id est, ne me iudices, & conuincas ad instar irati, qui ob illatā iniuriam pręcogitatā vindictā nititur exercere. Neq; corripias me in furore tuo, id est, ne me punias, & flagelles, more furentis, qui uehementi indignatione cōmotus conatur effundere totā irā, quia si secundū exigentiā meritorum meorū uelles agere mecū, ꝑfectò non possem subsistere ante faciē irę tuę, nec impetū sustinere furoris tui, quum tam multa & magna, enormia, & grauia sunt peccata, scelera, delicta & crimina mea, quibus ego ingratus, & iram merui & furorem, q̄ non esset pœna sufficiens, aut vindicta condigna, etiam si ignis de cœlo descendens me totū cōsumeret, vel terra os suū aperiens, deglutiret me uiuū. Volo tamē & cupio, opto

Ira & furor quomodo tribuātur Deo.

& de-

& deposco, ut in præsenti me arguas & corripias in spiritu lenitatis, quia pater filium quē diligit, corripit, & tu quē amas, arguis & castigas: ne in futuro tu domine, qui potes & corpus & animā perdere in gehennā, arguas me in ira tua, quantū ad cōdemnationis sententiā: neq; corripias me in furore, quantū ad perditionis gehennā: ne uidelicet arguas me in iudicio, & corripias in inferno. Ne quis autē intelligat de iudicio saluationis, adiūgo, In ira tua, quoniā idem ipse iudex & aduocatus, accusator & testis, contra reprobos allegabit: Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: hospes erā, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non uisitastis me. Tunc respōdebūt ei impij dicētes: Domine, quādo te uidimus esurientē, aut sitientē, aut hospitē, aut nudū, aut infirmū, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico uobis, quādiu nō fecistis uni ex minimis meis, nec mihi fecistis. Neque corripias me, id est, punias in inferno. Sed si quis intelligat pœnā leuem & transitoriā, adiungo: In furore tuo, id est, in igne inextinguibili & æterno, de quo terribiliter intonabit: Ite maledicti in ignem æternum, qui pręparatus est diabolo & angelis eius. Re uera dies illa, dies iræ, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies turbinis & caliginis, dies furoris & terroris. In quo si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Quia ergo horrendum est admis in manus Dei uiuentis incidere, ideo clamo tremens & dolens: Domine ne in furore tuo corripias me, neque in ira tua arguas me. Certe si cum omni tranquillitate me argueres in iudicio, nō possem liberari: quia si innocentem me ostēderem, prauum me esse cōprobares, quātò minus liberari ualerē, si argueres me in ira tua? Ergo ne intres in iudiciū cū seruo tuo, qui non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuēs.

Apoc. 3. *Matt. 25.* *Matt. 21.* *Sophon. 1.* *Esai 53.* *Heb. 10.* *Psal. 142.*

Sanè irascitur pater, irascitur dominus, & irascitur iudex. Pater irascitur filio, ut illū corrigat & emēdet. Dominus irascitur seruo, ut illum puniat & flagellet. Iudex irascitur reo, ut illum reprobet & condemnet. Primā iram postulo adhiberi secundam postulo mitigari, tertiam postulo penitus auerti. De prima legitur: Iratus est, & misertus est nobis. *Grauis est ira Dei, taliter non irasci. Propter quod ait: Zelus meus recessit à te, ultra iam non irascar tibi. De secunda legitur: Mitigasti omnē irā tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. Nā cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. De tertia scribitur: Exarsit ignis ab ira tua, & ardebit usq; ad inferna deorsum. Ergo auerte irā tuam à nobis, ut non in æternū irascaris nobis. Triplex est autē ira hominis, naturalis, uenialis, & criminalis. De prima dicitur: Irascimini, & nolite peccare. Hanc irā habe, si *pii patris irā tibi adhiberi desideras. De secunda legitur: Sol non occidat super iracundiā uestrā. Hanc iram tempera, si iustā iram Domini circa te desideras mitigari. De tertia uerò scribitur: Ira uiri iustitiā Dei non operatur. Hanc iram prorsus exstirpa, si seuerā iudicis irā à te desideras prorsus auerti. Omnis enim qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Ira, inquit, illis secundum similitudinē serpentis, & furor aspidis insanabilis. Hanc iram & hunc furorem omninò declina, si furorem & iram domini desideras declinare. Dicas ergo:

Irascitur pater, dominus iudex.

Psal. 39. *Ezech. 16.* *Psal. 84.* *Psal. 88.* *Triplex ira hominis.* *Psal. 4.* *al. piam.* *Ephes. 4.* *Iac. 1.* *Matth. 5.* *Psal. 57.*

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam cōturbata sunt omnia ossa mea.

Et anima mea turbata est ualde, & tu dñe usquequo?

Redde singula singulis. Ne arguas me in ira, sed miserere mei, quoniam infirmus sum corpore, unde conturbata sunt omnia ossa mea. Ne corripias me in furore tuo, sed sana me, quoniam infirmus sum mente, unde anima mea turbata est ualde. Magna quidem est infirmitas corporis, quoniam turbata sunt omnia ossa mea: sed maior est infirmitas mentis, quoniam anima mea turbata est ualde. Illa enim est pœna, de qua dicit Apostolus: Vino modico utere propter frequētes infirmitates tuas. Hæc autem est culpa, de qua dicit Psalmista: Qui tribulant *1 Tim. 5.*

me

me domine, tanquam pius & prudens medicus: quia ego sum ægrotus, & tu medicus: ego habeo infirmitatem, tu sanitatẽ: ego sum infirmus per culpam tu sana me per gratiam: quoniam cõturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde. Anima conturbata corpus conturbat, *Prou 17.* Salomone testante: Spiritus tristis exiccat *Psal. 21.* ossa. Propter quod alibi dicit: A voce gemitus mei adhæserunt ossa mea carni meę. Quin etiam ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt: quia per quæ peccat homo. per hæc & torquetur. Quamdiu enim spina rationis pungit spiritum ex peccato, & vermis conscientiæ mordet animum ex delicto, non solum anima frigitur, & torquetur, sed etiam corpus affligitur & turbatur. Vnde bonum est homini à peccato cessare, non solum propter quietem æternam, quam in futuro seculo præstolatur; verum etiam propter requiem temporalem, quã in presenti seculo experitur; quia secũdum Apostolum, pietas promissionem vitæ habet, quæ nunc est & futuræ. Potest & aliter hoc intelligi, vt per ossa vires mentis intelligantur, quantum ad spiritum, qui fortis est & promptus; & per animam intelligatur sensualitas, quantum ad carnem, quæ est fragilis & infirma. Secundum quod Dominus ait; Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Licet enim spiritus sit anima, distinguitur tamen inter spiritum & animam aliquando, vt spiritus intelligatur pars superior, id est, mens & anima inferior, id est, sensualitas, iuxta quod Apostolus ait; Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens ad diuisionem animæ & spiritus. Dicit itaque pœnitens. Sana me domine, à reatu peccati, & debes profectò sanare, quoniam conturbata sunt ossa mea, id est, vires animæ meę. Vis rationalis, quæ discernit inter bonum & malum, vis irascibilis, quæ abiicit malum, vis concupiscibilis, quæ appetit bonum, conturbatæ sunt omnes ad pœnitentiam salutarem.

Vis rationalis est turbata, dum ipsa inter bonum & malum subtiliter non discernit. Vis irascibilis est turbata, dum ipsa malum fortiter non abiicit. Vis concupiscibilis est turbata, dum ipsa bonum delectabiliter non appetit. Et ideo conturbata sunt ossa mea, id est, animæ sensualitas turbata est valde, quoniam grãdis offensa grauem exigit pœnitentiam, vt quæ carnaliter delectatus offendi, spiritualiter conturbatus pœniteam, quatenus per aliam viam reuertar in regionem meam. Est turbatio timoris & commotionis. de qua legitur; Audiens Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Turbatio furoris & confusionis, de qua dicitur: Turbati sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deglutita est. Turbatio laboris & occupationis, de qua dominus ait; Martha Martha, solicita es & turbaris erga plurima. Turbatio doloris & compunctionis, de qua sponsa ait in Canticis; Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. Turbatio mœroris & compassionis, de qua legitur, quod Iesus turbauit seipsum, & lachrymatus est. Turbatio stuporis & admirationis, vnde; Maria turbata est in sermone angeli, & cogitabat qualis esset illa salutatio. Sunt & aliæ multæ turbationum species, sed omnes reducuntur ad quatuor, videlicet miseriæ, culpæ, pœnæ, & gratiæ; de quibus agit pœnitens in hoc Psalmo. Conturbata sunt, inquit, ossa mea, & anima mea turbata est valde. Turbatus est præ ira oculus meus, conturbati sunt omnes inimici mei. *Luc. 10.* *Cant. 6.* *Ioan. 11.* *Luc. 1.*

Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Anima in homine accipitur multis modis, ipsa persona, præsens vita, spiritus rationalis, spiritus animalis, intentio mentis, & sensualitas carnis. De primo; Masculus, cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. De secundo; Non facio animam meam preciosiorem quàm me. De tertio; Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. De quarto; Anima carnis in sanguine est. De quinto; Animam meam in manibus meis porto. De sexto; Turbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Ergo eripe animam meam, id est, spiritum meum, vel me ipsum, & accelera, vt eripias me. Anima mea turbata est ad pœnitentiam. Tu ergo domine, qui pius es & benignus, conuerte- *Anima multis modis accipi.* *Gen. 17.* *Act. 20.* *Ezech. 18.* *Leuit. 7.* *Psal. 118.* *Psal. 30.*

ploret, differtur curatio, donec clamet frequenter & dicat: Sana dñe animã meam, quia peccaui tibi. Nondũ.n. ęgrotus iste tã perfectè clamauerat, vt diceret ei: Adhuc te loquente, dicam adsum. Ex difficultate quoq; curationis, magis cauetur infirmitas: quia quod facilè sanatur, non multum cauetur: & ideo differtur curatio ægritudinis, vt diligentior sit custodia sanitatis. Sed non est differendum vsque post mortem.

Quoniã non est in morte qui memor sit tui, in inferno autẽ quis confitebitur tibi?

Triplex est mors, corporalis, spiritualis, & gehennalis. De prima legitur: Corpus est mortuũ per peccatum. Vnde: Quis est homo qui viuet, & non videbit mortẽ: quasi diceret: Nullus est viuẽs, qui tandẽ mortem corporis non incurrat. De secunda dicitur: Vidua quæ in delicijs viuit, mortua est. Et: Est peccatũ ad mortẽ, non pro eo dico vt oret quis. Quasi diceret: Est quoddã mortale peccatũ, pro quo non est orandũ: quia neq; in hoc seculo, neq; in futuro dimittetur. De tertia verò scribitur: Qui vicerit, non lędetur à morte secũda. Et. sicut oues i inferno positi sunt, mors depascet eos. Quasi diceret: Sicut ouis non carpit herbam sed pascit, vt herba semper renascatur ad pastũ, ita mors gehennalis non cõsumit hoĩem, sed adfligit, vt semper viuat ad mortem. Est præterea mors gratiæ, de quã dicit Apostolus: Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Chřo in Deo. Et Salomon: Fortis vt mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio. Lãpades eius, lampades ignis atq; flãmarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatẽ. Ipse quoq; Christus se per prophetã mortẽ mortis appellat: O mors, inquit, ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Mors naturæ separat corpus ab anima. Mors culpæ separat animam à Deo. Mors gehennæ separat animã & corpus à gloria. Mors gratiæ separat corpus à mundo. In prima morte plerumq; nõ est, in secunda vix est, in tertia nunquam est, qui Dei memor sit ad salutẽ: in quarta verò, semper est homo Dei memor. Quia ergo in corporalis mortis articulo, nonnunquã est tanta doloris acerbitas, tanta molestia passionis, quod moriens in tm̃ memoria priuetur, vt nullorum valeat meminisse, licet non sit de aliquo desperandum, donec fuerit in vita, tutum tñ non est, ad supremum mortis articulum pœnitentiam differre: sed tũc securum est homini pœnitere, quum prævalet ipse peccare. Dimittat ergo dubium, & teneat certum, qui vult à periculo liberari. Sic de spirituali morte debet intelligi, quod non sit in morte qui memor sit tui: qm̃ tanta est criminis obstinatio, vt peccator desperans de venia, vix vnquam de Deo recordetur ad pœnitentiam, quem à se contemnẽdo proiecit per superbiam. Iusto quippe iudicio tali animaduersione punitur peccator, vt moriẽs obliuiscatur ipse sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. Cæterũ de morte gehennali sic potest & debet intelligi, quod non est in morte qui memor sit Dei, quoniam in gehenna non est recordatio ad salutem, sed potius ad tormentum: quia damnati maledicent altissimo, & blasphemabunt excelsum, cõquerentes eum esse malignũ, qui creauerit illos ad pœnam, & nũquam inclinetur ad veniam: optantes illum omnino non esse, per quem conqueruntur se tam infeliciter esse. Et ideo meritò subditur: In inferno autem quis confitebitur tibi? In sacra scriptura infernus quandoque dicitur miseria præsentis vitæ. vnde: Pericula inferni inuenerunt me. Quandoque vitiorum profundum. vnde est illud: Descenderunt in infernum viuentes. Quandoque ipsius qui trahit alios ad interitũ. vnde: Dolores inferni circũdederunt me. Quandoque hiatus terræ. vnde: Disrupta est terra in compedibus eorum, descenderuntque in infernum viuentes. Quandoque locus pœnarum. vnde: Infernus subter cõturbatus est in occursum aduentus tui. Cuius duæ sunt partes, inferior & superior, propter quod dicitur: Eruisti animam meam ex inferno inferiori. Superior dicebatur limbus inferni, vel sinus Abrahæ, de quo dicit Iob: In inferno descẽdat anima mea. Inferior autem dicitur tartarus vel gehẽna, de quo dominus ait: Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno. In hoc quidẽ inferno nullus domino confitetur.

Mors triplex. *Rom. 8.* *Psa. 88.* *1. Ti. 5.* *1. Io-ã. 5.* *Apoc. 2.* *Psa. 48.* *Colos. 3.* *Cant. 8.* *Osee, 13.* *Mors quadruplex. Pœnitentiã ad mor-*[tem vsque non esse tuũ differre.] *Infernus multiplex.* *Psal. 114.* *Nu. 16.* *Psa. 17.* *Esa. 14.* *Psa. 85.* *Iob 17.* *Luc. 6.* *Esa. 5.*

fitetur. Infernus est & ipse diabolus: Dilatauit infernus animam suam, absque vllo termino. Si enim secundum Apocalypsim
Apoc. 16 Ioannis, blasphemauerunt homines Deū propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehemēter, quantò magis blasphemabunt in inferno homines Deū propter incendij cruciatum, qui vehementior quidem erit, quàm possit etiam cogi-
Esa. 38. tari. Rectè ergo Propheta dixit: Neque infernus confitebitur tibi, neque mors lau-
Ps. 113. dabit te. Non mortui laudabunt te domine. Nam à mortuo, tanquam ab eo qui
Ecc. 17. non est, perit confessio. Duplex autem in scripturis confessio legitur: Vna pecca-
Confessio duplex. torum, altera præconiorum. De ista dicitur: Confitemini domino in cithara, & in psalterio decem chordarum psallite illi.
Ps. 32. De illa autem: Confitemini alterutrum
Iacob. 5. peccata vestra. Licet ergo non sit præconiorum confessio in inferno, est tamen in eo confessio peccatorum, sed infructuosa
Sap. 5. penitus, & inutilis, sicut Sapiens protestatur: Gementes præ angustia spiritus dicent intra se pœnitentiam agentes: Errauimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non luxit nobis. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Talia, inquit, dixerunt in inferno hi qui peccauerunt. Ergo confitebuntur ad pœnam, sed non conuertentur ad veniam. Iustum enim est, vt qui noluerunt cum potuerunt, cum velint, non possint. Propterea diues ille, qui cruciabatur in flamma, dicebat ad Abraham: Rogo te
Luc. 16. pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Cui cum Abraham respondisset, Habent Moysen & Prophetas, audiant illos, subiunxit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Agebat & ipse pœnitentiam in inferno, sed quia cognoscebat illam inutilem, rogabat, vt annunciaretur hoc fratribus suis, quatenus agerent pœnitentiam in hoc seculo fructuosam, & ideo non de futuro, sed de præterito pœnitens iste ait.

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū meū, lachrymis meis stratum meum rigabo.

LAborat iustus in corde, laborat ī ore, laborat in opere. De primo: Laboraui in gemitu meo. De secundo: Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, dū *Ps. 68.*
spero in Deum meum. De tertio: Labores manuum tuarum, quia māducabis, beatus es & bene tibi erit. Deus autē laborare *Ps. 127.*
dicitur per patientiam, vt expectet ad pœnitētiam. Vnde: Facta sunt mihi molesta, *Esaie 1.*
laboraui sustinens. Diabolus verò laborat per fraudulentiam, vt pertrahat ad nequitiam. Vnde: Sub lingua eius labor & dolor. Est præterea labor mundanæ peregrinationis, de quo legitur: Homo nascitū *Psal. 9.*
ad laborem, & auis ad volatum. Labor hu *Iob 5.*
manæ transgressionis de quo dicitur: In la *Ps. 62.*
bore hominum nōn sunt, & cum hominibus non flagellabūtur. Et labor sempiternæ damnationis, de quo scribitur: Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finē. De raro & modico gemitu non dixisset: Labo *Ps. 48.*
raui in gemitu meo, sed de diuturno & cōtinuo. Quia nō laborat in gemitu, qui protinus ridet, & gemet profectò non pœnitens, qui pœnitentiā non tenens, sed magis deridens de gemitu ad risum procedit. Ille verò laborabat in gemitu, q dicebat: Tota die cōtristatus ingrediebar, rugiebā à gemitu cordis mei, & dolor meus ante
me est semper. Sanè columba gemitū habet pro cantu. Et tu pœnitēs anima, si vis *Ps. 37.*
esse columba, vt careas felle peccati, pro cantu gemitum habeas, pro risu mœrorē. Porò duo sunt necessaria pœnitēti, vt intus gemat, & foris fleat. Propter quod quū dixisset: Laboraui in gemitu meo statim adiūxit: Lauabo, id est, perfundam lectum meum materialē per singulas noctes, & temporales, ipsumq; stratum meum rigabo lachrymis meis, non solū interioribus, sed etiam exterioribus. Sanè nō semel est flendum, sed sæpe. Propter quod ait: Lauabo per singulas noctes lectum meum. Nec modicè est flendum, sed multum. Propter quod addit: Lachrymis meis stratum meū rigabo. Vbi enim irrigatio, ibi humoris est

abun-

abundãtia. Neq; dicit, In noctibus, sed, Per noctes: nec, Per aliquas, sed, Per singulas: vt ostendat se continuum & diutinum fletum habere, illorum duritiam reprehẽdẽs, qui vix aut raro possunt ad lachrymas emolliri. Saxeum.n. pectus, lapideum cor, & ferreum habet is animum, qui pro se nõ tam in corpore morituro, q̃ forsan in mente iam mortua, gemitus nõ producit, suspiria non emittit, & lachrymas nõ effundit.

Culpabiliter durum. Sciat ergo se culpabiliter durũ, & durè culpabilem, qui corporalem amici sui mortẽ deplorat, & spiritualem animæ suæ mortẽ non deflet. *Luc.7.* Attende pœnitens illius lachrymas peccatricis, quę stãs retro secus pedes dñi Iesu, lachrymis rigabat pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & tu fac similiter, si vis audire cum illa: Dimittũtur tibi peccata tua.

Quare dicat, per noctes. Licet aũt non solum in nocte sit lachrymandũ, sed etiam in die: ideo tñ dicit, Per noctes, & nõ, Per dies: quoniã abundantius & frequẽtius solet homo lachrymari de nocte, qñ solus est in abscondito, quàm de die, qñ cum multis est in publico: quũ & in nocte quiescat à tumultu remotus, in die verò laboret in strepitu cõstitutus. Per noctẽ quoq; intelligit̃ culpa, q̃ mentẽ obtenebrat, & obscurat caligine peccatorũ. Et per lectũ intelligit̃ cõscientia, in qua dormit spũs, qñ quiescit ab inquietudine vitiorũ. Dicit ergo: Lectũ meũ lauabo, id est, * mũdabo conscientiã meã: per singulas noctes, id est, per singulas culpas. Pro singulis.n. culpis debet pœnitens singulas hostias immolare, vt iuxta legẽ diuinã, dignũ offerat pro peccato sacrificiũ, illud vtiq;, de quo dicitur: Sacrificiũ Deo spũs cõtribulatus: in quo singula intestina hostiæ abluant̃. De talibus noctibus legit̃: Qui dormiũt, nocte dormiũt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Iob: Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Nox in qua dictũ est: Cõceptus est homo. De huius lecto dr̃: Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecũ in strato meo, terrebis me p somnia, & per visiones horrore concuties. Multis etiã & alijs modis dicitur lectus hoĩs. Ociũ cõtemplationis. vnde: Duo erunt in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquet̃. Mũdana prosperitas. vnde: In lectulo meo per noctes q̃siui quẽ diligit anima mea. Corporalis infirmitas. vnde dicitur. Dñs opẽ ferat illi super lectũ doloris eius. Carnis voluptas. vnde: Lasciuitis in lectis eburneis. Negligentiæ torpor. vnde Ponã eam in lecto, & omnis qui fornicatur cũ ea. Hæreticorum doctrina. vnde: In textui funibus lectũ meũ. Inferni profunditas. vnde. In tenebris straui lectulũ meum. Hic aũt lectus accipitur pro secreto cõscientiæ, vel voluptate carnali. Sanè sicut septẽ sunt dies, id est, septẽ dona spiritus sancti, quibus vita spiritualis perficitur in claritate virtutũ: ita septẽ sunt noctes, id est, septẽ vitia principalia, quibus carnalis vita peragitur in tenebris vitiorũ. Illi significãtur per septẽ lucernas in candelabro tabernaculi, & per septem oculos in lapide vno. Istæ significantur p septẽ gentes de terra promissionis eiectas, & per septem spiritus nequiores, quos immundus spũs assumpsit. Ergo lauabo p singulas noctes lectũ meũ.

al. Inundabo conscientiam. *Psa. 50.* *1.Thess. 5.* *Iob 3.* *Lectus multiplex.* *Luc.17.* *Cant. 3.* *Psal. 4.* *Amo. 6.* *Prouer. 7.* *Iob 17.* *Exo. 25.* *Apoc. 1.* *Luc. 11.*

Lauacrũ triplex. Triplex est lauacrũ, in aqua, in lachrymis, & in sanguine. De primo legitur: Misit Chrs aquã in peluim, & lauit pedes discipulorum: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sctõ, non põt intrare in regnũ Dei. De secundo hoc dicitur: Lauabo per singulas noctes lectũ meum. Et alibi: Si abluerit dñs sordem filiarum Sion, & sanguinem Hierusalẽ lauerit in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. De tertio in Apocalypsi scribitur: Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Et iterum: Qui lauit nos à peccatis nr̃is in sanguine suo. Primũ & vltimũ sine medio parũ valent: quia nec baptismus, nec martyriũ sine pœnitentia valent ad salutẽ, quum nõ remittatur impœnitenti peccatũ, originali duntaxat excepto, qđ sine pñia paruulis dimittit̃ in baptismo: q̃a sicut in regeneratione, sine consensu dimittit̃ transitq; reatus, & remanet actus, sic econtrariò in actuali pctõ transit actus, & remanet reatus, donec penitus dimittat̃. Sed q̃a non dixerat quibus lauabit lectũ, sic determinat subdens: Lachrymis stratũ meũ rigabo.

Ioã. 13. *Ioan. 3.* *Psal. 6.* *Esa. 4.* *Apoc. 7.* *Apoc. 1.*

Lachryma multiplex Sũt lachrymę dolẽtis & pœnitẽtis, lachrymę cõpatientis & diligentis, lachrymæ contemplantis & exultãtis, lachrymæ imprecantis & desperantis. De *4.Re.20* *Esa.38.*

Luc. 7. primis legitur: Fleuit Ezechias fletu ma-
gno, & dictum est ei: Audiui orationẽ tuã;
& vidi lachrymas tuas, & ecce sanaui te.
Mulier quoq; quæ erat in ciuitate pecca-
trix, lachrymis cœpit rigare pedes Dñi, &
capillis capitis sui tergere, & dictũ est ei:
Dimissa sunt tibi peccata tua. De secũdis
lachrymis legitur, quod Iesus vt vidit Ma-
riam plorantem, & Iudęos qui venerãt cũ
ea plorantes, fremuit & turbauit seipsum,
& lachrymatus est. Dixerunt ergo Iudæi:
Ioã. 11. Ecce quo amabat eum. Ioseph quoq; cum
Gen. 45 amplexatus fuisset in collũ Beniamin fra-
tris sui, fleuit, illo similiter flẽte super col-
lũ ipsius. De tertijs lachrymis inquit Pro-
pheta: Fuerunt mihi lachrymę meæ panes
die ac nocte, qñ ingrediar in locum taber
Psa. 41. naculi, ambulabo vsque ad domum Dei.
Tob. 11. Tobias quoq; cum vxore osculatus est
filium, & cœperũt ambo flere præ gaudio.
Mat. 22 De quartis ait dñs: Mitte eum in tene-
Apoc. 6. bras exteriores, vbi erit fletus & stridor dẽ
tium. Et alibi: Flebunt & plangent se su-
per eum omnes reges terræ, qui fornicati
sunt cum illa, & in delicijs vixerunt. Por-
ro, absterget Deus omnem lachrymam ab
oculis sanctorũ, & iam non erit vltra neq;
luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor,
Mat. 5. quæ priora abierunt. Ergo beati qui lugẽt,
Ps. 125. quoniam ipsi consolabuntur. Eũtes ibant
& flebant mittentes semina sua. Venien-
tes autem venient cum exultatione, por-
Prou. 2. tantes manipulos suos. Cæterum qui læ-
Iob 21. tantur quum malefecerint, & exultant in
rebus pessimis: qui tenent tympanum, &
citharam, & gaudẽt ad vocem organi, sed
in puncto descendunt ad inferna, eorum
risus dolore miscebitur, & extrema gaudij
Prou. 14 luctus occupauit. Lachrymis ergo meis
stratum meum rigabo: quia lachrymæ ab-
luunt conscientiam à sordibus peccatorũ,
quæ quantò amariores sunt pęnitenti, tan
Mat. 26 tò dulciores sunt indulgenti. De talibus
Esa. 33. lachrymis alibi legitur, quod Petrus egres-
Ioel 2. sus foras fleuit amarè. Item: Angeli pa
cis, id est, sacerdotes orantes pro pace, a-
marè flebant, secundum illud: Inter vesti-
bulum & altare plorabant sacerdotes &
1. Reg. 1 ministri Domini. Nam labia sacerdotis
custodiunt scientiam. Angelus n. domini
exercituũ est. Anna quoq; largiter flebat
amaro corde. Lachrymis ergo interiori-
bus, id est, amaritudine pœnitentiæ, stratũ
meum, videlicet sensualitatem, rigabo, vt
fertilis fiat, quæ prius arida erat, vt irriga-
ta dignos pœnitentiæ fructus producat,
quæ arefacta spinas, & tribulos germina-
bat. De hoc stratu alibi dicitur: Vniuer *Psal. 4.*
sum stratum eius versasti in infirmitate
eius. Ex hoc verò quod dicit: Lauabo per
singulas noctes lectũ meũ, colligitur eui-
denter, quod non sufficit, quod homo con
fiteatur in genere, se multa cõmisisse pec-
cata, sed oportet vt descendat ad speciem,
vt de singulis cõteratur, maximè quorum
potest per inquisitionis studiũ recordari.
Cæterum distingui potest inter lectum &
stratum, vt per lectum, in quo corpus cum *Differũt*
delectatione quiescit, voluptas corporis *lectus et*
designetur: per stratum verò, in quo pãno- *stratũ.*
rum congeries cumulatur, intelligatur cu-
mulus peccatorum: vt per lachrymas pęni
tentiæ diluatur & deleatur multitudo pec
catorum, & voluptas peccãdi. Ideo verò
dicit, Per singulas noctes, & non dicit, Per
singulos dies, vt innuat quòd dies & no-
ctes patiatur alternatim. Qui n. modò ve-
ritatis luce perfunditur, & modò iniquita-
tis caligine obscuratur, tãquam inter dies
& noctes alterno commutatur affectu: ve *Rom. 7.*
luti noctem sustineat, si carne seruiat legi
peccati: diem verò prospiciat, si mente ser
uiat legi Dei. Tanquã igitur non sufficiat,
quod dixerat de præterito: Laboraui in ge
mitu meo, adiungit protinus de futuro, vt
profectum pęnitentis ostendat, qui de ge-
mitu procedit ad lachrymas, & de lachry-
mis ad confessionem.

Turbatus est præ ira oculus meus,
inueteraui inter omnes inimi-
cos meos.

REdde singula singulis: Lauabo per *Peccatũ*
singulas noctes lectum meum, quia *obreptio*
inueteraui inter omnes inimicos meos. *nis et cõ*
Lachrymis stratum meum rigabo, quia *suetudi-*
turbatus est præ ira oculus meus. Notan- *nis.*
dum verò quod est peccatum obreptio-
nis, quod citò deseritur, & est peccatum
consuetudinis, quod diutius frequenta-

tur

tur. Vtroq; modo dolet pœnitens se peccasse. Per obreptionem, propter quod ait: Turbatus est prę ira oculus meus. Nam ira quandoque dicitur breuis furor, secũdum illud: Sol non occidat super iracundiã vestram. Et per consuetudinẽ, propter quod addit: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Nam vetustas ex diuturnitate procedit. Oculus ergo meus, videlicet intellectus, seu ratio, vel interior, turbatus est præ ira, vel à furore, quod idem est: qm̃ ira viri iustitiam Dei non operatur. Et: Ira impedit animum ne possit cernere verum. De his oculis legitur: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Oculi sapientis in capite eius. Et: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuũ lucidũ erit. Tales oculi qñque turbantur præ ira propria, & interdum turbantur à furore diuino: quia dum peccator prę ira propria solem iustitiæ non finitur contemplari, à furore diuino, iusto quidem iudicio, in præsenti tenebras interiores, id est, cæcitatem mentis incurrit, in reprobum sensum datus: & in futuro tenebras exteriores incurret, qm̃ tolletur impius, ne videat gloriam Dei: quia Deus habitat lucem inaccessibilem, extra quam penitus erit impius, in futuro ex toto separatus à Deo: & ideo tenebræ illæ dicuntur exteriores, quia faciunt homines penitus extra lucem. Non solum autem per obreptionem quandoque deliqui, verum etiam pro cõsuetudinem sæpe peccaui: qm̃ inueteraui ex longa consuetudine inter omnes inimicos meos. Certè dũ anima in hoc seculo peregrinatur à domino, multos & magnos patitur inimicos, de quibus legitur: Facti sunt inimici eius in capite. Nam inimicatur ei mũdus & caro, dæmon & homo. Mundus cum elemẽtis. vnde: Pugnabit orbis terrarum contra insensatos. Caro cum sensibus. vnde: Mors ingreditur per fenestras. Oculus animam deprædatur. Dæmon cum vitijs. vnde: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cęlestibus, aduersus rectores mundi tenebrarum harum. Homo cũ bestijs. vnde: Quum insurgerẽt homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorũ bestijs terræ. Inimici ergo sunt dæmones & homines, vitia & peccata, mundus & caro. De quibus legitur: Inimici nostri deriserunt nos. Confundantur & reuereantur inimici mei. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Persequar inimicos meos & comprehendam illos. Porrò sicuti diabolus est inimicus virtutum, de quo dicitur: Quia inimicus homo superseminauit zizania, ita Deus vitiorum est inimicus, qui de se dicit: Inimicus ero inimicis tuis. Verè igitur militia est vita hominis super terram. Dicit itaque pęnitens: Inueteraui, hoc est, ex longa consuetudine peccaui, inter omnes inimicos meos, me vndiq; prosequentes, & ad malum trahentes, iam turpis & inutilis factus: à simili veteris vestis, quæ nec vsui est, nec decori. O quàm grauis est vetustas peccati, quàm graue vetustatis peccatum, ex qua culpa quasi vertitur in naturam, & natura quasi trãsit in culpam. Est autem vetustas corporis, vetustas sensualitatis, vetustas rationis, vetustas consuetudinis, vetustas ignorantiæ, vetustas culpæ, vetustas legis, vetustas vitæ, vetustas temporis, & vetustas æternitatis.

Ephe. 4. *Iacob. 1.* *Horatius.* *Ps. 118.* *Ecc. 2.* *Matt. 6.* *1. Ti. 6.* *Anima à multis inimicis impugnatur.* *Sap. 5.* *Thre. 3.* *Hier. 9.* *Ephe. 6.* *Psa. 17.* *Mat. 13* *Exo. 23.* *Iob 7.* *Vetustas multiplex.*

De vetustate corporis legitur: Omnes sicut vestimentũ veterascent. De vetustate sensualitatis habetur: Vetus homo noster cũ illo affixus est. De vetustate rationis accipitur: Quoniam tacui, inueterauerunt omnia ossa mea. De vetustate cõsuetudinis item legitur: Deponite veterẽ hominem cũ actibus suis. De vetustate ignorantiæ dicitur: Vetus error abijt. De vetustate vitę legitur: Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. De vetustate culpæ item legitur: Inueterate dierum malorũ. De vetustate legis scribitur: Non in vetustate literæ, sed in nouitate spũs. De vetustate temporis dicitur: Vetustissima veterum comedetis. De vetustate æternitatis narratur: Vetus dierũ sedit, & libri aperti sunt. Licet aũt peccator iste inter suos inueterauit inimicos, non tñ despērat, sed correptus & exauditus à dño dicit illis:

Ps. 101. *Rom. 6.* *Psa. 31.* *Ephe. 4.* *Luc. 5.* *Dan. 13.* *Rom. 7.* *Leu. 26.*

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniã exaudiuit dominus vocẽ fletus mei.

Quasi dicat: Ego sum separatus à vobis, etsi non adhuc loco, iam tñ voto etsi nõdum corpore, iam tñ corde. Non enim possumus in hoc mundo neq; debemus corporaliter separari prorsus à malis, nisi duntaxat ab illis, qui meritò peccatorum suorum per excommunicationis sen tẽtiam ab Ecclesia sunt præcisi, cũ quibus nec cibum sumere, secũdum Apostoli verbum, debemus: alioqui, secũdum quod idẽ Apostolus ait, oporteret nos de hoc mundo exire. Nam & dñs præcepit: Nolite eradicare zizania, ne simul eradicetis & triticũ. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem. Interim ergo antequam area ventiletur, quia grana mixta sunt cũ paleis, & zizania cum frumento, bonos oportet esse cum malis. Vnde Loth habitabat in Sodomis, & Iob erat in terra Hus: spõsus quoque dicit ad spõsam in Cant. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Quapropter & ipse Christus cum publicanis & peccatoribus manducabat. Cæterũ etsi iusti non debeant in hoc mundo corporaliter ab impijs separari, quantum ad generalẽ cõionem, qñ tñ sine scandalo potest fieri, separari debent ab illis, quantum ad familiarem cohabitationem: quia mores à conuictu formantur, & corrumpunt bonos mores colloquia mala. * Vnaque conspecta liuorem ducit ab vna. Propter quod dicitur: Cum sancto sanctus eris, & cũ innocente innocens eris. Et alibi legitur: Cum hominibus operãtibus iniquitatem, & non cõicabo cum electis eorum. Item: Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Semper ergo spiritualiter, & aliquando etiam corporaliter in hoc seculo boni separantur à malis. In futuro verò & spiritualiter & corporaliter separabunt̃ omnino. Dicit itaq; pœnitẽs iustificatus à Deo: Discedite à me oẽs qui operamini iniquitatem, qm̃ dñs exaudiuit vocẽ fletus mei.

Boni à malis hic corporaliter separari nõ possunt. *1. Cor. 5.* *Mat. 13* *Cant. 2.* *Luc. 5.* *Malorũ cõsortia vitãda.* *1. Co. 15.* *Psa. 17.* *Ps. 140.* *Psa. 83.*

Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationẽ meam * assumpsit.

** al. suscepit.*

Pro tribus orauerat in primo ternario, pro pœna videlicet amouenda, ꝑ plaga curanda, & pro mora tollenda. Sup his tribus se gaudet à dño exauditum dicens: Exaudiuit dñs vocem fletus mei, dominus orationem meam assumpsit. Est fletus in corde, fletus in ore, fletus in opere. In corde cum dolore, in ore cũ clamore, in opere cum labore. De primo legitur, quod cũ Anna esset amaro animo, flẽs largiter orauit dñm. Loquebatur autẽ in corde suo, & vox penitus non audiebatur. De secundo legitur: Vox in Rhama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, noluit consolari. De tertio legitur: Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, stans retro secus pedes dñi Iesu lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. Quidã præ nimia lætitia sæpè plorant, de qualibus legitur, qđ Tobias data manu puero, occurrit obuiã filio suo, & suscipiens osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio. Sic Ioseph videns patrem suum Iacob irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit, dixitq; pater ad eum: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuã. Porrò & præ nimia lætitia & præ nimia tristitia quidam non possunt interdũ continere voces à fletu. Vnde legitur, qđ Ioseph vltra se cohibere non poterat, eleuauitq; vocem cum fletu quam audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis, & manifestauit se fratribus suis. Dauid autem ascendens in cœnaculũ portæ fleuit & clamauit voce magna: Fili mi Absolon, Absolon fili mi. Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te. Prius ergo pœnitens nimis tristis aiebat: Lachrymis stratum meum rigabo. Nunc autem nimis lætus effatur: Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam assumpsit. Quia ergo dominus pœnitentiam suam misericorditer suscipiens exaudiuit, optat, vt eius exemplo inimici pœniteant dupliciter, ita dicens:

Fletus multiplex. *1. Re. 1.* *Mat. 2.* *Luc.* *Tob. 10.* *Gen. 46.* *Gen. 45* *2. Re. 16* *Inimicis resipiscentiã precatur.*

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei, * auertantur retrorsum, & erubescant valde velociter.

** al. conuertantur & erubescant.*

Conturbentur in corde, per cõtritionis dolorem, erubescant in ore, per confessionis pudorem, auertantur retrorsum in opere, per satisfactionis laborem.

Et

Erubescentia pœna cõfitentis. Et repetit iterum: Erubescant: quoniam & in recordatione facinorum debet intus erubescere Deum, & in confessione peccaminum debet foris erubescere hominem: quoniam erubescentia confitentis pœna est non modica pœnitentis & pudor confessionis, pars est non minima satisfactionis. O cum quanto rubore coram altero confitetur, quod quis absque magno pudore, nec intra se meditatur. Sed amplius debet erubescere coram Deo, cuncta cernente, nefandas turpitudines exercere, quam coram homine quædam audiente peractas turpitudines reuelare: quamuis eas illi reueles, nõ ut homini, sed vt Deo. *Erubescentia mala.* Erubescant ergo de peccatis suis ad pœnitentiam, quoniam etsi quædam erubescẽtia sit mala, de qua dominus ait: Qui me *Luc. 9.* erubuerit & meos sermones coram homi*Luc. 14.*nibus, hunc filius hominis erubescet corã *Erubescentia bona.* angelis Dei. Et: Tunc incipies cum rubore nouissimum locum tenere. Hæc tamẽ erubescentia bona est. de qua dicit Apo*Rom. 6.*stolus: Quem ergo fructum habuistis tunc in *4. Re. 3.* illis, in quibus nunc erubescitis? Et Propheta improperat illi, quæ noluerat erubescere de peccatis: Frons inquit, meretricis facta est tibi, erubescere nesciuisti. Heliseus quoque dixit ad Ioram regem Israel: Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudææ erubescerem, nec attendissem quidem te nec respexissem. Nã vt Sapiens protestatur, est confusio adducens gloriã, & est confusio adducens ignominiã. Hinc *Esa. 23.* etiam alibi legitur: Erubesce Sidon ait mare. Optat autem, vt conturbentur, secundum aliam literam, vehemẽter, quatenus conturbatio sit non solum ingens, sed vehemens, id est, væ adimens, hoc est, ęternã damnationem auertens: quia nisi talis & tanta sit conturbatio pœnitentis, vt sufficiat ad auertendam pœnam æternam, atterit procul dubio, sed non conterit, pœnã inferens, sed veniam nõ impendens. Sunt enim hic duo paria inter se, vt gehennalis pœnæ debitum remittatur, & criminalis culpæ vinculum relaxetur. Optat etiã vt auertantur retrorsum, quatenus sicut de virtutibus corruerunt in vitia, mala opera exercendo, ita de vitijs redeant ad virtutes, bona merita operando: quia non semper dimittitur tota pœna, quotiens remittitur tota culpa. Per hoc autem quod ait, Valde velociter, ostendit quod non est confessio aliquatenus differenda: quia peccatum quod per pœnitentiã non diluitur, mox ad aliud pondere suo trahit, quũ sit ipsum differre, peccare. Nescitis, inquit *Mat. 25* dominus, diem neque horam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus illis diebus. Prægnantes sunt, qui celant peccatum cõceptum in corde. Nutrientes sunt, qui fo*Luc. 21.*uent peccatum generatum in opere, qui*Prægnãtes et nutrientes qui.*bus erit væ, id est, damnatio illis diebus. Potest etiam hoc intelligi dictum non optantis affectu, sed spiritu prophetantis. Quasi dicat: Dominus exaudiuit me, sed omnes inimici mei erubescant & conturbentur, id est, conturbabuntur & erubescent, non vtique in præsenti, vbi mali bonos derident, sed in futuro, vbi mali erubescentes de se, dicent de bonis: Hi sunt, *Sap. 5.* quos aliquãdo habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Videntes autem turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione salutis. Erube*1. Thess. 5.*scent autem valde velociter, quia quum dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus superueniet interitus, & calamitas inuet improuisa. Sed hic finis Psalmi reducitur ad principium, quia quod in principio à se flagitat amouendum, in fine prædicit reprobis irrogandum.

IN PSALMVM Secundum Pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM huius Psalmi talis est: Intellectus Dauid.

Titulus eiusdem explicatio.



Itulus iste non indiget alia expositione quam psalmi, quoniam in expositione psalmi titulus exponetur, cui psalmus alludit, non solum sententia sed sermone, ibi maximè, vbi dicitur: Intellectum tibi dabo, & instruam te. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus. Principaliter autem de gratia & misericordia Dei agit. Vnde Apostolus ad Romanos ex ipso sumit gratię argumentum adversus illos, qui de operibus gloriantur bonis, & merita iactant, dicēs, beatitudinem esse illius hominis, cui Deus fert accepto iustitiam, sicut ait Propheta: Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Incipit ergo à beatitudine viæ, & desinit in beatitudine patriæ. Inchoatur a gratia, & terminatur in gloria. Vnde cū in principio Psalmi dicatur: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, in fine concluditur: Et gloriamini oēs recti corde. Illud aut considerandū occurrit, quod istorū septē psalmorum duo sunt, quorum vterque specialē titulum sortitur à sententia: videlicet, primus & tertius. Ite duo sunt, quorū vterq; propriū titulum habet à continētia, videlicet secundus & quintus. Rursus, duo sunt, quorum vterq; singularem titulum obtinet ab historia, videlicet quartus & septimus. Solus deniq; sextus cum cæteris canticis graduum titulum legitur habere cōem. Cæterum quum Dauid super senes se intelligere fateatur, videtur profectò, quod psalmus iste, cui præscribitur intellectus Dauid, profundum cōtineat intellectum, illum vtiq;, de quo Veritas ait: Spūs est qui viuificat, caro nō prodest quicquam: spiritualem videlicet non carnalē. Sicut enim spiritus viuificat carnē, sic intellectus viuificat literam, quæ sine spirituali iacet mortua intellectu. Imo plus dicit Apostolus: Litera occidit, spūs aūt viuificat. Dauid. n. quasi cōtrarias & repugnantes sententias in hoc Psalmo proponit, vt carnalem occidat, & spūalē viuificet intellectū. Ait ergo. Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Rom. 4.

Ps. 118.

Ioan. 9

2. Cor. 3.

Si sunt remissæ qūo tectæ: aut si tectæ, quomodo remissæ? Rursus: Qm̄ tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Si tacet, qūo clamat; aut si clamat, cūo tacet? Tales quoque sententias Christus proponit in Euāgelio: Qui amat animam suam perdet eam; & qui odit animam suā in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Item: Mea doctrina non est mea. Et: In iudicium ego veni in hunc mūdum, vt qui non vident, videant; & qui vident, ceci fiant. Retrahit ergo à carnali, & ad spiritualem attrahit intellectum, quem accepit ab illo, qui etiam dat gallo intelligentiam prudentiæ intellectus ab æuo.

Ioā. 12.

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Iob 38.

Psalmus iste secundum translationem nostrā tredecim habet versus, qui ad Trinitatis mysterium & legis decalogum referuntur, fidem & operationem ad beatitudinem necessarias exprimentes. Nam iustus ex fide viuit. & fides sine operibus mortua est. Porro secundum aliam translationem quatuordecim versus habet. legē & Euangelium designātes, propter decem legis mandata & quatuor Euāgelia, vt ostēdatur quod intellectus quē habet Dauid, id est, pœnitens in hoc Psalmo, & Euangelio consonat, & legi cōcordat. Quadripartitus autem est iste Psalmus. In prima parte pœnitens primo cōmendat in Deo misericordiam & gratiam. Gratiam, ex qua Deus gratis vinculum culpæ dissoluit, & misericordiam, ex qua misericorditer pœnæ debitum dimittit, ostendens quid inde prouenit, id est, beatitudo. Vnde præmittit: Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Et: Beatus vir cui non imputabit dn̄s peccatum. Secundò reprehendit in se negligentiam & superbiā. Negligentiam, ex qua peccata sua diu male subticuit, & superbiā, ex qua merita sua diu male clamauit, ostendens quid inde prouenerit, id est, inueteratio. vnde subiungit: Qm̄ tacui inueterauerunt oīa ossa mea, dum clamarē tota die. Tertio circa se vindictā exaggerat, quia manus dn̄i aggrauata est sup eū: & miseriam: quia cōuersus est in ærumna, ostendens quid inde sequatur, id est, afflictio: quia configitur spina. Vnde subinfertur: Qm̄ die ac nocte grauata est super me manus tua. cōuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Commendans ergo gratiam & misericordiam ita incipit.

Abac. 2.

Iacob 2.

PSALMI XXXI. Qui in Ordine est secūdus pœnitentialiu, Elucidatio.

Psa.31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Beatitudinum, alia in via, alia in patria.



Eatitudinū alia est in via, & alia in patria. De ista legitur: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. De illa dicit: Beati q habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabūt te. *Ps.118.* Beatitudo viæ consistit in fide, beatitudo patriæ consistit in specie. Ista cōsistit in spe, illa cōsistit in re. De ista præmittitur: *Ps.38.* Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorū tecta sunt peccata. De illa subiūgitur: Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, nec est in ore eius dolus. Vnde loquēdo de ista, quæ habetur in via præsenti, vtitur verbo præsentis temporis dicens: Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Loquēdo vero de illa, quæ habebitur in vita futura, verbo futuri temporis vtitur dicens: Beatus vir, cui nō imputauit dominus peccatum. Est prætetea beatitudo diuina, quę summa est & æterna, & beatitudo mundana, quæ falsa est & caduca. *Alia diuina, alia humana.* Illam habet vt ait Apostolus, solus beatus & potens, qui solus habet immortalitatem: istam autem habet qui temporalibus bonis abundat, *1.Ti.6.* de quo dicit Propheta: Beatum dixerunt *Ps.143.* populum cui hæc sunt: sed qui beatum te dicunt ille te decipiunt.

Culparū aliæ originales, aliæ actuales. Culparum aliæ sunt originales, quę cōtrahūtur, & aliæ actuales, quæ committuntur. De originalibus ait: Beati quorum remissæ sunt iniqtates. Et de actualibus addit: Quorum tecta sunt peccata. Cæterum *Actuales culpæ triplices.* actuales culpas distinguit in peccata cogitationum, locutionum, & actionum. De peccatis cogitationum præmittit: Quorū tecta sunt peccata. De peccatis actionum subiungit: Beatus vir, cui non imputauit dñs peccatum. De peccatis locutionū annectit: Nec est in ore eius dolus. Potest & aliter distingui in illa, vt per ea intelligātur tres materies peccatorum, videlicet originalium, venialium, & mortalium. *Peccatorum differentiæ tres.* De originalibus ait: Beati quorū remissæ sunt iniqtates. De venialibus addit: Et quorū tecta sunt peccata. De mortalibus subdit. Beatus vir, cui nō imputauit dominus peccatum. De originalibus dicit quod remittuntur, de venialibus, quod teguntur, de mortalibus, quod non imputantur beato viro: sic notans subtiliter & prudenter differentiam inter illa. Originale nanque *Peccatū originale.* peccatum, & appellatur iniquitas, vt iniquitatis vocabulum priuatiuum sit æquitatis. Aequitas autem est, vt filius non portet iniquitatem patris, nec pater iniquitatē filij, sed anima quæ peccauerit, ipsa morіatur: *Eze.18.* Originale verò peccatum filij non committunt, sed contrahunt a parētibus, & tamen damnātur pro illis, vt dicere valeant: Patres nostri comederunt vuā acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. *Hier.31* Et quia præter huiusmodi ęquitatem originale peccatum punitur, verisimiliter iniquitas appellatur, quamuis ex alia causa iusta sit eius pęna. *Orig. peccatum quando intēsum.* Tunc autem originale peccatum est intēsum in homine, cum & secundum reatum, & secūdum actum existit in illo, vt reatus ad labem, & actus ad fomitem referatur. Verum in baptizato labes mundatur, sed fomes relinquitur: qa trāsit reatus & remanet actus, & ideo remissum est post baptismū, quod ante baptismum erat intensum. Nā et si non sit deletū, quātum ad fomitem, est tñ deletum, quantū ad labē, vt iam per illud homo non obligetur ad culpam, sed exerceatur ad luctam.

Veniale. Veniale verò peccatum non solum habetur cum vitijs, verumetiam cum virtutibus exercetur: quoniam homo virtutibus præditus, sæpe committit veniale peccatum. Homo autem cum spoliatur virtutibus, tūc nudatur: quia vestes animæ sunt virtutes. sed in nudo macula cernitur, quę tegitur sub induto. Et ideo quum quis indutus est charitate, quæ est vestis nuptialis, sub ea quidem quasi tectum existit in illo veniale peccatum, vt ita sit quasi non obsit: qa quod in camino efficit aquæ gutta, hoc in charitate facit venialis offensa: sicut & leuis fœtor in suaui non sentitur

odo-

odore. Illi ergo beati sunt, beatitudine viæ, quorum remissæ sunt iniquitates, id est, quorum originales culpæ mitigatæ vel debilitatæ sunt in baptismo, ne in hoc mortali corpore dominentur: quoniã etsi non deletæ sunt quantũ ad fomitem, propter actum qui remanet, iam tamen deletæ sunt quantum ad labem, propter reatũ qui trãsit. Similiter beati sunt illi beatitudine viæ, quorum peccata venialia tecta sunt, id est, charitatis operimento velata: 1.Pe.4. quia charitas operit multitudinem peccatorum, videlicet venialium, quorum tanta *Tecta peccata* est multitudo, vt illi qui perfecti sunt in hac vita, non possint omnino carere: sed à charitate teguntur, vt non ostẽdantur per illa deformes, qui sunt charitatis specie informati. Quod maximè põt de peccatis cogitationum intelligi, quæ non *Peccata cogitationum.* exeuntes ad opus, vmbraculo gratiæ teguntur in corde. Vel sine distinctione iniquitates remissæ intelligantur tecta peccata, quæ sic in baptismo teguntur, sicut in mari rubro (quod fuit figura baptismi) tecti *Baptismus mari rubro Aegyptij peccatis cõparãtur* fuerunt Aegyptij, qui figurabant peccata, insequentes Hebræos, id est, persequentes virtutes, quæ duo sibi inuicem aduersantur. Nam sicut mare rubrum texit & deleuit Aegyptios, sic aqua baptismi tegit & delet originis culpam. Possunt & aliter intelligi tecta peccata, vt quia quod tegitur non videt, illa peccata tecta sint Deo, quæ non videntur ab eo. Deo nanq; peccata videre, idem est quod punire, iuxta *Psal. 5.* quod alibi dicitur: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Deus autem peccata quæ tegere voluit, aduertere noluit, & quæ nõ aduertuntur à Deo, id est, quæ non videntur, nõ puniuntur ab eo, cum idem sit ipsi peccata videre, quod illa punire. Vnde cõsequenter adiunxit: Beatus vir, cui nõ imputabit dñs peccatum. Vel iniquitates di*Iniquitates q.* cuntur, quę fidem & baptismum pcedunt. *Peccata quæ.* Peccata verò, quæ post fidem & baptismũ succedũt. Illa sicut debitũ quod gratis remittitur, sine satisfactione aliqua remittũtur: quia baptismus & culpam remittit & 1.Cor.4. pęnam. Ista per satisfactionis studium studiose teguntur, ne in iudicio reuelentur, in quo manifesta fient occulta cordium, & aperta erunt abscondita tenebrarum: vt hic tecta, sint ibi detecta, & hic detecta, sint ibi recta. Nam si tu tegis, Deus detegit: & si tu detegis, Deus tegit. Vel iniquitas, peccatum & dolus, possunt distincte referri ad offensam, quam quis committit in Deum, culpam quam committit in se, & noxam quam committit in proximum, secundum quod alibi dicitur: Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus. Ergo. *Ps.105.*

Beatus vir, cui non * imputabit dominus peccatum, nec est in* ore eius dolus.

** Al. imputauit.* ** al. spiritu*

Mortale peccatum qñq; dimittitur, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam. Qñque dimittitur quantũ ad culpam, sed non omnino quantum ad pęnam. Porro, duplex est pęna, temporalis videlicet, & perpetua. Qñcunq; dimittitur culpa mortalis, dimittitur & pœna perpetua. Sed qñque mortalis dimittitur culpa, quod temporalis non dimittitur pęna: vt, si tanta non sit contritio, quæ ad deletionem sufficiat vtriusque: propter quod frequenter iniungitur temporalis satisfactio pęnitenti. Licet.n. Nathan dixerit ad Dauid: Transtulit dñs peccatum tuum, prædixerat tñ: Vriam Ethæũ peremisti gladio, & vxorem eius accepisti in vxorem. Quãobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum. Quum ergo imputare sit etiam pęnam tenere, tunc non imputatur peccatum, quum non tenetur in pęnam, id est quum ita dimittitur, vt pęna penitus relaxetur. Quod vtique fiet cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem: quia tunc absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iã non erit luctus amplius nec clamor, sed nec vllus dolor: qrñ præterita transierunt. Vel de præterito, ille vir est beatus, cui non imputauit dominus peccatum, id est, qui cauit sibi à criminali peccato, quod dominus imputat ad pęnam æternam. Et ideo non imputauit illi peccatũ, quia iniquitates eius remisit, & peccata texit. Quia verò non semper intelligitur in præsenti beatus, cui peccatum non imputabitur in futuro, vt si nunc sit in illo peccatum mortale, quod tandem

Mortale peccatum. *2.Reg.12.* *Imputare quid.* *1.Co 15.* *Apoc.7.*

tandem per pœnitentiam dimittetur, consequenter adiungit: Nec est in ore eius dolus. Ac si diceret manifestius: Ille vir est beatus, etsi nondum per speciem, tamen per fidem, cui dominus tandem non imputabit peccatum ad pœnam, & modo etiam non est dolus in ore eius, id est excusatio in peccatis. Quia modo pœnitens veraciter cõfitetur peccatum suum ad veniam, vt non excuset se, sed accuset: qualis erat ille Nathanael, de quo dominus ait: Ecce veræ Israelita, in quo dolus non est. Et ille humilis Publicanus, qui dixit ad dominum: Deus, propitius esto mihi peccatori. Dolum.n. habet in ore, qui se prædicat esse iustum, cum sit iniustus: à quo dolo ille se reddit immunem, qui suum non excusat, sed accusat excessum, vt tanquam verè pœnitens suum veraciter cõfiteatur peccatum. Alia translatio habet, In spiritu, id est, in corde eius dolus non est. Quoniam est dolus in corde, dolus in ore, & dolus in opere. De primo dicitur: Dolos tota die meditabantur. De secundo: Loquutus est verba pacifica in dolo. De tertio: Non defecit de plateis eius vsura & dolus. Omnes tamen ex corde procedunt: vnde ad remouendum omnes dicit, quod nõ est in spiritu eius dolus. Accipitur tamen aliquã dolus in bono, iuxta quod inquit Apostolus: Quum essem astutus, dolo vos cepi. Estque dolus ille fallaciæ, hic verò prudentiæ. Sicut & est fictio mala, de qua dicitur: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: Et fictio bona, de qua dicitur: Iesus finxit se longius ire. Item est quoque simulatio mala, de qua Salomon ait: Simulator ore decipit amicum suum: Et simulatio bona, qua Dauid se simulauit in sanũ corã Achis rege Geth. Dominus quoq; dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam.

Dol. s in ore qd.
Ioan. 1.
Dolus triplex.
Psa. 37.
1. Mac. 1
Psa. 54.
Dolus in bonam partem.
2. Co. 12
Sap. 1.
Luc. ult.
Prouer. 11.
1. Reg. 21.

Quia ergo nõ sufficit, vt quis abstineat à peccato, ne sibi ad pœnam imputetur à Deo, nisi hoc purè faciat, vt gloriam consequatur æternam: cum & hypocrita propter inanem gloriam declinet à malo, qui tamen beatus non est, sed prorsus infelix, quia est in spiritu eius dolus, id est, fallacia fictionis. Ille ergo est vel erit beatus vir, cui non imputabit dominus peccatũ, nec est, in ore vel in spiritu eius dolus. Sed

Quoniam tacui inueterauerunt * omnia ossa mea, dum clamarem tota die.

**al. non habet omnia*

MIra sententia, vt idem & tacuerit & clamauerit tota die. Sed tacuit crimina sua, quæ poterat verè clamare, & clamauit merita sua, quæ verè poterat tacere. Tacuit crimina sua, vt celaret, & clamauit merita sua, vt iactaret. Tacuit vnde proficeret, & clamauit vnde deficeret. Ergo & malè tacuit, & malè clamauit, & ideo pœnitens interponit: Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Dicit hoc à simili hominis, qui medico plagam occultat: quæ ideirco inueteratur, quoniam non curatur, & ideo non curatur, quia occultatur. Sicut enim sanies sub cute collecta, tumorem multiplicat, & dolorem, donec ea per apertionẽ educta, tumor sedetur & dolor: ita putredo peccati, sub cordis latibulo congregata inflat animum & perturbat, donec ipsa per confessionem eiecta, inflationis & perturbationis molestia penitus mitigetur. Ex qua profectò non solum spiritus hilarescit, sed & corpus iocundatur, vt iam alleuiatum se sentiat, ingenti prius pondere prægrauatus. Licet ergo generaliter sit tacendum ab omni verbo quod nocet, tacẽdum tamen non est à confessione peccati, sicut hic dicitur Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea. Neque à laude Dei, sicut alibi legitur: Si homines tacerent, lapides clamarẽt. Nec etiam à reprehensione iniquitatis, dicente propheta: Væ mihi quia tacui, quia vir pollutis labijs ego sum. Sed neque à prædicatione veritatis, eodẽ propheta testante: Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam: nisi fortè sint canes, aut porci qui audiunt. De quibus Veritas ait: Nolite sanctũ dare canibus, neq; margaritas mittite ante porcos. vnde Psalmista dicebat: Posui ori meo custodiam, quum consisteret peccator aduersum me obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Et ideo Salomon ait: Est tempus tacendi, & tempus loquendi.

Tacendũ à quibus non sit.
Luc. 19
Esa. 6.
Esa. 62.
Mat. 7.
Psa. 38.

Certè Pharisæus ille tacuit, dum clamaret, qui ascendens in templum vt oraret,

ret, supprimebat peccata, & merita exprimebat, Gratias, inquiens, tibi ago domine, quod non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, aut etiam vt hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Publicanus autem à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suũ, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Ecce publicanus tacebat merita, & clamabat peccata. Quamobrem domino teste descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Tacui etiam ore celando delictum, dum clamarem opere frequentando peccatum. Tunc enim peccati clamor ascendit, quum impius perpetrata frequentat. Iuxta quod dominus ait: Clamor Sodomorum ascendit coram me. Frustra enim quis satagit occultare, quod frequentare non cessat. Verùm nonnulli gloriantur quum malefecerint, & in rebus pessimis exultant, peccatum suum quasi Sodoma prædicantes.

Luc. 16. *Gen. 18.*

Clamor triplex. Plurimæ autem sunt diuersitates clamorum, tam in bono, quàm in malo, quæ leguntur in scripturis diuinis: sed omnes referuntur ad tres, videlicet cordis, oris, & operis. De clamore cordis dicit Psalmographus: Ad te clamaui dũ anxiaretur cor meum. Et Apostolus: In quo clamamus, Abba pater. De clamore oris dicit Psalmista: Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Et Propheta: Clama, necesses, quasi tuba exalta vocem tuã. De clamore operis dominus ait: Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Et alibi: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Quid autem prouenerit ex vtroque, taciturnitate & clamore, interponit & ait: Inueterauerunt omnia ossa mea dum clamarem tota die. Ossa, id est anima, scilicet vires interiores. Sicut enim homo exterior, id est, corpus quum inueteratur deficit a virtute, sic omnis fortitudo interioris hominis, id est, animæ, quam designant ossa (quia sicut ossa sunt infra carnem, & illam sustentant, sic infra corpus est anima, illudque gubernat) ex peccati deficit vetustate. Sed quoniam vexatio tribuit intellectum, subiungit & ait.

Psal. 6. *Rom. 8.* *Psa. 65.* *Esa. 58.* *Gen. 18.* *Gen. 4.* *Ossa qd.*

Qm̃ die ac nocte grauata est super me manus tua, cõuersus sum in ærũna mea dũ configitur spina.

Dies & nox accipiunť multipliciter in scripturis, videlicet, lux & tenebræ. vnde: Appellauit Deus lucẽ diẽ, tenebras verò noctẽ. Prosperitas & aduersitas. vnde: Super muros tuos Hierusalẽ constitui custodes, tota die ac nocte non tacebunt laudare nomen dñi. Veritas & ignorãtia. vnde: Nox præcessit, dies aũt appropinquauit. Prudentia & simplicitas. vnde. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiã. Iustitia & iniquitas. vnde: Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lucẽ huius mundi videt: si quis aũt ambulauerit in nocte offendit, quia lux nõ est in eo. Multis aũt & alijs modis accipiuntur noctes & dies, de quibus longũ esset singulatim supponere exẽpla. Verũ per diẽ & noctẽ in hoc loco possunt intelligi claritas & obscuritas, vt talis sit sensus: Qm̃ die ac nocte, hoc est, in manifesto & occulto, manus tua, id est, correctio tua, grauata est super me, hoc est, grauiter me afflixit: more prudentis medici, cuius manus, cũ necessitas exigit, vrit & secat, vt curet & sanet. Idcirco in hac ærumna, id est, in hac graui afflictione, conuersus sum ad te medicum meũ, dũ spina timoris & rationis configitur menti, vt conscientia puncta properet ad salutẽ. Quia pars superior rationis, quę synderesis appellatur, semper pũgit & stimulat, id est, contradicit, & murmurat contra pc̃m, dũ caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spũs aduersus carnẽ, quãuis in hoc cõflictu sæpe ratio sensualitati succumbat.

Dies & nox mul tipliciter acci piũtur. *Gen. 1.* *Esa. 62.* *Ro. 13.* *Psa. 18.* *Ioã. 11.* *Gala. 5.*

Pòst hæc per spinã intelligi culpa, quę pũgit, vulnerat, & cruentat. Pungit in cogitatione, vulnerat in cõsensu, cruẽtat in actu: quia tunc sanguis foras educiť, quũ culpa, quæ per sanguinẽ designať secundũ illud: Sanguis sanguinẽ tetigit, ad exteriorẽ actũ progreditur. Vt sit sensus: Qm̃ die ac nocte, id est, assiduè, manus tua, id est, vindicta tua, grauata est super me, id est, grauiter me afflixit & puniuit, conuersus sum in ærũna, hoc est, effectus sum ærũnosus, videlicet infelix & miser, dũ spina cõfigitur id est, dũ culpa vsque ad cõsensum & actum produ-

Spina quid. *Osee. 4.*

producitur: quia tunc spina configitur, quũ plagam infligit. Vel secundum aliam literam: Dum configitur spina, id est, dum humiliatur superbia: quæ sic in spiritu eleuat cor, sicut spina in dorso erigit corpus: cuius fractio non humiliat ad interitum, sed erigit ad salutem.

Spinæ multiplices. Sunt ergo spinæ quæ pungunt, sunt quæ muniunt, & istæ sunt bonæ. Sunt & spinæ quæ suffocant, & spinæ quæ perimunt, & illæ sunt malæ. Spinæ quæ pungunt, sunt timor Dei & aduersitas seculi. De illis dicitur: Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. De istis legitur: Ecce ego sepiam vias tuas spinis. Spinæ quæ muniunt, sunt solicitudinis studium & virtutis exemplum. De illis dicitur: Sepi possessionem tuam spinis. De istis legitur: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguã nequam. Spinæ quæ suffocant sunt occupationes seculi, & motus illiciti. De illis legitur: Simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. De istis dicitur: Spinas & tribulos germinabit tibi. Spinæ quæ perimũt, sunt culpæ mortales, & hæreticæ prauitates. De illis dicitur: Spinæ & tribuli nascuntur in manibus temulenti. De istis legitur: Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Ergo via iustorum sine offendiculo: iter autem impiorum quasi sepes spinarum. Et: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

Ecc. 28. Luc. 8. Gen 3. Prouer. 29. Matt. 7. Prou. 15 Cant. 2.

Sanè multa sunt, quibus se pœnitens aggrauatum ostendit. Fortitudo videlicet aggrauantis, quum ait: Manus tua. Magnitudo grauaminis, quum subiungit: Grauata est super me. Assiduitas grauandi, cum addit: Die ac nocte. Infirmitas aggrauata, cum dicit: Conuersus sum in ærumna. Et aculeus grauitatis, quum infert: Dum configitur spina. Manus autem domini diuersa circa nos gerit officia. Quandoq; creantis. vnde: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Quandoque minantis. vnde: Adhuc manus tua extenta. Quandoq; percutientis. vnde: Manus domini tetigit me. Quandoque protegentis. vnde: Sub vmbra manus suæ protexit me. Quandoque largientis. vnde: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Sequitur.

Manus domini multiplex. Iob. 10. Esaie 5. Iob 19. Esa. 49. Esa. 44. Ps. 144.

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meã nõ * operui.

** al. abscondi.*

IN hac secunda parte suã confessionẽ commẽdat, ostendens eã esse perfectã, cautam, humilem, discretã, deuotã, & efficacẽ. Perfectam, quia & confitetur delicta, & cõfitetur peccata. vnde. Delictum meum cognitum tibi feci. Cautam, quia non ex casu fortuito, sed ex certo proposito confitetur. vnde: Dixi, confitebor iniustitiam meam domino. Humilem, quia non gloriatur, excusando peccatum, sed humiliatur, accusando seipsum. vnde: Confitebor aduersum me. Discretam, quia non commemorat alienam offensam, sed pronunciat suam culpam. vnde: Pronunciabo iniustitiam meam. Deuotam, quia non eam indifferenter cuilibet homini, sed reuerenter pronunciat ipsi Deo. vnde: Pronunciabo eam domino. Efficacem, quia non pronunciauit eam in vanum, sed ad magnum profectum. vnde: Et tu remisisti iniquitatem cordis mei. Ergo delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non operui. Hic scribitur diapsalma: quia quũ primò egisset de gratia, per quã remittuntur iniquitates & teguntur peccata, ne imputentur ad pœnam: & secundò egisset de culpa, per quã peccata tacentur, & merita exclamantur, vnde ossa inueterascunt: & tertiò egisset de pena, secundum quã manus domini aggrauatur, & spina cõfigitur, vnde peccator cõuertitur in ærumna: nũc quasi diuidens, & distinguens, singulorum rationes exponit, incipiens prudenter à medio, vt competentius coniungat extrema. Ac si dixisset apertius: Quoniã tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Idcirco delictum meum cognitũ tibi feci, & iniustitiam meam non operui: sed dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem cordis mei: & quoniam beati sunt quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: & quoniam beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, nec est in ore eius dolus: ideo pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tẽpore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad te non approximabũt.

Confessionẽ suã sex dotibus commendat.

Quo-

Quoniam aũt die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in ærumna mea, dũ cõfigitur spina. Ideo tu es mihi refugiũ à pressura, quæ circundedit me, exultatio mea, erue me à circundantibus me: quia tu parcis & sanas, tu mortificas, & uiuificas, tu deducis ad inferos & redu-
1. Reg. 2 cis. Ergo delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non operui.

Operimentum multiplex. Est operimentũ naturæ, operimentum scripturæ, operimentũ gratiæ, operimentũ pœnitentiæ, operimentũ conscientiæ, operimentũ culpæ, operimentũ gehennæ. De primo: Nec Salomon in omni sua gloria
Luc. 12. coopertus est sicut vnum ex istis. Et: Sicut opertoriũ mutabis eos & mutabuntur. De secundo: In his qui pereunt, Euangeliũ est
Ps. 101. opertũ. Et: Cortinæ factæ sunt ad operien
1. Cor. 4. dum tabernaculũ Dei, de hyacintho, purpura, cocco bis tincto, ac bysso retorta, ope
Exo. 26. re polymitario. De tertio: Charitas opit
1. Pe. 4. multitudinẽ peccatorũ. Et: Operuisti pec-
Psa. 68. cata eorum. De quarto: Operui in ieiunio animã meam. Et: Operiantur confusione
Psa. 70. & pudore, qui quærũt mala mihi. De quinto: Vas quod non habet operculũ est im-
Nu. 19. mundũ. De sexto: Operti sunt iniquitate & impietate sua. De septimo: Vadã & nõ reuertar ad terrã tenebrosam & opertam
Psa. 72. mortis caligine. Est præterea operimentũ corruptionis, de quo legitur: Vermes ope-
Iob 10. rient eos. Operimentũ cõfusionis, de quo dicitur: Operiantur sicut diployde cõfusio-
Iob. 12. ne sua. Operimentũ mortis, de quo scribi-
Ps. 108. tur: Operuit nos vmbra mortis. Et operimentũ ornatus, de quo ad Luciferũ dici-
Eze. 48. tur: Omnis lapis preciosus operimentum
Psa. 43. tuũ. Ex his, põt trahi similis de tecto distinctio, ad id quod prædictũ est de tectis peccatis.

Delictũ & peccatum differunt. Inter delictũ & peccatũ distinguitur: quia delictũ in omittendo, peccatũ in committendo consistit. Delictũ enim est, non agere faciendum, & peccatũ est facere non agendũ. Ad delictum pertinet negligentia, quæ faciẽdum omittit: & ad peccatũ pertinet iniustitia, quæ non agẽdum cõmittit. Quia ergo pœnitens iste tacẽdo deliquerat, & clamando peccauerat, idcirco nunc dicit: Delictũ meũ cognitum tibi feci, q̃a deliqui tacẽdo: & iniustitias meas non operui, quia peccaui clamando: pariter ostendens, quod debet pœnitens confiteri delicta pariter & peccata, cum q̃nque delictum sit grauius quàm peccatum. Nã & in Leuitico distinctè præcipitur, vt offeratur sacrificiũ pro delicto & pro peccato. Lev. 67.
Sed dices: Quũ Deus sciat omnia, etiã antequã fiant, tanq̃ præscius omnium & cõscius singulorum, quid est, q͞ iste pœnitens dicat Deo: Delictum meum cognitum tibi feci, tanq̃ illud prius Deo fuerit absconditum, sed postea per eius confessionẽ factum Deo sit notũ. Sciendũ est ergo, quod q̃nq; sciens scienti, q̃nque nesciẽs nescienti, quandoq; nescienti sciens, & q̃nq; sciẽti nesciens aliquid notum facit. Quũ. n. duo aliquid sciũt, sed alter alteri super eo suam conscientiam aperit, tũc sciens scienti illud cognitum facit. Quũ autẽ duo idẽ ignorant, sed qui non intelligit, dicit illud ei, qui statim auditum intelligit, tunc cognitum illud facit nesciens nescienti. Ex duobus his mẽbris intelligi possunt reliqua duo mẽbra. Pœnitens ergo peccatum vel delictum suum dicitur cognitum facere Deo, q̃n per confessionem aperit super illo cõscientiam suam Deo, vt quod prius volebat abscondi, modò studeat * confiteri. Ne quis ergo perperam intelligeret, quod delictum suum dixerat se fecisse cognitum Deo, tanq̃ Deus illud nescisset, donec ipsum ei pœnitens reuelasset, determinando subiungit: Iniustitias meas nõ operui, sed dixi, cõfitebor: ostendens quod idẽ est delictũ Deo cognitũ facere, quod iniustitiã non abscondere, sed potius confiteri. Ait igitur: Iniustitias meas non operui, sed potius aperui, vt tu operires: detexi, vt tu contegeres: cognoui, vt tu ignosceres. Et ideo.

Delictũ Deo cognitũ facere qd. *al. reuelari.

Dixi, * pronunciabo aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti iniquitatem * cordis mei.

*al. confitebor. *al. peccati.

Est confessio peccatoris, confessio laudatoris, & confessio assertoris. De prima dicit Iacobus: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicẽ, vt saluemini. De secunda Dñs ait. Confiteor tibi dñe pater cœli & terræ. De tertia dicit Ioannes: Confessus est, & non negauit, &

Confessio triplex. Iaco. 5. Mat. 11 Ioan. 1.

con-

confessus est, quia non sum ego Christus. Quodlibet istorum modorũ quidã bene cõfitentur, quidã malè. Bene David, qui quũ dixisset: Peccavi, statim audivit: Et dñs trãstulit peccatũ tuũ. Malè Iudas, qui cũ dixisset: Peccavi tradens sanguinem iustum, statim abijt & laqueo se suspendit. Itẽ bene confitentur illi qui dicunt: Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & invocabimus nomen tuũ. Malè confitentur illi, de quibus dicitur: Confitebuntur tibi, cũ benefeceris eis. Si verò non fuerint saturati, murmurabunt. Rursus bene confitentur illi, de quibus dicitur: Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo. Malè vero confitentur illi, de quibus dicitur: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

2. Reg. 12. Mat. 27. Psa. 74. Psa. 48. Luc. 12. Tit. 1.

Pœnitẽti ut iustificetur necessaria quę. Ista sanè peccatori sunt necessaria, ut verè pœnitẽs iustificetur à dño, videlicet, ut cõvertatur & recedat à malo. unde: Cõversus sum in ærumna mea, dum configitur spina: quia per malũ pœnæ recessi a malo culpæ. Ut compungatur & doleat de cõmisso. unde: Configitur spina: quia ex pœnitentia pungitur cõscientia. Ut corde recognoscat & confiteatur offensas. unde: Delictũ meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non operui. Ut proponat & ore suo pronunciare peccatum. unde: Dixi, pronunciabo adversum me iniustitiam meam dño. Et sic adest remissio peccatorum. unde: Tu remisisti impietatem cordis mei. Non ait de præterito, Pronunciavi: & de futuro, Remittes: sed è converso, de futuro dicit, Pronunciabo: & de præterito, Remisisti: ut patenter ostendat, quod peccatum prius remittitur per cõpunctionem cordis à Deo, q̃ pronuncietur per confessionem oris ab homine. Unde patet, quod non est intelligendũ hoc de interiori confessione, quæ cordè fit Deo, sine qua peccatum nunquam remittitur, sed de exteriori confessione, quæ ore fit homini, scilicet sacerdoti, quæ sępissimè sequitur remissionem peccati. Sed forsan oppones: Quid ergo necesse est peccatũ confiteri, si iam est omninò remissum: Profectò, ne redeat per contemptum: quia præceptũ est, quod pręterire non licet: Confitemini alterutrum peccata vestra. Præceptũ etiam est in Leuitico, ut vir, in cuius cute varius color apparet, veniat ad sacerdotem, & ostendat se illi. Per quod datur intelligi, quod peccati confessio (quæ per lepram designatur) facienda est sacerdoti. Hoc ipsum innuitur per id quod iubetur, ut vitulus adducatur ad ostiũ tabernaculi, & coram dño immoletur. Post culpam quoque remissam necessaria est satisfactio, cuius pars est nõ minima pudoris confusio, quã sustinet in cõfessione peccator. Ergo dixi corde, confitebor ore. Dixi, præteriti est tẽporis: quia dicere corde præcedit remissionem peccati. Dixi ergo, non tãquam improvidus & incautus, & casu fortuito, sed tanquã providus & diligens ex certo proposito, id est, deliberavi, statui, & proposui, hoc scilicet: Confitebor. Sed contra quem: Adversum meipsum: Cui: Dño, coram eius vicario, videlicet sacerdote. Quid: Iniustitias meas, à meipso commissas. Quare: Quia tu solus potes dimittere peccata, & remisisti impietatem cordis mei. Licet n. quędã iniquitas per actũ corporis committatur, principaliter tñ per affectũ cordis cõmittit. Iuxtá qđ Veritas ait: De corde exeũt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemię. Hę sunt q̃ coinquinant hoĩem. Et ideo merito peccatum impietatem cordis appellat.

Iac. 5. Leu. 13. Leu. 4. Mat. 5.

Quidã peccatũ in proximũ, diabolũ vel Deũ reijciunt. Porrò, sunt quidam qui peccatum vtique confitentur, non tamen adversus se, quia retorquent illud in proximum, vel in diabolum, vel in Deum, sicut primi parentes: Mulier, inquit Adam, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Eua quoq; respondit: Serpens decepit me, & comedi. *Quidam in fatũ.* Quidam vero deputant illud fato, vel eventui, aut naturæ, sicut quidam hæretici, mentientes duas naturas esse in homine, vnam bonam secũdum spiritum, quam dicũt à bono Deo lucis authore esse: alteram verò malam secundum *carnem, quã dicunt esse malam, à malo Deo, prĩcipe tenebrarum. Vel sicut alij mentiuntur, dicentes ex dispositione stellarũ, quam constellationem appellant, omnia inferiora contingere. Alijs prorsus fatuis asserentibus, quod omnia casu contingũt, vniuersis tamen de vanitate convenientibus in idipsum: quoniam arbitrij periment

*al. corpus. *Quidam in stellas. Alij in casum.*

munt libertatem, cum ad casum sufficiat sibi homo: quia solus præcipitare pôt seipsum. sed iam confractus ex casu, nô potest per seipsum surgere solus; sed alio indiget adiutore. Dicat ergo: Ego sum qui peccaui, ego qui stultè egi, sed tu domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi: etiam cum persuadenti consensi, qui debui dissentire. Vnde rectè pœnitens iste ait: Pronunciabo iniustitias meas domino. Quasi diceret, non alienas, sed proprias: quia licet interdum suggerente alio, semper tamen eo consentiente geruntur. Caue tamen prudêter, ne sic tua confitearis peccata, vt aliena reueles: ne fortè cû adulterium confiteris, prodas eam, cû qua adulterium ipsum cômisisti: quia non alienas, sed tuas debes iniustitias côfiteri. Sed dices, Quid si peccator non possit exprimere circunstantiam culpæ sine designatione personæ: puta, si filius cû matre detestabilem perpetrarit incestum? Faciet ergo quod potest, vt sic suam exprimat culpâ, vt supprimat alienâ offensam: sed non sic alienam supprimat offensam, vt suam non exprimat culpam: maximè corâ idoneo sacerdote, videlicet discreto & honesto, qui prodesse possit, obesse non possit.

Tu ergo peccator quantiscunq; sis criminibus aggrauatus, ne dubites, aut formides ea domino confiteri, tanquam confessus in iudicio condemnari debeas pro côuicto: quia securius est in diuino iudicio, quàm humano. Qui n. corâ Deo seipsum accusat, Deus illum excusat: & qui coram Deo seipsum excusat, Deus illû accusat. In humano quippe iudicio, quû reus peccatum confitetur, iudex instruitur. In diuino verò iudicio, quum reus côfitetur peccatum, Deus obliuiscitur. Nam quacunq; *Eze. 18.* hora peccator côuersus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius, ait dominus. In illo iudicio cum reus confitetur peccatum, damnatur: in isto verò iudicio quum reus confitetur peccatû, absoluitur. Propter quod dicit: Dixi, pronûciabo aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Dic ergo iniquitates tuas, vt iustificeris: quia iustus in principio *Prouer. 18.* sermonis accusator est sui. Et: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autê confessus fuerit & dimiserit ea, misericordiam consequetur: sicut Dauid, qui quum dixisset: Peccaui, statim audiuit à Nathan Propheta: *1. Reg. 12.* Transtulit dominus à te peccatum tuum. Vnde alius meritò clamabat ad dominum: Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Verùm non omnis confessio talis est. Nam est confessio miserabiliter desperantis, vt Iudæ, qui dixit: *Mat. 27* Peccaui, tradens sanguinem iustum, sed abijt & laqueo se suspendit. Cain quoque *Gen. 4.* dixit ad dominû: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear: qui vagus est & profugus abijt super terram. Et est confessio fallaciter simulantis, vt Saulis, qui quû dixisset ad Samuelem: Peccaui quia præuaricatus sum sermones domini, timens populum: sed nunc quęso porta peccatum meum. *1. Reg. 15.* Ait Samuel ad Saulem: Quia proiecisti sermonem domini, proiecit te dominus. Et est confessio inutiliter lamentantis, vt eorum qui talia in inferno dicturi sunt: *Sap. 5.* Errauimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non luxit nobis. Quid profuit nobis superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt illa omnia tanquam vmbra, & nos in malignitate nostra consumpti sumus: quia spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento dispergitur in procella. Humilis autem & vera confessio illa est salutifera, de qua protinus subditur.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.

IN hac tertia parte commendat remissionem peccatorum, per quam iustificatur impius, & sanctificatur iniquus: distinguens inter dominum sanctificantem & seruum sanctificatum: inter causam sanctificandi, & tempus sanctificationis, quû ait: Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Satis enim apparet quis orat, quoniam omnis sanctus, videlicet seruus sanctificatus: & ad quem orat, quo-

quoniam ad te, uidelicet dominū sanctificantem: & quare orat, quia pro hac, i. pro impietatis remissione, quæ sanctificationis est causa: & quando orat, quia in tempore opportuno, i. in uita præsenti, quæ sanctificandi opportunitatem impendit.

Duplex sanctitatis vtilitas. Consequenter aūt adiungitur duplex sanctitatis utilitas: una in futuro, quoniā in diluuio aquarum multarum ad eū nō approximabunt, i. ad sanctum: & altera in præsenti, quoniam tu, inquit sanctus ad dominum, refugium meum, à pressura quæ circundedit me. Quasi dicat: In futuro eripies ab angustia, & in præsenti sanctum proteges à pressura. Pro hac igitur, id est, remissione peccati, vel impietate tollenda, orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Quia nullus est adeò sanctus in uita præsenti, qui omnino careat peccato. Nā si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Ergo quilibet in hac uita quātūlibet sanctus, indiget remissione peccati. Et ideo pro hac orabit ad te omnis sanctus in tēpore opportuno, id est, dum tēpus opportunū existit ad remittēda peccata, uidelicet præsens uita. Propter quod alibi dr: Quærite dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est: quia prope est dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate. Adhuc, inquit, te loquente, dicā: Ecce adsum. In alia quippe uita inutiliter orat, qui non orat utiliter in hac uita: quemadmodū diues ille sepultus in inferno, cum clamasset: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Dixit illi Abraham: Fili recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est. Fatuæ quoque uirgines clamabant dicentes: Domine domine, aperi nobis. Quibus dominus respondit: Amen dico uobis, nescio uos.

1. Ioan. 1.
Esaiæ 55.
Psal. 144.
Luc. 16.
Matt. 25.

Verùm etsi pro hac oret ad te omnis sanctus in tēpore opportuno: illi tamen qui sunt in diluuio aquarum multarum, id est, in fluxu carnalium uoluptatū, de quibus legitur, Aquæ furtiuæ dulciores sunt cæteris: uel in confusione diuersarū sectarum, de quibus dicitur: Qui emittit aquas, caput est iurgiorum, non approximabunt ad eum, id est, Deum, hoc est, ad te, mutata persona, sicut alibi legitur: Domini est salus, & super populū tuum benedictio tua. Quia tales indigni sunt, ut domino appropinquēt. Vel ipsæ aquæ nō approximabunt ad eum, id est, ad sanctū: quia aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, sicut non approximarunt aquæ ad Noe in diluuio: quia in iudicio vir sanctus à pœnis & angustijs erit tandem immunis. Quasi dicat: Licet in hoc sæculo uir sanctus non careat omni culpa, unde orat pro hac, id est, pro remissione impietatis, in diluuio tamē aquarū multarum ad eum non approximabunt: quia tunc eū extrema confusio non terrebit. Heu quot merguntur, demerguntur, & submerguntur in istis diluuijs. Propterea clamandum est cum Propheta: Saluum me fac Deus, quoniā intrauerunt aquæ usque ad animā meā: infixus sum in limo profundi: & non est substantia, ueni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Diluuium autem non solum accipitur in malo, secundum illud: Perdam aquis diluuij omnem carnem, quod intelligendum est de mortali peccato, uel finali iudicio: sed etiam in bono, secundū illud: Dominus diluuium inhabitat, quod intelligendum est de sacramento regenerationis humanæ, uel de profundo dispositionis diuinæ. Aqua enim multis modis accipitur in scripturis diuinis. Nam est aqua naturæ, doctrinæ, sapientiæ, gratiæ, culpæ, pœnæ, miseriæ. De aqua naturæ legitur: Spiritus domini ferebatur super aquas. Et: Aquæ, quæ super cælos sunt, laudent nomen domini. De aqua doctrinæ dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Sed est aqua peruersæ doctrinæ, de qua legitur: Qui emittit aquas, caput est iurgiorum. Et aqua doctrinæ sanæ, de qua dicitur: Aquas tuas in plateis diuide. Possunt tamen peruersæ aquæ sanari, iuxta illud, Sanaui aquas has, & non erit mors in eis ultrà, neque sterilitas. De aqua sapientiæ legitur: Aqua sapiētiæ salutaris

Gen. 7.
Psal. 3.
Diluuium in bonū & malū partem accipitur.
Gen. 6.
Aqua multis accipitur modis.
Gen. 1.
Psal. 148.
Psal. 17.
4. Reg. 2.
Eccl. 15.

potabit illum, quod dicitur ad differen-
tiam sapientiæ sæcularis, de qua præcipi-
Exod. 12. tur: Non comedetis ex eo crudum quid,
nec coctũ aqua, sed assatũ tantũ igne. De
Ioan. 4. aqua gratiæ dominus ait: Qui biberit ex
aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons
aquæ salientis in uitã æternam. De aqua
Gen. 49. culpæ dixit Iacob ad Ruben: Effusus es
tanquã aqua, nõ crescas. De aqua pœnæ
Psal. 65. dr: Trãsiuimus per ignẽ & aquã, & indu-
xisti nos in refrigeriũ. De aqua miseriæ
Psal. 68. legitur: Intrauerunt aquæ usque ad ani-
mam meam. Et sunt istæ miseriæ uel an-
gustiæ, non solum temporales & transito-
riæ, uerumetiam interminabiles & per-
Iob. 24. petuæ, de quibus legitur: Submersi sunt
tanquam plumbum in aquis uehemen-
Ioan. 7. tibus. Et: Transibunt de aquis niuium ad
calorem nimium. Præterea ipse spiritus
Ioan. 2. sanctus dicitur aqua, unde: Flumina de
uentre eius fluent aquæ uiuæ. Spiritua-
Ioan. 19. lis intellectus: Implete hydrias aqua.
Baptismus: Et de latere Christi profluxit
3. Reg. 14. sanguis & aqua. Populus: Aquæ multæ po-
puli multi sunt. Et: Oẽs dilabuntur quasi
aquæ, quæ non reuertuntur. Sequitur.

al. meum à tribulatione. Tu es mihi refugium *à pres-
sura quæ circundedit me: exul-
tatio mea, erue me à circundan-
tibus me.

Oppressiones & oppressores. Interdum & oppressores insistunt, & oppressiones obsistunt, interdũ non insistunt oppressores, sed obsistunt oppressiones: interdũ autẽ non obsistunt oppressiones, sed oppressores insistũt. His qui sunt fragiles, etsi non institerint oppressores, obsistunt tamẽ oppressiones: quia facilè succũbunt aduersis. His qui fortes sunt, etsi oppressores insistãt, nõ tamẽ oppressiones obsistunt: quia resistũt fortiter aduersitatibus. His aũt qui sunt mediocres, cũ insistunt oppressores, obsistunt oppressiones: & ideo quia difficile est in igne esse & non ardere, orat uir sanctus non solũ ab oppressionibus, sed & ab oppressoribus liberari, cũ ait: Tu es refugiũ mihi à pressura, quæ circumdedit me, exultatio mea, erue me à circundãtibus me. Quasi dicat: Libera me ab oppressionibus meis, qa tu es refugiũ mihi, à pssura q̃ circundedit me: sed & redime me à circundãtibus me, id est, libera me ab oppressorib⁹ meis.

Quatuor uirtutes mentẽ uiri sancti circundant. Sanè principales quatuor sunt uirtutes, quæ mentẽ uiri sancti circundant, uidelicet iustitia, prudentia, tẽperantia, & fortitudo. Habet .n. ab anteriori parte iustitiam, à posteriori parte prudentiam, tẽperantiam à dextris, fortitudinẽ à sinistris. Congruunt bene loca uirtutibus. Nã quæ sunt ante, sunt certa; quæ uerò retrò, dubia sunt: quæ à dextris, prospera; quæ à sinistris, aduersa. In certis autẽ est exercenda iustitia, in dubijs est adhibenda prudentia: in prosperis opus est tẽperantia, in aduersis est necessaria fortitudo. Quum ergo iniquitas premit iustitiã, oppressio instat ante: quum fatuitas premit prudentiã, oppressio instat retro: quum superfluitas premit tẽperantiam, oppressio instat à dextris: & quum pusillanimitas premit fortitudinẽ, instat oppressio à sinistris. Quum autẽ diuersæ oppressiones simul has uirtutes omnes impugnant, tunc undique mentem circundant. Et ideo sanctus orat à circundantibus redimi, hoc est, ab oppressionibus, quæ undique imminent, liberari. Hanc solã petitionem offert pœnitens in hoc Psalmo, grauidã & fœcundam, multarũ petitionum intellectum in se continentẽ inclusum, quã potius intelligendã relinquit, quã duxerit distinguendam, ut referatur ad intellectũ, de quo præmittit in titulo; Intellectus Dauid. Quidam uerò inter pressuras deficiunt & tristantur, alij proficiunt & lætantur, sicut Apostoli, de quibus dicitur: Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Actor. 5.* Hinc Iacobus apostolus ait: Omne gaudium existimate fratres mei, quum in uarias tẽtationes incideritis. *Iac. 1.* Et Paulus ait: Spe gaudentes, in tribulationibus non deficientes. *Rom. 12.* Vt ergo uir sanctus ostendat se non defecisse, sed profecisse inter pressuras, interponit & dicit: Exultatio mea, erue me à circundantibus, id est, tu Deus in quo, & de quo inter pressuras exulto, redime me à circundantibus me.

Redemptio dupliciter accipitur. Redemptio quandoque largè dicitur liberatio, quæ fit etiam solo dono. Vnde: Redemit eos de manu inimici, & de regionibus congregauit eos. Et iterum:

Libe-

Liberauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimicorum. Quãdoq; proprie dr̃ liberatio, quæ fit dato precio. unde: Redẽpti sumus, non corruptibilibus, auro & argento, sed precioso sanguine agni immaculati. Et alibi: Redemisti nos dñe in sanguine tuo. Dr̃ etiã interdũ redemptio ipse redemptor, iuxta quod Apostolus dicit, quod Christus factus est nobis sapientia & redemptio. Et Psalmographus: Redemptionẽ misit dominus populo suo. Precium autẽ redemptionis datum est regi, ut liberaret captiuum à tyrannide carcerarij. Datum est domino, ut liberaret hominem à potestate diaboli, & seruitute peccati, & à pœnis inferni. unde: Ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia. Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Expectantes etiam redẽptionẽ corporis nostri. Saluatorem, inquit, expectamus dñm Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ: qui nos de portis mortis, & de manu inferi liberauit. Ergo redime me à circundantibus me, à diabolo, à peccato, & ab inferno: quia tu es refugiũ mihi à pressura. O pie, ò clemens, ò bone Deus, à te, ad te me oportet confugere: à te irato, ad te placatum; à te offenso, ad te propitiũ; à te iudice, ad te patrem: quia si uellem fugere, non possem effugere; si uellem tegi, non possem protegi: quum sit nemo, qui de manu tua possit eruere. Quo enim ibo à spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es, si descẽdero ad infernũ ades: Tu ergo, non alius, es mihi summum & supremum refugium, à pressura quæ circundedit me, id est, à tribulatione, quæ undique me conturbat. In te iactatus sum ex utero de uentre matris meæ: tu es protector meus, in te cãtatio mea semper. Si tu adfueris, nihil obesit: si tu defueris, nihil proderit. Seqtur:

1\. Pet. 1.
Apoc. 5.
1\. Cor. 1.
Psal. 110.
Osee. 7.
Psal. 124.
Rom. 8.
Phil. 3.
Psal. 138.

Intellectũ tibi dabo, & instruã te in uia hac quã gradieris, firmabo super te oculos meos.

In hac ultima parte intellectum commendat, qui est secũdus in donis, de quo præscribitur titulus: Intellectus Dauid. Duo sunt talenta homini necessaria, uidelicet intellectus & operatio. Et intellectui quidẽ est necessaria disciplina, operationi uerò perseuerantia. Hæc quatuor in hoc primo uersu notãtur. Intellectus, quum dr̃: Intellectum tibi dabo. Disciplina, quum additur: Instruã te. Operatio, quum subiũgitur: In uia hac qua gradieris. Perseuerãtia, quum infertur: Firmabo super te oculos meos. Porrò, circa primũ talẽtũ duo sunt opportuna, docilitas discipuli, & doctrina magistri. De illa præmittit: Intellectũ tibi dabo, ut sis docilis ad discendum. De ista subiungitur: Instruam te, ut docilitas proficiat ad doctrinam. Ad secundum quoq; talentum duo sunt necessaria in uia boni operis gradienti: pes timoris, qui est sinister, ut timore pœnæ declinet à malo; & pes amoris, qui est dexter, ut amore iustitiæ tendat ad bonũ. Verum, quia non sunt in homine uiæ eius, sed à domino gressus hominis diriguntur, ut homo usque in finẽ perseueret in bono, dominus auxilium promittit, & ait: In uia hac qua gradieris, declinando pedem timoris à malo, & tendendo pedẽ amoris ad bonum, firmabo super te oculos meos, uidelicet oculũ correctionis, ut per flagella reuocem te à malo, & oculum consolationis, ut per beneficia prouocem te ad bonũ, de quibus alibi dicitur: Oculi domini super iustos. His enim oculis omnia nuda sunt & aperta: quoniam oculi eius sicut flamma ignis. Non duos uerò tantum oculos perhibetur habere, sed septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnẽ terrã.

Duo uerò sunt, q̃ disciplinã impediũt, Superbia & stoliditas. Superbi nanque propter arrogantiã discere nolunt, & stolidi propter imprudentiam discere nequeunt. Superbus autem designatur per equũ, stolidus uerò per mulum, à quibus dehortatur, quum ait: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. Qualiter autẽ coercẽdi & castigãdi sint tales, cõsequenter ostendit, quum addit: In chamo & freno maxillas eorum constringe. Multa flagella peccatoris. Equus igitur, id est, superbus refrenandus est, ne per arrogantiam nimis exultet: & mulus, id est, stolidus est flagellandus, ne per impru-

Duo talẽta homini necessaria, intellectus & operatio.
Hier. 10.
Oculus correctionis, & consolationis.
Disciplinã duo impediunt.
Equus & mulus qui.

imprudentiam nimis aberret, & sic non approximent ad te cognoscendum, uenerandum, & excolendũ. Timendum est autẽ, sed non desperandũ: quoniam etsi multa sint flagella peccatoris, unde præmittit, In freno & chamo maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te, sperantes tamẽ in domino misericordia circundabit. unde & subiungit: Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Multa sunt quippe flagella peccatoris; quoniam non solum puniunt foris in corpore, uerũ etiã torquent intus in corde. *Sap. 11.* Nam per quæ peccat homo, per hæc & torquetur. Sperantes autẽ in domino misericordia circundabit, in præsenti conferendo uirtutem, & in futuro conferendo salutem. Ergo lætamini in domino & exultate iusti, *Isa. 40.* propter stolam carnis, & gloriamini omnes recti corde, *Psal. 83.* propter stolã animæ; quia recipietis de manu domini duplicia, & ideo lætamini corpore, & exultate corde, secundum illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.

Orauerat sanctus à circundantibus erui, & Deus orationem eius exaudiens, statim oranti respondit: Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. *Contra obsidentes uias duplex promittit auxilium.* Contra circunstantes qui obsident uias, & uiatores capiant & disperdant, duplex promittit auxilium, uidelicet, documentum & firmamentum, ut ex documento uitent errores itinerum, & ex firmamento propellant incursus hostium. Ad documentum pertinet quod præmittitur: Intellectũ tibi dabo, ut cognoscas, quòd omnia bona procedant ex gratia; & instruam te, ne forte aberres, tuis ea meritis ascribendo, sed quicquid boni te cognoscis habere, non tuis meritis, sed diuinæ gratiæ totum ascribas. Certe qui secus sentit & credit, desipit & aberrat, & talis error impedit intellectũ rectũ, quo ad ueram beatitudinem peruenitur. Instruam uerò te per unctionẽ spiritus, quę docet de omnibus. *Ioan. 16.* Spiritus ueritatis, qui docet omnem ueritatẽ, doctorũ doctor, & magistrorum magister. Ad firmamentum autẽ pertinet, quod subiungitur, In uia hac qua gradieris, id est, in cursu uitæ præsentis, firmabo super te oculos meos, id est, firmũ tibi exhibebo præsidiũ custodiæ & tutelæ. Solemus enim diligẽter perspicere, quod studiosè uolumus custodire. Quia ergo tu leuas ad me oculos tuos, & ego firmabo super te oculos meos. Accepto autem intellectu & instructus à Deo, conuertit se ad superbos & stolidos pœnitens, qui sua merita iactant, & peccata defendunt.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Equus & in bono accipitur & in malo. *Equus uarie accipitur.* Bonus equus, corpus Christi. unde: Equus albus, & qui sedebat super eũ, uocabatur fidelis & uerax. Equus, angelus uel quilibet sanctus. unde: Exercitus qui sunt in cœlo sequebãtur eũ in equis albis. *Apo. 19.* *Iob. 39.* Equus, prædicator. unde: Nunquid præbebis equo fortitudinẽ, aut circundabis collo eius hinnitũ? *Prou. 21.* Equus, uir iustus. unde: Equus paratus est ad diem belli, dñs autẽ uirtutẽ tribuet. Equus malus, homo luxuriosus. unde: Sicut fluxus equorũ, fluxus eorũ. *Ezech. 23.* Equus, uir improuidus. unde: Auferã equos de medio tui. *Mich. 5.* Equus, superbus, unde: Hi in curribus, & hi in equis, nos autẽ in nomine Dei nostri magnificabimur. Equus, arrogãs. unde: Fallax equus ad salutẽ, in abundantia uirtutis suæ nõ saluabitur. *Psal. 19.* *Psal. 32.* Equus, mollis & fragilis. unde: Dormitauerũt qui ascenderũt equos. *Psal. 75.* Et: Mordẽs ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. *Gen. 49.* Sunt præterea equi ruffi, nigri, & pallidi, quos uiderũt Ezechiel, Zacharias, & Ioannes, Tyrãni, Hæretici, & Hypocritæ. Ergo nolite fieri sicut equus & mulus. Nõ dicit sicut bos, qui satis est humilis, & canis, qui nimis est sagax, sed sicut equus, qui designat superbum, quia extẽto collo ceruicosus incedit, & mulus qui significat stolidum, quia est improuidus & mẽdosus. *Per equũ & mulum quid designetur.* In Tobia uerò per equũ & mulũ libidinosi notãtur, Raphaele testãte: *Tob. 6.* Qui coniugiũ, inquit, ita suscipiũt, ut Deũ à sua mẽte excludãt, & suæ libidini uacẽt, sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus, habet potestatẽ dæmoniũ super eos. Vel per mulum, qui generatur, sed non generat, designatur ingratus, qui accipit gratiam, sed non reddit.

Tales

Tales superbi & arrogantes, qui contra Deum ceruicem extendunt, attribuendo meritis, quod attribuendum est gratiæ, quasi stolidi & uecordes, dicendo: Labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Et ideo talibus non est intellectus ad cognoscendā humiliter ueritatem, quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Vel per equum intelligitur ille, qui vehit sessorem diabolum, & per mulum intelligitur ille, qui subit onus peccati, & talibus non est intellectus, quia nolunt intelligere, ut bene agant, sed iniquitatem in suis cubilibus meditatur. Tu uerò Deus

In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Per chamū & frenum quid designetur. Quia chamus est illa pars freni, quæ mittitur in os equi, & omnis pars minor est suo toto, rectè per chamum & frenum possunt maior & minor correptio designari, quibus maxillæ talium, id est, superbia & stoliditas constringuntur, ne ipsi de suis meritis glorientur, quia per afflictiones maiores atq; minores retundenda & coartanda sunt ora, quæ clamant merita, & tacent peccata, eorum uidelicet, qui non approximant ad te per humilem confessionem, sed recedunt à te per superbam lactationem. Quia uerò equus & mulus quantò plus impinguantur, tantò grauius insolescunt, ad reprimendam eorū lasciuiam, restringendum est aliquando eis pabulum, propter quod dicit: In chamo & freno maxillas eorum constringe, & adhibendum flagellum. Propter quod ait: Multa flagella peccatorum. Maxillæ siquidem & mandibulæ à mandendo dicuntur, quæ profectò mādere nequeunt, quādo sunt freno & chamo constrictæ. Sic elati homines & ingrati de incolumitate corporum & abundantia rerum superbire consueuerunt & insolescere, sed ad eorum nequitiam reprimendam freno infirmitatis & chamo paupertatis sunt aliquando coercendi, ut uexatio eis tribuat intellectum. Vnde sic sanè potest intelligi: Nolite fieri sicut equus & mulus, id est, nolite superbire, & insolescere, sicut elati faciunt & ingrati, quibus non est intellectus, sed tu Deus, qui singulis malis nosti remediū adhibere, constringe maxillas eorum, id est, cohibe arrogantiam superborum, in freno & chamo, id est, per damnum rerum & dispendium personarū. Ecce qui non intelligunt, equo comparantur & mulo, sicut alibi dicitur: Homo quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. *Psal.48.* Quia uerò qui non possunt cohiberi per frenum, debent corripi per flagellum, subiungit & ait:

Multa flagella peccatoris, sperantes autem in domino misericordia circundabit.

Flagellum multiplex. Est flagellū correptionis, de quo legitur: Pater filium quem diligit, corripit, Flagellat autem omnem filium quem recipit. *Prouer. 1.* Flagellum detractionis, de quo dicitur: A flagello linguæ absconderis, & non timebis calamitatem quum uenerit. *Iob 5.* Flagellum afflictionis, de quo scribitur: Fui flagellatus tota die. *Psal.72.* Et flagellum damnationis, de quo legitur: Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. *Psal.90.* Ergo flagellantur iusti, flagellantur & iniusti: quia multæ sunt tribulationes iustorum. Verùm illi flagellantur ut si pœnitent, corrigantur; si non pœnitent, condemnentur: ipsi uerò tribulantur, ut purgentur à malo, & probentur in bono; quia quod facit flagellum grano, & ignis auro, idem efficit tribulatio uiro iusto. Multa uerò dicuntur flagella peccatorum: quia & in carne flagellantur exterius, & in mente flagellantur interius. Flagellantur in uita præsenti, & flagellantur in uita futura: Flagellantur ex culpa, & flagellantur ex pœna. Flagellantur à Deo & flagellantur ab homine. Flagellantur à mundo, & flagellantur à dæmone. Nec posset quisquam per singula enumerare peccatorum flagella. Nec mirum, si adhibito freno indomito animali addatur flagellum. Vtinam sic dometur, ut perdometur: quia uerendū est, ne nimium resistendo, indomitum relinquatur, & sic

euagetur per uiam latam, quæ ducit ad mortem. Sperantes autem in domino, non in sęculo, in gratia, non in merito, misericordia circundabit, hoc est, in omnibus aderit ad salutem, in omni loco, & in omni tẽpore, in omni causa, & in omni negocio, in certis & in dubijs, in prosperis & in aduersis, in corpore & in corde, in præsenti & in futuro. Maledictus autem homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Ideo,

Matt. 7.

Hier. 7.

Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

In sperantibus iustis & rectis, tres ordines designantur, incipientium, proficientium, & peruenientium. Primis exhibetur misericordia. unde: Sperantes in domino misericordia circundabit. Secundis, iæritia. unde: Lætamini in domino & exultate iusti. Tertijs autem gloria. unde: Gloriamini omnes recti corde. Lætantur quidem iusti, lætantur & iniusti, sed iusti in domino, iniusti lætantur in mundo. Iniusti exultant de carnalibus & mundanis. Iusti de uirtutibus, iniusti de uitijs. De illis legitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. De istis dicitur: Lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Verùm iustorum gaudium felix est & perpetuum. Iuxta quod legitur: Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum plenum sit. Et: Gaudium uestrũ nemo tollet à uobis. Iniustorum uerò gaudium infelix est & momentaneum. Iuxta quod dicitur: Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Nouerat hoc ille qui dixerat: Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium, nam extrema gaudij luctus occupat. Gaudendum est ergo de ijs, quæ spectant ad meritum, uel ad premium, ad gratiam uel gloriam, ad uirtutem uel ad salutem, de quibus illi gaudebant, quibus aiebat Christus: Gaudete & exultate, quia merces uestra multa est in cœlis. Et Propheta dicebat: Ego autem in domino gloriabor, & gaudebo in Deo Iesu meo. Propter hæc duo gaudia, unum quod habetur de meritis, & alterum quod habetur de præmijs, ingeminat Psalmista, quum ait: Lætamini in domino, & exultate iusti. Quod & Apostolus repetit dicens: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Nec solum gaudendum est iustis, sed & gloriandum. Vnde subiungitur: Et gloriamini omnes recti corde. Vos scilicet, qui potestis dicere cum Apostolo: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Nam omnis gloria filiæ regis est ab intus. Opus ergo suum probet unusquisque, & tunc in semetipso gloriam habebit, & non in altero. Hypocrita nanque gloriam quærit in altero, & non in seipso: & gloria eius est quasi flos fœni, quod hodie uiret, & cras in clibanum mittitur. Sic omnis hypocritæ spes peribit, quia falsam uenatur gloriam apud homines, & non ueram quærit gloriam apud Deum. Illud enim correctum est, quod non aliqua prauitate distortum est, sed ad Deum pura intentione directum. Ecce quum in principio de pœnis & culpis egisset, in fine de gloria & exultatione concludit, quem morem in hoc sicut & in alijs pęnitentialibus Psalmis obseruat.

Iustorum sperãtium tres ordines.

Diuersa iustorum & iniustorũ lætitia.

Psal. 49.

Prouer. 2.

Ioan. 16.

Iob. 21.

Iob. 30.

De quibus gaudendũ.

Matth. 5.

Abac. 3.

Phil. 4.

2. Cor. 1.

Psal. 44.

Hypocritæ gloria.

Matth. 6.

IN PSALMVM III.

Pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVIVS PSALMI TALIS EST:

Psalmus Dauid in rememoratione Sabbati.

Titulus eiusdem explicatio.



Sabbatum quid.

EX quibusdam scripturæ locis intelligitur manifestè, quod sabbatum & septimum interpretatur & requies, unde congruè scriptum est, quod requieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat. *Gen. 1.* Tria uerò sunt sabbata, exterius, interius, & superius, uidelicet temporale, spirituale, & æternale. *Sabbatum triplex.* De primo legitur in Euã. gelio: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. *Ioan. 5.* De secundo dicitur ab Apostolo: Relinquetur sabbatismus populo Dei. *Heb. 4.* De tertio uerò scribitur per prophetam: Erit sabbatum ex sabbato. *Esa. 66.* Primum sabbatum est sacramentum, & non res. Vltimum autem est res, & non sacramentum. Medium uerò res est, & sacramentum. Quia primum significat & non significatur, ultimum uero significatur & non significat, medium & significatur & significat. Agit ergo in hoc Psalmo pœnitens de rememoratione medij & ultimi sabbati, hoc est, spiritualis & æternalis, utriusque memorando quietẽ, Vnam, quam perdiderat, & alteram, quã demeruerat per peccatum. Vnde dicebat: Non est sanitas in carne mea à uultu iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Incurrat enim afflictionem mentis & corporis ex peccato; quia & uermis conscientiæ rodebat mentem interius, & passionis aculeus corpus exterius stimulabat. Vnde uicissim agit de culpis & de pœnis, miseriam suam exaggerans multis modis. Quæ quidem cogebant eum, & deperditum peccatoris & demeritum æternitatis, sabbatum deplorando ad mentem sæpius reuocare. Quia sicut dulcis est aqua post sitim, & suauis umbra post æstum; ita quies est delectabilis post laborem, maximè tranquillitas mentis, quam etiam inter angustias corporis iustus habet. De qua dominus dicebat apostolis: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis: non quomodo mundus dat, ego do uobis. *Ioan. 14.* Hic est profectò fons proprius, cui non communicat alienus. Ad quem tantò ardentius anhelat pœnitens post peccatum, quantò suauius eum gustauerat ipse iustus.

Habet autem hic Psalmus, secundum translationem quam tenet Romana Ecclesia, tres uersuum septenarios, id est, uiginti & unum uersus, qui ad tria prædicta sabbata non immerito referuntur. Nam sabbatum non solum dicitur septimus dies, sed & septimana dierũ, & dies quilibet septimanæ. Septimus dies, ibi: *Exod. 20.* Memento ut diem sabbati sanctifices. Septimana dierum, ibi: Ieiuno bis in *Luc. 18.* sabbato. Et quilibet dies, ibi: Valde mane una sabbatorum. *Marc. vlt.* Ad sabbatum temporale pertinent septem dies. Ad sabbatum spirituale septem pertinent uirtutes. Et ad sabbatum æternale pertinent septẽ dotes: tres animæ glorificatæ, uidelicet cognitio, dilectio, & delectatio, & quatuor corporis glorificandi, uidelicet claritas, & subtilitas, agilitas, & impassibilitas. Singuli autem hebdomadæ dies, proprias laudes habent in titulis psalmorum ex sabbato; præter tertium, cuius rationem prout potui, alibi assignaui. Sabbatum autem hic ponitur pro quiete, secundum illud: Sabbatum requietionis est, & requies sabbati sanctificata est domino. In sabbato temporali quiescit Iudæus, in sabbato spirituali quiescit iustus, & in sabbato æternali quiescit beatus. Ille ab operis effectu, iste à criminis actu, & hic à corruptionis defectu. Per pœnitentiam ergo, quam hic ostendit se habere de culpis, & patientiam, quam se demonstrat habere in pœnis, seipsum proponit alijs in exemplum, ut imitentur eum quasi alterum Iob, uehementer afflictum & grauiter cruciatum.

PSALMI TERTII *Pœnitentialis Elucidatio.*

Domine ne in * ira tua arguas me, neque in * furore tuo corripias me. *Psal. 37.* *† al. furore tuo.* *† al. ira tua.*



SALMUS iste quatuor habet partes, in prima pœnitens dirigit orationem ad Deum, postulans liberari à pœnis inferni, quum ait: Dñe ne in ira tua arguas me; & à pœna etiã purgatorij, quum adiungit: Neq; in furore tuo corripias me. Oratione uerò præmissa, primò describit pœnas quas sustinet, secundò culpas quas egit, tertiò miserias quas incurrit. Quasi dicat: Ego sum qui sustineo pœnas multas & magnas, uidelicet percussionis uulnus, oppressionis pondus, carnis afflictionem, & mentis uexationẽ. Vulnus percussionis, quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Põdus oppressionis, quia confirmasti super me manũ tuã. Afflictionẽ carnis, quia nõ est sanitas in carne mea à uultu iræ tuæ. Vexationẽ mentis, quia non est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorum. Nec mirũ, quia ego sum, qui egi culpas grandes & graues, fœdas & fatuas. Grandes, quia iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ. Graues, quia sicut onus graue grauatæ sunt super me. Fœdas, quia cõputruerunt cicatrices meæ. Fatuas, quia deteriorauerũt à facie insipientiæ meæ. Quapropter ego sum, qui incurri miserias continuas & prolixas, corporales & spirituales. Continuas, quia tota die cõtristatus ingrediebar. Prolixas, quia miserijs afflictus sum, & turbatus sum usq; in finẽ. Spirituales, quia anima mea impleta est illusionibus. Corporales, quia non est sanitas in carne mea. Orationẽ ergo præmittens, clamabat ad dominũ, dicẽs: Dñe ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me: Quidã transibunt per ignẽ & saluabuntur, alij transibunt ad ignẽ & condẽnabuntur. Saluabuntur, qui transibunt per ignem purgatorij, de quibus dicit Apostolus, quod salui fiet, sic tamẽ quasi per ignẽ. Nã uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Damnabuntur, qui trãsibunt ad ignẽ inferni, quibus dñs dicet: Ite maledicti in ignẽ æternũ, *Matt. 25.* qui paratus est diabolo & angelis eius: *Esai. 66.* Nã uermis eorum non morietur, & ignis eorũ non extinguetur. Ab utroque igne petit pœnitẽs liberari, quum ait: Dñe ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Quasi dicat: Dñe pater & Deus uitæ meæ, ne arguas me in ira tua, id est, ne me conuincas in districto iudicio, in quo tu reprobis apparebis iratus, quum dices ijs qui à sinistris astabunt: Esuriui, & nõ dedistis mihi manducare: *Matt. 25.* sitiui, & non dedistis mihi bibere. Quandiu enim uni ex his minimis meis nõ fecistis, nec mihi fecistis. Ecce redargutio peccatorũ. Ite ergo maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ecce iudicis ira. Non solũ autẽ arguas me in ira tua, sed neq; in furore tuo corripias me, id est, nõ punias me in purgatorio igne, in quo tanta erit incendij uehementia, quod quasi furere uideberis, etiam in electos, cum minor pœna quæ erit in purgatorio, censeatur maior quantalibet pœna quæ est in hoc mũdo. Quis autẽ illud iræ tonitruum, aut illud furoris fulgur poterit sustinere? Euita culpam, si uis euadere pœnam. Vel orat pœnitens, ut Deus non inferat pœnã ad ultionẽ iratus, sed ad correctionem misertus, ut talis sit sensus: Domine arguas me, sed non in ira: corripe me, sed non in furore. Quasi dicat: Ne arguas me in ira, sed in misericordia argue me, quia scriptum est: Deus quos amat, arguit & castigat. *Prouer. 3* Neque corripias me in furore, sed in mansuetudine: quia pater filium quẽ diligit, corripit: ut pœna sit à misericordia ad correctionẽ, non ab ira ad ultionem: & quidã sufficere debent mala quæ patior in præsenti, ne patiar in futuro.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.

Percussiones ergo quas ego patior, *Percussiones multæ* sunt multæ, sunt magnæ, & sunt profundæ. Multæ, quia sagittę, non una tantum, sed plures. Magnæ, quia pcussiones tuæ non hominis quidem, sed Dei. Profundę, quia infixæ sunt mihi, nõ foris in cute, sed intus i corde. Oppressiones quoq; importabiles sunt, quia cõfirmasti, quasi ex magna uirtute, super me, quasi de loco sublimi, manũ tuã, quasi ualidam & robustam.

Sagittæ dñi comminationes sunt diuinæ, quæ timore iudicij districti peccatoris animo infigũtur. Secundũ quod alibi dicitur: *Sagittæ domini quæ*

Pſal. 118. dr: Confige timore tuo carnes meas, à iu-
dicijs enim tuis timui. Hinc etiã beatus
Iob. 6. Iob ait: Sagittæ dñi in me ſunt, quarum
indignatio ebibit ſpiritũ meum, & terro
res dñi militant contra me. Ergó ſagittæ
tuæ, id eſt, comminationes tuæ de pœnis
æternis, infixæ ſunt mihi, uelut acutæ,
quæ uſque ad cordis interiora pertin-
gunt, & ideo timore percuſſus, clamare
cõpellor: Dñe ne in ira tua arguas me.
Tales ſagittæ quum infiduntur, nõ mor-
tificãt, ſed uiuificant: non deducũt ad in-
feros, ſed reducunt: quia timore pœnæ
cohibent manus ab actu culpæ. Vel ſagit
tæ dñi ſunt pœnæ, quę infligũtur à Deo.
Deut. 23. unde: Inebriabo ſagittas meas ſanguine,
& gladius meus mãducabit carnes, & ſa-
gittas meas cõplebo in eis. Hęc eſt ſagit
ta ſalutis dñi, & ſagitta ſalutis contra Sy
riam: Non ſunt tales ſagittę hęreticorũ,
Pſal. 10. de quibus legitur: Parauerunt ſagittas
ſuas in pharetra, ut ſagittẽt in obſcuris
rectos corde. Nec tales ſunt Iudęorum
Pſal. 63. ſagittę, de quibus dr: Sagittę paruulorũ
factę ſunt plagę eorũ. Nec etiam talis ſa-
Pſal. 90. gitta diaboli, de quã ſcribitur: A ſagitta
uolãte per diem, à dęmonio meridiano.
Sagittę quoq; dñi ſunt uerba diuina, de
Pſal. 44. quibus alibi legitur: Sagittę tuę acutę
76. potentiſſimę. Item: Sagittę tuę pertranſie
runt, uox tonitrui tui in rota. Et iterum:
Pſal. 143. Emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos.
Has ſagittas Chriſtus & ſancti eius emit-
Eſai. 49. runt, qui etiã ſagittæ uocantur. unde: Po
Pſal. 126. ſuit me quaſi ſagittam electam. Et: Si-
cut ſagittę in manu potentis, ita filij ex-
cuſſorum. Sagittę igitur tuę, id eſt, pœ-
næ à te inflictæ, infixæ ſunt mihi, &
etiam confirmaſti ſuper me manũ tuam.
Manus dei multiplex. Septem modis ponitur manus in ſcri-
ptura ſacra. Manus diuina, filius. unde:
Pſal. 143. Tollam in cœlũ manũ meam. Et: Emitte
Pſal. 94. manũ tuã de alto. Potentia. unde: A for-
titudine manus tuę ego defeci. Et: In ma
nu tua ſunt omnes fines terrę. Gratia un-
Pſal. 144. de: Aperiente te manũ tuam, omnia im-
plebuntur ubertate. Et: Aperis tu manũ
tuã, & imples omne animal benedictio-
Pſal. 36. ne. Auxilium. unde: Quum ceciderit iu-
ſtus, non collidetur: quia dñs ſupponit
manum ſuã. Et: In manibus tuis tempora
mea. Protectio. unde: Sub umbra manus

ſuæ protexit me. Operatio. unde: Manus
tuæ dñe fecerunt me, & plaſmauerũt me Iob. 10.
totũ in circuitu. Et: Opera manuũ tuarũ Pſal. 102.
ſunt cœli. Sed hic manus domini acci-
pitur pro diuina uindicta. unde: Manum Iob. 13.
tuam longe fac à me, & formido tua non
me terreat. Et: Adhuc manus eius exten- Eſai. 5.
tá. Hæc firmata extitit in Adam, qui per
culpã quam cõmiſit, incurrit penã quam
meruit, ſicut dñs ei fuerat comminatus:
Quacunque die comederis, morte mo- Gen. 2.
rieris. In nobis autẽ confirmata eſt, qui
contrahimus ab eo culpam, & pœnã uſq;
ad finẽ uitæ, utinam non duret ſine fine
poſt finem. Ille ſiquidem fuit miſeriarũ
origo, nos autẽ ſumus miſeriarum pro-
pago. Dicit itaq; pœnitens: O Deus cõ-
firmaſti, id eſt, grauiter aggrauaſti, ſuper
me manum tuam, id eſt, uindictam tuam
in pęnis innumeris & miſerijs infinitis,
quæ adeo me conturbant, ut pręingenti
dolore clamare compellar: Neq; in furo
re tuo corripias me. In tantum autem
confirmaſti ſuper me manũ tuam, quod,

Non eſt ſanitas in carne mea
à * uultu iræ tuæ, & non eſt pax *al. facie.
oſſibus meis, à facie peccato-
rum meorum.

Vultus Dei patris eſt filius. unde: In Vultus dei multiplex.
lumine uultus tui ambulauimus. Et: Illu
minet uultũ ſuũ ſuper nos. Cognitio un- Pſal. 35.
de: Quæſiui uultũ tuũ, uultũ tuũ dñe re- Pſal. 66.
quirã. Propitiatio. unde: De uultu tuo iu Pſal. 16.
diciũ meum procedat. Indignatio. unde: Pſal. 33.
Vultus dñi ſuper facientes mala: Ratio. Pſal. 4.
unde: Signatũ eſt ſuper nos lumen uultus Pſal. 44.
tui domine. Benignitas. unde: Vultum
tuum deprecabuntur omnes diuites ple-
bis. Vultus ergo uel facies hic accipitur Vultus quid his.
pro notitia, quã in uultu cognoſcitur Unde.
unuſquiſque. In uultu quoque deprehen
ditur ira, & plerumque in facie denota-
tur peccatũ, ſecundum illud: Heu quàm
difficile eſt crimen non prodere uultu.

Caro quoque multis modis accipitur Caro multipliciter accipitur.
in ſcripturis. Nã caro dr homo. unde: Ver
bũ caro factũ eſt. Et: Videbit omnis caro Ioan. 1.
ſalutare Dei. Pars hominis. unde: Palpate Luc. ult.
& uidete, qm ſpiritus carnẽ & oſſa nõ ha
bet, ſicut me uidetis habere. Animalis na 1. Cor. 5.
tura: unde: Alia eſt caro uolucrũ, alia pi Pſal. 135.
ſcium,

sciũ,& alia iumentorũ. Et: Dat Deus escã omni carni. Humana fragilitas. unde: Nõ pmanebit spiritus meus in hoĩe, quia caro est. Et: Oĩs caro fœnũ Sensualitas. unde: Spiritus cõcupiscit aduersus carnẽ, & caro aduersus spiritũ. Corruptibilitas. unde: Et si nouimus Christũ secundũ carnẽ, sed nunc iam nõ nouimus. Voluptuosa conuersatio. unde: Caro & sanguis regnũ Dei non possidebũt. Legalis obseruantia. unde: Qui uolũt uobis placere in carne, hi cogunt uos circuncidi. Terrena consideratio. unde: Caro & sanguis non reuelauit tibi. Literalis intellectus. unde: Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquã. Coniugale opus. unde: Erũt duo in carne una. Ipsa fœmina. unde: Nõ ex sanguinibus, neq; ex uoluptate uiri, neq; ex uolũtate carnis, sed ex Deo nati sunt. Cõsanguinitas. unde: Nemo unquã carnẽ suã odio habuit. Culpa. unde: Dum appropiant super me, nocentes, ut edant carnes meas. Et pœna. unde: Carnibus meis saturamini. Nõ est, inquam, sanitas in carne, quia necessitati moriendi addi-cta est per peccatũ: quia non satis est sanum, quod leuiter potest lædi. A uultu iræ tuæ, id est, à consideratione indignationis tuæ, quæ timore futuri iudicij nõ solum mentẽ conturbat, sed & carnem affligit. Nec solummodo carnẽ, quæ fragilis est, sed & ossa, quæ fortia reputãtur; quia non est pax ossibus meis, id est, uiribus mẽtis meæ. A facie, hoc est, à recordatione peccatorũ meorũ, quæ ossa conturbant: qm̃ spiritus tristis exiccat ossa. Quis enim restitit ei, & pacẽ habuit? Nõ est impijs gaudere dicit dñs: quia per quæ peccat homo, per hæc & torquetur. Iustus aũt confidit ut leo, de quo legitur: Leo fortissimus bestiarũ, ad nullius pauebit occursum. Sed & iustus quicquid occurrerit semper imperturbatus existit, qa nec aduersis deprimitur, nec prosperis eleuatur. Lætus uigilat, dormit quietus, sedet pacificus, incedit securus: qm̃ qui timet Deum, omnia timent eum. Magnã in præsenti iustitiæ suæ mercedem adeptus, in futuro maximã adepturus. Est autẽ pax peccatorũ, pax iustorũ, & pax beatorũ. De prima: Non ueni mittere pacẽ, sed gladiũ. Et: Zelaui in peccatoribus pacẽ peccatorũ uidens. De secunda: Pacem meã do uobis, pacẽ meã relinquo uobis. Et: Pax multa diligentibus nomẽ tuum. De tertia: In pace in idipsum dormiam & requiescã. Et: Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras. Est præterea pax cõmunis bonis & malis, de qua legitur: Bonus sermo dñi sit mihi pax, & ueritas in diebus nostris. Ipse quoque Christus dr̃ pax nostra, qui fecit utraque unũ, in uno nouo homine faciens pacẽ, pacẽ his, qui prope, & pacẽ his qui longe. Porro quidã nec à peccato habent pacẽ, nec cũ peccato, & hi sunt optimi. Econtra, quidam habent cũ peccato pacẽ, & nõ à peccato, & hi sunt mali. Quidam autẽ habent pacẽ & cum peccato & à peccato, & hi sunt pessimi. Qui enim sic dati sunt in reprobũ sensum, & uenundati sub peccato, ut ultro se peccato ingerẽt, & de peccato nõ curẽt. Illi profectò & cũ peccato pacẽ habent, in quo suauiter delectãtur, & à peccato pacẽ habent, super quo minimè remordentur, de qualibus scriptũ est: Lætãtur quum malè fecerint, & exultãt in rebus pessimis: qm̃ impius quum in profundũ malorũ uenerit, contemnit. Sicut enim, secundum Apostolũ, hi qui ea quæ legis sunt, naturaliter faciũt, ipsi sunt sibi lex: sic illi qui ea quæ peccati sunt, faciunt liberè, ipsi sunt sibi peccatũ, id est, peccati causa, ut iam eis quod libet, hoc liceat, non autẽ libeat hoc quod licet. In profundũ iniquitatis demersi & absorpti penitus à peccato, non cogitantes de pœna, nec curãtes de culpa, effecti sunt sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, post suas cõcupiscẽtias abeuntes. Qui si quandoq; flagellentur, ut cõuertãtur, uulnera nõ sentiunt, & uerbera nõ attendunt, quemadmodũ scriptũ est: Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & nõ sensi. Et hoc maximè fit, quum laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Tales pepigerunt fœdus cũ morte, uel ex perfidia nõ credẽtes, uel ex malitia desperantes, quasi quatriduanus mortuus in monumẽto fœtentes. Qui uerò peccatũ operãtur, & delectantur in eo, sed tamen remordentur & impugnantur ab illo, ipsi quidem

cum

Marginalia: Gen. 6. — Galat. 5. — 1. Cor. 15. — Galat. 5. — Matth. 16 — Ioan. 6. — Gen. 2. — Ioan. 1. — Ephes. 5. — Iob. 19. — Tob. 9. — Sap. 11. — Prouer. 30 — Pax tripiex. — Matt. 10. — Psal. 72. — Ioan. 14. — Psal. 118. — Psal. 4. — Phil. 4. — Ephe. 8. — Rom. 1. — Prouer. 2. — Rom. 2. — Prouer. 23 — Ioan. 11.

cũ peccato pacẽ habent, sed non à peccato: quia delectantur in culpa, sed à conscientia remordẽtur. Tales impugnãtur, sed nõ repugnãt: quia motus sentiunt & consentiunt, abstracti à cõcupiscentia & illecti. Paruulos non allidunt ad petram, sed eos in desiderio suo fouent, iacentes & dormientes in uoluptate & fœditate peccati, ueluti iumenta quæ in stercore suo cõputrescunt, quibus redolet fœtor, & amaritudo dulcescit. E contra: Quidã tentationes sustinent & resistunt, impugnationibus repugnantes, & hi nec cum peccato pacẽ habent, nec à peccato: quia cũ illo luctantur, ne peccatũ in suo mortali corpore dominetur. Grauis quidem est lucta, sed utilis pugna: qm̃ etsi pœnã habet, habebit & coronam: & quãtò difficilior est conflictus, tantò gloriosior est triumphus. Qui uerò tentationes uicerunt, ut non solũ tentationibus non cõsentiant, sed iam etiam tentationes non sentiant, nisi fortè leuissimas, quæ pacem animi nõ perturbant, hi profectò pacem habent à peccato, sed non cũ peccato, ut dicere ualeãt cũ Apostolo: Gloria nostra hæc est, testimonium cõscientiæ nostræ: cũ illi ueraciter peccatores possint de pace in domino gloriari, quos & criminalis culpa non mordet, & cauteriata conscientia nõ remordet: qm̃ etsi grauia fortè peccata cõmiserunt, illa tamẽ omnino per condignos fructus pœnitentiæ diluerunt. Quum ergo iã ipse spiritus testimonium perhibet spiritui eorum, quod ipsi filij Dei sint, tunc à peccato pacẽ habẽt, & non cum peccato, effecti pacifici ueri, qui filij Dei uocabuntur: pauidi quidem pro suis, sed pro alijs securi. Patet ergo, quod non habere pacẽ cum peccato semper est bonũ, & habere pacẽ cum peccato semper est malũ. Habere uerò pacẽ à peccato interdũ est bonum, interdũ est malũ. Noli ergo cũ peccato pacẽ habere, noli contrahere amicitiam cum serpente, nẽ suadendo inficiat, & occidat te ueneno. Lethalius est enim uenenum peccati, quàm uenenũ serpentis. Nã illud interficit corpus, istud uerò interimit animam, sine quã corpus non uiuit. Si uerò concupiscentia corporis illectus, pacẽ habueris aliquando cum peccato, caue saltem, ne habeas pacem ab illo: quia si cum peccato & à peccato pacẽ habueris, uiuens inter mortuos deputaberis. Quæ uerò sit causa, quare non est sanitas in carne hominis à facie iræ Dei, neque pax ossibus à facie peccatorum, consequẽter ostẽdit.

Iacob. 1. *Psal. 139.* *2. Cor. 1.* *Rom. 6.*

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

Caput mulieris uir, & caput uiri Christus, caput Christi Deus. Vnde: Caput dilecti mei sicut aurũ optimum. Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Caput animæ mẽs, unde: Impinguasti caput meũ in oleo. Caput rei, principium. unde: In capite libri scriptũ est de me. Caput prouinciæ, metropolis. unde: Caput Syriæ Damascus. Caput populi princeps. unde: Constitues me in caput gentiũ. Caput iniquorũ diabolus. unde: Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamẽta eius usq; ad collũ. Et: Tu confregisti capita draconũ, dedisti ea in escas populis Aethiopũ. Caput mali operis, suggestio diabolica. unde: Caput aspidis suget, & occidit eũ lingua uiperæ. Et: Ipsa cõteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius. Caput vitiorũ, supbia. unde: Si extulerit caput usque ad nubes, quasi sterquiliniũ in fine perdetur. Caput ergo interioris hominis, animæ, mẽs seu ratio intelligit. De quo Salomõ ait: Oculi sapiẽtis in capite ipsius, id est, fides & intellectus sunt in mẽte sapientis. Nã oculi corporales sunt etiã in capite uiri stulti. Huic capiti quædã iniquitas superponitur. Illa iniquitas quæ cũ timore Dei & proposito pœnitẽdi cõmittitur, supponitur rationi, q̃a peccator in ea iudiciũ rationis reueretur. Illa uerò iniquitas, quæ sine timore Dei & sine proposito pœnitẽdi cõmittitur, superponitur mẽti, q̃a peccator in ea iudiciũ rationis contẽnit. Vtraq; grauat, sed ista sicut onus mediocre, illa uerò sicut onus graue, q̃d in profundũ demergit. Et hoc est quod dicit: Iniquitates meæ, quas ego sine timore & proposito pœnitẽdi cõmisi, superposuerunt, id est, posuerunt se super caput meum. Vel secundum aliam literam, supergressæ sunt caput meũ, hoc est, depres-

Caput multiplex. *1. Cor. 11.* *Cant. 5.* *Colos. 1.* *Psal. 22.* *Psal. 39.* *Esaiæ 7.* *Iob. 20.* *Gen. 3.* *Iob. 20.* *Caput interioris hominis quid.* *Eccles. 2.*

depresserunt, & despexerunt rationem animæ meæ. Ideoque grauatæ sunt super me, non sicut onus mediocre, sed sicut onus graue, quod usq; in profundũ uitiorum demergit. Iniquitas. n. secundum Prophetam, super talentum plumbi sedere describitur, quia mentem quam deprimit, non finit ad cœlum erigi, sed cogit ad inferna demergi. Vel iniquitates meæ supposuerunt, id est, in superbia posuerunt caput meũ, id est, mentẽ meã in superbiam extulerunt, & ideo, quoniã omnis qui se exaltat, humiliabitur, sicut onus graue grauatæ sunt super me, id est, mole pœnarum me grauitet depresserunt. Quasi diceret: Ego exaltaui me in spiritu superbię, quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & Deus humiliauit me in pondere pœnæ, quoniam sicut onus graue grauatæ sunt super me.

Luc. 14.

Onus triplex. Est onus Christi, onus mũdi, onus diaboli. Primum gratiæ, secundum pœnæ, tertium culpæ. De primo: Iugum meum suaue est, & onus meum leue. De secundo: Onus Babylonis, quod uidit Esaias filius Amos. De tertio: Nolite portare onera in die sabbati. Licet enim scriptũ sit, Vnusquisque onus suum portabit, monet tamẽ Apost. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Non solum autem iniquitates supergressæ sunt caput meum, uerum etiam

Matt. 11. *Esai. 13.* *Gala. 6.*

† al. corruptæ sunt.

Computruerunt & *deteriorauerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.

Computrescere variè accipitur. Computrescere multis modis dicitur aliquid. Ratione materiæ. unde: Lumbare cõputruit, quod Hieremias abscondit in Euphrate. Ratione pęnæ. unde: Philisthijm computtescebant prominentes extales. Ratione culpæ. unde: Computruerunt iumenta in stercore suo. Et ratione gratiæ. unde: Computruit iugũ à facie Dei. Cicatrix autem est locus uulneris iam sanati, sed hic ponitur continens pro contẽto: ut cicatrices in carne intelligantur plagæ, quæ postquam curatæ sunt, recidiuant, & quidem posteriores plagæ longẽ sunt peiores, quàm priores. Sic cicatrices in mente sunt culpæ, quæ postquam dimissæ sunt, iterantur, & sunt longe istæ grauiores, quàm illæ. Ait ergo: Cicatrices meæ, id est, peccata, quæ mihi dimissa sunt per baptismum, uel pœnitentiam, cõputruerunt, id est, conuersa sunt in putredinẽ, dũ iterata sunt ad reatũ, qui est mentis putredo: Heu si quis uideret animã peccatricẽ, quàm sit fœda, quàm fœtida & putrida: profectò leprosior est carne leprosa. Et deteriorauerũt, id est, deteriora facta sunt, per ingratitudinis uitium, à facie insipientiæ meæ, id est, ab insipientia mea, quę apparet quasi facies manifesta. Quęnam. n. manifestior est stultitia, quàm ut pœnitẽs ad peccatũ, sicut canis ad uomitum, reuertatur? Immũdus est cibus quẽ canis edit, sed lõge immundior est uomitus, ad quõ redit. Vel cicatrices meæ cõputruerunt aliis, qui exẽplo mei facinoris quasi fœtore putredinis sunt corrupti, & deteriorauerũt me, qui frequentãdo peccatum, deterior effectus sum, à facie insipientiæ meæ, id est, ex culpa negligentiæ; quæ meã insipientiam manifestat: quia uidelicet non sum usus uiribus in baptismo receptis. Quid. n. insipiẽtius peccatore, qui & cognoscit facinus & cõmittit, præcipitans se scienter in mortẽ? Certẽ brutũ animal si uidet foueã, declinat ab ea, ne labatur in illã, & si forsan alicubi difficultatem incurrit, non potest illuc sine difficultate reduci. Homo uerò ab illicito semper illicitur, & in delictis iugiter delectatur. Caue igitur pœnitens iterare peccatum, ne propter ingratitudinis uitiũ, requiratur à te debitum iam dimissum. Ecce, inquit, sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Caue quoque, ne peccatum facias in occulto, magis autẽ ne facias in aperto: quia peccatum secretum obest tantummodo facienti, manifestũ uerò & facienti obest & imitanti. Vel cicatrices meæ, id est, peccata mea, quæ ego post pœnitentiam iteraui, cõputruerunt in me per † defectũ: quia computrescere me fecerũt, hoc est, in sordibus uitiorum marcescere, quasi iumenta insipientia, quæ teste Propheta, computruerunt in stercore suo, & tanquam illi quorum computrescebãt prominentes extales, & sic deteriorauerunt à facie insipientiæ meæ, id est, propter in-

Hier. 13. *1. Reg. 5.* *Esai. 10.*

Cicatrix quid.

Animæ peccatricis fœditas quãta.

2. Pet. 2.

Peccatores scienter se in mortem præcipitãte nihil insipientius.

Ioan. 5.

** al. effectum.*

Ioh. 1.

insipientiam meam deteriorem me fecerunt. Duabus ex causis solent cicatrices cõputrescere, uel quia non perfectè curantur uulnera, uel quia nociua non plenè uitantur. Ille namque uulnera peccatorũ perfectè non curat, qui succidit actus, sed non interficit cogitatus: quia de refricatione cogitationis facilè redditur ad consuetudinẽ actionis. Ille quoque nociua uitiorum plenè non uitat, qui peccãdi occasiones studiosè non fugit. Fuge ergo personã suspectã, locũ idoneũ, tempus aptũ, & quicquid est opportunũ ad faciẽdũ peccatũ: quia sicut est difficile in igne esse & nõ ardere, ita difficile est habere opportunitatẽ peccãdi & nõ peccare. Sequitur,

Duabus ex causis cicatrices cõputrescũt. Peccandi occasiones uitandas esse.

*Miseris afflictus & turbatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar.

† al. miser factus sum

Quis posset omnes hominis miserias enarrare, cum tota hominis uita sit miseria: Homo namque natus de muliere, breui uiuens tẽpore, repletur multis miserijs. Breuis est uita, sed multæ sunt miseriæ, quibus repletus asseritur, ut nihil in eo uacuum à miseria relinquatur. In tribus tamen uocabulis tres species miseriarum designat, uidelicet timores, dolores & labores, ad quas omnes miseriæ referuntur. Quasi diceret: Afflictus sum præ labore, & turbatus sum præ timore, contristatus sum præ dolore: suntq; miseriæ meæ longæ, quia turbatus sum usq; in finẽ: sunt assiduæ, quia tota die cõtristatus ingrediebar: sunt spirituales, quia anima mea cõpleta est illusionibus: & sunt corporales, quoniam nõ est sanitas in carne mea.

Miseriæ homini inexplicabiles. Iob. 14. Miseriæ omnes ad tres species referuntur.

Finis, Christus, unde: Christus est finis legis ad iustitiam omni credenti, qui de se dicit: Ego sum alpha & ω, principium & finis, & de quo scribitur: In finem psalmus Dauid. Charitas. unde: Finis præcepti charitas, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Et: Omnis cõsummationis uidi finem, latum mandatum tuum nimis. Adimpletio, unde: Ea quæ de me scripta sunt, finem habent. Extremitas. unde: In tempore finis complebitur uisio. Finis, beatitudo. unde: Nouissimè destruetur mors, deinde finis. Perseueratio, unde: Cum dilexisset suos, usq; in finem dilexit eos. Nã qui perseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. Finis terminus, unde: Notũ fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorũ. Finis, consummatio, unde: Finis uenit, uenit finis super quatuor plagas terræ. Finis, dãnatio. unde: Laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem. Et: Finis illorum mors est. Ergo turbatus sum usq; in finem, id est, usque ad uitæ terminum (de futuro tanquã de præterito loquens) quia certus sum, quod ante mortem miseriæ minimè finientur. Propter quod clamabat Apostolus dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super omnes filios Adam, à die exitus de uentre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium. Vtinam in morte terminus miseriarum existat, ne post mortem cumulus miseriarum accrescat: quia post mortem incomparabiliter maiores erunt miseriæ in inferno, quàm sunt ante mortem in mundo: quoniam ibi erit uermis, qui non morietur, & ignis qui non extinguetur. Ibi quærent homines mortem, & nõ inuenient, optabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et ideo tota die contristatus ingrediebar intra cubiculum cordis, ut in occulto tristis & mœrens pro dilatione sabbati, quo cupiebam effundere animam meam domino, iuxta quod ipse dixit: Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Nec semel hoc egi, sed sæpe: nec perfunctoriè, sed assiduè; quia tota die contristatus ingrediebar, id est, in antea gradiebar, donec egrediebar tandem ex hac uita, & ad illã perueniam, ubi erit in uero sabbato requies sine fine. Norent hoc illi, qui putant sufficere simul & semel de peccato dolere, statim post gemitũ recurrẽtes ad gaudium, & post fletum ad risum, cum econtrario pœnitere sit pęnã tenere. Ideo uerò tota die contristatus ingrediebar.

Finis multiplex. Rom. 10. Apoc. 1. 1. Tim. 1. Psal. 118. Luc. 22. 1. Cor. 5. Ioan. 11. Matt. 10. Psal. 38. Ezech. 7. Phil. 3.

Rom. 7. Eccles. 40. Matt. 6. Pœnitere quid.

Quoniam anima mea repleta est illusionibus, & non est sanitas in carne mea.

In-

Illusiones variæ. Innumerabiles sunt illusiones, quas homo patitur in hac uita, dũ prauis persuasionibus circumuentus credit falsa pro ueris, agit mala pro bonis, & dimittit cœlestia pro terrenis, dũ pro caducis, uanis & friuolis à diuina seruitute transfertur, à pia intẽtione retrahitur, à sancto proposito reuocatur, & tũc incipiunt illudere ei dicẽtes: *Luc. 14.* Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Alludit mundus, eludit caro, & illudit diabolus. Mundus alludit per blandicias sæculares. Caro eludit per sensuales illecebras. Diabolus illudit per spirituales fallacias. *Sophistæ fallaces tres, mundus, caro, diabolus.* Isti .n. sunt tres fallaces sophistæ, qui miserã animã suis uersutijs circumuenerunt, & seducunt. Proponit mundus, assumit caro, cõcludit diabolus. Mundus proponit sæcularia blandimenta. Caro assumit illicita desideria. Diabolus concludit sempiterna tormẽta. Sic alluditur animæ ut elidatur, sic eluditur ut illudatur. Turpis illusio, quando diabolus ab illusione cessando, magis illudit, iuxta quod legitur: *Thre. 1.* Deridebant sabbata eius. Tunc .n. dæmones sabbata cuiuscunq; derident, quum ad tẽpus ab illorum tentatione desistunt, ut quando incautè cognouerint à peccato quiescere, turpius illum ad peccandũ reducant. Et sic qui se sabbatizasse crediderat, à dæmonibus deridetur. Propterea idem uir timoratus & iustus alibi orat, *Psal. 24.* & ait: Deus meus in te confido, non erubescam, neq; irrideant me inimici mei; Et enim uniuersi qui te expectant, non cõfundentur. Multis ergo modis illuditur animæ, præsertim in obscœnis affectibus & cogitationibus importunis, quibus improbe irruentibus, uix anima orare permittitur, & raro finitur contemplatio, dũ corporum imagines occurrũt, quæ de hoc in illud, & de uno in aliud mentem rapiunt & transducunt. *Eccle. 10.* Scriptum est enim: Muscæ morientes perdunt suauitatem unguenti: quia improbæ cogitationes tollunt deuotionem orationis.

Illusionum multitudo, quas patitur anima inexplicabilis. Quid dicam de illusionibus illis, per quas angelus satanę transfigurat se in angelum lucis, & uitia simulando uirtutes, impietatem ingerit sub specie pietatis? Certè nõ potest exprimi, quanta sit multitudo & magnitudo illusionũ, quas anima patitur in hoc mundo. Vnde pœnitẽs ait: Anima mea cõpleta est illusionibus. Ecce non respersam, sed cõpletam esse illusionibus animã asserit, ut multitudinẽ & magnitudinem illusionũ ostendat. A quibus etiã sanitas nõ est in carne mea, quæ suis illusionibus inquinatur, maximè cũ insomnijs nocturnas pollutiones incurrit. Nec istã illusionibus speciẽ reputes esse leuẽ, quoniã ex falsa causa uerus procedit effectus, quoniam etsi falsa sit in somno imaginatio, uera tamẽ pollutio est in carne. Vnde præcipitur in Leuitico, *Leuit. 15.* ut homo qui pollutus nocturno sit somno, egrediatur extra castra, & non reuertatur, priusquã ad uesperã lauetur aqua, & post solis occasum regrediatur in castra. Omne peccatum, quod facit homo, *1. Cor. 6.* extra corpus est; qui uerò fornicatur, in corpus suũ peccat. Vnde secũdum aliã literã dr̃: Lũbi mei impleti sunt illusionibus, uel ignominia. Nã in lũbis est incentiuũ libidinis, secũdũ illud: Virtus *Iob. 14.* eius in lumbis eius, & fortitudo eius in umbilico uẽtris eius. Vnde pcipitur: Sint *Luc. 12.* lũbi uestri præcincti. Grandis enim est illusio, & grauis ignominia in uoluptate libidinis: quia præcedũt illã ardor & petulantia, comitãtur fœtor & immũditia, sequuntur dolor & pęnitentia. Sequitur:

Incuruatus sum & humiliatus usquequaque, rugiebam à gemitu cordis mei. *al. afflictus sum & humiliatus sum nimis.*

In prima parte prius commemorauit pęnas inflictas à Deo, ac deinde pęnas illatas à se, de illis præmittens: Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam, & de istis subiungens: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. In hac uerò secunda parte, prius commemorat pęnas inflictas à se, ac deinde pęnas illatas ab alijs. De illis enim dicit: Incuruatus sum, & humiliatus usquequaque, rugiebam à gemitu cordis mei. Cor meum conturbatum est in me, deseruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum non est mecum. De istis addit: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, & proximi mei à longe

à longè steterunt. Vim faciebant, qui quærebant animam meam, & qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt uanitates, & dolos tota die meditabantur. Ostẽdens quantum ex utrisque profecerit. Nam ex illis profecit ad desiderium patriæ. Vnde supponit & dicit: Ego autem uelut surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes.

Agens ergo de pœnis quas patitur, à seipso fatetur se sustinere incuruationẽ corporis, & humiliationem mentis. unde: Incuruatus sum, & humiliatus usque quaque. Rugitum oris & gemitum cordis; unde: Rugiebam à gemitu cordis mei. Tædium uiuendi & desiderium moriendi. unde: Ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Statimque superiorum causas assignat. Cor meum, inquiens, conturbatum est in me, deseruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum non est mecum. Ac si diceret manifestius: Dixi quod rugiebam à gemitu cordis mei. Nec mirum: quia cor meum conturbatum est in me. Dixi quod incuruatus sum & humiliatus usquequaque. Nec mirum: quia deseruit me fortitudo mea. Dixi quod ante te est omne desiderium meum. Nec mirum: quia lumen oculorum meorum non est mecum. Et ideo quia tu, qui lumen oculorum meorum es, mecum non es, desidero esse ante te, ut ego sim tecum, & non hoc fictè, sed uerè: quia gemitus meus à te nõ est absconditus. Sæpè quidem uexatio tribuit intellectum, quia nonnunquam flagella castigant, quem beneficia non emendant. Quapropter ait: Incuruatus sum & humiliatus usquequaque; id est, ex utriusque hominis parte, uidelicet exterioris, quantum ad incuruationem corporis, & interioris, quantum ad humiliationem mentis. Quare à gemitu cordis ingemiscentis interius de multitudine, magnitudine, ac turpitudine peccatorum, rugiebam exterius lugubri, querulo & confuso clamore, more leonis rugientis ad escam: quia famem patiens boni operis, rugiebam desiderio cibi cœlestis, ad sabbatum æternitatis tota mente suspirans.

Cæterum possent hæc ad pœnitentiæ uirtutem referri, ut dicat pœnitens: Incuruatus sum corpore, & sum humiliatus mente, in oratione ac cõfessione prostratus: nec humiliatus simpliciter, sed etiam usquequaque, omnes omnino circunstantias exprimendo, ut qui cõmittendo peccatum, superbam contra Deum ceruicem erexi, confitendo peccatum, pronam ante Deum mentem inclinem. Insuper rugiebam à gemitu cordis mei, altis clamoribus eiulans, & profundis suspirijs ingemiscens. Quoniam ante te est omne desiderium meum, quia non una pars desiderij mei est ante te, altera post te, vt unum peccatorum meorum exprimam confitendo, & aliud supprimam occultando, unum accusando condemnem, & aliud excusando defendam: sed omne desiderium meum est ante te, quia cum ultimo desiderio totam conscientiam meam coram te pando. Quod inde conijcis euidenter, quia gemitus meus à te non est absconditus, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta.

Incuruatio in scripturis in bono accipitur, & in malo. Est enim incuruatio contractionis, unde: Helisæus incuruauit se super puerum & reuixit. Adorationis. unde: Fratres Ioseph incuruati adorauerunt eum. Humiliationis. unde: Incuruabitur sublimitas hominũ, & humiliabitur altitudo uirorũ. Subiectionis. unde: Incuruentur ante te filij matris tuæ. Item, incuruatio cupiditatis. unde: Incurua te ut transeamus. Iniquitatis. unde: Laqueũ parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animã meã. Obscœnitatis. unde: Scortũm alterius sit uxor tua, & super eam incuruentur alij. Et anxietatis. unde: Vxor Phinees incuruauit se & peperit, irruerunt .n. in eã dolores subiti.

Incuruatio in vtramque partem accipitur.
4. Reg. 4.
Gen. 42.
Esai. 5.
Gen. 27.
Esai. 51.
Psal. 56.
Iob. 31.
1. Reg. 4.

Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.

Ecce utrunq; habes irriguũ superius, id est, desiderium mentis pro bonis patriæ, ac inferius, id est, gemitum cordis, pro malis mũdi. Ac si diceret manifestius:

Irriguum superius & inferius quid.

Vidi

Eccles. 1. Vidi cuncta quæ sub sole fiunt, & ecce uniuersa uanitas & afflictio spiritus: qua re iam nihil desidero in hoc mundo, sed ante te est omne desiderium meum, uidelicet coram te cōsistā in patria, ubi est uera quies, plena securitas, summa dulcedo, perfecta lætitia, & felicitas sempiterna: ubi in summo bono quicquid boni quæritur, inuenitur. Et ideo gemitus meus, de innumeris miserijs huius uitæ, quæ tota est militia super terrā, à te non est absconditus: nō solū quia tibi cognitus est, qui omnia cōspicis & nihil ignoras, uerumetiā quia est tibi placitus, qui quodam speciali modo diceris nescire, quæ reprobas, & scire quæ approbas. unde: Nō noui uos. Et: Nouit dominus qui sunt eius. Illa quippe absconduntur à Deo, quæ diuino indigna sunt aspectu. unde Adam & uxor eius absconderunt se à facie domini post peccatum: quia qui malè agit, sine dubio odit lucem. Et ideo,

Matt. 25. Gen. 3. Ioan. 3.

Cor meum conturbatum est in me, *deseruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum * non est mecum.

† al. dereliquit me virtus & ipsum.

Ostendit se incussisse anxietatem cordis. unde ait: Cor meum conturbatū est in me, propter acerbitatem doloris, & debilitatem corporis. Vnde subdit: Deseruit me fortitudo mea, propter tenuitatem ieiuniorum & obscuritatem luminis. unde: Lumen oculorum meorum non est mecum, propter affluentiam lachrymarū. Et ita iam dignos fructus pœnitentiæ facit. Quandoque cor hominis conturbatur in se, quādo scilicet per cōpunctionis dolorem spiritus tristatur & affligitur pro seipso, secundū illud: Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. Quandoq; cōturbatur in alio, quando scilicet per spiritum compassionis affligitur pro alio & tristatur, secundum illud: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & non uror? Ait ergo: Cor meum conturbatum est in me: quia in meipso est, unde doleam de meipso, quia deseruit me fortitudo mea. Scriptum est enim, quia iusti fortitudinē suam mutant, dum corporalem deponunt & spiritualem assumunt, propter quod dicit Apostolus: Cū infirmor, tum potens sum. Et lumen oculorum meorum non est mecū; quin potiùs contra me: quia mors ingressa est per fenestras. Et: Oculus animam deprædatur. Vnde ipsi oculi iam compuncti à Deo lachrymis effluunt, ut eorum lumen quasi deficiens non sit mecum.

Matth. 3. Esa. 38. 2. Cor. 11. 2. Cor. 12. Thre. 3.

Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, & * proximi mei à longe steterunt.

† al. qui iuxta me erant.

Hactenus prosequutus est pœnitens pœnas, quas patitur intus, à Deo uidelicet & à se, amodò prosequitur pœnas, quas patitur foris, ab amicis & inimicis. De pœnis enim à Deo inflictis prædixerat: Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. De pœnis à se illatis adiunxit: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Nunc uero dicit de pœnis, quas patitur ab amicis: Amici mei & proximi mei à longe steterunt. De pœnis quas patitur ab inimicis subiungit: Inimici mei uiuunt, & confortati sunt super me, & multiplicati sunt, qui oderūt me iniquè.

Grauior peccatori post pœnitentiam incumbit tentatio.

Sanè quum peccator per pœnitentiam se conuertit ad Deum, grauiores tentationes incurrit, iuxta quod legitur: Fili, quum accesseris ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Vnde quum ad pœnitentiam se conuertit, ecce instigante diabolo, amici, proximi, & uicini contra ipsum insurgunt, propter quod dicit: Amici mei & proximi mei appropinquauerunt, non utique propter me, ut cōferant mihi solatium, sed aduersum me, ut inferant nocumentum. Nec persunctoriè, sed instanter: quia non solum approximauerunt, sed & steterunt aduersum me, uidelicet ut mihi aduersentur. Et qui iuxta me erant, id est, uicini mei, à longe steterunt, omne mihi consilium & auxilium salutis denegantes. Illi appropriauerunt, ut inferrent dispendiū, isti elongauerunt, ne cōferrent solatium, ut sic malis totus essem expositus, & ne bonis aliquatenus essē adiutus.

Eccles. 2.

Et

Et uim faciebant, qui quærebant animam meam: & qui inquirebant mala mihi, locuti sunt uanitates, & dolos tota die meditabantur.

Agendo de pœnis quas se ab alijs sustinere fatetur, ostendit separatim nõ ab hostibus, sed ab amicis; non ab alienigenis, sed cognatis; non ab extraneis, sed uicinis: quia † indignus & indignatus, tam ab his, quàm ab alijs persecutio toleratur. Et hi me, inquit, multipliciter persequuntur, uidelicet opere, uiolenter, & odiose, quia uim faciebant qui quærebant animam meam. Ore, malignanter & studiose: quia qui inquirũt mala mihi, locuti sunt uanitates. Et corde, incessanter atque dolose, quia dolos tota die meditabantur. Heu quod hodie reputantur amici, qui censendi sunt potius inimici, diligentes corpus, sed animam odientes. Tales sunt isti, qui hunc ad Deum cõuerti cernentes, uiolenter impedire nituntur, animam non ad saluandum, sed ad perdendum quærentes, cum eum à uia Dei retrahere moliantur, & bona temporalia inquirentes, spiritualia mala procurant, loquentes uanitatem in dolo, dum ei uana suggerunt & iniqua.

Ego autem uelut surdus non audiebam, & uelut mutus * qui non aperuit os suum.

* al. non aperiens.

Est surditas bona, & surditas mala. Bona surditas est claudere aurẽ prauis consilijs & malignis suggestionibus. unde: Quis fecit os hominis, aut fabricatus est mutum & surdum, uidentem & cæcum, nonne ego? Ite, renũciate Ioanni: Surdi audiũt. Nã illi obediunt Deo, qui sunt surdi diabolo. Mala surditas est claudere aurẽ sanis consilijs, & præceptis diuinis. unde: Surde & mute spiritus exi ab eo. Et: Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet uocẽ incantãtium & uenefici incantantis sapienter. Obmutescit autẽ quis aliquando ex cautela unde: Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Aliquando ex patientia. unde: Quasi agnus corã tondente obmutescet. Econtra obmutescit quis aliquando ex timore. unde: Canes muti, non ualentes latrare. Aliquando ex cauteriata conscientia. unde: Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestẽ nuptialẽ? At ille obmutuit. †Mutus autem & surdus hic accipiuntur in bono. Magnæ quippe uirtutis est non reddere malũ pro malo, sed quandoq; maioris est non reddere maledictũ pro maledicto, quum longe facilius possit hoc reddi, quàm illud. Adhuc autẽ perfectioris est patientiæ, nec offendi, nec offendere uerbo, ideoque non repetendo, sed determinando subiungit:

Surditas duplex.

Matt. 11.

Mar. 9.

Psal. 57.

Esai. 59.

Matt. 22.

Ergo surdus & mutus.

Et factus sum sicut homo nõ audiens, & non habens in ore suo * increpationes.

† al. redargutiones.

Quasi diceret manifestius: Non eram in ueritate surdus & mutus, sed quum audire possem & loqui, factus sum sicut homo non audiens, & nõ habens in ore suo increpationes: quia non respondebam maledictum pro maledicto. De talibus increpationibus legitur: Vsque ad noctẽ increpuerunt me renes mei. Nam sunt & bonæ increpationes, de quibus dr̃: Increpa feras syluarum. Et: Argue, obsecra, increpa. Sunt & aliæ, de quibus scriptũ est: Increpet in te Deus Satan. Et: Increpauit mare rubrũ. Possunt hæc intelligi etiam ex persona capitis, ut sint quasi uerba Christi, non nisi mutata uoce, dicentis: Amici mei, non ueri, sed ficti, ut hi qui tẽtando dicebãt: Magister, scimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Dic ergo, licet tributum dare Cæsari, an non? Et proximi mei, uidelicet cognati secundum carnem, ut hi, qui dicebant: Transi hinc & uade in Iudæam, ut discipuli tui uideant opera, quæ tu facis. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Hi & illi appropiauerunt aduersum me, corã Pilato dicentes, Crucifige, crucifige eum: & steterunt coram Herode constanter me accusantes. Et qui iuxta me erant, id est, discipuli, qui mecum erant conuersati, de longe steterunt, fugientes timore mortis. Nam Petrus sequebatur à longe. Et qui quærebant animã meam, non ad imitandum, sed ad perdendum, uim faciebant, capiendo, ligando, colaphizando,

Psal. 15.

Increpationes uariæ.

Psal. 67.

2. Timo. 4.

Zach. 3.

Psal. 15.

Matt. 22.

Ioan. 7.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Luc. 22.

& conspuendo. Et qui inquirebant mala mihi, quum non inuenirent crimina, locuti sunt uanitates, fingendo falsa testimonia, ut hi qui dixerunt: Nos audiuimus eum dicentē: Ego dissoluam templū hoc manu factū, & per triduum aliud nō manu factū reædificabo, & non erat conueniens testimonium eorum. Et tota die meditabantur dolos, id est, fallacias, ut, quādo custodes pecunia corruperunt, ut dicerent, Nobis dormientibus uenerunt discipuli eius, & furati sunt eum. Ego autem tanquam surdus nō audiebam, quia non respondebam, quasi nihil audirem. Et sicut mutus, qui non aperuit os suum, ut impleretur quod scriptum est, Sicut agnus corā tondente se, sic non aperuit os suum. Et ideo factus sum sicut homo non audiens, & nō habens in ore suo increpationes. Vnde cū unus ministrorum Annæ dedisset alapam Iesu dicens, Sic respondes pontifici? Iesus non increpando, sed rationem reddendo, respondit, Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si autem bene, quid me cædis?

Marc. 14. *Matt. vlt.* *Esai. 53.* *Ioan. 18.*

Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine Deus meus.

Spes in aduersis magnum solatium oppressorum.

Tertia pars, in qua dicit se inter aduersa sperare, quod magnum est solatiū oppressorū: quia dum sperant in tribulationibus, non deficiunt, credentes à dño se liberari. Commendat autem pœnitens circa se spei donum, dicēs, Qm̄ in te dñe speraui. Orationis uotum: Qm̄ tu exaudies me dñe Deus meus. Discretionis iudicium: Quia dixi, ne quando insultent mihi inimici mei. Patientiæ meritū: qa dum cōmouerentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Satisfactionis propositum: quoniam ego in flagella paratus sum. Contritionis affectum: quia dolor meus ante me est semper. Confessionis sonum: quoniam iniquitatem meam ego pronunciо. Et inquisitionis studiū: quia cogitabo pro peccato meo. Veruntamen in his omnibus persecutores mihi non desunt. Viuaces & prompti: quoniam inimici mei uiuunt. Fortes & firmi: quoniā confortati sunt super me. Multiplices & diuersi: quoniam multiplicati sunt. Crudeles & impij: quoniam oderunt me iniquè. Ingrati & detractores: quoniam qui retribuebant mihi mala pro bonis, detrahebant mihi. Causam quoq; supponit, quare tales sint erga ipsum: quoniā subsecutus sum, inquit, iustitiam. Vel secundū aliam literā, quoniā sequebar bonitatē. Nam & iniusti propter iustitiam, & mali propter bonitatē persequuntur bonos & iustos. Sicut Cain Abel, Ismael Isaac, Esau Iacob, Saul Dauidem, & Iudaicus populus dominum Christum. Ait ergo; Quoniam in te dñe speraui, tu exaudies me domine Deus meus: Qui sperat, credit & diligit, quia nisi crederet, non speraret: & nisi speraret, procul dubio non diligeret. Nā spes non confunditur, id est, non patitur confundi sperārem. Quemadmodū alibi dictum est: In te dñe speraui, non confundar in æternū. Vnde credens & diligens rectè sperat à domino exaudiri. Qui uero non sperat, non petit in fide, unde nequaquam exaudiri meretur: quia Deo sine fide placere non potest. Ait ergo, Domine, qui tristia mutas in læta, & aduersa conuertis in prospera, quia in te speraui, quemadmodum sperandū est, ideo dixi, nō tam ore, quàm corde, quod tu me exaudies, hoc est, ad optatum exitū audies: Domine Deus, creator meus, redemptor & saluator meus: qui creando tribuisti naturam, redimendo dedisti gratiam, & saluando conferes gloriam. Tunc enim eris certissimè meus, cum ultra non poteris esse non meus. Dixi quidem quod exaudies me, nec immerito.

Iustitiam sectantium persecutores. *Gen. 4.* *Gen. 21.* *Gen. 27.* *Psal. 30.* *Heb. 11.*

Quia dixi, ne aliquando* insultent in me inimici mei, & dū commouerentur pedes mei, in me magna locuti sunt.

† al. super gaudeant mihi.

Supra non exposuerat quid petierit, nunc autem illud exponit, quia hoc dixi, hoc petij, ne aliquando insultent in me inimici mei, hoc est, ne illud agam, propter quod inimici mei mihi ualeant insultare. Quemadmodū alibi dictū est, Deus meus in te confido, nō erubescam, neque irrideant me inimici mei, etenim uniuersi qui te expectāt, non cōfundētur.

Psal. 24.

Inter alias quippe causas, propter quas sibi iustus præcauet à peccato, hæc non

Iniustorũ insultatio iustos contristreddit.

non est minima, ne super illo exultet & insultet iniustus. Proprium est enim inimicorum, ut exultent & insultent incommodis eorum, quos oderũt: & ideo dixi: ne insultent in me inimici mei, quia dũ pedes, id est, actus mei cōmouerentur aliquando ex humana infirmitate, ipsi secũdum prauam consuetudinem locuti sunt contra me, irrisores uidelicet, iniurias uehementes. Lætatur ergo impius, & insultat, quando iustum prospicit cōmoueri, secundum illud: Qui tribulant me, exultabũt, si motus fuero. Sed econtra, pius tristatur & cōdolet, cùm turbari cernit iniustũ, secundum quod dicit Apostolus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego nō uror? Nã peccata proximorũ frixorium sunt iustorum. Pes hominis affectus est, opus, & sustentator. Quilibet duplex, dexter uidelicet & sinister. De pedibus affectionis dicitur: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Et: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet. De dextero: Pes meus stetit in uia recta, in Ecclesijs benedicam te Domino. De sinistro: Non ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. De pedibus operationis dicitur: Perfecit pedes meos tanquam ceruorum. Et: Pedes sanctorũ suorum seruabit. De dextris: Pedes eorũ recti. De sinistris: Pedes eorum ad malum currunt. De pede sustentationis dextro B. Iob ait: Oculus fui cæco: & pes claudo. De pede sustentationis sinistro Veritas ait: Si pes tuus scandalizat te, abscinde eum: & proijce abs te. Potest & aliter hoc intelligi, ut etsi dixerit, ne aliquando supergaudeant sibi inimici, non tamẽ in hoc fuerit exauditus: quia dum cōmouerentur, inquit pedes mei, super me magna locuti sunt. Quod Deus non sine causa quandoq; permittit contingere, ut uidelicet iustus moueatur & cadat: quia septies in die cadit uir iustus, & fortior resurgit. Resurgit enim humilior, resurgit cautior, resurgit misericordior, sicut Petrus, qui quoniam incautè & præsumptuosè respondit, quum ait: Domine, etsi opportuerit me mori tecum, non te negabo, permissus est cadere, ut suam præsumptionem, imprudentiam, & infirmitatem agnosceret, & disceret in seipso, qualiter deberet aliis misereri. Vnde cũ post resurrectionẽ fuisset interrogatus à dño: Simō Ioannis, diligis me plus his? Humiliter respondit & cautè: Dñe, tu scis quia amo te. Dimittens dubium, utrũ ipse plus cæteris, & certũ tenens quod ipsum amaret. Quiq; ter dominũ ex timore negauerat, ter quoq; cum ex amore cōfessus est: quatenus trinæ negationi trina cōfessio redderetur, nec minus amori quàm timori lingua seruiret: & sic fieret amoris officiũ, pascere gregẽ dñi, sicut fuerat timoris iudiciũ, negare dominum gregis. Nō solum autem, quia speraui, dixi, tu exaudies me dñe Deus meus, uerumetiam

Piorum & impiorum exultatio contraria.

Psal. 12.

2. Cor. 11.

Pes quid mysticè.

Can. 5.

Ioan. 13.

Psal. 35.

Prouer. 3.

Iob 29.

Matth. 18

Prouer. 24

Matt. 26.

Ioan. 21.

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus * ante me est semper.

† al. in conspectu meo.

Tria illa cōmemorat, quæ sunt in uera pœnitẽtia necessaria, uidelicet, dolorem cōpunctionis in corde, pronunciationẽ confessionis in ore, & flagellũ satisfactionis in opere: singula innuens suis circunstantijs. De primo siquidem dicit: Dolor meus ante me est semper. De secundo ait: Iniquitatẽ meam ego pronuncio. De tertio uerò inquit: Ego ad flagella paratus sum. Dolor enim compunctionis nō debet esse perfunctorius, sed continuus: non leuis, sed grauis; quia pœnitere est pœnam tenere. Vnde cōiungit & ait: Dolor meus, emphaticè, id est, de quo doleo, uidelicet, causa doloris semper est corã me, ante faciem meã, non post tergũ, ut semper uideam, unde doleam, & paratus sum, promptus & præsto ad flagella suscipiẽda & sustinẽda pro satisfactione peccati, nō solũ ieiunium, orationẽ, & eleemosynã exercere, uerumetiam corporalẽ disciplinã subire, in laboribus, uigilijs, & alijs mortificationibus carnis. Nouit pœnitens, quod pater flagellat omnem filium quem diligit, & ideo sponte se offert ad flagella suscipienda, quæ si æquanimiter tolerentur, non mortificant sed uiuificant: non deducunt ad inferos, sed reducunt: corripiunt quidem, sed corrigunt, percutiunt, sic tamen quod sanent. Nec solum propter prædicta exaudies me domine Deus meus, uerũetiam

Tria in uera pœnitentia necessaria.

Dolor compunctionis qualis esse debeat.

Prouer. 3.

Quoniam iniquitatẽ meam ego * pronuncio, & * cogito pro peccato meo.

† al. annuncio. † al. cogitabo. C. Confitētie in confessione exprimendæ.

Iniquitatem pronuncio, id est, prouidè nuncio, discretè confiteor: uel de futuro pronunciabo, id est, fideliter confitebor, & ideo cogitabo pro peccato meo, ut per inuestigationem prudentem omnem omnino inueniam iniquitatis circunstãtiam, quam sine omni suppressione, sine omni excusatione, ac sine omni attenuatione ualeam confiteri. In hoc loco reprehenduntur illi, qui dolentes ad horam peccata sua improuidè confitentur, nolentes subire pœnitentiam nisi leuẽ. Sed si diligenter attenderent, quod per remedium pœnitentiæ, pœnæ fit cõmutatio æternæ in tẽporalem, nihil pro tali cõmutatione reputarent difficile, quod possent aliquatenus sustinere. Libenter itaque pœnitens onus iniunctæ sibi satisfactionis suscipiat, etiamsi difficilè uideatur, & incipiat illud studiosè portare. Quod si fortè uires eius excedit, ad sacerdotẽ recurrat, qui discreto moderamine adhibito illud satagat tẽperare. Quia uerò quod facit flagellũ grano, & fornax auro, id efficit psecutio uiro iusto, & aduersitas homini timorato, subiũgit & ait:

Inimici mei uiuunt, & confortati sunt super me, & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.

Boni semper in seculo moriuntur. 1. Cor. 12. 1. Cor. 15.

Boni semper in sæculo moriũtur, quia seipsos mortificant, iuxta quod ait Apostolus: Quotidie morior propter uestram gloriam fratres. Mali uerò uiuunt in sæculo, quia eũ desiderio prosperitate mundi fruuntur, dicentes: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur: non comedentes ut uiuant, sed uiuentes ut comedant: quos Deus uiuere patitur ad probationem bonorum, & ob hoc inquit, Confortati sunt super me, ut me fortitudine superent, & multiplicati sunt super me, ut me multitudine uincant, qui oderunt me iniquè, quum ego eos perfectè dilexerim. Vnde,

Qui retribuebant mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam * subsecutus sum iustitiam.

† al. sequebar bonitatem.

Retributio quadripartita. Iosue. 6. Iud. 16. Gen. 45. Matth. 27. Luc. 6. Exod. 21. 1. Pet. 3. Matth. 5. Psal. 108.

Quadripartita est retributio. Quia retribuuntur bona pro bonis, mala pro malis: bona pro malis, & mala pro bonis. Retribuebant bona pro bonis Israelitæ Raab: mala pro malis, Sampson Philisthæis: bona pro malis, Ioseph fratribus suis: mala pro bonis, Iudæi Christo. Ad reddendũ bona pro bonis tenetur quilibet, propter illud quod dñs præcepit; Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos eadẽ facite illis. Ad reddendũ mala pro malis, non tenetur aliquis, nisi iudex, propter illud quod in lege præcipitur: Oculum pro oculo, dentẽ pro dente. Cæteris autẽ dr̃: Non reddes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto. Ad reddẽdum uerò bona pro malis, quilibet saltem perfectus tenetur, propter illud quod dominus præcipit; Benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Ad reddendum autẽ mala pro bonis nullus omnino tenetur. Vnde cum dominus dixisset in Psalmo, Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea, statim subiunxit: Constitue super eũ peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Ex his quatuor differentiis surgunt quatuor aliæ negatiuæ, uidelicet nõ reddere bonum pro bono, & hoc est malum: non reddere malum pro malo, & hoc bonum est: non reddere bonum pro malo, hoc saltem perfectis est malum: & non malum pro bonis reddere, & hoc est omnibus bonum. Deus autem inquantum est pater, reddit & bona pro bonis, & bona pro malis, iuxta quod legitur: Pater noster cœlestis solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Inquantum autem est iudex, non solum reddit bona pro bonis, sed etiam mala pro malis: quia reddit unicuique iuxta opera sua. Propter quod dicit: Mea est ultio & ego retribuam. Lucifer autem, inquantum est Satanas, retribuit non solum mala pro malis, uerumetiam mala pro bonis: quoniam odium pro dilectione sua retribuit creatori, quemadmodũ de ipso legitur & mẽbris eius:

Matth. 5. Deut. 32.

Psal.73. eius: Superbia eorum qui te oderũt, ascẽdit semper ad te. Cæterũ & bona & mala, quædã sunt temporalia, & quædã perpetua, quæ se ita habent, quod pro bonis tẽporalibus, & temporalia & perpetua bona reddantur, secundũ illud: Qui dimiserit patrẽ aut matrẽ, domum aut agrũ ꝑpter me, centuplũ accipiet, & vitã æternã possidebit. Similiter & pro malis tẽporalibus & temporalia mala & perpetua reddũtur, quoniam peccatores induuntur, sicut diploide, confusione sua. De temporalibus dictũ est: Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente. De perpetuis verò dicetur: Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & nõ dedistis mihi bibere, ꝓpterea ite maledicti in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Item pro bonis perpetuis, & ꝑpetua & tp̃alia bona redduntur. Nam quia Deus electos glorificabit perpetuò, & electi dominũ ꝑpetuò glorificabunt. Iuxta quod legitur: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. De tẽporalibus uerò legitur, quod operarij pro denario laborant in vinea, dãdo tp̃alia pro æternis: sicut & is, de quo legitur, quod inuenta una preciosa margarita, dedit oĩa sua, & comparauit eam. Similiter pro malis perpetuis, & tp̃alia, & perpetua mala reddũtur. Nam quia dñs reprobos dãnabit perpetuò, & ipsi eũ ꝑpetuò odibunt, quemadmodũ dictũ est: Superbia eorũ qui te oderunt, ascẽdit semper. Hinc quoq; legitur: Vermis eorũ non morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur, odio & supplicio sese comitãtibus in inferno. Pro perpetuis quoque supplicijs obstinati Deum in præsenti blasphemabunt: quóniã si, iuxta quod legitur, blasphemauerũt hoĩes Deum propter plagam grandinis, quia magna facta est vehementer, longè fortius ipsum blasphemabunt, quũ audiẽt pœnã gehennalẽ sibi ab ipso domino perpetuò infligendam; vt sic qualem possunt vicissitudinem ei reddãt. Pro malis quoq; temporalibus, & temporalia & perpetua bona redduntur. Nã Christus crucifixoribus suis, pro quibus orauit, dicendo: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt, & gratiam tribuit in præsenti & gloriã in futuro. Pro temporalibus aũt bonis, quibus homines abutũtur falsẽ per occasionem, etsi non fortè per causam, non solũ temporalia mala, uerũm ẽt perpetua rependentur. Nã hmôi bona & culpã mortalẽ & pœnã aggrauant gehennalem. Propter qđ dñs ait: Væ vobis legisperitis, qui tulisti clauẽ sciẽtię, ipsi non introistis, & eos qui introibãt, ꝓhibuistis. Quasi diceret: Ex hoc uobis erit uæ, id est, æterna dãnatio, qđ clauẽ sciẽtiæ, quæ per se bona est, vos malè tulistis. Hæc aũt magis differendo, quàm asserendo sunt dicta. Vnde, quia materia satis est disputabilis, authoritas nõ ꝓiudicat rationi. Quomodo.n. odibũt & blasphemabunt hoĩes Deũ in futuro, si quemadmodũ scriptũ est, dicẽt intra se pę nitẽtiã agẽtes, & præ angustia spiritus gementes: Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis? Lassati sumus in uia iniquitatis & ꝑditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiã aũt dñi ignorauimus. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? Transierũt illa tanquã vmbra, & tanquã nuncius ꝑcurrens: & tãquã nauis quæ per transit fluctuantẽ aquã: cuius, quũ prǽterierit, nõ est uestigiũ inuenire, neq; semitã carinæ illius in fluctibus: aut auis quæ trãsuolat in aere, cuius nullũ inuenitur argumẽtum itineris illius, sed tantũ sonitus alarũ verberãs leuẽ ventũ: & scindens per uim itineris aerem, cõmotis alis trãsuolauit, & post hoc nullũ signũ inuenitur itineris illius, &c. nos aũt in malignitate nostra consumpti sumus. Si ergo de odio & de blasphemia pœnitebunt, sicut de iactãtia & malignitate pœnitere dicũtur, quõ tũc odibũt & blasphemabũt altissimũ? Sed propter acerbitatẽ pœnæ pœnitebunt de malo præterito, quo tantã pę nã incurrere meruerũt. Non tamẽ pœnitebunt de solo tũc malo pręsenti, quo vehementius Deũ propter acerbitatem pœnę odibũt, quum ab eo nullũ remediũ expectent. Quod autẽ pro malis temporalibus Deus ꝑpetua mala retribuit, non est ei ad iniustitiã deputandum: quoniã etsi temporalia sunt, quantum ad actum qui transit, perpetua sunt tamen, quantum ad reatum, qui remanet, & quantum ad odiũ quod perdurat. Et ideo Deus instẽ punit reprobos in perpetuũ, quia ꝑpetuos eos inue-

Margin notes: *Bona et mala, quædam temporalia quædã perpetua.* — *Matt.19.* — *Psal.108.* — *Exod.28.* — *Matt.25.* — *Psal.83.* — *Matt.13.* — *Psal.33.* — *Esai.66.* — *Luc.10.* — *Luc.11.* — *Sap.5.* — *Impij quomodo odibunt Deũ.* — *Deus cur mala perpetua pro malis temporalis retribuat.*

inuenit inimicos, quos & ipse iustè in suo punire decreuit æterno, dũ eum iniustè offendere præsumpserunt. Licet autẽ omnes detractores sint odibiles Deo, illi tamen, qui propterea cuiquã detrahunt, quod subsecutus est iustitiam, & sequitur bonitatẽ, spiritus sancti gratiã uidetur in eo persequi, & sic in spiritũ sanctũ quodãmodo peccare. Nouerũt hoc illi, qui arbitriũ præferũt gratiæ, quia secundũ Prophetã, nõ iustitia sequitur hominẽ, sed homo iustitiã quod gratia Dei præuenit, ut bona operatio subsequatur.

Rom. 1.

Ne derelinquas me domine Deus meus, ne discesseris à me. Intende in adiutorium meũ domine Deus salutis meæ.

Vltima pars, in qua pœnitens diuinũ implorat auxilium, ne inter tot & tantos persecutores deficiat, petens se non solũ relinqui, uerũ etiã adiuuari. Deus enim dupliciter hominẽ derelinquit & discedit ab illo: quando subtrahit ei defensionem, deserendo illũ ad pœnam, propter quod ait: Ne derelinquas me domine Deus meus. Et quando subtrahit ei gratiam, deserẽs illũ in culpa, propter quod subdit: Ne discesseris à me. Primo modo pater filiũ dereliquit in cruce, unde clamauit: Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? Sic Deus illum aliquãdo derelinquit, à quo ipse minimè derelinquitur. Nam relictus Iob ad pœnam, innocẽtiam non reliquit. Secundo modo derelinquit dominus peccatorem, sicut legitur de Saule, qui timebat Dauidem, eo quod dominus esset cum eo, & à se recessisset. Sic dominus illos solummodo deserit, qui deseruunt ipsum. De quibus legitur: Dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominũ. Verũ quosdam derelinquit Deus ad tempus: unde: In modico dereliqui te. Aliquos autem derelinquit in perpetuum. unde: Zelus meus recessit à te. Ergo ne derelinquas me, qui ab omnibus derelictus, tibi soli sum relictus: ne inter persecutiones tot, & tantos persecutores deficiam, neve post indultã mihi ueniam, te offendam, quoniam sicut post conualescentiam grauior est recidiua, sic & post ueniam grauior est offensa. Quod si me dereliqueris ad horã, non tamen à me discesseris in perpetuũ, sed potius intende in adiutorium meũ, ad liberandum & protegẽdum me, domine Deus dator & cõseruator salutis meę, ut quẽ adiuueris in præsenti, salues etiã in perpetuum. Exultatiua conclusio, aliorum pœnitentialium more Psalmorum, qui semper in lætitia terminantur.

Deus dupliciter hominẽ deserit.

Psal. 21.

1. Reg. 18.

Hier. 17.

Quosdam ad tempus, quosdam in perpetuum dereliquit Deus.

Esa. 54.

Ezech. 16.

IN PSALMVM IIII. Pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVIVS PSALMI TALIS EST.

In finem Psalmus Dauid, cum uenit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bersabee.

Tituli eiusdem explicatio.



TITVLVS iste patet ex notissima historia secundi libri Regum. Sed illud est studiose notandum, quod Psalmus iste in ordine Psalmorum est quinquagesimus, & uiginti continet uersus. Vicenarius autem superabundans est numerus, & ex suis partibus aggregatis duos constituit denarios, qui duplicem transgressionem designant: eo quòd undenarius decalogum quidem legis transcendit, & ad duodenarium apostolicum non pertingit. Dauid enim hunc Psalmum propter duplicem transgressionem specialiter egit, adulterium uidelicet & homicidium, quæ commisit. Vicenarij uerò quinque aggregatiuæ sunt partes. Vnitas quæ ad primũ, & unum refertur ad originale peccatum. Binarius qui refertur ad duas species actualium peccatorũ, quæ in uenialia & criminalia distinguũtur. Quaternarius, qui refertur ad quatuor modos peccãdi, ex fragilitate uel impotentia, simplicitate uel ignorantia, securitate uel negligẽtia, & malignitate uel timiditate. Quinarius,

2. Reg. 12.

Peccandi modi quatuor.

† al. differentia.

natius, qui refertur ad quinque corporis sensus, per quos peccatur, uisum, auditum, odoratum, gustum, & tactum. Denarius, qui refertur ad decem transgressiones decalogi, quas homo, sicut prædictum est, peccando committit.

Leuit. 25. Quia uerò iubileus quinquagesimus erat annus in lege, in quo remittebantur debita & reuocabantur distracta, benè Psalmus iste inter pœnitentiales præcipuus, & in medio collocatus, quinquagesimum locum obtinet inter Psalmos: quia per pœnitentialem humilitatem, siue humilem pœnitentiam, de qua Psalmus iste principaliter agit, & commissa remittuntur peccata, & bona restituuntur amissa. Per eum quinquagesimo die *Exod. 20.* legem scripturæ dedit Iudæis, & quinquagesimo die legem gratiæ dedit apo- *Actor. 2.* stolis, non sicut illam in lapideis tabulis scriptam, sed in humanis cordibus digito Dei. *2. Cor. 3.* Quinquagenarius autem redditur ex quadragenarij partibus aggregatis: quia per pœnitentialem satisfactionem, quam designat quadragenarius, qui satisfactionis est numerus specialis, spiritus sancti gratia operante, plena percipitur indulgentia peccatorum. Vnde Psalmus iste præ cæteris in Ecclesia frequentatur, per cuius uirtutem plurimi ad pœnitentiam conuertuntur.

Psalmus Miserere, cur præ cæteris in ecclesiis frequentetur.

PSALMI QVARTI Pœnitentialis, qui est in ordine Psalmorum quinquagesimus, enarratio.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

DIVIDITVR autem Psalmus iste in quinque partes, quę suis locis congruè distinguuntur. In prima igitur parte pœnitēs propriam culpā exaggerat, & misericordiā diuinā implorat, quam petit sibi tripliciter exhiberi, ut uidelicet deleatur iniquitas cordis. unde: Dele iniquitatē meam. Vt lauetur ab iniustitia oris. unde: Laua me ab iniustitia mea. Et ut mundetur à culpa operis. unde: A peccato meo munda me. Ergo miserere mei Deus, quia potes misereri, & habes unde miserearis.

Misereri siquidem potes, cū sit misericordia tua magna. unde: Miserere mei Deus, secundū magnā misericordiā tuā. Et habes unde miserearis, cum tuę miserationes sint multę. unde: Secundū multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatē meam. Debes etiā misereri, quoniam ego peccatū meū agnoscendo confiteor, & impugnando detestor. unde: Iniquitatē meam ego cognosco, & peccatū meū corā me est semper. Et scis cuius miserearis, quia te presente pariter & uidēte peccaui. unde: Tibi peccaui, & malum corā te feci. Quia ergo iustus in principio sermonis accusator est sui, pœnitens iste iustificari desiderans, exaggerat in principio culpas suas, ostendens quod sua peccata sunt magna, sunt multa, sunt fœtida, sunt & fœda: nec semel tantum, sed sæpe, nec uniformiter ipse peccauit. Quasi diceret: Magna sunt Deus peccata mea, & ideo miserere mei secundum magnā misericordiam tuā. Multa sunt Deus peccata mea, & ideo secundum multitudinem miserationū tuarum dele iniquitatem meam. Fœtida sunt & fœda peccata mea, & ideo laua me, & munda me. Nec semel tātū, sed sæpe peccaui, & ideo amplius laua me. Nec uniformiter tantum, sed multiformiter, & ideo munda me, non solum ab iniustitia, quæ cōsistit in committendo, uerumetiam à delicto, quod in omittendo consistit. Dauid autē non solum adulterium & homicidium perpetrauit, uerumetiam & dolum & contemptum adiecit, quoniam & per ipsum Vriam, cuius uxorem cognouerat, literā mortis eius direxit, & sua contempsit confiteri peccata, donec per Nathan prophetā extitit redargutus. Propter hæc quatuor distincta peccata, distinctè quatuor modis orat. Nā propter adulterij crimē, ait: Miserere mei Deus secundū magnam misericordiam tuā: quia magnū est adulterii flagitium, quod ex miseria fragilita- *2. Reg. 11.*

gilitatis humanæ cõmissi. Et propter homicidij crimen addit; Et secundũ multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: quia per meũ iniquum mandatum non solum, Vrias, uerum & multi alij nequiter sunt occisi. Rursus, propter crimẽ proditionis & doli subiungit: Amplius laua me ab iniustitia mea, quoniam iniustitiam exercui ampliorẽ, dum per uirũ innocẽtem & iustũ, literas suę mortis dolose ac proditiose trãsmisi. Et propter crimẽ negligentiæ ac cõtemptus concludit: Et à delicto meo munda me: quia ualde deliqui, dũ peccata mea confiteri distuli & despexi. Non ait: Miserere Dauid, sed, Miserere mei. Ac si diceret manifestius: Alibi nomen proprium exprimere consueui, cũ me gratiam credebam habere, dicendo: Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Hic autẽ nomen proprium exprimere uereor, cũ me gratiam amisisse cognoscam, ne Deus audito nefandi nominis peccatoris, magis ad uindictam, quàm ad indulgentiam prouocetur. Ergo: Miserere mei Deus, secundũ magnã misericordiã tuam. Miserere mei Deus, quia tibi propriũ est misereri, quum non sit tibi aliud misereri quàm esse. Misericordia quippe tua plena est terra, & miserationes tuæ super omnia opera tua. Ergo miserere mei, agendo mecũ † secundũ misericordiam, non secundũ iustitiam: nec utcunque secundũ modicã, sed omnino secundũ magnam. unde: Miserere mei secundũ magnã misericordiam tuam, quæ est immensa & infinita: q̃a magna miseria, magna eget misericordia: & multa impietas, multa indiget pietate. Certè tam magna, multa & turpia sunt scelera mea, quod præ magnitudine, multitudine, ac turpitudine desperarem, nisi scirem misericordiam tuam incõparabiliter, incomprehensibiliter & ineffabiliter esse magnã, & ideo de mea desperans miseria, sed de tua sperans misericordia, clamo confidẽter, & dico: Miserere mei Deus, secũdum magnam misericordiam tuam: quæ est profectò tam magna, quod ipsum unigenitũ Deum de cœlo deposuit, & corpore induxit, ut in eo pateretur & moreretur pro humana tollẽda miseria, & peccatorũ indulgentia conferenda. O quàm delectabilis sermo, suauis locutio, dulce uerbũ necessarium peccatori. Vtile misero, congruum pœnitenti, non semel, sed sæpe cũ amaritudine cogitandũ, cũ dolore dicendũ, cũ lachrymis iterandũ: ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, totis affectibus, totis uisceribus, totis medullis: cũ suspiriis, cum singultibus, cũ † lachrymis: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiã tuã. Miserere dñe mihi misero. Dñe misero mihi miserere, secundũ magnam misericordiam tuam.

Psal. 131. — *Miser icordia Dei immensa. Psal. 144.* — *† al. non secũdum uindictam, sed secundum misericordiam.* — *† al. lamentis.*

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Prudenter distinguit, ad misericordiã magnitudinem, & ad miserationes multitudinem referendo: quia misericordia Dei una est in natura, sed miserationes eius multæ sunt in effectu. Propter quod alibi ait: Reminiscere miserationũ tuarum domine, & misericordiæ tuæ, quæ, uidelicet miserationes, à sæculo sunt. Alicubi tamen misericordiæ pro miserationibus ponuntur effectiuè, ut ibi: Misericordiæ domini multæ, quia non sumus consumpti. Ergo secundum multitudinẽ miserationum tuarum, id est, secundum multiplices effectus misericordiæ tuæ, dele iniquitatem meam, quæ præ nimia multitudine quasi numerum arenæ maris excedit. Quis enim peccatorum & delictorum & negligentiarum numerum ualeat comprehendere? Nullus omnino. Dele igitur iniquitatem meam, ut quemadmodum per nouacula litera de pergameno deletur, ut nullum remaneat eius uestigium, ita per tuam misericordiam culpa de meo animo deleatur, ut nullus remaneat in eo reatus. Dele quæso iniquitatem meam, ne sim ex illis, de quibus dicitur: Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. Itemque: Nomina eorum de cœlesti in æternnm, & in sæculum sæculi. Quia uerò mitius agitur cum sponte confesso, pœnitens iste culpam suam non celat, non extenuat, sed reuelat, sed exaggerat, sed condemnat dicendo:

Misericordia & miserationes Dei differunt. — *Psal. 24.* — *Thren. 3.* — *Psal. 68.* — *Psal. 9.*

Amplius

†al. peccato.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à * delicto meo munda me.

Amplius, id est, magis ac magis laua me ab iniustitia mea, quam ego magis ac magis exercui, peccata peccatis addẽdo. Quàm uilis, inquit, facta es iterans uias tuas. Et à delicto meo munda me, qm̃ animam meam ualde reddit fœdam & fœtidam. Et ideo à fœditate me laua, & à fœtore me munda. Porro, quum culpa non diuisim per partes, sed tota simul in uera pœnitẽtia dimittatur, quia Deus ueniã non dimidiat, qui totũ hominẽ sanauit in sabbato, quid est, quod pœnitẽs iste petit amplius lauari ab iniustitia, quasi non sit in pœnitentia omnino dimissa? Sed culpa, quæ nunc recenter dimittitur, licet tota per pœnitentiã dilua tur, adhuc tamen pœnitenti fœtet & sordet, qui securitatẽ & serenitatẽ conscientiæ nondum habet. Et ideo petit ab huius fœtore † lauari, qui iam est à reatus fœditatẽ mundatus, ut secuta de uenia conscientia serenetur, quamuis & à peccato quod purgatum est, quo ad culpam, purgari petit amplius: quo ad pœnã: quia non quotiens dimittitur tota culpa, totiens etiã remittitur tota pœna. Vel amplius, id est, insuper me laua. Ac si dicat: Dele iniquitatẽ meam, quam commisi in Deum, & insuper laua me ab iniustitia mea, quam cõmisi in proximum. Et præterea munda me ab iniquitate mea, quã in meipsum commisi: qm̃ & in Deum, & in proximum, & in meipsum peccaui. Verũ etsi pœnitens iste ualde peccauerit, quia tamen facilius cõsequitur indulgentiã, qui se recognoscit, quàm qui se ignorat errasse, quive grauiter quàm qui leuiter de suo dolet peccato, & q occultè quàm qui manifestè peccauit, cum præmisisset, amplius laua me ab iniquitate mea, & à delicto meo munda me, ut ostẽdat quod ei debeat facilius indulgeri, subiungit:

Hier. 1.

Obiectio.

Dilutio.

†al. liberari.

†al. cognosco. †al. peccatum. †al. contra

Quoniam iniquitatẽ meam ego * agnosco & * delictum meum * coram me est semper.

Asserit ergo se suam non ignorare, sed cognoscere culpam. Quoniam iniquitatem, inquit, meam ego cognosco: sed dicit non leuiter, sed grauiter de sua culpa se dolere, quia peccatũ meũ corã me est semper. Neq; se manifestè sed occultè peccasse: quia tibi soli peccaui. Et exponens, quid sit ei soli peccasse, subiungit: Et malũ coram te feci, uidelicet te solo uidente. Vnde uolens Dauid suum celare peccatum, reuocauit Vriam, ut ingrederetur ad Bersabee coniugẽ suam, quã ipse Dauid grauidauerat, ut sic de Vria uideretur suscepisse conceptũ. Neq; peccatum illud uoluit confiteri, donec per Nathan Prophetã de illo extitit redargutus. Vel potius, quia quidã peccant per ignorantiã, alij per negligẽtiã, alij per industriã, ut ostendat hic pœnitens se grauiter excessisse, remouet à se primũ & secundum modos peccandi, qui sunt leuiores, & attribuit sibi tertium, qui est grauior, ita dicens: Tibi soli peccaui: non quidem per ignorãtiam, qm̃ iniquitatem meam ego agnosco: neque per negligentiam, quia peccatum meum corã me est semper: sed per industriam, quia malum coram te feci. Quasi dicat: Miserere mei, laua & mũda me: quoniam iniquitatem meam ego agnosco, cũ non sim ex illis, qui sua scelera nõ intelligunt, nec etiam intelligere uolunt, ut in uolũtatibus suis liberius delectentur. Et peccatum meum coram me est semper: quia nec sum ex ijs, qui peccata sua quandoq; recogitant, & statim obliuiscuntur eorũ, quasi proijcientes illa post tergum, & ante faciem non habentes, dum ea negligunt & postponunt: sicut ipse Dauid peccatũ suum ante faciem non habebat, sed quasi post tergũ abiecerat, quum sententiã dedit in diuitem, qui rapuit ouem pauperi, oblitus in hac sententia ipse sui. Peccatum itaque suum corã se dicit semper existere: quia opportunis & competentibus horis de illo recogitat, sicut alibi dicitur: Oportet semper orare, & nunquam deficere. Recogitat, inquam, ad dolendũ, uidelicet ad delendum, non ad † refrigerandum aut iterandum. Vnde littera illa magis proprium exprimit intellectum, quã dicitur: Peccatũ meum contra me est semper, ut uidelicet quasi contrarium illud persequar, non uelut amicum amplectar.

2. Reg. 11.

Tres modi peccandi.

†al. refricandum.

Tibi

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.

Dauid ergo culpam suam exaggerat, & à dignitate personæ, quæ peccatũ cõmisit, & à sublimitate personæ, in quam peccatũ cõmisit: quia uidelicet rex peccauit in Deum. Quorũ primũ notat, cũ ait: Tibi soli peccaui: & alterũ, cũ addit: Et malũ coram te feci, unde magis te contempsi. Ac si diceret manifestius: Peccatũ meũ tibi soli relinquitur puniendum, eo quòd alium non habeam superiorẽ, qui me possit punire, cũ ipse sim rex. Sed inde magis peccaui, quia quantò maior est excellentia, tantò grauior est ruina. Potentes enim potenter tormenta patiẽtur. Et: Iudiciũ durũ fiet his, qui præsunt. Sanè aliud est in aliquẽ, & aliud est alicui peccare. In aliquem peccat, qui cõmittit in illũ offensam. Alicui peccat, qui eius subiacet ultioni. Rex itaque soli Deo: cæteri uerò & Deo peccant & regi. Quid ergo, non possunt ecclesiarum prælati, maximè summus pontifex, punire principes sæculares, si moniti cõtempserint satisfacere de cõmissis, tanquã ipsi soli Deo, & non homini peccent? Nã & cor regis in manu Dei est, & quocunq; uoluerit uertet illud. Possunt quidẽ. Quoniã ex quo Iesus Nazarenus fuit unctus oleo lætitiæ præ consortibus suis, & factus est sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, regnũ non dedignatur sacerdotio subiacere. Quod etiã inde patet, quia unctio sacerdotis remansit in capite. Vnctio uerò regis à capite descendit in humerũ. Vnde cũ prius esset regnũ sacerdotale, sicut Moyses inquit in lege, nunc sacerdotiũ est regale, sicut Petrus in Epistola sua dicit. Et qui dicit beato Petro: Quodcunque ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis: dicẽdo, Quodcunque, nihil excepit, ut ostenderet manifestè, quòd tam reges quàm alios tradita sibi potest authoritate ligare. Quãuis in hoc ei subiaceant propter Deum, & ipso in hoc illis præmineat uice Dei: Quia ex cũ princeps hoc modo peccat pontifici, peccat nihilominus † soli Deo. Et malum adulterii uel etiam homicidij, quod in proximum perpetraui, corã te feci, uidelicet te uidente pariter & præsente, quia tu omnia intueris, & ubiq; præsens existis. Cũ igitur inexcusabilis sit offensa, quæ corã iudice perpetratur, absque dubio nostras offensas excusare non possumus, quas omnes cõmittimus coram Deo. Quid igitur de hoc malo quasi specialiter dicit, quod illud fecerit corã Deo? Si uerò respõdeatur hoc esse dictũ, quia in occultò peccauit, ubi conspicit solus Deus, non autem in manifesto ubi homines quoque uident, id profectò peccatũ non aggrauat, sed extenuat: quia grauius est in manifesto, quàm in occulto peccare. Sed malũ quod est corã te, id est, quod in memoria semper habes, qui & tibi displicet uehementer, illud ego scienter egi, uidelicet, primũ & secundũ peccatũ, quæ in secunda tabula prohibentur. Vt: Non occides, non mœchaberis. Vnde in sequentibus ait: Auerte faciẽ tuã à peccatis meis. Est enim malũ, quod Deus patienter dissimulat, & illud quodãmodo non uidetur existere coram illo. Et est malum, quod Deus penitus detestatur, & illud omnibus modis coram illo uidetur existere. Vnde exaggeratione peccati, quod Deus omnibus modis detestatur, hic dicit: Malum coram te feci, sicut & alibi dr: Pater peccaui in cœlum & coram te. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris. Putari poterat, quod propter tã graue ac grande peccatum, quod Dauid & in Deũ cõmiserat & in proximũ, Deus reuocasset promissum, quod fecerat ei de Christo ex suo semine nasciturio. Iurauit, inquit, dñs Dauid ueritatẽ, & non frustrabitur eũ: De fructu uẽtris tui ponã super sedẽ tuã. Ad hoc igitur remouẽdũ, ut uidelicet promissum huiusmodi non debeat reuocari, præmisit & ait: Miserere mei, laua & mũda me, ut ita peccato dimisso iustificeris, id est, iustus repeiaris & uerax in sermonibus tuis, qui sunt de promissione Christi, quã mihi fecisti, & sic uincas illos qui te huiusmodi dicunt promissum reuocasse, ostendo illos esse mendaces, cũ iudicatis ab eis non esse facturus, quod taliter promisisti. Ille igitur iudex est ualde timẽdus, cuius sapiẽtia ... nihil

Sap. 6.
In aliquem & alicui peccare differunt.
Vtrum summus ponti. fex principes seculares punire possit.
Psal. 44.
Psal. 109.
1. Pet. 2.
Matth. 16.
† al. ipsi.
Deut. 5.
Malorum aliud corã Deo uidetur existere, aliud non.
Luc. 15.
Psal. 131.
Quis iudex timendus.

nihil potest latere, cuius iustitiæ nemo
potest resistere. Talis est Deus. Propter
quod pœnitens iste ait: Sapientiã tuam
Deus latere non possum, quia malũ corã
te feci. Iustitiam tuam Deus nequeo cor
rũpere, quia iustificaris in sermonibus.
Potentiæ tuæ Deus non possum resistere,
quia uincis cũ iudicaris, id est, iudicaue-
ris. Propterea scriptum est: Noli quærere
Eccl. 7. *Heb. 4.* esse iudex, nisi tua uirtute possis iniqui-
Matth. 16 tates irrumpere. Quis ergo nõ timeat il-
lũ iudicẽ, qui adeò semper est sapiens, ut
eius oculis omnia nuda sint & aperta?
Qui adeò semper est iustus, quod reddit
unicuiq; secũdũ opera sua? qui adeò sem
per est potens, quod uoluntati eius nihil
Iob 9. resistit? Quis.n. restitit ei, & pacẽ habuit?
Iure igitur iste pœnitens non implorat
iudiciũ, sed misericordiã interpellat: Mi
serere mei Deus, quia malũ corã te feci,
ut iustificeris in sermonibus tuis, & uin-
Ezech. 18. cas cũ iudicaris. Vt iustificeris, id est, ut
iustus & uerax appareas in sermonibus
tuis, quibus dixisti: Quacunq; hora pec-
cator conuersus fuerit & ingemuerit, om
niũ iniquitatũ eius non recordabor. Et
uincas, id est, conuincas aduersarios ueri
tatis, cũ iudicaris, id est, argueris ab eis,
quasi iustus nõ sis, pro eo quòd es summe
misericors, graue peccatũ facile indulgẽ
2. Reg. 12. do, sicut facilè indulsisti Dauid, qui cum
audito Nathan hoc solũ dixisset: Pecca-
ui, protinus ei respondit: Et dñs transtu-
lit peccatũ tuum. Gloriosa uictoria, cum
Deus delet & destruit uniuersa, quæ ser-
uus inobediens & rebellis egerat contra
eum: ipsumque seruum seductũ & occupa
tũ ab hoste nequissimo reuocat & redu-
cit ad se per hoc solũ, quod ignoscit erra
ta. Si uerò sermo dirigatur ad Christum,
potest intelligi conuenienter hoc modo:
Tibi soli peccaui ô Christe, quia tu solus
potes inter homines iustè punire, q̃ nul-
lum habes omnino peccatũ. Et ita tu so-
lus es iustus punitor, cum non sit in te
quod est in alio puniendum, quemadmo
dum scribis & pharisæis de muliere in
adulterio deprehensa dixisti: Qui sine
Ioan. 8. peccato est uestrũ, prius in eã lapidẽ mit
tat. Tu enim solus talis es inter homines,
Esaia propheta te stãte, qui peccatũ nõ fe
cit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Oẽs
Psal. 115. autẽ alius homo mendax: ut ita iustifice-
ris in sermonibus tuis, id est, ut oẽs sermo
nes tui iusti sint & ueraces. Quis.n. alius
nõ offendit in uerbo? Et uincas, id est, su- *Psal. 142.*
peres in iustitia omnes homines, cũ iudi
caris, id est, cũ eis in iudicio cõpararis:
quia non iustificabitur in conspectu tuo
omnis uiuẽs. Tantæ nanq; iustitiæ Chri-
stus est, ut non reuuat cũ homine iudica
ri. Iudica, inquit, inter me & uineã meã.
Et quasi sub iudice suã causam exponens: *Mich. 6.*
Popule, inquit, meus quid feci tibi, aut
quid molestus fui? responde mihi. Vincit
ergo cũ inter ipsum & hominẽ iudicatur,
in cuius cõspectu nec astra sunt mũda, &
in angelis suis reperit prauitatẽ. Porrò,
secũdũ aliã literã nõ est hic subiunctiua
cõiunctio, sed cũ sit, Tibi soli peccaui &
malũ corã te feci, statim sine omni cõiũ-
ctione subiungitur: Iustificeris in sermoni
bus tuis, & uincas cũ iudicaris. Pœnitẽs
ergo secũdũ priorẽ statũ Deũ obsecrans
incarnãdũ, iustificeris inquit, hoc est, fias
mihi iustus, ut me redimas p iustitiã, nõ
meã profectò, sed tuã. Aduocatũ.n. habe-
mus apud patrẽ Iesum Christũ iustũ, & ip *1. Ioan. 2.*
se est propitiatio pro peccatis nostris. Iu-
stificeris, inquã, in sermonibus tuis, id
est, secũdũ sermones tuos, quos per legẽ
locutus es & prophetas, quod uidelicet
per tuam pœnã redimeres hominẽ à sua
culpa, sicut per prophetã testaris: O mors *Esa. 53.*
ero mors tua, morsus tuus ero inferne.
Nã disciplina pacis nostræ super eum, &
liuore ipsius sanati sumus. Et uincas mor
tem, dum iudicaris ad mortem, mortem
culpæ, per mortem pœnæ. Vincas iustè,
dum iudicaris iniustè à Pilato & Iudæis.

Ecce enim iniquitatibus cõ-
ceptus sum, & in * delictis pepe *† al. pecca-*
rit me mater mea. *tis cõcepit.*

Adhuc & iste pœnitẽs exaggerat culpã
suã, ostẽdẽs, quòd non solũ actualẽ culpã
cõmisit, uerũ & originalem cõtraxit. De
actuali nanq; culpa præmiserat: Tibi so
li peccaui, & malũ corã te feci. De origi-
nali uerò subiungit: Ecce in iniquitati-
bus conceptus sum, & in delictis peperit
me mater mea. Duplex est aũt cõceptio, *Conceptio*
una seminũ, altera naturarũ. Parentes.n. *duplex.*
actualem committunt culpam in prima,
& proles originalẽ contrahit in secũda.
Propter quod ait: Ecce enim iniquitati-

bus

bus conceptus sum, quas in conceptione seminũ mei cõmisere parentes, & in delictis peperit me mater mea, quæ in conceptione naturæ ego ipse contraxi. Absit omnino, ut hac occasione dicatur, quod David fuerit conceptus de adulterio, cũ Isai pater eius de legitima genuerit illũ uxore. Verùm etsi dicatur, quod coitus coniugalis interdum propter bona coniugii ab omni reatu criminis excusetur: quia tamen frequentius solet in cõmercio illo peccari, propter id quod solet frequentius euenire, dicit se in patentum iniquitatibus esse cõceptũ. Si uerò, quod uerius est, dicatur, quod coniugalis concubitus, qui ordinatè fit, à criminali quidẽ peccato, sed nõ à ueniali, per bona coniugij excusetur, iniquitates hic large pro peccatis etiam uenialibus appellantur, secundũ quod Ioannes Apostolus in Epistola dicit: Omnis qui facit peccatum, & iniquitatẽ facit, & peccatũ est iniquitates. Sequitur: Et in delictis uel in peccatis peperit uel concepit me mater mea. Dicit autẽ pluraliter, in delictis uel in peccatis, propter tres originales corruptiones, quibus tres uires animæ naturales originaliter corrumpuntur. Quis enim nesciat, concubitũ etiam coniugalem nunquam omnino cõmitti sine pruritu carnis, ac sine feruore ac fœtore cõcupiscentiæ, unde semina concepta fœdãtur & corrumpuntur. Propter quod alibi legitur: Quis potest facere mundum de immundo conceptũ semine? Ex seminibus ergo fœdatis atque corruptis concipitur corpus corruptũ pariter & fœdatũ, cui anima tandẽ infusa corrũpitur & fœdatur, non ab integritate uel mundicia quã habuit, sed ab integritate uel mundicia quã haberet, si non uniretur fœdato corpori & corrupto, qm̃ & creãdo infunditur, & infundendo creatur. Sicut enim ex uase corrupto liquor infusus corrumpitur, & pollutum contingens ex ipso cõtactu polluitur, sic ex contagio corporis anima corrumpitur & fœdatur. Habet enim anima tres naturales uires: rationalem, ut discernat inter bonũ & malũ: Irascibilem, ut respuat malum: concupiscibilem, ut appetat bonum. Istæ uerò tres uires originaliter corrumpuntur, quibus corruptis anima contrahit tres defectus oppositos, uidelicet: ignorantiam, ut difficilè discernat inter bonũ & malũ: Iracũdiam, ut facilè respuat bonum: Concupiscentiã, ut facilè appetat malũ. In carnali quippe cõmercio rationis sopitur intuitus, libidinis irritatur pruritus, & uoluptatis satiatur affectus, ex quibus tres illi defectus originaliter cõtrahuntur. Tales ergo corruptiones siue defectus appellantur in hoc loco delicta siue peccata, in quibus asserit, quod eũ cõcepit aut peperit mater sua. Nunquid ergo dicẽdũ est, quod tria simul ab anima peccata originalia cõtrahantur, uidelicet difficultas uel tarditas discernendi inter bonũ & malũ, quæ spectat ad ignorantiã: & facilitas siue pronitas respuẽdi bonũ, quæ spectat ad iracundiã: & pronitas seu facilitas appetẽdi malũ, quæ spectat ad concupiscentiã. Hoc autẽ quibusdã ad sonũ non uidetur, quãuis probabiliter dici possit, unũ esse in anima originale peccatũ, quod tamẽ minus propriè peccatum uocatur, & cõplectitur in se duo, uidelicet, labẽ & fomitẽ. Labes est fœditas corporis, ex qua anima est immũda, propter quã indigna est uisione diuina, uel potius carẽtia diuinæ uisionis est digna, secundũ quod legitur: Beati mũdo corde, quoniã ipsi Deum uidebũt. Et ab hac fœditate uel immũditia purgatur anima paruuli ex aqua & spiritu per baptismũ. Adulti uerò non solũ per baptismũ regenerationis in aqua, uerũetiã per baptismũ compunctionis in lachrymis, siue passionis in sanguine, ut gratia baptismi manẽte, nõ sit ultra uisionis indigna, sed digna potius uisione diuina. Fomes autem est infirmitas seu languor naturæ, quædã uidelicet passibilis qualitas, siue quędã priuatio, ex qua primi motus peccãdi siue cõcupiscẽdi procedũt. Et talis qualitas uel priuatio manet etiã post baptismũ. Vnde dr̃, quod originale peccatũ transit reatu, quãtũ ad labẽ, & remanet actu, quãtũ ad fomitẽ, ex quo surgunt actus uel motus peccandi: sicut ecõtrario solet dici, quod actuale peccatũ transit actu & remanet reatu: & attenditur huiusmodi qualitas & priuatio circa uim concupiscibilẽ præscripto modo corruptam atque fœdatam: qm̃ ex concupiscen-

Congressus coniugalis à reatu criminis excusatur.

1. Ioan. 3.

Originales corruptiones tres.

Iob. 14.

In animã ex corpore fœditas & corruptio deriuatur.

Animæ uires tres originaliter corrumpuntur.

Delicta & peccata quid.

Labes quid

Matth. 5.

Baptismus triplex.

Fomes quid

cupiscentia procedit pruritus circa ianuã humanæ propaginis, per quã transfundi tur originalis causa peccati. Sufficiat autẽ ista in hoc loco dixisse: quia licet hęc materia ualde sit disputabilis, magis tamen est flebilis, quoniam ab ipsa radice propago nostræ originis uitiatur. Propter quod dicebat Apostolus, quod natu rá filij iræ sumus. Et ipse Dauid flebat, cum diceret: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea: quæ in hoc loco simpliciter & planè intelliguntur fœditas & pronitas ad peccandũ. Iustificeris, inquam, in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Nec mirum: quia ecce in persona generalis hominis loquens, in iniquitatibus conceptus sum. Ego quoque tibi soli peccaui, & malũ coram te feci. Nec mirũ: qa in delictis peperit me mater mea. Etsi supèrius sit distinctum inter iniquitates atq; delicta, possunt tamẽ iniquitates accipi pro delictis, ut tam iniquitates quàm delicta referantur ad prolem, quæ in sua conceptione corrumpitur, & fœdatur. In conceptione seminum, quantum ad corpus, & in conceptione naturarum, quantum ad animam. Attende pœnitẽs, & obserua qualiter Dauid uniuersa confitetur peccata, & omnes circunstantias peccatorum, ut & tu omnes omnino diuersitates & circunstantias peccatorũ studeas confiteri, secundum quod magis peccasti, in loco, in tempore, in numero, in persona: secundum ætatem, secundum scientiam, secundum gradum, secundum ordinem: si facilè, si frequenter, si manifestè, si perseueranter: quoniam hęc & alia, si qua sint, peccatum exaggerant. Et ideo non sunt in illo iudicio supprimenda, in quo, qui coram Deo seipsum accusat, Deus illum excusat: & qui coram Deo seipsum excusat, Deus illum accusat.

Eph. 2.

Confunditur differentia inter delicta & peccata.

Circunstãtiæ in confessione non supprimendæ.

Ecce enim ueritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Secunda pars, in qua pœnitens dõna Dei & data commemorat, & danda commendat. In datis autem commemorat ueram peccatorum confessionem, cùm ait, Ecce enim ueritatem dilexisti: & plenam occultorũ cognitionem, cùm addit: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Nam qui Deo sua reuelat peccata, Deus ei sua manifesta occultat. In dandis uerò cõmendat mundationẽ futuram per aspersionem sanguinis Christi, cùm ait: Asperges me dñe Hyssopo, & mundabor: & purificationẽ futurã, per ablutionẽ aquæ baptismi, cùm addit: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Rursus, in dandis cõmendat gaudiũ de remissione peccatorũ, & lętitiam de promissione pręmiorũ, & sic exultabunt ossa humiliata. Porro, quidã nesciunt, quidã negligunt, quidã excusant, & quidã extenuant culpas suas: & quia tales non sunt digni uenia, sed uindicta, pœnitẽs remouens à se ista, Nõ ignoro, inquit, sed agnosco peccatũ meum. Qm̃ iniquitatem meam ego agnosco. Neque negligo, sed impugno peccatũ meũ: quia delictũ meum contra me est semper. Nec defendo, sed accuso peccatũ meum: quia tibi soli peccaui, & malum corã te feci. Neque peccatũ meũ extenuo, sed exaggero: qm̃ in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea. Et tanquã Deus ab ipso quęreret, Cur tam diligenter tua confiteris peccata? Respondet: Quia ecce in euidenti est, quod tu dilexisti ueritatem confessionis sine fraude, ut peccator omnes omnino confiteatur circunstantias peccatorum: quia non est uera, sed fraudulenta confessio, quæ factũ exprimit & supprimit modum, atque unum uni, & alterũ alteri peccatũ reuelat. Vnde cauendũ est, ne confessionis pudor, cõfessionis impediat puritatem. Potest & hoc aliter intelligi, tanquam Deus ab eo quæreret: Cur tã distinctè tuum punis peccatum, ut dixeris: Peccatum coram me est semper? Respondet: Vt in puniendo peccatũ tuæ ueritati concordem: quia tu ueritatẽ dilexisti, ut sis & uerus punitor, & uerus indultor, secundum illud: Misericordiam & ueritatem diligit Dominus. Deus enim seruat & in ueritate misericordiã, & in misericordia ueritatem. Nam & iustè ignoscit, & piè punit. Veritas est, quod punitur peccatũ: misericordiæ est, quod liberatur peccator. Vel reddit singula singulis. Dixeras enim: Iustificeris in

Dona Dei commẽdat pœnitens in datis.

In dandis.

Pœnitens agnoscit, non negligit, non excusat, non extenuat culpas suas.

Vni omnia peccata reuelanda, non alijs alia.

Deus in misericordia seruat ueritatem, & econtra.

ris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Nec mirũ, quia ecce ueritatẽ dilexisti, non duplicitatem aut falsitatem, sed & simplicitatẽ & puritatẽ, iste quippe iustificatur in sermonibus suis, qui diligit ueritatẽ. Rursus dixerat: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, quorũ primum erat incertũ, & alterũ occultum. Et quasi Deus ab eo quæreret, Cur incertũ & occultum affirmas? Respondet: Quia incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Sanè, incertum erat, utrum iniquitates aliquas commisissent in sua conceptione parentes. Nam coitus coniugalis interdũ excusatur à crimine, ut cũ coniuges ordinatè conueniunt, causa sobolis procreandæ. Interdum autem non excusatur à culpa, ut cum coniuges causa explendæ libidinis inordinatè miscentur. Itẽ, occultũ erat, quia ratione anima tenebatur peccato, quod nec uoluntate nec actu cõmisit, cũ scriptum sit, quod filius non portabit iniquitatẽ patris, nec pater iniquitatem filij, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Non erit ultra prouerbium istud in Israel ait dominus: Patres comederunt uuam acerbam, & dẽtes filiorum obstupuerunt. Porrò, Deus ei & illud incertum & hoc occultũ per spiritũ sapientiæ reuelauit. Quare non temerè dixit: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: quia incerta, inquit, de parentũ iniquitatibus, in mea conceptione commissis, & occulta de peccatis proprijs in mea cõceptione cõtractis, tu manifestasti mihi, per spiritũ prophetiæ. Non possum ergo excusari per ignorantiã: quia incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Seruus .n. sciens uoluntatẽ dñi, & non faciens, uapulabit plagis multis. Dauid aũt hic reddit causam, quare Deus pater iustificari debeat in sermonibus suis de incarnatione Christi prædictis: quia uidelicet diligit ueritatẽ, & ideo nõ debet facere irrita, quæ de suis labijs processerunt. Nã incerta, inquit, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, uidelicet, aduentũ unigeniti tui, qui tua est sapientia, cuius aduentus aliis erat incertus, & aliis occultus. Deniq; possunt illa nõ solũ ad superiora, uerũetiã ad inferiora referri. Ac si aptè dicat: Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi. Qm̃.

Congressus coniugalis interdum excusatur à crimine, interdũ non.

Ezech. 18.

Ibidem.

Asperges me domine Hysso po & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Asperges ergo me dñe Hyssopo humilitatis, & mundabor à labe: lauabis me, cũ per te fuero purgatus à uitiis, & dealbabor, cum per te fuero uirtutibus decoratus. Lauabis me per indulgentiam, & dealbabor per gratiam, utique super niuem, qm̃ candor niuis nõ intenditur, sed remittitur. Candor autem gratiæ non remittitur, sed intẽditur: quia charitas aut proficit semper, aut deficit, unde amitti potest, sed remitti non potest. Quia uerò aliud est albũ & aliud dealbatum, per niuẽ, quæ per se naturaliter alba est, potest intelligi uirtus per se naturaliter bona, de qua dr̃: Niue dealbabũtur in Selmon. Et per dealbationẽ potest intelligi operatio de uirtute procedens, ut sit sensus: Super niuẽ, id est, super uirtutem, quæ albet interius, dealbabor exterius opere bono, ut per fundamentũ uirtutis ædificium boni operis erigatur: & sic prius iustificationis ordo notatur, cum dicitur: Asperges me dñe Hyssopo & mundabor, & postea iustificati † profectus ostenditur, cũ subiungitur: Lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Est enim Hyssopus herba humilis, sed medicinalis, quæ figit radicem in petra, & ualet ad purgandum pulmonem. Hæc humilitatẽ significat, quæ figit in humili Christo radicẽ, purgatq; inflationẽ pulmonis, id est, tumorem mẽtis depellit. Hæc igitur cum aduenerit, ut peccator ad ueram pœnitentiam se humiliet, statim aspergitur rore gratiæ, & mũdatur à labe culpæ. Nisi.n. gratia infundatur, culpa proculdubio nõ depellitur, quẽadmodũ & tenebræ non fugãtur, nisi lux superueniat, quæ tenebras ipsas depellat. Docet hoc Veritas dicẽs: Dimissa sunt ei peccata multa, qm̃ dilexit multũ. Tu ergo dñe asperges me Hyssopo, id est, per uirtutem humilitatis rore gratiæ me perfundes, & mũdabor à sordibus uitiorũ. Nec erit ociosa mundatio, quia lauabis me à peccatis, & super niuẽ, id est,

Aliud est album, aliud dealbatum.

† al. perfectè iustificationis.

Hyssopus quid mystice.

Luc. 7.

super

super candorē uirtutis etiā bonis operibus dealbabor. In hoc solo spes tribuitur peccatori, ut per pœnitentiā possit redire nō solū ad priorē munditiā, uerumetiam ad longe maiorē, quæ cōsideratio multū est utilis, ne subrepat aliqua desperatio, quę cunctis grauior est peccatis. Sanè tres status hominū hic notantur, incipientium, proficientiū, & peruenientiū: siue, cōuersorū, iustorū, & perfectorū. Status incipientiū, uel cōuersorū notatur, cū primo dr: Asperges me Hyssopo, & mūdabor. Status proficiētiū vel iustorū notatur, cū secūdo subiungitur: Lauabis me. Status puenientiū uel pfectorū tertio notatur, cū infertur: Sup niuē dealbabor. Quibus uerbis satis expresse notatur progressus secūdū hos status, qm̄ aspergi minus est quàm lauari, minusq; lauari quàm dealbari. Qd utiq; plenè fiet, cum mortale hoc induet immortalitatē, & corruptibile hoc induet incorruptionē: qa fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorū, & tūc uestimēta Christi erūt alba sicut nix. Quia uerò p sanguinē Christi & aquā baptismi, anima pfectè mundatur nō solū à culpa, sed etiā à pœna, Dauid in persona generalis fidelis ad istas mundationes dirigens intellectū, non solū inquit, Incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi, uerūetiā Asperges me sanguine Christi, & lauabis me aqua baptismi, & sic mundabor & dealbabor etiā sup niuē, id est, plus quàm exprimere possim, nō utique sup illā, de qua dr: Nō timebit domui suæ à frigoribus niuis, nec super illā, de qua dr: Qui timet pruinā, irruet sup eū nix: sed sup eā potius, de qua legitur: Si lotus fuero quasi aquis niuis, &c. Ac etiā super illā, de qua legitur: Si fuerint peccata uestra ut coccinū, sicut nix dealbabūtur, Nā in rebus materialibus nihil potest niue candidius inueniri. Hic est enim, qui uenit per aquā & sanguinē Iesus Christus, de cuius latere sanguis & aqua fluxerūt. Quod autē dicit: Asperges me Hyssopo, alludit ueteri legi, secundū quā aspersorium ratione misterij fiebat ex Hyssopo, sicut & Apostolus ait: Lecto omni mādato legis à Moyse uniuerso populo, accipiens sanguinē hircorū & uitulos, cum aqua & lana coccinea & Hyssopo, ipsum quoque librū & omnē populū aspersit dicēs: Hic est sanguis testamēti, quod mandauit ad uos Deus. Etiā tabernaculum & omnia uasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et oīa penè mūdātur in sanguine secundū legē, & sine sanguinis effusione nō fit remissio. Hyssopus enim, sicut est superius prælibatū, humilitatem designat, secundū quod Christus exinaniuit se formā serui accipiens, factus obediens usq; ad mortē, mortē autem crucis, in qua sanguinē suū fudit, quo per humilitatis uirtutē asperguntur fideles, & ab iniquitate mundantur, illi nimirū, qui humilitatis eius formā obseruant. Nota deniq; prudens lector, in redemptis pluralitatē, in redēptore humilitatē, & in redemptione utilitatē. Pluralitatē in redemptis, cū dr: Asperges. Quod enim aspergitur, circūfunditur multis locis. Propter quod Veritas ait: Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Humilitate in redēptore, cum additur, Hyssopo, quæ medicinalis est & humilis herba, quia Christus per suā superabundantē humilitatē fidelibus suis salutarē tribuit medicinam. Vnde dicebat: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Vtilitatem in redemptione, cum subditur: Mundabor: quoniam, ut Ioannes Apostolus ait, sanguis Iesu filij Dei mūdat nos ab omni peccato. Tria uerò pertinēt ad effectū baptismi: Remissio culpæ, relaxatio pœnæ, & infusio gratiæ. Primū notatur, cū dr: Lauabis me. Secundū, cū additur: Dealbabor. Tertiū, cū adiungitur: Super niuē. Effundā, inquit dns per Prophetā, super uos aquā mūdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatoris & menstruatæ. Cū igitur audis: Asperges me Hyssopo & mundabor, in aspersione sanguinis Christi fidē passionis intellige. Cum autē, Lauabis me, audis, & super niuē dealbabor, in ablutione aquæ, baptismi sacramentū agnosce. Porro, cum fides adultis sine sacramento proficiat, ubi sacramentū non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit: sacramentum uerò baptismi sine fide adultis non ualeat,

Status hominū tres notantur.

1. Cor. 15. *Matth. 13.*

Phil. 2.

Matt. 11.

1. Ioan. 1. *Tria ad effectum baptismi pertinent.*

Zach. 13. *Zach. 36.*

Fides sine baptismo adultis proficit ad salutem, non econtra.

leat, iuxta quod Veritas ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit: qui uerò nō crediderit, condēnabitur. Quid est quod in hoc loco plus attribuitur sacramento quàm fidei? Nam minus est aspergi quàm ablui, & minus mundari, quàm dealbari, maximè super niuem. Sciendū est ergo, quod fides Christi, quæ iustificat impium, re uera mundat à culpa, sed non semper ab omni pœna. Sacramentum uerò baptismi si dignè sumatur, liberat omnino à culpa pariter & à pœna. Vnde sacramentū regenerationis à domino appellatur, cū ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō intrabit in regnum Dei: quia per hoc sacramētum homo regeneratur in gratia, liberatur à culpa pariter & pœna: quia natus fuerat in ira culpæ, simul subiectus & pœnæ. Rectè igitur lauabis me per sacramentum baptismi, & super niuem gratiæ, quæ mundat à culpa, dealbabor etiā sacramenti uirtute ab omni pœna, præter illam duntaxat, quam necessitas primæ corruptionis inducit. Merito igitur

Fides à culpa reuera mundat sed non semper ab omni pœna. *Ioan. 3.*

Auditui meo dabis gaudiū & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.

Duplex est quidē auditus. Exterior, de quo dicit Apostolus: Fides est ex auditu, auditus autem per uerbum Dei. Interior, de quo dicit Propheta: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. De utroq; hoc potest intelligi: Auditui meo dabis gaudium, de remissione peccatorū: quia non est impijs gaudere dicit dominus. Nec est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et lætitiam, de promissione præmiorum, iuxta quod Veritas ait: Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Sed de auditu interiori melius intelligitur, de quo Propheta dicebat: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatū est? Huic utique qui dicebat: Domine, audiui auditum tuum & timui, consideraui opera tua & expaui. Dabis etiam gaudium cordis, & lætitiam corporis, secundum illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Gaudet cor, cum credit se à spirituali fœditate purgatum, & lætatur corpus, cum sentit se à carnali fœtore mundarū: & sic duplici lætitia exultabunt ossa humiliata, non tā corporis quidē, quàm mētis: uidelicet uires animæ, quæ prius humiliatæ, id est, deiectæ ac incuruatæ fuerāt per peccatū, nunc autem humiliatæ, id est, ad audiendū & obediendū sunt inclinatæ. Nā qui humiliter audit & reuerēter obedit, hic est profectò amicus spōsi, qui stat & audit, & gaudio gaudet propter uocē sponsi. O quàm pauci sunt illi, qui gaudent de spiritualibus & æternis, respectu illorū, qui lætātur de carnalibus & terrenis. Sed extrema gaudij luctus occupat, quia lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis. Illorū ergo gaudiū felix est & perpetuum, iuxta quod dr̄: Petite & accipietis, ut gaudiū uestrū sit plenū. Et: Gaudium uestrū nemo tollat à uobis. Istorum uerò gaudium est infelix & momentaneū, iuxta quod legitur: Tenēt tympanum & citharā, & gaudent ad sonitum organi: ducunt in bono dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Tu uerò Deus auditui meo, id est, intellectui dabis gaudiū & lætitiā, non falsam & trāsitoriā, de carnalibus & terrenis, †sed uera & spirituali lætitia exultabūt ossa humiliata, id est, interiora mea, uelut ossa latētia, quæ prius erāt per factū erecta, nūc sunt † ad obedientiā inclinata. Quandiu enim anima erigitur in superbiā, nō potest uera exultatione gaudere, sed cū deponit superbiā & humilitatē assumit, tūc uera in domino iucunditate lætatur.

Auditus duplex. *Rom. 10.* *Psal. 84.* *Psal. 37.* *Matth. 5.* *Esai. 53.* *Gaudium cordis & lætitia corporis.* *Psal. 83.* *Ioan. 3.* *Prouer. 14.* *Ioan. 14.* *Iob. 21.* *† al. es si.* *† al. per.*

Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Quarta pars, in qua pœnitens assumpta fiducia petit à se pœnas auerti, cum ait, Auerte faciem tuam à peccatis meis: & culpas deleri, cum addit: Omnes iniquitates meas dele. Rursus petit in se munditiam cordis creari, cum dicit, Cor mundum crea in me Deus: & rectitudinē spiritus innouari, cum subdit: Spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Item petit à se diuinæ contemplationis præsentiā non excludi, cū inquit, Ne projicias me à facie tua: & spiritualis sanctifica-

ficationis sibi gratiã non auferri, cũ ait: Spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me. Rursus petit sibi lætitiã de Christi promissio ne restitui, cũ præmittit: Redde mihi lætitiam salutaris tui. Et robur sibi de spi ritus sancti confirmatione concedi, cum subdit: Spiritu principali confirma me. Ecce paret, quàm prudẽs, modestus ac diligens iste fuerit in petendo, cũ ea petat quæ licent, quæ decent, & quæ expediũt, iusta, honesta, & necessaria, ut & tu discas talia postulare: ne si fortè petieris iniusta, fiat tua oratio in peccatũ: si uerò petieris inhonesta, nõ accipias, eo quod male petas: & si petieris inutilia, dicatur tibi, nescis quid petas. Sicut autẽ pœnitẽs iste personã rei multipliciter accusauerat, ita personã iudicis multis modis cõmendat, ut facilius indulgentiam consequatur. Aci diceret: Tu iustus es cognitor. unde: Veritatẽ dilexisti. Tu discretus es doctor. unde: Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi. Tu sanctus es expiator. unde: Asperges me Hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuẽ dealbabor. Tu es liberalis promissor. unde: Auditui meo dabis gaudium & lætitiam & exultabunt ossa humiliata. Tu propitius es indultor. unde: Auerte faciẽ tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Tu es omnipotens creator. unde: Cor mũdũ crea in me Deus. Tu es mirabilis innouator. unde: Spiritũ rectum innoua in uisceribus meis. Tu es irreuocabilis elargitor. unde: Ne proijcias me à facie tua. Tu es utilis restitutor. unde: Redde mihi lætitiam salutaris tui. Tu es præcipuus cõfirmator. unde: Spiritu principali cõfirma me. Ait ergo, Qm̃ talis ac tãtus es, auerte faciem tuã, non à me, uerũ à peccatis meis, ne animaduertas in me propter peccata mea, quia nõ possem subsistere ante faciẽ iræ tuæ. Auerte, inquã, faciem tuã à peccatis meis, quia ego aduerto ante faciẽ meã peccatũ meum. Tu ergo faciẽ tuam ab illis auertas, ut ante primas, quia ego ante faciẽ meam aduerto illa, ut digne pœniteam. Si enim homo aduertit culpam, Deus auertit pœnã, quia ipse est uirga uigilans, qui dicit ad Hieremiã: Quid tu uides Hieremia? Virgam inquit, uigilantẽ ego uideo. Virga quippe uigilans Deus est, qui uigilat super populũ suum ad puniendum, si ille dormit ad pœnitendũ, & econuerso. Si uigilat iste ad pœnitendũ, ille dormit ad puniendũ: quia nõ dormitat, neq; dormiet, qui custodit Israel. Nã ille non dormitabit à pœna, nisi hic dormiat à culpa. Quare subiungit: Et dele de tua notitia omnes iniquitates meas. Ne recorderis peccata mea, neq; uindictã sumas de peccatis meis, Dñe Deus meus. Tu nanque dixisti: Quacunq; hora peccator cõuersus fuerit & ingemuerit, omniũ iniquitatũ eius nõn recordabor. Supra singulariter dixerat: Dele iniquitatẽ meã, hic autem uniuersaliter dicit: Omnes iniquitates meas dele. Nã accepta fiducia iã plus prę sumit quàm ante, securè deposcens, iam non unã tantũ iniquitatẽ, sed omnes omnino deleri: quia non habet unã solũ iniquitatẽ, sed multas. Vnde nõ singulariter ait: Dele unã iniquitatẽ, sed uniuersaliter inquit: Omnes iniquitates meas dele: quoniã in multis offendimus omnes.

Margin notes: *Crismo li petenda.* — *Ezech. 1.* — *Psal. 120.* — *Ezech. 18.*

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis.

Cũ autẽ creare sit aliquid de nihilo facere, ac innouare sit aliquid in statũ pristinũ reformare, quid est quod dissimiliter ait: Cor mundũ crea, & spiritũ rectum innoua? Nam si petat, ut Deus in se creet cordis munditiã, pari ratione petere debet, ut Deus in se creet rectitudinẽ spiritus, cũ utrumque perdiderit per peccatũ. Et si dicatur, quod amiserat ipsum cor, propter illud quod legitur: Effraim quasi colũba seducta, nõ habẽs cor, pari forsan ratione dicẽdũ est, quod amiserat ipsum spiritũ, propter illud quod legitur, quia regina Saba uidẽs sapientiã Salomonis, ultrà spiritũ nõ habebat. Illud etiã quod in quodã Psalmo dicit de spiritu: Defecit spiritus meus. Ille quippe cor suum amittere dr̃, qui præuaricatur in Deum. Vnde Propheta: Redite præuaricatores ad cor, illumq; derelinquit cor suũ, qui alienatur à Deo. Vnde ipse Psalmista: Cor meũ dereliquit me. Verũ sane potest intelligi, quod secundũ statum deformatæ naturæ, quem habebat cor eius, antequã

Margin notes: *Creare & innouare quid.* — *3. Reg. 10.* — *Psal. 142.* — *Esai. 16.*

esset mundatum à culpa, quasi nihil erat comparatione status gratiæ reformantis, quem habet postquam est à culpa mũdatus, secundũ quod Iacobus ait: Voluntariè nos genuit uerbo ueritatis, ut simus aliquod initium creaturæ eius. Et Paulus: Si qua in Christo noua creatura, uetera transierunt: cum & creare rectè possit hic poni pro recreare, iuxta quod legitur: Populus qui creabitur, laudabit dominũ. Nam ille populus dignè laudat, qui per gratiam creatur. Quare pœnitens iste petit cor suum mundum in se creari: ut uidelicet Deus in eo creet mundos cordis affectus, cogitationes & uoluntates pudicas, ne ultro declinet ad immunditiam, sicut ipse Dauid. Nam de corde procedunt affectus siue boni, siue mali. De bonis legitur: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso uita procedit. De malis dicitur: Ex corde exeunt cogitationes malæ, furta, adulteria, homicidia, falsa testimonia, periuria, & similia, quæ coinquinant hominem. Petit ergo rectum in se spiritum innouari, scilicet spiritum sanctum sibi denuo restitui, qui spiritus rectus dicitur, quia facit rectos. Qui utique, quantũ ad suam naturam, est penitus immutabilis. Vnde quantum ad effectum, cum in se possit innouari, ne ad iniquitatem ultra declinet, sicut ipse Dauid, qui fecerat iniquum homicidium perpetrari.

Iac. c. 1.

1. Cor. 5.

Psal. 101.

Prouer. 4.

Matth. 15.

Vtrumque tamen dici potest congruè de utroque, ut cor creetur, & innouetur mundũ & rectũ, & spiritus innouetur & creetur rectus & mundus. Sed propter flo rẽ sermonis uerba solummodo uariantur, uel potius quia Dauid per adulterij fœditatẽ à munditia cordis exciderat, sed propter homicidij prauitatẽ à rectitudine spiritus declinauerat, eo quòd nõ omnino perdiderat iudicium rationis, sed uirtutẽ castitatis prorsus amiserat, discretè ac rectè petit sibi dari gratiã, ut in eo munditia cordis creetur, & reformari naturã, ut rectitudo spiritus innouetur. Et idcirco distinguit: Cor mundum crea, & spiritum rectũ innoua. Cor quidem mundũ petit creari, propter mundos ad diligendũ affectus: & rectũ petit creari, propter mundos ad diligendũ affectus: & rectũ petit spiritũ innouari, propter rectos intellectus, ad discernendũ, ut habeat zelum secundũ scientiã, ad diligendũ syncerum, & discernendũ discretũ. Quod autẽ addit in uisceribus meis, ad utrumque respicit præmissorum, ut & cor mundum creetur, & rectus spiritus innouetur in uisceribus suis, quatenus uiscera eius cum corde simul & spiritu recreentur & renouentur in ipso. Nã tanta est familiaritas inter carnẽ & animã in homine counita, ut utraque ab altera, nũc ad hoc, nũc ad illud propriis illecebris infligetur. Quĩ etsi scriptũ sit, quod caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ, quod utique uerũ est quantum ad sensualitatẽ & rationẽ, scriptũ est tamẽ, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animã. Et: Spiritus tristis exiccat ossa. Nam mors ingreditur per fenestras, oculus animã deprædatur. unde: Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Ait ergo Dauid: Spiritũ rectum innoua in uisceribus meis, ex quibus exit adulteriũ, qm̃ in renibus sedes est uoluptatis. Vnde de diabolo legitur, qui est uoluptatis inceŕor, qd uirtus in lũbis eius, & fortitudo eius in umbilico uẽtris eius. Sequr.

Gala. 5.

Ne proijcias me à facie tua, & spiritũ tuũ ne auferas à me.

Q. d. A peccatis meis auerte faciẽ, sed ne proijcias me à facie tua, ne abijcias me à cõspectu tuo, ne elõges me à gratia tua, ne alienes me à misericordia tua, ne excludas me à cognitione tua, ne repellas me à cõtẽplatione tua. Nã auertẽte te faciẽ tuã omnia turbabũtur. Et: Quo ibo à spiritu tuo, uel à facie tua quò fugiam? Cur ergo faciẽ tuã abscondis? Ostẽde faciẽ tuam, & salui erimus. Illumina uultũ tuũ super nos, & miserere nostri. O quàm periculosum est à facie Dei proijci. Certè, ipse est lux, ipse salus, & q à facie eius proijcitur, ipse utique tãquam reprobus proijcietur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, ubi est uermis qui non moritur, & ignis qui nõ extinguitur. Tolle, inquit, impium, ne uideat gloriam Dei. Sic proiectus Lucifer, draco magnus, serpens antiquus. Sic proijcientur & illi, quibus in fine dicetur:

Matt. 25

tur, Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Ergo ne auertas faciem tuam à me, quia ſi auerteris, ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Et ſpiritũ ſanctũ tuum ne auferas à me, ſine quo nihil boni facere poſſem: nã ipſe eſt dator omnium gratiarum. Iam pœnitens iſte ſpiritũ ſanctũ habebat, ſine cuius dono ſic humiliari nõ poſſet. Vel certè Dauid ſpiritũ prophetiæ ſibi poſtulabat non auferri, quẽ precioſiorem rebus cæteris reputabat. Sed caue magis, ne tu te ſpiritui ſancto auferas, quàm ſe ſpiritus ſanctus tibi. Nonne naturaliter eſt prius cõmittere culpam, quàm amittere gratiam, cũ per meritũ culpæ donũ gratiæ amittatur? Denique ſplẽdor ſolis homini ſe non ſubtrahit, nec eſt in ſole, qui ſemper lucet, ut non uideatur ab homine, ſed eſt in homine, qui aliquãdo claudit oculos, ut tunc nõ uideat ipſe ſolem. Sed dices? Quomodo poſſem ſpiritũ ſanctũ amittere, niſi prius eſſem ab ipſo dimiſſus? Nemo enim quod nõ habet, amittit: ſed ſpiritus ſanctus amittitur uel auſertur, non tam quando haberi deſinit, quàm quando incipit non haberi. Et ſic amittitur, cũ iam non habetur ab homine, ſed mox antè ab homine habebatur, quia nõ eſt conuentio lucis ad tenebras, quæ illis aduenientibus effugatur. Si ergo ſpiritum ſanctũ tibi deſideras non auferri, caue non ſolũ ab immundis operibus, uerumetiam à cogitationibus impudicis, quia ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ, & auferret ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Sequitur,

Prius eſt committere culpam quàm amittere gratiam.

Sap. 1.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

O quantum pia mens iocundatur, quantum fidelis anima hilareſcit, cum recolit & conſiderat beneficia redemptoris, qui uenit quærere & ſaluare quod perierat: qui uenit, non ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum: qui uenit, ut omnis qui credit in illũ, non pereat, ſed habeat uitã æternã: qui lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: quia mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Proprio filio ſuo nõ pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ. Huius lætitiam ſalutaris ille perdiderat, qui dicebat: Ego in domino gloriabor, & gaudebo in Deo Ieſu meo. Cum homo autem grauiter offendendo, tantæ gratiæ reddit ſe ingratũ, tantoque bono ſe reddit indignũ, amittit utique hanc lætitiã ſalutaris. Sed cum conuerſus fuerit & ingemuerit, poſtulat eã dimiſſo peccato ſibi reſtitui. Propter quod ait: Pater piiſſime, pater mitiſſime, pater dulciſſime, redde mihi lætitiã ſalutaris tui, & ſaluatoris mei, qui totus eſt ſalutaris, qui à te traditus: & meus ſaluator, qui pro me redditus. unde: Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, &c. Dauid autem lætitiam ſalutaris huius amiſerat, cũ adulteriũ & homicidiũ perpetrãdo promiſſionẽ ſibi de Chriſto factã ſe demeruiſſe timebat. Vnde dicebat: Cum tu Deus mihi peccatũ dimiſeris, ergo redde mihi lætitiã ſalutaris tui: & ne illud ultra admittã, confirma me in beneplacito tuo, ut nõ reuertar ad uomitũ, ut non reſpiciã retro, nec unquã in ſtatuã infatuati ſalis conuertar. Et ne huiuſmodi cõfirmatio ualeat infirmari, cõfirma me ſpiritu principali, quaſi authoritate præcipua, cui nemo ualet contraire. Qui etiam dicitur ſpiritus principalis, quia rectũ & cũ ſalutari tuo eſt unũ uniuerſale principiũ, unus uniuerſorũ creator. Per hoc autẽ quod ter dicit ſpiritum, notant quidam hic trinitatẽ in Deo, qui ſpiritus eſt, non corpus. Rectum quippe ſpiritum dicunt filium, & ſuo nomine ſpiritum ſanctum intelligunt, patrem autẽ accipiunt ſpiritum principalem: quoniam ipſum patrem principium ſine principio fides catholica confitetur. Poteſt tamen & aliter prudẽs lector indiuiduam in his uerbis intelligere trinitatem. Cũ enim audis: Cor mundum crea in me Deus, Deum patrem creatorem intellige. Cum uerò audis: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, Deum filium accipe ſaluatorem. Cumq; audis: Spiritum ſanctum

Luc. 19. Ioan. 3. Apoc. 1. Rom. 4. Eſa. 53.

Rom. 8.

Homo quãdo amittat lætitiam ſalutaris.

Trinitatẽ per ter iteratum ſpiritum quidã intelligũt.

ctũ tuum ne auferas à me. Deum sanctificatorem agnosce: quamuis uniuersis & singulis creare, saluare ac sanctificare cõ
1. Ioan. 5. ueniat, cum sint unum. Quia tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Vnus tamē ex tribus hic propriè dr̄ spiritus rectus, sanctus, & principalis:
Esai. 11. qm̃ ipse appropriato uocabulo facit rectos, efficit sanctos, & constituit principales; quemadmodum dicitur spiritus sapientiæ, spiritus intellectus, & spiritus fortitudinis, alijsque nominibus appellatur, secundum differentias gratiarum.

Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.

Humilis pœnitentia & oratio deuota. Quarta pars, in qua patenter ostenditur, quantum iste profecerit per humilē pœnitentiam, & orationem deuotã: quia de præuaricatore factus est prædicator,
Matt. 9. sicut Paulus de persecutore Apostolus, &
Act. 19. Matthæus de publicano euangelista. Vnde Psalmi Dauid, & Epistolæ Pauli, & Euangelium Matthæi, præcæteris scripturis in ecclesia frequentatur, ut discãt peccatores eorũ exemplo, non desperare de culpa, sed sperare de gratia, cũ intelligunt illos à Deo non solũ tantorum criminũ indulgentiam, uerumetiam charismatum gratiam accepisse. Duo quippe principaliter postulauerat, remissionem criminũ, & infusionē charismatũ: & quasi Deus ab eo quæreret, cur postulet liberari à tot & tantis peccatis, & donari tot & tantis muneribus, quis ergo fructus inde prouenjet? Respondet: Profectò magnus, quia cedet hoc aliorum utilitati. unde: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te cõuertentur. Cedet saluti meæ: quia exultabit lingua mea iustitiã tuam. Cedet in laudē tuam: quia os meum annunciabit laudē tuã. Et ut dignè ualeã adimplere, prius libera me de sanguinibus, & postea labia mea aperies: quia, Turpe est docto
Cato. ri, cùm culpa redarguit ipsum. Ostendit ergo quos doceat: quia docebo, inquit, iniquos. Quid doceat: quia docebo uias tuas. Et quo fine doceat, quia impij ad te conuertentur. Qualis etiam debeat esse, qui doceat, cum orat: Libera me de sanguinibus Deus. Et qualiter debeat docere, cũ ait: Exultabit lingua mea iustitiã tuam. Mea ergo doctrina nõ est ociosa, quia docebo iniquos uias tuas. Nec infructuosa, quia impij ad te conuertētur: nec mœstuosa, quoniã exultabit lingua mea iustitiã tuã. Sic sanè docere licet, & decet, & expedit. Licet, quia docebo uias tuas. Decet, quia exultabit lingua mea iustitiã tuã. Expedit, quia impij ad te conuertētur. Desidero ergo docere alios. unde: Docebo iniquos uias tuas. Desidero à meis liberari peccatis. unde: Libera me de sanguinibus Deus. Desidero te laudare, quia exultabit lingua mea iustitiam tuã. Desidero tibi sacrificium acceptum offerre, quia sacrificiũ Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Desidero muros tuæ ciuitatis construere, quare benignè fac dñe in bona uoluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalē. Et sic meũ in bonis adimplebitur desiderium. Quia tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum uitulos. Ergo docebo, nõ solum uerbo, sed exemplo: quia dum mihi parcitur, aliis spes donatur, ne iniqui de sua iniquitate desperent. Et ideo docebo iniquos uias tuas, uidelicet misericordiã & ueritatē: quia omnes uiæ tuæ misericordia & ueritas. Misericordiã namque docebo, quia indulsisti peccatori: & ueritatem docebo, quia nõ reuocasti promissa, & sic impij, qui prædicuntur iniqui, prouocati à me uerbo pariter & exēplo, cõuertentur ad te, ut & ipsis remittas peccata, & concedas promissa. Ergo docebo iniquos uias tuas, & non erit mea infructuosa doctrina, quoniã impij ad te conuertētur, & sic etiã reuertentur ad se. Nã quando peccator alienatur à Deo, elongatur etiam à seipso: quemadmodum de filio prodigo legitur, qui postqñã abijt in regionē longinquã, & dissipauit omnia bona sua, in seipsum reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Sed certe peccator conuerti non potest ad Deũ, nisi Deus conuertatur ad eum. Vnde cum adhuc longè esset, uidit eũ pater eius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, *Peccatores cum elongãtur à Deo, etiam distrahũtur à se.* *Luc. 15.*

&

& osculatus est eum. Non ergo peccatores de sua confessione diffidant quantumlibet sint longinqui, de illius promissione securi, quia ait: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Quasi diceret: Conuertimini ad me pœnitendo, & ego conuertar ad uos indulgendo: quoniam etsi peccator ad Deum peruenire non possit, nisi Deus præueniat peccatorē, secundū illud: Misericordia tua subsequetur me: quia timor introducit amorem, timor à Deo, sed non timor cum Deo. Amor ex Deo pariter & cum Deo: quoniam scriptum est, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Porro qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vt autem ualeam dignè dicere,

Ezech. 18. *Psal.* 28. 1. *Ioan.* 4.

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuā.

Ostendit apertè, quod indignus est doctor, qui habet in se quod in alio reprehendit, & dicitur ei: Medice cura teipsum. Hypocrita, eijce primo trabē de oculo tuo, & tunc eijcies festucā de oculo fratris tui. Qui prædicas non mœchandum, mœcharis? & qui prædicas non furandū, furaris? Nam peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meum per os tuum? Ergo libera me in præsenti de sanguinibus, id est, de peccatis mortalibus, de quibus legitur: Sanguis sanguinē tetigit, ut in futuro liberes me de sanguinibus, id est, de supplicijs infernalibus, de quibus dicitur: Inebriabo sagittas meas sanguine. Negligētia quippe doctoris, solet in scripturis nomine sanguinis designari. Iuxta quod ait dominus per Prophetam: Si non annunciaueris impio iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Et Apostolus dicebat Ephesijs: Manus meæ mundæ sunt à sanguine omnium uestrum. Non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne consiliū Dei uobis. Docturus itaq; iste pœnitens uias domini, rectè petit ab his sanguinibus liberari. Vnde ad literam orat Dauid de sanguinibus, id est, de peccatis sanguinū liberari, quibus pro iniqua interfectione, non solum Vriæ, uerum & aliorū erat infectus, de qualibus sanguinibus dr: Viri sanguinū & dolosi non dimidiabunt dies suos. Ergo libera me de sanguinibus Deus author uel dator salutis meæ, in præsenti per spem, & in futuro per rem: quia tu solus potes præstare saluē. Qui de teipso alibi dicis: Salus populi ego sum, Nā domini est salus, qui saluat sperātes in se. Et sic exultabit, id est, exultāter annunciabit lingua mea iustitiā tuā. Doctor enim non debet esse deses, sed alacer in docendo, ut proponat hilariter uerbū Dei, sicut alibi legitur: Exultaui sub lingua mea. Et talis alacritas, quam non solū habere debet in corde, uerumetiā ostēdere debet in corpore, ut & motu oris, & gestu corporis attrahat auditores, quò illis magis est utilis, eò sibi amplius fructuosa. Exultabit ergo, id est, cum exultatione cordis annunciabit lingua mea iustitiam tuam, id est, mandata tua quæ iusta sunt. Vnde in tuis iustificationibus meditabor, nō obliuiscar sermones tuos. Ad exprimendū autem intentionis ardorem, & mentis affectum, cum alacritate cordis & corporis, quæ in proponēdo uerbū Dei debet doctor habere, omnia in hoc loco loquendi cōmemorat instrumenta, uidelicet os, linguam, & labia, ut nihil in eo uacuum ab instructione proximi, & laudis Dei ualeat inueniri. Os namque pronunciat, lingua format, & labia uerba concinnant. Exultabit igitur lingua mea iustitiam tuam, non tamen ex sua uirtute, sed tua. Quia tu

Matt. 6. *Psal.* 49. *Sanguis quia mystice.* *Osee.* 4. *Deut.* 32. *Ezech.* 3. *Actu.* 20. *Psal.* 54. *Psal.* 3. *Psal.* 68.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

Non enim uos estis qui loquimini, ait dominus, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. An experimentum, inquit Apostolus, quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Et alius: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Nam cuius labia non aperit dominus, sed loquitur ex seipso, sibi, non Deo sapientiam & eloquentiam ascribendo (sicut hi qui dicebant; Labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est?) illius utique os non annunciat humiliter laudem Dei, sed

Matt. 10. 2. *Cor.* 13. *Psal.* 84.

suam laudē iactanter extollit. Et talis aut uix aut nunquam ædificat auditores, qa non illorum salutem, sed suam laudem exquirit. Prædicator itaque, secundū doctrinā Apostoli, non insistat persuasibilibus humanæ sapiētiæ uerbis, sed eius sit sermo in ostensione spiritus & uirtutis, ut per uirtutē sermonis ostēdat illū, qui in se loquitur spiritus. Quod utique rectè faciet, si à Deo postulet sapientiam, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & sic loquatur quasi sermones Dei. Qui quum in cordibus auditorum uim suæ uirtutis fuerint operati, illum profectò spiritum ostendent, qui per os prædicatoris inuisibiliter loquebatur. Hic est q dicit: Aperi os tuū, & ego adimplebo illud. Tu aperi, tanquam minister obediens, & ego adimplebo, tanquā magister erudiens. Tu ergo domine labia mea aperies, quæ prius erant clausa propter peccata, & sic os corporis proferet mētis arcanum, qm̄ annunciabit laudē tuā, uidelicet †opera creationis & recreationis, quæ te super omnia laudabilem protestantur. Et nota quod tria debemus ex charitate diligere, Deum, nosipsos, & proximū. Diliges, inquit dominus, Deū tuū, ex toto corde tuo. ecce primum. Et sicut teipsum. ecce secundū. Diliges proximū. ecce tertium. Ad dilectionem uerò proximi pertinet illud quod ait: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Ad dilectionem sui pertinet illud quod addit: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Ad dilectionem Dei pertinet illud quod subdit: Os meum annunciabit laudē tuam. Hoc est sacrificium laudis, de quo dixisti: Sacrificium laudis honorificabit me. Et illic iter est, quo ostendam illi salutare Dei. Ergo immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua.

1. Cor. 2.

Iacob. 1.

† al. opera creatoris et creationis.

Tria diligere tenemur.

Matt. 22.

Psal. 49.

Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis.

Orauerat supra Dauid prophetiæ sibi spiritū non auferri, & ecce nunc ostenditur exauditus, quia de legalium sacrificiorum abolitione prophetat. Qm̄ si uoluisses, inquit, sacrificium, dedissem utique. Pœnitens autē promiserat, quod pro expiatione peccati sacrificiū laudis offerret dicēdo: Dn̄e labia mea aperies, & os meū annunciabit laudē tuā. Et quasi quæreretur ab ipso, Cur sacrificiū legis non offers? Respōdet, quia iam legalia sacrificia, & carnalia holocausta non sunt Deo placita uel accepta. Qm̄ si tu Deus uoluisses sacrificiū legale à me accipere, dedissem utique, tuæ obediens uoluntati: sed holocaustis carnalibus nō delectaberis, maximè postquā unicū & uerū sacrificiū fuerit institutū. Inter holocausta uerò & sacrificia hæc erat in lege ueteri differentia, quòd holocausta tota simul incendebātur, sic dicta ab holocausto, quod est totū, & cauma, quod est incēsum. Sacrificia uerò cremabātur nō tota, sed ex ipsis sacerdotibus offerētibus partes debitæ seruabātur. Porro, inter illa uetera sacrificia & hoc nouū, talis differētia est, quod illa significabant tantū & non iustificabant, hoc autē & significat & iustificat. Nā illa fiebant de irrationalibus animalibus, uidelicet uolucribus & pecoribus. Impossibile est enim, vt inquit Apostolus, sanguine taurorū aut hircorū auferri peccata. Hoc solū nō rationabile, sed etiā rationale, uidelicet uerus homo, idem ipse sacerdos & sacrificiū, medicus & medicina, de quo idē dicit Apostolus: Pascha nostrum immolatus est Christus: & ipsemet ait: Qui manducat me, uiuet uita propter me. Hoc utique sacrificiū præfert significationē in spe, quæ significat. Iustificationē autē exhibet in re, quæ iustificat. Nā idē ipsum est & sacramentū & res, sed res unius & sacramentū alterius. Illa quidē fuerūt figura, & istud ueritas. Illa fuerūt umbra, & istud lumē: quia quum ueritas uenit, figura cessauit; & euanuit umbra, quum lumē effulsit, quēadmodū ipsa Veritas: per hunc eundē Psalmistā prædixerat: Sacrificiū & oblationē noluisti, corpus autē perfecisti mihi. Holocausta etiā pro delicto nō postulasti, tūc dixi: Ecce uenio. Vtrum autē sacrificia opera fuerint meritoria, nō immeritò dubitatur, quum de his dicat dn̄s per prophetam: Dedi eis pcepta nō bona & iustificationes in quibus nō uiuant. Propter quod etiā Apostolus ait, quia lex illa neminē ad perfectū adduxerit.

Differunt holocausta & sacrificia.

Inter veterа & nouum sacrificium differentia quæ.

Heb. 9.

1. Cor. 5.

Ioan. 6.

Vtrum sacrificia opera fuerint meritoria.

Ezech. 20.

Heb. 7.

adduxerit. Vnde per ipsum Psalmistã dñs ait: Non super sacrificia tua arguã te. Holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Nunquid mãducabo carnes taurorũ, aut sanguinẽ hircorũ potabo? Et per Esaiã prophetã dñs dicit: Qui immolat bouẽ, quasi qui interficit uirum, & qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Qui offert oblationẽ, quasi qui sanguinẽ suillum offerat. Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Idẽ etiã per eundem: Quo mihi multitudinẽ uictimarũ uestrarũ, dicit dñs? Plenus sum, holocausta arietum & adipẽ pinguium, & sanguinẽ uitulorum, agnorũ & hircorũ nolui. Cũ ueneritis ante conspectũ meũ, quis quæsiuit hæc de manibus uestris? &c. Sic ergo huiusmodi sacrificia, Deo nõ erant placita uel accepta, quum instituta fuerint, nõ ad præmiũ æternũ merendũ, sed ad rebellem & ceruicosum populũ edomandũ, & coercẽdũ, ut his intenti sacrificiis, ad idololatriã non defluerent, ipsa transgressi grauiter punirentur. Propter quod Petrus Apostolus ait: Quid tẽtatis imponere iugũ super ceruices discipulorũ, quod neq; patres nostri, nec nos portare potuimus? Quare illorũ executio uidetur æternæ gloriæ meritoria non fuisse. Porro, quum præter pdictas causas ad significandũ etiã fuerint instituta, & ab ipso Deo essent quæcunq; de quacũque causa præcepta: quicũque illa ex radice charitatis & uirtute obedientiæ peragebãt, uidebantur proculdubio promoueri: qm̃ sic trãsgressio pœnã, obseruatio præmiũ merebatur. Dicatur ergo, si placet, quod illa mãdata in se utique bona erãt, sed illis erant nõ bona, qui ea indignè gerebant. Quibus improbat dñs per Prophetã. Quum extẽderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis. Et: Quum multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã. Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Sicut de nouo & uero sacrificio dicit Apostolus, quod qui mãducat indigne, iudiciũ sibi mãducat, non dijudicans corpus dñi. Ad hunc itaque sensum sunt omnia prædicta testimonia referẽda. Vel ad tẽpus gratiæ referuntur, quo post uerũ sacrificiũ institutũ illa non erant ex debito sacrificia exercẽda: sicut etiã Apostolus ait superius, dicẽs: Hostias & oblationes & holocaustomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundũ legẽ offeruntur, tũc dixi, ego uenio, ut faciã Deus uoluntatem tuam. Aufert primum, ut sequens statuat, in qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi. Sicubi ergo legatur, illa sacrificiorũ opera meritoria non fuisse, intelligẽda est generalitas cũ exceptione paucorũ: qm̃ penè omnes nõ amore, sed timore opera illa exercebant, non ut liberi, sed ut serui, pœnam timentes, sed iustitiam non amantes. Pauci uerò, qui uenerantes in eorum significatione mysterium, ea ex charitate propter obedientiam adimplebant, non solum temporalem pœnam uitabant, uerum & uitam merebantur æternã. Quod autẽ sacrificium Deo semper placuerit, & post legem, & ante legem, & etiam inter legem, ostendit, cum subdit:

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non * spernit. † *al. despicies.*

Possunt hic sex sacrificiorũ & sex sacrificantium species denotari. Sacrificium laudis & legis. Sacrificium pœnitentiæ & iustitiæ. Sacrificium perfectionis & prædicationis. De primo dicitur: Os meum annunciabit laudem tuam. De secundo: Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis. De tertio: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. De quarto dicitur: Tunc acceptabis sacrificium iustitię. De quinto dicitur: Acceptabis oblationes & holocausta. De sexto dicitur: Tunc imponent super altare tuum uitulos. Primũ est sacrificium confitentium, & secundũ Hæbræorũ, tertium est sacrificium pœnitentium, & quartum iustorum, quintũ sacrificium contemplantium, & sextum doctorum, sicut in expositionis serie plenius ostendetur. Possunt & hic illa tria conuenienter intelligi, quæ sunt in uera pœnitentia necessaria, uidelicet, cordis compunctio, oris confessio, & operis satisfactio, ut contribulatio referatur

Sacrificiorum & sacrificantiũ species sex.

ad satisfactionem, contritio ad compunctionem, & humiliatio ad confessionem. Contribulatur enim spiritus, id est, cum corpore tribulatur, quando sustinet compunctionis dolorē, humiliatur autē, quum sustinet confessionis pudorē. Contribulatur itaque spiritus ad puniendā operationē lasciuam. Cōteritur cor ad puniendū cogitationē iniquam. Et humiliatur os ad puniendum locutionem superbā. Tale utique sacrificium contribulati spiritus, contriti & humiliati cordis Deus nō despicit, sed acceptat. Et ideo sacrificium Deo beneplacitū est, non hircus aut taurus, sed spiritus contribulatus. Vnde tu Deus cor contritum & humiliatum non despicies, quin potius acceptabis.

Benignè fac domine in bona uoluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalem.

Quinta pars, ubi reprobata prius cum suis carnalibus sacrificiis synagoga, orat Dauid pro Ecclesia construenda, in qua spiritualia sacrificia Deo placita offerentur. Ipsam autē Ecclesiam tribus designat uocabulis, appellans illam Sion, Hierusalem & altare, propter tres ordines, qui sunt in Ecclesia, regularem, laicalem, & clericalem, qui alibi designātur per Noe, Danielē, & Iob, quos uidit propheta saluandos. Et in Euangelio, duo in agro, duo in mola, & duo in lecto, existere perhibentur. Vita regularis est contemplatiua, & spiritalis. Et talem uitam gerentes habitant inferius in ciuitate Hierusalem. Vita clericalis quasi mixta est & communis. Et talem uitam gerentes ministrant in medio ad altare: quia hæc partim est sæcularis, inquantum mundana possidet, & partim est similiter spiritalis, inquantum diuina ministrat. Vnde ipsum templum ubi erat altare, in medio consistebat inter montem Sion, qui præminebat superius, & ciuitatem Hierusalem, quæ inferius subsistebat. Ergo benignè fac domine Sion, id est, Ecclesiæ, quę nunc speculatur per fidem, & tandē per speciem contemplabitur: quia uidemus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem uidebimus facie ad faciem.

Tres ordines in ecclesia.

Matt. 24.

Sion quid.

Sion quippe specula uel speculatio interpretatur. Benignè fac inquam in bona uoluntate tua, hoc est, iuxta tuæ beneplacitū uoluntatis, uel in spiritu sancto suo, qui est bona tua uoluntas. Nā in sancta indiuidua Trinitate, patri appropriatur mens, filio ratio, & spiritui sancto uoluntas. Vt ædificentur muri Hierusalem, sancti uidelicet, qui muniunt Hierusalem, id est, Ecclesiam, de quibus legitur: Lapides preciosi omnes muri tui. Et alibi: Super muros tuos Hierusalem constitui custodes. Sed & Christus est murus murorum, de quo legitur: Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea murus. Istorum sanè murorū primū & præcipuum fundamentū, quasi fundamentum fundamentorū, est Christus, de quo dicit Apostolus: Fundamentū positum est, præter quod aliud poni nō potest, quod est Christus Iesus. Secunda uerò & secundaria fundamenta sunt apostoli, de quibus idem Apostolus ait: Superædificati estis supra fundamentū apostolorum & prophetarum. Et alibi: Fundamenta eius in montibus sanctis. Lapides uerò sunt, uniuersi fideles, de quibus legitur: Sternam per orbē lapides preciosos. Hi sunt lapides, quos ferrum nō tetigit, de quibus dominus ædificari sibi præcepit altare. Sed & Christus est lapis lapidū, qui secundum prophetam, de monte sine manibus est excisus. De quo dicit ipse Psalmista: Lapidē quem reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Cęmentum uerò, quo spirituales lapides connectuntur, est glutinū charitatis, quod designatum est per illud bitumen, quo diuersæ tabulæ fuerunt coniunctæ in arca Noe, quo & ipsa arca linita fuit intus & extra, de quo dicit Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed & Christus est charitas, quasi glutinū glutinorū, de quo Ioannes apostolus ait: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Ergo benignè fac Sion, id est, ordini prælatorum, qui positi sunt in specula, sicut dr̄ ad prophetam: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, ut per eos ædificentur muri Hierusalem, id est, uniuersitas fidelium in Ecclesia disponatur.

Spiritus sanctus bona Dei uoluntas.

Muri Hierusalem quid.

Esai. 16.

Esai. 62.

Christus murus murorum.

1. Cor. 3.

Ephes. 2.

Psal. 117.

Cęmentum quid mystice.

Rom. 5.

1. Ioan. 4.

tur, Hierusalē quippe uisio pacis interpretatur. Hæc est Ecclesia, quæ licet nunc pacē exterioré non uideat, uidet tamen interiorem, de qua dominus ait: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Et tandem uidebit superiorem, de qua dicit dominus per Psalmistam: In pace in idipsum, dormiam & requiescam. *Ioan.14.*

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum uitulos.

Istud tunc potest respicere uel ad statū Hierusalem terrestris, id est, Ecclesiæ militantis, cui dr: Surge illuminare Hierusalem, quia uenit lumen tuum, & gloria domini super te orta est: uel ad statū Hierusalem cœlestis, id est, Ecclesiæ triumphantis, de qua dicitur: Illa quæ sursum est Hierusalem mater nostra. Tunc ergo, uidelicet, quum ædificati fuerint muri Hierusalē, id est, quum Ecclesia gentium collecta fuerit & disposita, tu Deus acceptabis sacrificiū iustitiæ, id est, spirituale sacrificium, quod in ea offerent tibi iusti. Nā etsi quælibet uirtus suū offerat sacrificium, quia suum exhibet sacrū factū: in cōmuni tamen cuiuslibet opus uirtutis, sacrificium iustitiæ appellatur, quia iustitia communis est uirtus. Vnde omnes uirtuosi dicuntur iusti. Porro, sunt carnalia Iudæorum holocausta, in quibus dominus non delectatur, sicut prædictum est: Holocaustis non delectaberis. Et sunt holocausta Christianorum spiritualia, quæ Deus acceptat, de quibus hic dicitur: Acceptabis oblationes & holocausta, id est, eos qui se offerunt tibi in holocaustum, uidelicet uiros perfectos, qui se igne charitatis in amorem tuū totos incendunt, pro te omnia dimittentes, & inhærentes penitus tibi soli, tuæ tantū contemplationi uacando. Potest autem inter oblationes & holocausta distingui, ut per oblationes perfecti, & per holocausta perfectissimi designentur. Tunc etiam hi, ad quos Ecclesiæ dispositio pertinet, id est, maiores prælati, imponēt uitulos, non quales uaccæ fœtæ, domi conclusos dimiserant, pergētes uno itinere Bethsames, & quales pro peccato sacerdotis & multitudinis Deus offerri præcepit. Imponent inquā uitulos, id est, prædicatores moribus innocentes, & mugitibus personantes de qualibus dicitur: In omnem terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Super altare, id est, super Ecclesiā cōstituendo illos rectores & doctores Ecclesiæ, iuxta quod legitur: Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Similes illi uitulo, qui unū est de quatuor animalibus, quæ secū dū uisionē Ezechielis principales prædicatores; id est, quatuor Euangelistas designant. De qualibus legitur iam adultis: Boues arabant, & asinæ pascebātur iuxta eos. De quibus dicitur per prohetam: Salietis sicut uituli de armento. De hoc altari dominus præcepit: Si altare lapideū feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Nā qui multitudinem fidelium Deo congregat, debet cauere prudenter, ne congreget illā de personis per hæresim aut schisma diuisis, sed per fidē & charitatem unitis. Vel per uitulos possunt intelligi martyres, & per altare, fides, de qua dominus iubet: Altare de terra facietis mihi. Hæc est fides incarnationis & mortis Christi, quam secundū terrenam substātiā ipse suscepit. Ergo imponent uitulos, id est, martyres, qui mactabantur propter fidē incarnationis & mortis Christi, super ipsum altare fidei: quia fundamentū martyrij fides est, de qua dicit Apostolus: Fides est substantia rerum sperandarū, argumentū non apparentiū. Tales utiq; imitantur illū uitulū saginatū, qui pro reuersione filij prodigi est occisus. De qualibus Veritas ait: Tauri mei & altilia mea occisa sunt. De quibus etiā dicit ipse Psalmista: Confringet dominus cedros, & cōminuet eos tanquā uitulum Libani. Quid est autem quod in Apocalypsi Ioannes apostolus dicit: Vidi subtus altare animas interfectorum propter uerbū Dei, & propter testimoniū quod habebant? Sed aliud est istud, & aliud illud altare. Super illud in uia passi sunt martyres, & sub isto in patria requiescunt. Si uerò accipiatur hoc non de statu qui est in uia, sed de statu qui est in patria, sic sanè potest intelligi: Tunc, id est, in futuro sæculo,

Esa.60. *Galat.4.* *Sacrificiū iustitiæ.* *Iob.1.* *Mala.4.* *Vituli martyres.* *Altare de terra quid mysticè.* *Altare fides.* *Heb.11.* *Matt.22.* *Psal.28.*

sæculo, acceptabis sacrificium iustitiæ, id est, iustissimæ laudis: quia tunc sancti te iustissime laudabunt liberati per te ob omni corruptione animarũ & corporũ, duplicibus stolis induti, uidelicet stola glorificationis in corpore, ac stola glorificationis in mẽte. Tunc etiã acceptabis oblationes & holocausta, id est, maiores & minores electos, quia stella differt à stella in claritate, totos in te igne charitatis incensos: quia tunc electi te diligẽt ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, id est, intellectu, sine errore, memoria, sine obliuione, ac uoluntate, sine contrarietate: quoniam nihil omnino uolẽt, nisi quod te uelle cognoscent. Et tunc angeli messores imponent uitulos, id est, sanctos absque ullo iugo peccati, super altare tuum, id est, super Ecclesiã triumphantem, quæ est supremũ altare post indiuiduam Trinitatẽ, de qua legitur: Non ascendes ad altare meũ per gradus: quia in ipsa indiuidua Trinitate gradus constituere non debemus, ut dicamus patrem maiorem, filium minorem, & minimũ spiritum sanctum, sicut impius asserit Arrianus. Ad altare uerò ecclesiæ triumphantis per gradus ascenditur, id est, per differentias meritorũ. De quibus legitur: Deus in gradibus eius cognoscetur, dum suscipiet eam. Isti super altare cordis, de quo dominus ait, Ignis in altari meo semper ardebit, imponent uitulos labiorum, id est, perfectissimas Dei laudes. Nã beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

Matt. 13. *Altare ecclesia triũphans.* *Exod. 29.* *Altare cordis.* *Leuit. 6.* *Psal. 83.*

Ecce Psalmus iste à culpa, incipit & miseria, & in gloriam desinit & lętitiã: quia de miseria peccatorum per ueram ascenditur pœnitẽtiam ad gloriam beatorum.


IN PSALMVM V.

Pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVIVS PSALMI TALIS EST:

Oratio pauperis cum anxiaretur, & in conspectu domini effunderet precem suam.

Tituli eiusdem explicatio.



PER hominem pauperem, humilis pœnitens in titulo designatur, qui pro suis anxiatur miserijs, & effundit in conspectu domini preces suas. Est autem paupertas bona & mala, & media. Bona paupertas humilitatis, mala paupertas cupiditatis, & media paupertas necessitatis. Prima facit pauperes Christi, Secũda Zabuli, Tertia pauperes mundi. De primis dicitur: Pauper & inops laudabunt nomẽ tuum. Et: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. De secundis: Nescis quia tu es pauper & miserabilis. Et: Pauperes facti sumus nimis. De tertiis: Pauper etiam amico suo est odibilis. Et: Pauperes semper habebitis nobiscum, me autem non semper habebitis. Ipse quoque Christus, quum uerus sit Deus, & uerus homo, simul in unum est diues & pauper, qui de se dicebat: Pauper & dolens ego sum. Nam uulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suũ reclinet. unde: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: quia ipse diues pro nobis factus est pauper, ut nos pauperes, in se faceret diuites. Nostras enim paupertates accepit, & diuitias suas nobis dedit: quoniam ex quo descendit in terram, ut Deus cum hominibus negocium exerceret, aliter cum eis negociari non potuit, nisi merces eorum reciperet & retribueret eis suas. Diuites itaque dedit merces quas habebat, & recepit pauperes quos inuenit. Dedit uirtutes diuinas, & recepit defectas humanos: assumpsit seruitutem, & contulit libertatem: & ut multa breuiter perstringam, accepit mortem & dedit uitam: largitus est gloriam, & sortitus est miseriam, propter quod humilis pœnitens huiusmodi negocium prosequens in hoc Psalmo, prius exprimit humanam miseriam, ac inde gloriam diuinam exponit.


Paupertas triplex. *Matth. 5.* *Matth. 26* *Matth. 8.* *Luc. 9.*

PSAL.

PSALMI CENTESIMI I.
in ordine Psalmorum, in ordine uero pœnitentialium quinti explicatio.

Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te * perueniat.

†al. ueniat



PSALMVS iste in ordine Psalmorũ pœnitentialium est quintus, † uigintiquinque continens uersus, in quinque quinarios diuidẽdos, & in principio seriatim quinq; petitiones exponit, ut quinarij sacramentũ per omnia commendetur, quod Ezechiel expresse cõmendat in descriptione templi, dicens uestibulum templi per gyrum esse in longitudine uiginti quinque cubitorum, & in latitudine quinque. Sanè quia quinarius per se ductus semper in seipsum reducitur, æternitatem designat, quæ in se permanens semper eadẽ perseuerat. Hanc Psalmus iste in quinque locis cõmemorat. Primo: Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationẽ. Secundo: Ne reuoces me in dimidio dierũ meorum, in sæculum sæculi anni tui. Tertio: Ipsi peribunt, tu autẽ permanes. Quarto: Tu autẽ domine idem ipse es, & anni tui non deficient. Quintò: Filij seruorum tuorum inhabitabunt † ibi, hoc est, in annis tuis. Vnde subiungitur: Et semen eorũ in sæculum sæculi dirigetur. Ad hoc igitur designandum Psalmus iste † uiginti quinque continet uersus, qui redduntur ex quinario per seipsum multiplicato, & in seipsum reducto. In primo quinario pœnitens formã orationis, & causam exauditionis exponit. De forma orationis præmittit: Domine exaudi orationẽ meam. De causa exauditionis subiungit: Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Quinquies autem formã orationis sine aliqua interpositione multiplicat. Primo: Exaudi orationem meam. Secundo: Clamor meus ad te ueniat. Tertio: Ne auertas faciem tuam à me. Quartò: Inclina ad me aurem tuam. Quintò: Velociter exaudi me: ut unum idemque toties replicando, patenter ostendat, quanta supplicationis instantia, quòve deuotionis affectu Deum debemus orare. Veruntamẽ & illud innuit, quod interdum aliquis tam exiliter orat, ut eius oratio non possit exaudiri. Nonnunquã autem fortiter clamat, sed clamor eius nõ permittitur ad principem peruenire. Aliquãdo etiam clamor peruenit ad principem, sed ipse à precibus aurem auertit. Quandoque uerò aures inclinat, cum exigit opportunitas, sed nimis differt exaudire precantem. Ad remouendum igitur hæc quinque impedimenta, pœnitens iste toties orationẽ multiplicat dicens: Domine creator & recreator exaudi orationẽ meam, quæ non exigua, uel exilis, sed clara pariter & clamosa. Ideoque clamor meus ad te perueniat, & cum peruenerit, ne auertas faciem tuam à me, sed cum aurem inclinaueris, inclina eam in tempore opportuno. Et ideo, In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam, & quum tempus opportunũ aderit, non diu differas exaudire. Ideoque in quacunque die inuocauero te uelociter exaudi me. Ostendit hic pœnitens preces suas esse dignas, deuotas, gratas, necessarias, & humiles, opportunas & efficaces. Ergo quia dignæ sunt, Exaudi orationem meam. Quia deuotæ sunt, Clamor meus ad te ueniat. Quia gratæ sunt, Ne auertas faciem tuam à me. Item quia necessariæ sunt & humiles, In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. Et quia sunt opportunæ & efficaces, In quacunque die inuocauero te, uelociter exaudi me. Ait ergo: Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat. Clamor hic non tam uocis intentio, quàm cordis deuotio debet intelligi. Sic clamauit Susanna, quæ flens suspexit in cœlum: erat enim cor ejus fiduciam habens in domino, & ideo exaudiuit dominus uocem eius. Clamor itaque meus ad te perueniat, non sicut clamor

Marginal notes: †al. Viginti nouem. — Ezech. 10. — Quinarius numerus quid signet — †al. tibi. — †al. uiginti nouem. — Clamor quid hic. — Dan. 13.

clamor Sodomorum, qui te prouocauit
Gen. 18. ad iram, sed sicut clamor Niniuitarum,
Ezech. 4. qui te ad indulgentiam inclinauit. Caeterum tria sunt quae impediunt, ne clamor perueniat ad altissimi aures, ut exaudiatur ab eo, uidelicet sartago, murus, & nubes. De sartagine legitur: Et tu fili hominis, sume tibi sartaginem ferream, & pones eam inter te & inter ciuitatē, & obfirmabis faciem tuam ad eam. De muro dicitur: In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murū. De nube scribitur: Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio. Quia haec sunt exposita, non sunt hic iterum repetenda. Sequitur:
Psal. 17.
Thren. 3.

Ne auertas faciē tuā à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocauero te, uelociter exaudi me.

Faciem quidem seueritatis & animaduersionis auerte, sed faciem benignitatis & propitiationis ostende: De ista legitur: A facie tua non abscōdar, à facie irae tuae. Ab hac facie Adam cum uxore sua se uoluit abscondere in medio paradisi, sed profectò nō potuit, propter illud qđ legitur: Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? De ista dicitur: Cur faciem tuam abscondis? Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Iuxta quod inquit Iacob: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Facie ad faciem, est corporalis ad spiritualem perductio, sicut alibi dicitur: Quia uidisti me, credidisti. Ergo ne auertas faciē tuā à me, sed auerte faciem tuam à peccatis meis: quia nō naturam odisti, sed culpam. Nihil enim odisti eorum quae fecisti domine. Quia uerò frequenter tribulor, & in corpore & in mente, tam à daemone, quàm ab homine, à mundo & carne, idcirco in quacunq; die tribulor, inclina, sublimis ad humilem, aurem tuam, id est, benignitatis auditum. In quacunque die inuocauero te, uelociter exaudi me, ut tua impleatur promissio. Adhuc te loquente, dicam. Ecce Adsum.
Iob. 13.
Gen. 32.

Quia defecerūt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut* in frixorio confrixa sunt.
† al. cremium aruerunt.

Exponit miserias quas patitur in se ipso, uidelicet breuitatē uitae. unde: Defecerunt sicut fumus dies mei. Anxietatē animae suae. unde: Ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. Ariditatem cordis. unde: Percussus sum sicut foenum, & aruit cor meum. Et debilitatem corporis. unde: Oblitus sum manducare panē meum: & sic à uoce gemitus mei adhaeserunt ossa mea carni meae, sumque attenuatus sicut pellicanus in solitudine, sicut nycticorax in domicilio, & passer unicus in aedificio quae ad literā sunt aues nimis macilentae. Debes ergo velociter exaudire, quia defecerunt sicut fumus dies mei. Est fumus spirationis vnde: Quae est ista, quae ascēdit sicut virgula fumi, ex aromatibus mirrhae & thuris? Orationis. vnde: Ascendit fumus aromatum in cōspectu domini de manu angeli. Cōpunctionis. vnde: Tange montes, & fumigabunt. Contemplationis. vnde: Domus cōpleta est fumo. Et: Populus videbat montē fumigantē. Itē fumus defectionis vnde. Sicut fumus deficit, deficiant. Admonitionis. vnde: Tria sunt quae expellūt hominē de domo, fumus, stillicidiū, & mala uxor. Elationis. vnde: Lux impij sicut procella, dies eius sicut fumus qui spargitur. Simulationis. vnde: Lignū fumigans non extinguetur. Corruptionis. vnde: De fumo putei exierunt locustae. Damnationis. vnde: Ascendit fumus eorum in generatione, & deinde labitur in saecula saeculorum. Dies itaque mei defecerunt sicut fumus, hoc est, uelociter uita mea transit, sicut fumus uelociter euanescit. Iuxta quod legitur: Quid est uita nostra? Vapor ad modicum parens. Et alibi dicitur: Dies mei uelocius transierunt, quam à texente tela succiditur. Vel quia fumus elationis, quo Adam fuit inobediens creatori, causa extiterat, propter quam homo necessitati addictus est moriendi, dies mei defecerunt, sicut fumus, id est, ad similitudinem fumi, qui hunc defectum induxit. Nam uita decrescendo deciniat, sicut fumus deficit ascendendo. Moraliter autem dies illius
Miseriae paenitētis.
Fumus multiplex.
Cant. 3.
Apoc. 9.
Iacob. 4.
Iob. 7.

Cuius dies moraliter deficiant. illius deficiunt, cuius conuersatio à fructu boni operis est inanis. Et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt, id est, uires animæ meæ contritæ sunt præ angustia, quasi in frixorio, sicut caro uritur in sartagine, iuxta quod alibi legitur: Ossa mea aruerunt præ caumate. Nam quum anima præmitur & affligitur, uires animæ contrahuntur & siccantur, præsertim ex recordatione peccati, & timore iudicij: quia tunc homo frigitur, cū se timet *Ossa moraliter.* arsurū. Moraliter autem ossa mea, id est, interiora sunt confrixa, hoc est, compassione proximorum afflicta. Sicut aiebat *2. Cor. 11.* Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Nam scandalum proximorum, frixorium est iustorum. Volens autem ostēdere, unde sibi defectus dierum, & frixura ossium prouenerit, subiungit:

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

Omnia pene mea sonant miseriam, defectus, frixura, percussio, ariditas, obliuio, gemitus, & macies, quæ notantur, cum dicitur: Adhæserunt ossa mea carni meæ. Quia caro mea attenuata & desiccata per maciem, quasi transisse uidetur in ossa. Vnde pauper iste merito an xiatur & ait: Percussus sum mortis sententia in Adam, dicente domino: Quacunque die comederis, morte morieris. A quo in posteros est materia propagata. Percussus sum sicut fœnum, id est, ad similitudinem fœni, quod antequā percutiatur, uiret & floret: ubi uerò percutitur, decidit, & arescit. Sic homo antequā peccaret, stabat rectus & innocens: ubi uerò peccauit, cecidit miserabilis & infelix. Vel percussus sum, ueneno serpentis, id est suggestione diaboli, promittentis: Eritis sicut dij, scientes bonū & malū. *Gen. 3.* Percussus, inquam, ut fœnum, quia reuera sum fœnum, id est, fragilis & mortalis. *1. Pet. 1.* Nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni, quod hodie uiret, & cras mittitur in clibanum. Sic homo nunc uiuit, & mox in infernum demergitur. Est enim fragilitas carnis. unde: Omnis caro fœnum: Et: Verè fœnum *Esai. 40.* est populus. Viriditas mentis. unde: Florebunt sicut fœnum terræ. Et: Producit in montibus fœnū. Vanitas cordis. unde: Præcordia fatui sicut rota carri, quæ portat fœnum & semper murmurat. Carnalis homo. unde: Fœnum ut bos comedet. Ipsa quoque humanitas Christi. unde: Produces fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum: quia Christus tanquā fœnum fuit in præsepio reclinatus. *Fœnū multiplex.* *Iob. 40.* *Psal. 103.*

Et aruit cor meū, quia sterilitate peccati uiriditatem, id est, uirtutem amisit. Homo nanque peccādo spoliatus est gratuitis, & in naturalibus vulneratus, & sic relictus est semiuiuus. Redde singula singulis, quia percussus sum sicut fœnum, defecerunt sicut fumus dies mei, & quia cor meum aruit, ossa mea sicut cremium aruerunt, & hoc inde prouenit, quia oblitus sum manducare panē meum. Homo nanque cibum sibi prohibitum manducauit, & panē sibi à Deo datum, hoc est, uerbum sibi à Deo dictū manducare, id est, custodire neglexit: De ligno, inquit, scientiæ boni & mali ne comedas. Non enim in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Panis quippe multipliciter accipitur in scripturis. Ipse Christus secundum diuinitatē. unde: Panē angelorū manducabit homo Et: Panem de cœlo præstitisti eis, habentē omne delectamētum in se, & saporis omnis suauitatem. Idem secundum humanitatē. unde: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Et eius caro. unde: Panis quē ego dabo, caro mea est pro mūdi uita. Aeterna beatitudo. unde: Beatus qui manducabit panē in regno Dei Cœleste desiderium. unde: Panem desiderabilem non comedi. Vniuersalis ecclesia. unde: Vnus panis & unum corpus sumus in Christo. Bonum opus. unde: Panem nostrum comedemus. Et: Comederis azymos panes cum lactucis agrestibus. Sacra scriptura. unde: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Et: In sudore vultus tui uesceris pane tuo. Verbum Dei: unde: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Et: Cibabit illum pane uitæ. Vera pœnitentia. unde: Surgite postquam sederitis, qui manducabis panem doloris. Et: *Panis multiplex.* *Sap. 16.* *Esa. 4.* *Thren. 4.* *Gen. 3.*

Fuerunt

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Syncera charitas. unde: Si petierit panẽ, nũquid lapidẽ dabit illi? Robur mẽtis unde: Panis cõfirmat cor hominis. Et: Omne firmamentum panis contriuit. Donũ spiritus sancti. unde: Pauperes eius saturabo panibus. Præterea, Panis est hæreticorũ doctrina. unde: Suauis est homini panis mendacij. Et: Quum se mouerit ad quærendum panem, nouit quod paratus sit in manu eius dies tenebrarum. Hypocritarum uita. unde: Effraim factus est subcineritius panis, qui non reuersatur. Delectatio peccati. unde: Panis absconditus est suauior. Et: Venite, edite panes occultos. Secularis iocunditas. unde: Panis eorum uertetur in fel aspidum.

Matth. 7.

Osea. 7.

A uoce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Ergo percussus sum sicut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panẽ meum, id est, quia non retinui firmiter in memoria Dei uerbũ, nec custodiui. Quare à uoce gemitus mei hoc est, à suggestione diaboli, qui est gemitus meus, id est, causa cur gemam, adhæsit os meũ carni meæ, id est, ratio sensualitati cõsensit, quando uir uxori acquieuit. Mulier, inquit, quã dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Vel quia uerbũ Dei non custodiui, à uoce gemitus mei adhæserunt ossa mea carni meæ, quĩ spiritus tristis exiccat ossa. In Christo autẽ adhæsit os carni, quãdo diuinitas est unita humanitati, quĩ uerbũ caro factũ est. In Ecclesia uerò adhæsit os carni, quando fortes supportant infirmos, Iuxta quod dicit Apostolus: Nos firmi debemus infirmitatem infirmorum portare. Sequitur:

Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui, & factus sum sicut passer * unicus in ædificio.

† al. solitarius in tecto.

Distinguit hoc loco Psalmista tres aues, pellicanum, nycticoracem, & passerem. Solitudinẽ, domicilium, & ædificiũ siue tectũ. Pellicanus auis est macilenta in solitudine manens. Nycticorax die quiescit, & nocte uigilat, in parietibus habitans, & tristẽ uocẽ emittẽs. Passer est libidinosus & callidus, sed castus efficitur, cum in ædificio manet solus. Per has tres aues, tres maneries pœnitẽtium denotantur. Quidã enim pro agenda pœnitentia omnino deserunt sæculũ. Quidam autẽ adhuc manent in sæculo. Alij uerò partim sæculum deserunt, & partim manent in sæculo. Qui pro agenda pœnitentia transit de mundo ad solitudinẽ, ibique attenuatur uigilijs, & ieiunijs, alijsq; macerationibus corporis, & cõtritionibus cordis, habens quasi pellem pro carne, is profectò similis est pellicano in solitudine permanenti. Qui uerò gemens & plorans à sęculari cõuersatione se subtrahit, & à placitis abstinens, tẽtationis uitat insidias, quasi noctis curã agendo, is incunctanter, quasi nycticorax in domicilio satagit uigilare. Porrò qui libidinis opera deserit, & castitatis amplectitur cœlibatum, is utique factus est sicut passer, non iã libidinosus, sed unicus, id est, castus, à passione ignominiæ liberatus, manens in ædificio uel in tecto, de quo dñs ait: Qui in tecto est, nõ descendat aliquid tollere de domo. Vt omnis ædificatio constructa crescat in tẽplum sanctum in domino. Ait itaq; pœnitens generalis, similis factus sum pellicano in solitudine, quantum ad primã maneriem pœnitentium: & sicut nycticorax, quantum ad alteram: & sicut passer unicus in ædificio, quantum ad tertiam.

Tres pœnitentiũ maneries.

Pellicano quis similis.

Nycticoraci quis.

Passeri quis.

Matth. 24

Potest & aliter hoc exponi, ut intelligatur prius exprimere culpã, quam indignè cõmisit, & pœnitẽtiam, quam dignè peregit, ad similitudinẽ primi hominis, id est, Adæ, ac deinde tentationes quas à diabolo passus est, & persecutiones quas sustinuit ab hominibus, ad similitudinẽ secũdi hominis, id est, Christi, ut talis sit sensus: Percussus sum suggestione diaboli, sicut fœnum, id est, Adam, qui reuera fœnũ fuit, quia manè creationis floruit in uirtutibus, uespere transgressionis cecidit in miseriã. Et aruit cor meum in sterilitate peccati, quia oblitus sum manducare panẽ meum, id est, obseruare mãdatũ domini, sicut Adã, qui neglexit custodire præceptũ Dei, dicentis ad ipsum: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas.

Adam reuera fœnũ.

Culpam

Gen. 3. Culpam autẽ cognoſcens, pœnitui, qm̃ à uoce gemitus mei adhæſerunt oſſa mea carni meæ. Fuit ergo mihi gemitus compũctionis in corde, de quo proceſſit uox confeſſionis in ore, ac deinde afflictio ſatisfactionis in opere, quia diſtrictum egi ieiuniũ. unde: Adhæſerunt oſſa mea carni meæ. Poſt ieiuniũ uerò tentatus fui à diabolo, ſicut Chriſtus, in tribus uitijs, in deſerto de gula, in monte de auaritia, & in templo de iactantia ſeu ſuperbia. Chriſtus enim fuit quaſi pellicanus in ſolitudine, quando ieiunauit in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & poſtea eſurijt. Nã pellicanus nimia conficitur macie in ſolitudine manens. Idẽ fuit ſicut nycticorax in domicilio, quando in ſupercilio montis oſtendit ei diabolus omnia regna mundi. Nycticorax enim limpidiſſimũ habet intuitum, unde clarè uidet & in nocte. ipſe quoque fuit ſicut paſſer unicus in ædificio, ſiue ſolitarius in tecto, ſolus de patre, ſolus de matre. De patre ſine matre, de matre ſine patre. Solitarius in utero, ſolitarius in ſepulchro. Et ſicut ipſe teſtatur: Nemo aſcendit in cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo. Nec tantũ tentationes paſſus ſum à diabolo, ſicut Chriſtus, ſed & ab hominibus, ſicut & ipſe ſuſtinuit à Iudæis: quia tota die exprobrabãt mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. Licet autem uerbũ uigilandi ponatur in medio, pertinet tamen non ſolũ ad medium, uerumetiam ad primum & ultimũ, ut dicatur: Similis factus ſum pellicano in ſolitudine. Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer unicus in ædificio. Quia quilibet in quolibet loco uigilare tenetur, cõtra dæmones, mundũ & carnẽ. Nõ ſit igitur Eremita in ſolitudine ſecurus, nec monachus ſecurus in clauſtro, quia tentatus eſt Adam in paradiſo & Ieſus in deſerto. Sanè uigilat Deus, uigilat angelus, uigilat homo, uigilat Zabulus. Deus uigilat per miſericordiã & iuſtitiã, ad indulgendũ & puniendũ. unde: Cum acceſſeris ad dominum, ſtatim euigilabit ad te. Item: Vigilauit dominus ſuper malitiam, & adduxit ſuper nos illam. Propter quod ipſe dr̃ uirga uigilans. Vigilat

Matt. 4.

Cuilibet ubique uigilandum.

Vigilat Deus, angelus homo, Zabulus. Hier. 1.

angelus per diligentiã & cautelã, ad cuſtodiendum & adiuuandum. unde: Vigil & ſanctus de cœlo deſcendit. Et: In ſententia uigilum decretũ eſt. Homo uerò per circumſpectionem. unde: Paſtores erant in regione eadem uigilantes, & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregẽ ſuũ. Per informationem unde: Angelo Sardis Eccleſiæ ſcribe: Eſto uigilans & confirma cætera quæ erant moritura. Per prædicationem. unde: Vigila in omnibus, labora, opus fac Euangeliſtæ. Per orationem. unde: Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Per contemplationẽ. unde: Ego dormio, & cor meũ uigilat. Per attentionẽ. unde: Beatus qui uigilat ad fores ſapientiæ, & obſeruat ad poſtes tabernaculi mei. Zabulus autẽ uigilat ad nocendũ & ſeducẽdum. Vnde Petrus admonet, dicens: Sobrij eſtote & uigilate: quia aduerſarius ueſter diabolus, tanquã leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Vigilat etiã quum facit homines in malitia uigilare. unde: Nõ dormiunt, niſi malefecerint, & rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. Ipſa quoque malitia dr̃ uigilare, quum uigilat quis in ea. unde: Vigilauit iugũ iniquitatũ eorum. Ergo euigilate iuſti & nolite peccare. Vigilate, qm̃ neſcitis qua hora dominus ueniat, ſero, an media nocte, an galli cãtu, an mane, ne, quum uenerit, repentè inueniat uos dormientes. Beati nãque ſunt ſerui illi, quos quum uenerit dominus, inuenerit uigilãtes. Vigilia enim honeſtatis tabefacit carnes, & cogitatus illius auferet ſomnũ. Ianitori præcepit dominus, ut uigilet, addens: Quod uobis dico, omnibus dico. Vigilate. Paſſer quoque portat multiplicẽ in ſcriptura figurã. Nam paſſer dr̃ Chriſtus. unde: Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Hinc leproſus mundatus, duos uiuos paſſeres offerebat, quorum unus immolabatur in ſacrificium, & alter dimittebatur in agrum: quia humanitas Chriſti eſt immolata pro mundana humani generis lepra & diuinitas in paſſione libera eſt dimiſſa. Dr̃ etiam paſſer, ſenſus hominis. unde: Nonne quinq; paſſeres eſſe ueneunt? Ratio cordis. unde: Paſſer inuenit ſibi domũ, & tur

Dan. 4.

Luc. 2.

Apoc. 3.

Matt. 26.

1. Pet. 5.

Marc. 13.

Paſſer multiplex.

Pſal. 101.

tur

turnidum. Dicitur etiam uir iustus. unde: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Et: Illic passeres nidificabunt. Dicitur etiam homo carnalis. unde: Multis passeribus pluris estis uos. Superbus hæreticus. unde: Transmigra in montem sicut passer.

Psal. 123.
Psal. 10.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

In quinario primo pœnitens exposuit interiores miserias, quas patitur in seipso, in hoc autem secundo quinario exponit miserias exteriores, quas sentit se ab alijs sustinere. Patitur enim irrisiones cōtinuas, & conspirationes occultas, à ueris inimicis, & falsis amicis. unde: Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersum me iurabant. Patitur autem ideo: quia in fletu & cinere panem meum manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Cum enim diabolus conspicit peccatorem conuerti ad pœnitentiam, commouet irrisores, qui eum exprobrando confundant, & coniuratores inducit, qui eum conspirando subuertant, tales uidelicet, quos ipse non facilè deprehendat, fictos uidelicet laudatores: uel illos etiam, qui eum laudabant sæculari uita secum fruentem, ut per patentes iniurias, & per latentes insidias eum reuocent à studio pœnitendi. Ecce quantum dolet diabolus de pœnitentia peccatoris, quantumq́ue laborat, ut eum reuocet ad peccatum. Ergo qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu * temperabā.

al. miscebam.

Notat in pœnitente uilitatem cibi, cū ait: Cinerem sicut panem manducabam; & potus asperitatem, cum addit: Potum meum cum fletu miscebam. Est cinis dominicæ passionis. unde: Facies lebetes ad suscipiendos cineres. Hic est cinis uitulæ rufæ, de quo dicit Apostolus: Si sanguis hircorum, & taurorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Cinis pœnitentialis satisfactionis. unde: Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Et: Operui cinere carnem meam. Cinis humanæ abiectionis. unde: Loquar ad dominum meū cum sim puluis & cinis. Et: In domo cineris aspergite uos cinere. Et: cinis extremæ corruptionis. unde: Homo in cinerē reuertetur. Et: Cinis es, & in cinerē reuerteris. Potus quoq; multipliciter accipitur in scripturis. Est enim potus eucharistiæ. unde: Cor meū & caro mea exultauerūt in Deum uiuum. Intelligentiæ. unde: Aqua sapientiæ salutaris potauit eū. Doctrinæ. unde: Inter medium montium pertransibunt aquæ, potabunt eā omnes bestiæ agri. Gloriæ. unde: Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Compunctionis. unde: Potasti nos uino compunctionis. Afflictionis. unde: Potū dabis nobis in lachrymis in mensura. Offensionis. unde: In siti mea potauerunt me aceto. Deceptionis. unde: Væ, qui potum dat amico admiscens fel. Manducabam ergo cinerem sicut panem, id est, cinerem cum pane, uel panem cum cinere, uidelicet uilem & despectum, quasi cinerosum panē uel cinericium. Et: Potum meum cum fletu miscebam: quia erat affluentia tanta lachrymarum, ut effunderem illas in potū. Aliter. Cinis est id, quod remanet de ligno igne consumpto. Lignum autem igne consumptum est peccatum, charitate dimissum, secundum illud: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ipsum quoq; peccatum nonnunquam in memoria delectabiliter refricatur, & hæc refricatio, quæ remanet de peccato, est cinis ipsius, & ipsa peccatum. Hunc ergo cinerem manducabā, id est, consumebam per pœnitentiam, sicut panem, qui quum manducatur, consumitur. Vel per panē intellige peccatū, quod actum delectat. Vnde: Panis absconditus est suauior. Nam leuia peccata per ueram pœnitentiam sunt consumenda. Et: Potū meum, id est, calicem amaritudinis, & doloris cum fletu temperabam. De quo alibi dicitur: Potasti nos uino cōpunctionis, id est, affluentia lachrymarum, iuxta quod legitur: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Multum enim

Cinis multiplex.
Num. 29.
Heb. 9.
Gen. 3.
Potus multiplex.
Eccles. 13.
Psal. 21.
Manducare cinerem sicut panē.
Luc. 7.

tempe-

temperatur amaritudo dolorum ex dulcedine lachrimarum, quæ quantò sunt amariores ex causa, tãto sunt dulciores ex fine. Vel, Inimici mei exprobrabant mihi tota die, sed ego gaudebam, quia cinerem tanquam panem manducabã: quia reficiebar opprobrio, sicut laude, *Actor.5* secundũ illud quod alibi legitur: Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliã pati: hoc enim maximè ad meritũ ꝑficit pœnitenti. Et potũ meũ, idest, temporalẽ lętitiã, de qua legitur, Vinum lætificat cor hominis, cum fletu miscebam, memor eius quod legitur: In die bonorum ne sis immemor malorum. Et: Extrema gaudii luctus occupat. Sed quasi quæreretur ab eo: Vnde tibi tantus fletus? Respondet:

A facie iræ indignationis tuæ, qm̃ eleuans allisisti me.

Superius ostẽsum est, qualiter ira vel indignatio sint intelligenda de Deo, vñ nõ est iterũ repetẽdũ, sed attentè notandũ, qđ singula penè verba miseriã indicant & dolorẽ, exprobratio, inimicitia, cõiuratio, cinis, fletus, ira, indignatio, allisio, vmbra, declinatio & ariditas, vt quãta sit anxietas huius pauperis liquido cognoscat. Ondit vnde sit fletus, quẽ cũ potu miscebat: A facie, inquit, iræ indignationis tuæ, hoc est, à manifesta vindicta, quã iratus exercuisti, ab initio *Gen.3.* in Adam, de cuius propagine nati, quasi natura sumus filii iræ, qđ patet, qa eleuãs me gloria & honore, creãdo me ad imaginẽ & similitudinẽ tuã, & præficiendo me volatilibus cœli, piscibus maris, & bestiis terræ, allisisti me, quum in il- *Ibidem.* lo primo parente proiecisti me de paradiso, & in miseriam huius exilii deiecisti, quã non sufficio deplorare. Quia ergo ego declinaui à vero sole, merito.

Dies mei sicut vmbra declinauerũt, & ego sicut fœnũ arui.

Sicut enim vmbra quum declinat & trãsit, nullũ sui vastigiũ relinq̃t, ita dies mei declinauerũt, & trãsierũt inutiles & inanes, nullum fructũ boni operis relinquẽtes, & amissio virore gratiæ arui sicut fœnum, peccati falce succisus. Est vmbra incarnationis. vnde: Virtus altissimi *Vmbra* obũbrabit tibi. Protectionis. vnde: Sub *multiplex.* vmbra manus suę protexit me. Refrigerationis. vnde: Sub vmbra illius quem *Luc.1.* desiderauerã sedi. Dissolutionis. vnde: Operuit nos vmbra mortis. Obliuionis. vnde: Obscurent eũ tenebræ, & vmbra mortis. Lucis. vnde: Operuit montes *Ibidem.* vmbra eius. Ignorantiæ. vnde: Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Culpæ. vnde: Sub vmbra dor- *Iob.14.* mit, & in secreto calami. Miseriæ. vnde: Quasi flos egreditur & cõteritur, & fugit velut vmbra. Gehennæ. vnde: Terra miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Ego ergo sum velut vmbra & sicut fœnum:

Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum * in seculum seculi. *†al. in generatione & generationem.*

Postquã pœnitẽs suas enumerauit miserias, conuertit se ad Dei gloriã enarrandam, vt facilius apud eum gratiam & misericordiam consequatur, commẽdans illum à natura, quæ est æterna: Quia tu domine in æternum permanes: *Dei gloriã enarrat pœnitens.* & à fama quæ est perpetua, quia memoriale tuum in seculũ seculi. A misericordia, quę est larga, quia tu exurgens misereberis Sion. Et à sapientia, quæ est prouida, quia venit tempus miserendi eius. Et à familia, quæ est placida, quia bene placitum habuerunt serui tui lapides eius, & eadẽ pariter quæ est pia, quia terræ eius miserebuntur. A reuerẽtia, quæ est multa, quia timebunt gentes nomen tuũ domine. Et à gloria, quę est magna, quia timebũt omnes reges terræ gloriã tuam. A potentia, quæ est inclita, quia ædificabit dominus Sion. Ab honorificentia, quę est summa, quia videbitur in maiestate sua. Quis ergo tantum non timeat, aut talem non diligat redemptorem? Propterea insistens cõmendationi pœnitens ait: Tu autem domine in æternum permanes, quia principio cares & fine, cum tu sis Alpha & ô, prin- *Apoc.1.* cipium & finis, per quẽ naturam accipi-

t mus

tur ætas vltima, quà huius assertor opinionis diceret duraturã, quantũ cæteræ durauerũt, ad similitudinẽ ætatũ hominis, quarũ vltima nõ nunquã plus cæteris perdurat. Nã prima ætas hominis est infantia, q̃ durat vsque ad septẽ annos. Secunda pueritia, quæ durat vsque ad quatuordecim annos. Tertia adolescentia, quæ durat vsque ad vigintiquinque. Quarta iuuẽt⁹, vsq; quinquaginta. Quinta senectus, vsque ad octoginta. Nã si in potẽtatibus octoginta anni, plurimũ eorũ labor & dolor. Sexta senium, quod durat vsque ad finẽ vitæ, quantũcunque sit homo victurus. Sic sunt sex ætates seculi. Prima, ab Adã vsque ad Noe. Secunda, à Noe vsque ad Abrahã. Tertia, ab Abrahã vsque ad Dauid. Quarta, à Dauid vsque ad trãsmigrationẽ Babylonis. Quinta, à transmigratione Babylonis vsque ad Christũ. Sexta, à Christo vsque ad finẽ seculi: quantũcunque ipsa sit duratura. Si ergo alicuius hominis ætas ultima durasse ponatur, quantũ cæteræ durauerũt, inuenietur ille homo centũ sexaginta annis vixisse: qui si diuidatur in sex partes æquales, singulæ habebũt viginti sex annos & octo, mẽses integros, sedecim aũt dimidios, ne à senario recedatur. Qui numeri duo, quadraginta duo efficiunt simul iuncti, quot fuerunt mansiones filiorum Israel in deserto. Et tale profectò mysteriũ cõueniret humano generi, per desertũ huius seculi trãseunti. Ego aũt opinionẽ huiusmodi nec asserere volo, nec debeo, ꝑpter id quod dominus ait: Nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta, quæ pater posuit in sua potestate. *Actor. 1* Itẽque, De die illa nemo nouit, neq; angelus, neque filius, videlicet adoptiuus, vel ẽt vnigenitus secundũ humanitatis naturã. Aut certè non nouit nobis, quia nõ facit nos esse, quũ hęc magis expediat nobis ignorare, quàm scire. Illud quoq; huic assertioni maximè cõtradicit, quod dominus de die iudicii loquẽs, in parabola decẽ virginibus, i fine cõcludit; Vigilate ergo, q̃a nescitis diẽ neque horã. *Mat. 25.* Et alibi: Cũ nõ putatis, filius hominis veniet. Quoniã, vt inquit Apostolus, dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cũ *1. Thes. 5.*

enim dixerint pax & securitas, tũc repẽtinus eis superueniet interitus. Illa uerò hui⁹ dilationis est ratio, quã Sapiẽs ĩ ꝑmissis uerbis insinuat: Dũ mediũ, inq̃t, silẽtiũ tenerẽt oĩa, & nox in suo cursu me diũ iter peragerct, oĩpotẽs sermo tu⁹ do mine à regalib⁹ sedibus uenit. *Silentia tria* Licet cũ aliter & aliter hoc ab aliis & aliis exponatur, cõgruè tñ potest intelligi primũ silẽtiũ in lege naturæ, secũdũ in lege scripturæ, tertiũ in lege gratię. Indidit enim cõditor Deus legẽ naturalẽ mẽtibus hominũ ab ipso creationis exordio, geminũ cõtinentẽ mandatũ, vnũ affirmatiuũ, quod ad præstandũ beneficia docetur in Euangelio; Quæcunque uultis ut uobis faciãt homines, & uos facite illis. *Mat. 7.* Alterũ negatiuũ, quod ad uitãdũ iniurias legitur in Tobia: Quæ tibi odis fieri, alii ne facias. Sed lex illa siluit ab initio, quum Cain interfecit Abel, faciens alii, qđ sibi nollet fieri. *Gen. 4.* Et sic factũ est primũ silẽtiũ usq; ad Moysen, ꝑ quẽ suscitauit testimoniũ in Iacob, & ꝓceptũ posuit in Israel, dãs ꝑ eũ legis Decalogũ ĩ duab⁹ tabulis scriptũ, altera cõtinẽte dilectionẽ Dei, reliqua ꝓximi, in q̃bus duab⁹ pẽdet lex & ꝓphetæ. Sed lex ista siluit ab initio, quũ ppl's vitulũ cõflatilẽ adorauit, cõtra primũ legis pręceptũ, adorans deos alienos, & sic factũ est secũdũ silẽtiũ usque ad Christũ, qui misertus aduenies cõtulit legem gratiæ, scribens eã in cordibus hominũ digito Dei. *Exod. 13* Sed lex ista silebit in ultimo, cũ reuelabitur filius perditionis, q extolletur sup oẽ, quod dicit, aut quod colitur Deus. *2. Thes. 2.* Et fortè iã silet: quoniã superabundauit iniquitas, & refrixit charitas multorũ. Nõ est q faciat bonũ, nõ est usq; ad unũ. In prima uerò lege cõtulit Deus homini posse, in secunda contulit nosse, in tertia cõtulit uelle. In prima contulit potentiã per naturã, in secũda cõtulit sciẽtiã per scripturã, in tertia cõtulit uolũtatẽ p gratiã. Præmisit itaq; Deus legẽ naturalẽ, per quã conuinceret transgressorẽ, ne fortassis excusationem prætenderet, dicens: Cecidi quidẽ, quia stare nõ potui. Sed tollitur excusatio, quia p bonũ naturæ potuit in bono stare, sed noluit. Pręmisit & legẽ scriptã,

 per

per quā cōuinceret ꝓsumptorē, ne fortaſſis excuſationē prætenderet dicēs: Cecidi, quia ſtare neſciui. Sed tollitur excuſatio, quia ꝑ documentū ſcripturæ potuit à malo declinare, ſed noluit. Et ideo poſt vtramq; legē, tēpore cōgruo, ſcilicet quū nox culpæ mediū iter peragerET, oīpotēs ſermo venit, id eſt, Verbū caro factū eſt, & cōtulit legem gratiæ, vt qđ poterat per naturam, & nouerat per ſcripturā, impleret per gratiā. Heliſæus quoq; præmiſit baculū ad ſuſcitandū filiū Sunamitis, ꝑ quē quū ille nō ſurgeret, ipſemet venit, & cōtrahens ſe puero coaptauit, & ſic mortuus exurrexit.

Ioan. 1. | 4. Reg. 4

Tu ergo exurgens miſereberis Sion. Ac ſi diceret manifeſtius: Tu qui videbaris tam diu differendo dormire, nūc tandē exurgens miſereberis Sion. Propter qđ antiqui fideles clamabant: Exurge dñe adiuua nos, & libera nos propter nomē tuū. Exurge, quare obdormis dñe, exurge, & ne repellas in finē: quia venit tempus miſerendi eius. Duo populi erant, Iudaicus & Gentilis, vtriuſq; in aduentu ſuō voluit dñs miſereri, vt duos diuerſos parietes in vno angulari lapide copularet. Et prius quidē miſertus eſt Iudæorū. Vñ præmittit: Tu exurgēs miſereberis Sion, id eſt, Iudææ, cuius metropolis erat Sion. Poſtea verò miſertus gētiū. Vnde ſubiungit: Et timebūt gentes nomen tuū dñe. Quod bene ſignatū eſt in paſtoribus, qui quū eſſent Iudæi, pius de vicino venerūt ad vocē angeli. Et in Magis, qui quū eſſent gētiles, poſtea de lōginquo venerūt ad ſignū ſtellæ. Vtrique tamē ad eum qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, in vno homine faciens pacē, pacem his qui prope, & pacē his qui longe. Et fortaſſis propter hos duos populos, quibus veniēs eſt miſeritus, prius dicit, Quia venit tēps miſerēdi Iudæis, & poſtea dicit, Quia venit tēp' miſerēdi gētilibus. Verè miſereberis Siō.

Luc. 2. | Matt. 2.

Quoniam placuerūt ſeruis tuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur.

Lapis multiplex.

Lapis iſte ipſe Chriſtus eſt. Vnde: Lapis quē reprobauerūt ædificātes, hic factus eſt in caput anguli. Hic eſt lapis offenſionis, & petra ſcandali, lapis exciſus de mōte ſine manibus. Angelicus ordo: vnde: Omnis lapis precioſus operimentum tuū. Sancta Eccleſia. vnde: Sumētes lapidē poſuerunt ſubter eū. Item lapis, quilibet ſanctus. vnde: Sternā ꝑ orbem lapides precioſos. Et: Diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite oīum platearū. Gentilis populus. vnde: Lapis calore ſolutus in æs vertit. Et: Potēs eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Induratus Iudæus. vñ: Auferā à te cor lapideū, & dabo tibi cor carneū. Rurſus lapis, ſpiritualis virtus. vnde: Fundamēta ciuitatis omni precioſo lapide ornata. Et: Alius ædificat aurū, argentū & lapides precioſos. Sacra ſcriptura, id eſt, lex diuina vnde: Dauid elegit quinq; limpidiſſimos lapides de torrēte, & miſit eos in perā paſtoralē. Literalis intellectus. vnde: Erat ſpelūca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Et accedēs reuoluit lapidem ab oſtio monumēti. Præterea, lapis eſt diabolus. vñ: Cor ei' indurabit quaſi lapis, & aſtringet, quaſi malleatoris incus. Vir iniquus. vñ: Angelus ſuſtulit lapidē quaſi molarē, & miſit in mare. Grauedo peccati. vñ: Deuenerūt in ꝓfundū tanq̄ lapis. Lapides aūt Sion, in hoc loco intelligunt ꝓphetæ, in fide fortes & ſtabiles, & ſerui Chri accipiunt apoſtoli, de quibus ipſe dicebat: Non eſt ſeruus maior dño ſuo. Ergo lapides eius, id eſt, ꝓphetæ, placuerūt ſeruis tuis, hoc eſt, apoſtolis: qa ſm teſtimoniū ꝓphetarū, apoſtoli Iudæis Euangeliū ꝑdicabāt, ꝑ authoritates ꝓpheticas ꝑdicationē euangelicam, vbi fundata fuerat ꝓphetia. Nā ibi cœperūt apoſtoli ꝑdicare, vbi cœperant vaticinari ꝓphetæ: qa de Siō exibit lex, & verbū dñi de Hieruſalē. Vel lapides Siō intelligunt ipſi Iudæi, prius qdē duri, ſed ad ꝑdicationē apoſtolorū poſtea emolliti, iuxta qđ legit, qđ ipſo die Pēthecoſtes auditis verbis q̄ dixerat Petr', cōpūcti ſunt corde, & dixerūt ad Petrū & ad reliquos apoſtolos: Quid faciem' viri frēs? Qui ergo receperūt ſmonē ei' baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt illa die aīæ circiter tria millia. Verè ergo tu exurgens

Pſ. 118 | Thre. 4. | Luc. 3. | 1. Cor. 3. | 1. Reg. 17. | Lapides Sion qui hic. | Actor. 2

urgẽs misereberis Siõ: quõ lapides eius, id est, primitiui Iudæi ad fidé cõuersi, placuerũt seruis tuis, id est, apostolis, q eos prædicãdo & baptizãdo cõuerterunt ad fidé. Et terræ eius miserebũtur. Si per lapides intelliguntur fortes & stabiles, per terrã debét intelligi debiles & infirmi, siue corpore, siue mente, quorũ apostoli sunt miserti, aliquorũ monitis & doctrinis, reuocãdo eos ab errore ad veritaté, & à vitiis ad virtutes: vt illos qui ad prædicationé apostolorũ vendebant peculia sua, & precium ante pedes eorũ ponebant, & erat multitudinis credentiũ cor vnum & anima vna, nec inter eos quisquã egebat, quia diuidebatur singulis prout cuiq; opus erat. Aliorũ autem miserebantur apostoli, prodigiis & virtutibus, sanando eos à diuersis languoribus, & spiritibus immundis curando, vt illos de quibus legitur, quod concurrebat multitudo vicinarum ciuitatum

Act. 5. Hierusalem: vt veniente Petro saltẽ vmbra illius obumbraret eos, & curarẽtur à lãguorib⁹ suis. Sic ergo seruis tuis placuerunt lapides eius, & terræ eius miserebuntur. Nõ solum autẽ Sion, id est, Iudæi misericordiam consequentur, sed

Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

Timebunt quidé omnes omninò, non solũ minores, vt gentes, sed maiores, vt reges, secundũ quod alibi dicitur: Adorabunt eũ oẽs reges terræ, & oẽs gentes seruient ei. Timebunt, nõ timore mũdano, de quo dicitur; Illic trepidauerunt ti- *1. Ioã. 4.*
more, vbi nõ erat timor: neq; timore seruili, de quo legitur: Timor nõ est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit ti- *Ps. 110.*
more: sed timore initiali, de quo dr: Initiũ sapiétiæ timor dñi, vel potius filiali; de quo legitur: Timor dñi sanctus pmanet in seculũ seculi. Hoc timore, q est deuotionis & reuerétiæ, timebũt gẽtes, id est, gẽtilis ppls ad fidé cõuersus, nomen tuũ domine, nõ terribile, sed amabile. Illud *Matt. 1.*
vtique, de quo legitur: Vocabis nomé eius *Actor. 4*
Iesum, quod interpretatur saluator. Ipse enim saluũ faciet populum suũ à peccatis eorum. Hoc est enim nomen sanctum & gloriosum, quod inuocatum est super nos, nec est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo illos oporteat saluos fieri, de quo Propheta dicebat. Ego autem in domino gloriabor, & gaudebo in Deo Iesu meo. Et ob hoc omnes reges terræ timebunt glorim tuam, siue nomen illud sanctũm & gloriosum, quod inuocabitur super eos: siue naturam diuinam, in qua cum patre ac spiritu sancto pariter gloriaris, de quo duo Seraphin clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth. Plena est omnis terra gloria tua. Hæc autem idcirco fient,

Quoniam ædificabit dominus Sion, & videbitur in * maiestate sua.

† al. in gloria sua.

Sion prius accipiebatur secundum literã pro Iudæa, nunc autẽ accipitur secundũ spiritũ pro Ecclesia. Tribus enim *Sion tribus modis accipitur.*
modis accipitur, Historicè pro Hierosolyma. vnde: De Sion exibit lex, & verbũ domini de Hierusalé. Allegoricè, p Ecclesia. vnde: Benignè fac in bona volun- *Psa 30.*
tate tua Sion, vt ædificẽtur muri Hierusalem. Et tropologicè, pro anima. vnde: Dabo in Sion saluté, & in Hierusalem gloriã meam. Sion quippe interpretatur speculatio, siue specula, hoc est, vniuersalis Ecclesia, siue fidelis anima, quæ tũc *1. Cor. 13.*
Deũ speculatur per fidem, & tandé contemplabitur ipsum per speciem: quia videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem videbimus nõ per speculum, sed faciem cognoscentes, sicut & cogniti sumus. Hanc ergo Sion, id est, Ecclesiam, ædificauit dominus de Iudæis & gentibus, quos conuertit ad finem. Et quum ædificata fuerit ex toto, postquam plenitudo gentium intrabit ad fidem, & sic omnis Israel saluus fiet, ipse qui prius visus est humilis & despectus, secundum illud: Vidimus eum non habentem speciem nec decorem: tunc, adueniẽte iudicio, videbitur in maiestate sua, gloriosus atque sublimis, sicut ipse testatur: Quum *Matth. 25.*
venerit filius hominis in maiestate sua,

& oēs angeli eius cū eo, tūc sedebit sup sedē maiestatis suæ, & cōgregabunt ante eū oēs gētes, & videbit eū omnis caro, & qui eum pupugerunt, &c. Sic ergo

† al. humilium.

Respexit in orationē * pauperum, & non spreuit precem eorum.

Olim antiqui fideles qui erāt pauperes spū, clamabāt cū multo desiderio, & orabant, vt Chrs veniret, & ædificaret Sion, idest, Ecclesiā cōgregaret, dicētes ad patrē: Emitte agnū dñe, dominatorē terræ, de petra deserti, ad montem filiæ Sion. In has orationes pauperū ipse respexit, quum de cælo descēdit, vt filios Dei qui erāt dispersi, cōgregaret in vnū. Et hoc faciēs non spreuit precem eorū, sed misericorditer exaudiuit.

Scribātur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit dominum.

Non solū quæ dicta sunt, sed etiā quę dicēda in hoc quarto quinario, tanquā Dei magnalia sunt scribenda fideliter, & solenniter collaudāda Scribēda, vt firmiter memoriæ cōmendent. vnde: Scribant hæc in generatione altera. Laudanda, vt Deo gratēs humiliter referant. vnde: Populus qui creabit, laudabit dñm. Deinde causam exponit, quare à populo, qui creabit, laudabit dñs: quia quum sit natura sublimis. vnde: Prospexit de excelso sancto suo, ex grã factus est humilis. vñ: Dñs de cælo in terrā aspexit. O quàm benè in ipso cōueniūt sublimitas & humilitas, vt sublimis sit humilis, & humilis sublimis: Deus homo, & homo Deus. Amodò reddidit causas, cur dñs de cælo in terrā ꝓspexit, videlicet vt audiret gemitus cōpeditorū. ecce dignationis affectus. Et solueret filios interemptorū. ecce miserationis affectus. Vt annuncietur in Sion nomē dñi. ecce prædicatio veritatis. Et laudem eius in Hierusalē. ecce glorificabo maiestatis. In cōueniendo populos in vnū. ecce vinculū pacis. Et reges, vt seruiāt dño. ecce obsequiū seruitutis. Sanè duæ sunt generationes. Vna malorū, de qua dicitur:

Generationes duæ.

Generatio praua & adultera. Altera bonorū, de qua scribit: Hæc est generatio quærentiū dñm. Et: Generatio rectorum benedicetur. Hæc ergo quæ dicta sunt, videlicet deformatio per Adam facta, & reformatio facienda per Christum, scribātur, vt memoriæ cōmendentur, in generatione altera, idest, in generatione bonorū, qui ea cupiunt intelligere: non autē in generatione malorū, qui ea cōsiderare cōtemnunt. Item, vna Iudæorū generatio, quæ præcessit, & altera Christianorū quæ successit. Ergo scribantur hæc, ne obliuioni tradant, in generatione altera, hoc est, ad opus generationis alterius, videlicet populi Christiani, cui proficiēt magis: quia per ea, quę spiritu ꝓphetico sunt prædicta, Christiani amplius solidabunt in fide, quā intelligent propheticis testimoniis cōmendatam. Et sic populus qui creabitur, idest, populus Christianus, qui recreabitur ꝑ gratiā redēptionis, vt noua sit creatura, secundū quod dicit Apostolus: In Christo Iesu, neq; circuncisio aliqd valet, neque præputiū, sed noua creatura. Et: Vetera transierūt: ecce noua facta sunt omnia. Ille, inquā, populus laudabit dominum, corde, ore, & opere: diligendo, cōfitendo, & obsequendo, vt ad perfectam laudem conueniant, vita, lingua, & conscientia. In creatione siquidem homo factus est ad imaginem Dei, sed in recreatione Deus factus est ad imaginem & similitudinem hominis. Et certe illud maioris est dignitatis, hoc autē maioris dignationis existit. Vel optat Propheta, quatenus hæc digito Dei scribantur in cordibus aliorum, vt populus qui creabitur, protinus pro tantis beneficiis laudet Deum. Est enim scriptura superior & inferior, interior & exterior. Scriptura superior, est diuina prędestinatio, quæ dicitur liber vitæ seu scriptura veritatis. vnde: Deleantur de libro viuentiū, & cum iustis non scribantur. Et: Gaudète, quia nomina vrã scripta sunt in cælis. Non delebo nomina eorum de libro vitæ. Et: Annunciabo tibi, quod expressum est in scripturis veritatis. Scriptura inferior est macula criminalis. Vnde dicitur:

Matth. 12.

Gen. 1.

Scriptura quadruplex. I.

Luc. 10.

II.

citur: Recedentes à te in terra scriben
III. tur. Et peccatū Iudæ scriptū est stylo fer
reo in vngue adamātino. Scriptura inte
Mat. 22 rior est vnctio spiritualis. vnde: Episto-
la nostra vos estis, scripta nō atramēto,
sed spiritu Dei viui. Et: Cuius est imago
IIII. & supscriptio? Scriptura exterior est exa
Luc. vlt. ratio literalis. vnde: Ingressi oēs sapien
tes nō potuerūt scripturā legere, nec in-
terpretationē eius indicare regi. Et: In-
terpretabat in oībus scripturis, quæ de
ipso erāt. Superiorē & inferiorē scribit
Deus. vnde: Aut dimitte eis hanc noxā,
aut dele me de libro tuo, quē scripsisti.
Et: Scribes contra me amaritudinē. Itē:
Dedit Moyses duas tabulas testimonii
Rom. 2. lapideas, scriptas digito Dei. Et: Qui ea,
quæ legis sunt, naturaliter faciūt, habēt
legē Dei scriptā in cordibus suis. Exte-
Ioan. 1. riorē scribit homo. vnde: Quem scripsit
Moyses in lege & prophetæ, inuenimus
Iesum filiū Ioseph à Nazareth. Et scri-
psit Moyses canticū dño. Inferiorē autē
scribit diabolus, aut etiā vir iniquus. vñ:
Pseudoprophetę scribebāt & propheta-
bant, quos tamē dñs nō mittebat. Est igi
tur scriba summus spiritus sanctus, de
quo legitur: Lingua mea calamus scri-
bæ velociter scribentis. Scriba medius,
de quo dicitur: Omnis scriba doctus in
regno cœlorū, similis est homini patri-
familias, &c. Et scriba infimus, malus p-
latus, de quo dicitur: Super cathedram
Moysi sederūt Scribæ & Pharisæi, quæ-
cūq; dixerint vobis, facite: quę autē fa-
ciūt, facere nolite. Vel hæc, quę scripta
sunt in generatione Iudęorū per legem
& Prophetas, scribent in generatione
gentiū, p trāslationes & p interpretatio
nes, qđ factū est tpe Ptolomęi Philadel
phi regis Aegypti, q bibliothecā Iudęo
rū transferri fecit p Septuaginta inter-
pretes in linguā Græcorū: magis † scri-
bantur in cordibus hominū digito Dei.

Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de cœlo in terram aspexit.

Christus est sanctus sanctorum, inter
sanctos excelsus, qui sanctus est Dei pa-
Psal. 15 tris, sicut ipse dicit in Psalmo: Nō dabis
sanctum tuū videre corruptionē. Et ad
ipsum dicitur in Euangelio: Scio quod Luc. 4.
sanctus Dei sis. De hoc excelso sancto Excelsū
suo dominus pater prospexit, idest, ge sanctum
neri humano prouidit, mittendo ipsum quid.
in mundū, vt genus humanū redimeret
suo sanguine precioso. Vel ꝓspexit ip-
se Christus de excelso sancto suo, idest,
de sublimitate suæ diuinæ naturæ, quæ
nō solū est sancta, sed sanctitas, quia ni-
hil est in ea quod non sit sanctum. Vnde
subdit exponēs: Dominus de cęlo, idest,
de diuina natura prospexit in terram,
idest, ad humanam miseriā, vt miseros
homines liberaret. Sic enim aliquando
cælum & terra in diuinis accipiunt scri
pturis, sicut inferius ostendetur. Cur au
tem Christus de cælo in terram prospe-
xit, determinat subdens:

Vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum.

Sunt vincula corporis. vnde: Sācti lu- Vincula
dibria & verbera experti, insuper & vin multipli
cula & carceres. Paupertatis. vnde: Si cia.
fuerint in cathenis, & vinciant funibus
paupertatis, indicabis opera eorum eis.
Pacis. vnde: Soliciti seruare vnitatē spi- Heb. 11.
ritus in vinculo pacis. Charitatis. vnde: Ephe. 4.
Charitatem habete, quod est vinculum Colos. 3.
perfectionis. Sapientiæ. vnde: Vincula il Eccles. 6
lius alligatura sanitatis. Legis. vnde: Dis
rumpamus uincula eorū, & proiiciamus
à nobis iugū ipsorum. Doctrinæ. unde:
Disrupisti uincula mea, & dixisti, nō ser
uiam. Timoris. unde: Excitasti uincula Psal. 26
usq; ad ceruices. Præterea sunt uincula
peccatorū. unde dicitur: Disrupisti uin- Ps. 123.
cula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis.
Tenebratū. unde: Persuasum habent ini
qui, dominari posse nationi sanctæ uin-
culis tenebrarum. Tormentorum. unde: Iudæ.
Angelos qui suum nō seruauerunt prin
cipatum, sed dereliquerūt suum domi-
cilium, in iudicium Dei magni sub cali-
gine uinculis reseruauit. Ad hoc autem
spiritualiter uenit Christus in mūdum,
ut mortuos liberaret ab inferis, & uiuos
solueret à peccatis. Et hoc est, quod ait:
De cœlo prospexit dominus in terram,

vt audiret gemitus vinculatorum, idest, exaudiret gemebūdas preces eorū, q tenebant in inferno, quasi ligati vel cōpediti vinculis tenebrarū, quas Chrs in triduo mortis descēdēs ad inferos liberauit. Et tunc solutis inferni doloribus, in sanguine testamenti sui eduxit vinctos suos de lacu, in quo nō erat aqua, captiuitatē nrām sua ducēs virtute captiuantē. Et ipse de cęlo in terrā ꝓspexit, vt solueret à peccatis filios interemptorū, id est, primorū parentū, q fuerūt interemptores & interempti, q a causam interēptionis & mortis, idest, originale peccatū ad filios trāsmiserūt. Nā, vt inqt Apostolus, ꝑ vnū hominē, idest, Adā & Euā, qui fuerūt duo in carne vna, etiā in oēs hoīes mors ptransiit. Et ipsi quidē propter inobedientiā interēpti fuerūt, mortē corporis & aīæ incurrētes, sicut fuerat illis ꝑdictū: Quacūq; die comederitis, moriemini. Ergo ꝓspexit, vt solueret à peccatis filios interemptorū, idest, generis humani, qđ à primis parētibus interemptoribus quidē & interemptis est carnaliter ꝓpagatū. Vel, vinculatos & cōpeditos appellat sanctus, qui timore Dei velut quibusdā vinculis & compedibus sunt ligati, de quibus Sapiēs testatur: Audi fili mi, & excipe sentētiā meā, & ne abiicias cōsiliū meū, & infer pedē tuū in cōpedes illius, & in torquem eius collū tuū, & erūt tibi cōpedes in ꝓtectionē fortitudinis, & torques illius in stolā gloriæ. Dñs autem de cęlo ꝓspexit in terrā, vt aliū cōpeditorū gemitus exaudiret, q gemebāt: & postulabāt vt Chrs ad redēptionē humani generis adueniret & solueret nos à nexibus criminum, & redderet filios interemptorū, id est, imitatores eorum, qui pro veritate sunt mortificati & interempti, vt multi Prophetæ in veteri testamēto, & martyres oēs in nouo, quorū sunt filii, qui fidē sectanē eorū. Dñs etiā de cęlo ꝓspexit in terrā, qñ de diuina misericordia respexit ad humanā miseriā, vt audiret eū effectu gemitus cōpeditorū, idest, eorū q sunt peccatis mortalibus irretiti, qui suā miseriā cognoscētes, cū gemitu clamabāt ad dñm, vt ꝑ suā gratiā liberarētur.

Filij interemptorem.

Rom. 5.

Gen. 2.

Quare dominus de cælo in terrā prospexerit.

Quomodo de cælo prospexerit.

Et solueret filios interemptorū, id est, imitatores eorū, qui fraude diaboli sunt perempti, à paternis illos erroribus liberādo. Hoc enim dñs quotidie opatur, cū & illos, qui ꝓpria peccata cōmittūt, & eos, qui aliena peccata sectātur, per pœnitentiā reuocat ad salutē. Ad quid autem audiret & gemeret, subiungit:

Vt annuncient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Hierusalem.

Nomen Dei multipliciter accipitur in scripturis. Nam aliud est inessentiale, qđ cōmuniter designat essentiā, vt heloy, adonay, Deus, dñs, & huiusmodi. Aliud personale, quod specialiter appellat psonā, vt pater, filius, & spiritus sanctus, Christ', Iesus, & similia. Nomē autē qñq; designat potentiā. vnde, Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimoniū perhibent de me. Qñq; notitiā. vnde: Pater, manifestaui nomē tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Quandoq; inuocatione. vnde: Baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti. Quādoq; honorē. vnde: In noīe tuo leuabo manus meas. Quandoq; famā. vnde: Per vos nomen domini blasphemat in gentibus. Interdum immutabilitatem. vnde: Si dixerint filii Israel, quod est nomen eius, quid dicā eis? Dixit dominus: Ego sum qui sum. Interdum cultum. vnde: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos, hoc nomen mihi est in æternum. Interdū secretū. vnde: Nomē meum adonay, non indicaui eis. Interdum iustitiam. vnde: Hoc est nomen, qđ vocabunt eum, Dominus iustus noster. Est & nomen domini tetragammaton, I, e, v, e, quod dicitur, ineffabile trinitatis & vnitatis mysterium significans excellenter, sicut alibi designauit. Nomina quoque filii sunt diuersa. Dicitur enim Iesus. vnde: Vocabis nomen eius Iesum, quod interpretatur saluator. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Dicitur Christus. vnde: Genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocat Christus

Nomen Dei multipliciter accipitur.
I. *II.* *III.* *Ioan. 5.* *IIII.* *Ioan 17.* *V.* *Mat. ult.* *VI.* *VII.* *Rom. 2.* *Exod 3.* *XI.* *Exod. 6.* *XII.* *Hier. 23* *Nomina filij diuersa.* *Matt. 1.*

quod

Cant. 1. qđ exponit̄ vnctus: qm̄ vnxit eum Deus oleo lętitię ptæ consortibus suis. vnde: Oleũ effusum nomẽ tuũ. Dicitur Emmanuel, qđ interpretat̄, nobiscũ Deus. Dicit̄ oriens. vnde: Ecce vir oriens nomen eius: quoniã visitauit nos oriẽs ex alto.
Esaiæ 9. Esaias aũt multa eius nomina simul enumerat, dicens: Vocabit̄ nomẽ eius, admirabilis, cõsiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Ipse est nomẽ
Psal. 8. dñi, de quo dicit Propheta: Ecce nomẽ dñi venit de longinquo, cui datũ est nomẽ, quod est sup omne nomẽ, vt in noĩe Iesu oẽ genu flectatur. Merito ergo psalmographus exclamabat: Dominẽ Dominus noster, q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. Illos ergo dñs exaudiuit & soluit, vt p eos annũcietur in Siõ, id est, ecclesia, †qđ sit nomẽ eius glorificandum, benedicendum, & collaudandum, & vt per illos etiam annuncietur laus eius de magnificis operibus pro salute hominum gestis in Hierusalem, id est, in ecclesia sanctorum, qui propterea laudabunt Deum. Quid est autẽ quod cũ Siõ iũgit nomẽ, & cũ Hierusalẽ iũgit laudẽ, nisi q̃ virtutẽ diuini noĩs speculatores intelligũt, & laudis pconiũ pacẽ videntes attollũt. Siõ quippe dicit̄ speculatio, & Hierusalẽ visio pacis. Quatuor autẽ modis Hierusalẽ accipitur, secundũ quatuor theologicos intellectus, historicũ, allegoricũ, tropologicum, & anagogicũ. Et enim Hierusalem superior & inferior, interior & exterior. Superior est in patria. Inferior est in via. Interior est in
Ps. 121. anima. Exterior est in Palæsthina. De superiori legitur. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio
Esai. 60. eius in idipsum. Ad inferiorem dicitur. Surge illuminare Hierusalem, quia venit
Math. 23. lumen tuum, & gloria domini super te orta est. De interiori legitur: Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. Ad exteriorem dicitur: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.

†al. quod libet nomen

Hierusalem quatuor modis accipitur.

In conueniendo populos in vnum & reges vt seruiant domino.

Non solum prædicta fecit vt annuncietur in Sion nomen domini & laus *Ioan. 10.*
eius in Hierusalem, verum etiam in conueniendo populos in vnum, Iudæorum & gentilem in vnum cultum, & vnam fidem, ut sit unum ouile & unus pastor: quia unus est Deus, una fides & unum baptisma. Et in conueniendo etiã regna mundi, ut seruiant domino, illi uidelicet, de quo dicitur: Dominum *Matt. 4.*
Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, id est, ei soli seruitutem adorationis impendes, quæ græcè latria nuncupatur. Hic est enim qui habet in uestimento & in femore suo scriptum: Rex regum, & dominus dominantium, cui seruire regnare est.

Respondit ei in via virtutis suæ, paucitatem dierum meorum * enumera mihi. *†al. enuncia*

Et ne reuoces me in dimidio dierum meorũ, in generatione & generationẽ anni tui.

Commendat hic in ecclesia singularis persecutionis propositum. unde: Respondit ei in uia uirtutis suæ. Supernæ patriæ desiderium. unde: Paucitatem dierum meorum enuncia mihi. Finalis perseuerantiæ†initium. unde: Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Aeternæ beatitudinis præmiũ. unde: In seculum seculi anni tui. Prædictis enim beneficiis ecclesia prouocata, & in amorẽ æternitatis accensa, respondit domino in filiis perfectis & nir uosis, non autẽ in infirmis & imperfectis, (Nam carnem habet & ossa, de quibus prædixerat: Adhæserunt ossa mea carni meæ) postulans & implorans ingenti desiderio æstuando, ut indicet ei, utrũ sit post paucos dies ad cœlestis beatitudinis patriam peruentura. Cupiebat dissolui & esse cum Christo. Hæc enim est differentia inter perfectos & imperfectos: quòd perfecti mortem habẽt in desiderio, & uitam in patientia. Imperfecti uerò mortem habent in patientia, & uitam in desiderio. Ei ergo, id est, domino respondit Hierusalẽ, hoc est ecclesia, nõ tã uoce quàm

corde,

corde,nec tã verbo,quàm desiderio. Respõdit,inquã,in via virtutis suæ,idest,in illis, qui iam sunt viã suæ virtutis & pfectionis aggressi,nõ aũt in eis,qui adhuc per viã infirmitatis & imperfectionis ince dũt. Hoc sanè respõdit:Enũcia mihi paucitatẽ dierũ meorum,idest, indica mihi, vtrũ ego paucis diebus debeã in hoc peregrinationis exilio ꝑmanere, qm̃ ad regnũ tuũ desidero ꝑuenire. Vnde iugiter oro,vt adueniat regnũ tuũ. Ne quis aũt putaret,qđ ꝑpter paucitatẽ dierũ, quã optat ante finẽ seculi,esset ecclesia finiẽda,subiungit & ait:Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ, idest, ante seculi finẽ (Nã mediũ est,qđ inter duo consistit extrema) cũ ꝑmiseris fidelibus tuis,qđ cũ eis eris cunctis diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi. Nõ enim paucitatẽ dierũ desidero, vt ante finẽ seculi esse desinã,sed vt finis seculi appropinquet. Vnde nec certũ,sed propinquum seculi diẽ mihi postulo reuelari,ne veniã cõtra illã sententiam euangelicã: De die illa & hora nemo nouit,nec angelus,nec filius,
Matth. 24. nisi solus pater. Nã dies dñi sicut fur ita
1. Thess. 3. in nocte veniet. Et licet desiderẽ dies huius seculi breuiari, cupio tamẽ esse tecũ in annis æternitatis:qm̃ in seculũ seculi anni tui,q nunquã deficiũt, qa nec principiũ habent nec finẽ. Hæc est æternitas tua,quæ cũ sit vna & eadẽ,per annos pluraliter designat, sicut & alibi pluraliter
Mich. 5. designatur per dies, dicẽte Propheta de Christo:Egressus eius ab initio à diebus æternitatis : quia cũ oĩbus annis & cunctis diebus ꝑmanet immutabilis, nihil habẽs prẽteritũ vel futurũ. Potest & aliter hoc intelligi,vt quia pdixerat ædificandã esse Sion, & dñm in maiestate videndum,ecclesia per Sion designata,maiestatẽ dñi videre desiderãs respõdit ei desiderio & affectu in via virtutis suæ, videlicet dñi,nõ Sion, vt possessiuũ pro nomẽ nõ ad Sion, sed ad Dñm referat. Rñdit ergo nõ in via virtutis suæ,idest, nõ ex merito sui operis,ne de sua virtute ꝑsumat:sed in via virtutis suæ,idest,fide Chri, nõ iã passibilis & mortalis, sed immortalis,& impassibilis,hoc est,in fide resurrectionis ipsius, per quã virtus eius excellenter apparet. Hæc est enim via, ꝑ quã ꝑueniẽ ad vitã. Et in hac via virtutis rñdit ecclesia, qm̃ ad gloriã resurrectionis anhelat. Quid autem rñdit? Hoc scilicet, Exiguitatẽ dierũ meorum enũcia mihi,nõ diẽ mortis, quẽ expedit ignorare. Propter qđ dñs ait: Nescitis diẽ neq; horã,vt hic semp viuere libeat, tanq̃ mori semp oporteat. Si quis enim diẽ mortis pſciret, multũ sibi de carnis illecebris & mũdi voluptatib' indulgeret,de finali pœnitẽtia pſumẽdo. Nec est cõtrariũ,qđ alibi dr. Notũ fac mihi dñe finẽ meũ,& numerum dierũ meorũ quis est,vt sciã qd desit mihi. Quia si sanè fuerit expositũ, ad hũc nõ pertinet intellectũ. Sed exiguitatẽ, inquit, dierũ meorũ indica mihi,vt sciã nõ quãdo, sed quàm citò dierũ meorũ numerus finiet, cũ desiderẽ meæ peregrinationis exiliũ in proximo terminari. Et ideo ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ,vt tantũ supersit mihi de vita, quãtũ de illa pterijt. Nã illud est rectè mediũ,qđ distat æqualiter ab extremis. Vel qa paucitatẽ dierũ desidero, vt citius ad annos æternitatis perueniã,ne reuoces me, idest,non sinas me reuocari in dimidiũ dierũ meorum,idest, ad vitam illã, quam in carnalibus desideriis consueuerũt adolescentes vel iuuenes exercere, quæ ad cœlestẽ patriã impediret ascẽsum. Nam adolescentia & iuuẽtus mediæ sunt ætates inter infantiã & senectutẽ ac seniũ. Vel quia dies illi sunt nostri,quibus bene viuimus,& vitã æternã meremur. Illi verò nõ nostri,sed potius alieni, quibus opera diaboli exercemus. Quãuis opter ecclesia dierũ tẽporaliũ paucitatem, non vult tamen in dimidio spiritualium reuocari,ne ipsi minuantur. Et hoc est qđ ait: Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, idest, ne diminuas mihi spirituales dies, q verè ac propriè mei sunt, ne diminuto merito diminuatur & præmium, sed anni vitæ perpetuæ, qui re vera sunt tui, quia post resurrectionem vitæ solummodo sancti viuent, propter quod dicit Apostolus, quia tu eris omnia in omnibus, illi sunt mihi in seculũ seculi,vt semper tecum in æterna felicitate

Dies mortis scire non est vtile.

Matth. 25.

Medium quid.

Dies nostri qui.

1. Cor. 15.

tate consistā. Vel intelligaẽ dn̄s respondere, ac si diceret manifestius: Tu petis, ne reuocē te in dimidio dierū tuorū, & ego tibi respondeo, quod erunt in seculū seculi anni tui. Verè domine anni tui sunt in seculum seculi, cum sis æternus, omnem naturam præcedens, quoniam

Initio tu domine terrā fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.

Circa creationis opera multa in Deo commendat prosunt. Ecce circa creationis opera in Deo cōmendatur authoritas: qa in initio tu dn̄e terrā fundasti. Sublimitas: qa opera manuū tuarū sunt cœli. Stabilitas: qa ipsi peribūt, tu aūt pmanebis. Potestas: quia sicut operimentū mutabis eos, & mutabunẽ. Aeternitas: qa tu idē ipse es, & anni tui nō deficiēt. Liberalitas, & benignitas: quia filii seruorū tuorū inhabitabūt ibi, & semen eorū in seculū seculi diriget. Nec mireris, si propheta loquēdo de opibus Dei, modò dirigit sermonē ad vnā personā, & modò ad alteram, quoniā indiuisa sunt opera Trinitatis. *Tria simul creata.* Tria verò simul creata fuerūt, angelus, mūdus & tēpus. Et in creatione mundi simul creata fuerūt, cęlū & terra, primū & infimū inter quatuor elemēta, & cum ipsis pariter duo media, videlicet aër & aqua confusa in simul & commixta: qm̄ aqua vaporabilis erat & aër spissus, sed postea discreta sunt & diuisa. Quia verò *Gen. 1.* Moyses dixerat, ꝙ in principio creauit Deus cœlum & terrā &c. ne quis ordinē verborū attendens, putaret, quod prius cœlū & postea terram creasset, occurrit Dauid in hoc loco, prius nominans terrā quàm cęlū, vt ostendaẽ qđ cœlū & terra simul fuerūt creata, sed qđ potuit simul fieri, non potuit simul dici. *Principiū multiplex.* Multiplex autē initiū siue principium legiẽ in scripturis. Diciẽ aūt principiū Deus pater. *Ioan. 1.* vnde: In principio erat Verbū. Deus filius. vnde: Ego principiū, ꝙ & loquor vobis. Deus spiritus sanctus, qa tres sunt *Ps. 102.* vnū principiū. vnde: Tecū principiū in die virtutis tuę. Principiū tēporis. vnde: *Prouer. 8.* Antequā quicquam faceret, à principio *Ps. 110.* ordinata sum. Principiū dignitatis. vnde: Ipse est principiū viarū Dei. Principiū virtutis. vnde: Initiū sapiētiæ timor dn̄i: Et principiū vitiorū. vnde: Initium omnis peccati superbia. Dicitur etiam principium cuiuslibet rei exordium. vnde: Principiū loquēdi domino in Osee. *Osee. 1.* Cum enim dicitur, In initio tu domine terram fundasti, potest intelligi vel de principio temporum, quia terra simul fuit cum tempore creata; vel de principio rerum, idest, de filio, qui est omnium rerum initium, per quem & in quo Deus pater terram fundauit. Nam verumq; de ipso legitur: Omnia per ipsum facta sunt. Et: Oīa in sapientia fecisti dn̄e. *Ioan. 1.* In vno designaẽ authoritas, cū dr̄ pater omnia fecisse per filiū, qm̄ hoc ipsum filius accepit à patre. In altero verò cōsubstantialitas denotaẽ, cū dr̄ oīa fecisse pater in filio, qa filius cōsubstātialis est patri, ꝑpter qđ alibi dicit: Ego in *Rom. 11* patre, & pater in me est. Ad notandā tamē distinctionē trium personarū in vna substātia, dicit Apostolus, qđ ab ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ergo in initio tu dn̄e terrā fundasti, hoc est, in infimo collocasti. Nā † inter ædificii partes est infimū fundamentū, & in sphęrico corpore illud est infimū, qđ est mediū. *† al. in omni ædificio planè infimū* Licet autē cœlorū & terrarū distinctio nimis ꝓlixa pateat in scripturis, qa tamē ad intelligētiā huius loci est maximè necessaria, oportet illā hic exprimi sub cōpendio cōprehēsam. Terra ergo *Terra quid.* est machina mundialis. unde: In princi- *Gen. 1.* pio creauit Deus cælū & terrā, idest, naturā angelicā & mundanā. Quartū elementū. unde: Vocauit Deus aridā terrā. Quælibet regio. unde: Primo tēpore alleuiata est terra Zabulō & terra Neptalim. *Esai. 9.* Hæc est habitabilis zona. unde dr̄: Rex noster Deus ante secula operatus est salutē in medio terræ. Humana natura. unde: Vos estis sal terrę. Caro nr̄a. unde: Terrā ungula fodit. Sublimalis aër. unde: Proiectus est draco magnus, serpens antiquus in terrā, idest, hūc aërem caliginosum. Sancta ecclesia. unde: Bene *Psal. 84* dixisti domine terram tuam. Perfida synagoga. unde. Vidi angelū fortem descendentem de cœlo, & dextrum pedem posuit super mare, sinistrum autem

super

super terram. Gẽtilis populus. vnde: Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Fidelis homo. vnde: Terrâne operias san
Heb. 6. guinẽ iustũ. Vir actiuus. vnde: Aduocauit cœlũ desuper & terrã, vt discernat populũ suũ. Mens auditoris. vnde: Terra super se venientẽ bibẽs imbrẽ, generat herbã optimã. Opus bonũ. unde: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abũ
Gen. 27. dantiã frumenti, uini & olei. Sacra scriptura. unde: Qui operatur terrã suam, saturabitur panibus. Caro Christi. unde:
Psal. 26. Terra data est in manu impii. Cœlestis
Psal. 84. patria. unde: Credo uidere bona domini in terra uiuentiũ. Virgo Maria. unde: Terra nostra dabit fructũ suũ. Secularis cõuersatio. unde. Adhæsit in terra uẽter noster. Carnalis uoluptas. unde: Nõ inuenietur in terra suauiter uiuentiũ. Terre
Gen. 3. nus intellectus. unde: Argentũ igne examinatũ, probatũ, terræ purgatum septu
Heb. 6. plum. Peccatum. unde: Terram comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Mens reprobi.
Iob. 10. unde: Terra proferens spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima. Infernus. vnde: Antequam vadam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine Quamuis autem terram bonam Deus pater creauit in initio, id est, in filio, terram tamen, secundum quod quatuor primis modis accipitur, in initio temporis, cum tempore ipse creauit. Et opera manuum tuarum sunt cœli.
Colũ triplex. Est cœlum diuinum. vnde: Descendi de cœlo, id est, de arcano maiestatis diuinæ, factus visibilis. Et: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descẽdit. Em
Ioan. 3. pyreum. vnde: In principio creauit Deus
Gen. 1. cœlum & terram. Sydereum. vnde: Fiant luminaria magna in firmamẽto cœli Et aereum. vnde: Aues cœli comede
Luc. 8. runt illud. Item cœlum angeli sunt. vnde: Gelu de cœlo quis genuit? Sancti præ
Psal. 18. dicatores. vnde: Cœli enarrant gloriam Dei. Fidelis anima. vnde: Cœlum mihi sedes est. Sacra scriptura. vnde: Cœlum
Esa. 66. vt liber plicabitur. Spiritualis vita, vn
Phil. 3. de: Nostra conuersatio in cœlis est. Præterea diaboli & angeli eius, qui secundum Apostolum sunt spiritualia nequitiæ in cœlestibus. vnde: Ignis de cœlo cecidit, & tactas oues puerosque consumpsit. Hic est, qui elatus in superbiam de seipso dicebat: Ascendam in cœlum, & ponam sedem meam ad aquilonem, similis ero altissimo: & ipsum imitantur superbi, qui ponunt in cœlum os suum, cum eorum lingua transit super terram. Omnes hos cœlos, præter vltimos, qui sunt mali, fecit primum cœlum, quod non est factura sed factor, & ideo ei dicitur; Opera manuum tuarum, id est; tuæ potestatis sunt cœli, quæ cum sit vna, per manus tamen pluraliter designatur, propter diuersos effectus, quia creat, disponit, continet, & gubernat, sicut & alibi dicitur: Manus tuæ domine *Iob. 10.*
fecerunt me, & plasmauerunt me, &c.

Ipsi peribunt, tu autem *per *† al. permanes.*
manebis, & omnes * vt vesti- *† al. sicut*
mentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur.

Super hoc scripturæ diuinæ non solũ *Vtrũ cœli sint interituri.*
varia, sed & cõtraria videntur testimonia pertulisse. Ecce enim Psalmista testatur, quod cœli peribunt, & omnes vt ve
stimentũ veterascẽt. Huic consonat Pe- *1. Pet. 3.*
trus apostolus, dicẽs: Adueniet dies domini sicut fur, in quo cœli magno impetu transibunt. Idéque de cœlo & terra testatur, quod cœli, qui nũc sunt, & terra, eodem verbo repositi sunt, igni seruati
in diem iudicii. Veritas quoque dicit in *Luc. 21.*
Euangelio: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Contrarium verò videtur idem Psalmista di
xisse, qui cum præmisisset in Psalmo: Lau *Ps. 148.*
date eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini, consequenter adiungit: Statuit ea in
æternũ & in seculũ seculi. Et Salomon: *Eccle. 1.*
Terra, inquit, in æternũ stat. Idemq; de cœlo dicit & terra. Nouimus domine, quod fabricasti tibi domum perpetuã, cœlũ & terrã & mare. Quamuis Apocalypsi dicatur, quod mare iam non erit.

Ne vero sacræ scripturæ sibi contradicere videantur, dicatur quod re vera cœ

lum

lum & terra transibūt, quantū ad quali-
tatē & formā, sed permanebūt, quantū
ad substantiā & naturā. Et de cœlis qui-
dē aëreis planū est, qđ ipsi & terra per
ignē absq; dubio purgabunť, & in melio
1. Pet. 2 rē formā trāsibūt, sicut Petrus ait, quod
cœli ardētes soluenť, eleméta verò ignis
ardore tabescēt, qđ hic apertè notatur,
quum dicit: Sicut opertorium mutabis
eos, & mutabunť. De superioribus autē
cęlis cū syderibus & aliis luminaribus
nō est certū omnino, vtrū & ipsi sint ali-
quatenus in mutādi, quum ad eos fœ-
tor & fętidas ex prauis hominū opibus
non peruenerit: quanquā in illis ange-
li peccauerint apostatici, qui sunt de cę-
Iob. 1. lo ꝓiecti. Nā in angelis suis reperit pra-
Apoc. uitatē. Et quidem Ioannes apostolus in
21. Apocalypsi testatur dixisse illū qui sede-
bat in throno: Ecce noua facio omnia,
seque vidisse cœlū nouū & terrā nouā.
Primū enim cęlū abiit, & prima terra.
Et Esaias: Ecce ego creo cęlū nouū &
nouā terrā, & nō erūt in memoria prio-
ra. In Apocalypsi verò Ioānis legitur,
quod ciuitas nō eget sole, neque luna,
vt luceant in ea, nā claritas Dei illumi-
Esai. 60. nat eā, & lucerna eius est agnus. Item
Esaias: Nō erit tibi amplius sol ad lu-
cendū per diem, nec splendor lunæ illu-
minabit te, sed erit tibi dñs in lucē sem-
Esai. 30. piternā, & Deus tuus in gloriā tuā. Idē
autē alibi dicit, qđ erit lux lunæ, sicut
lux solis, & lux solis erit septēpliciter,
sicut lux septem dierū, in die qua alliga-
uerit dñs vulnus populi sui, & percussu-
Rom. 12 ram plagæ eius sanauerit. Salubre cōsi-
liū dedit Apostolus: Noli plus sapere,
quàm oportet sapere, sed sapere ad so-
Eccle. 3. brietatem. Et alius: Altiora te ne quæ-
sieris, & maiora te ne fueris scrutatus,
quia defecerūt scrutātes scrutinio. Quid
enim seculi præcessit initiū, & qd seculi
finē sequatť, velata sunt nobis: media ve-
rò sunt manifesta, qđ in duobus Sera-
phin est egregiè designatū, qui duabus
alis velabāt dñi faciē, & duabus velabāt
pedes ipsius, & duabus volabāt. Sanè ve-
rò potest intelligi, qđ quum dicitť, Ipsi
peribūt, verbū nō actum, sed aptitudinē
notat: quia quod de nihilo factū est, na-
turaliter redi posset in nihilum: sed qua-
dam ex gratia perpetuò conseruabunť,
quum & de angelis sciptū sit, quoniam
qui ei seruiunt non sunt stabiles, quod
vtique referendū est ad naturam. Vel in- Phil. 3.
telligatur de iustis, qui etsi cęli dicanť,
quoniam eorū conuersatio est in cęlis,
omnes tamen secundū corpus peribūt;
quod est animæ vestimentum. Et pro-
pterea rectè dicitur, quod omnes vt ve-
stimentū veterascent, idest, quantum ad
corpus deficient, quia quod veterascit
& senescit, propè interitum est.

Et sicut opertoriū mutabis eos, & mu- Opertorium.
tabūtur. Opertorium frequēter & mul-
tipliciter mutatur in mundo: quoniam
homo natus de muliere, breui viuens
tempore, nunquam in eodem statu per-
manet. Quis autē vniuersas mutationes Mutationes duæ.
mortalis hominis valeat explicare? Vn-
de sufficiat hic exponere duas. Tu ergo
eos, idest, iustos, qui cęli vocantur, in
mortis dissolutione mutabis. Et ipsi tan-
dem in resurrectionis gloria mutabun-
tur. Sed & cęli materiales rectè operto-
rio comparantur, quia cætera operiunt
infra posita. Vnde cęli dicti sunt à cœ-
lando. Cęli ergo peribunt.

Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Quia inuariabilis es omnino & im- Deus immutabilis.
mutabilis, nihil habens in te, nisi te, nec
in te aliud est habens ab habito, nec
aliud habitū ab habente, quamuis ha-
bentis nullus sit habitus, nec alicuius ha-
bitus ipsum sit habens, cum ens idem sit
in te omnino, quod esse. Nam esse non
est aliud, quàm quo es, sed idē omnino.
Et anni tui non deficient. Hoc superius
expositū est, sed repetit illud, vt addat:

Filij seruorum tuorum *inhabitabunt ibi, & semen eorū in seculum dirigetur.

† al. habitabūt.

Largus est dominus & benignus, glo-
riam suam communicans seruis suis.
Ibi ergo, idest, in annis tuis habitabunt,
idest, perpetuò permanebunt filii ser-
uorum tuorum, idest, imitatores apo-
stolorum, qui supradicti sunt serui tui:
nec

nec tantum ipse vel eorum filii, sed eorum semen, id est, omnes qui eorum fidé & opera imitantur, dirigentur in seculũ seculi, hoc est, in æternitatis gloriam perducentur. Læta conclusio, quæ felicitatis æternæ gaudia repromittit.

IN PSALMVM SEXTVM pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM huius Psalmi talis est:

Canticum graduum.

Tituli eiusdem explicatio.



Psalmus iste inter cantica graduum est vndecimus, & inter pœnitẽtiales Psalmos est sextus: Per senarium autem notatur perfectio, quia senarius numerus est perfectus, eo quòd redditur ex suis partibus aggregatis. Vnde sexto die pfecit Deus cœlum & terram, & omnem ornatum eorum. Et quum in plenitudine temporis sexta venisset ætate, sexta die sub hora sexta genus redemit humanũ. Idéq; sex vltima verba dixit in cruce. Per vndenarium verò transgressio designatur, quia vndenarius denarium legis excedit, & ad duodenarium apostolicum nõ pertingit. Vnde vndecim quoque vela capillacia siue saga cilicina erant in tabernaculo domini, & vndecim sunt Psalmi Asaph, & hoc numero remanserunt apostoli subtracto proditore Iuda, sed ad duodenarium redierunt, substituto Matthia. His ergo datur intelligi, quod quantæcunque perfectionis existat aliquis, non tamen est sine omni peccato. Nam si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quoniam in multis offendimus omnes, Salomone testante: Quis potest dicere, mundum est cor meum, & purus sum à peccato? Quia nullus in hac vita mortali adeò est perfectus, cui pœnitentia pro peccato necessaria non existat, quod bene significat in hoc loco vndenarius senario copulatus.

Gen. 1.

1. Ioh. 1.

Prouer. 20.

PSALMI CENTESIMI *vigesiminoni in ordine Psalmorum, in ordine verò pœnitentialium psalmorum sexti explicatio.*

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.



Psalmus iste octo continet versus, monens & docens nos ita debere percurrere septem huius seculi dies, vt ad diem resurrectionis octauum mereamur feliciter peruenire, in quo Deus ab omni corruptione circumcidet electos, & tunc ex toto redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Ostendit autem pœnitens in hoc Psalmo, vnde clamauerit, quoniam de profundis, non vno tantum, sed multis. Ad quem? quoniam ad te domine, qui solus præuales liberare. Quid? hoc videlicet: Exaudi orationem meam. Quo affectu? Certè humili & deuoto. vnde: Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui. Quanta necessitate? Magna quidem & multa. Quoniam si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Qua fiducia? Plena pariter & secura. Quoniam apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Quomodo? sperãdo & sustinendo. vnde: Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in dominum. Quandiu? A custodia matutina vsque ad noctem, speret Israel in domino, in prosperis videlicet & aduersis. Qua de causa? quia Deus & volens & valens liberare tu es. Nam apud dominum misericordia est, & copiosa apud eũ redemptio. Quo denique fine? Vtique grato & salutari. Quia ipse redimet Israel ex oĩbus iniquitatibus eius.

Ergo,

Ergo, De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi orationẽ meã. Est profundũ diuinæ sapientiæ, de quo dicitur: Dñe, nimis profundæ sunt cogitationes tuæ. Profundũ sacræ scripturæ, de quo legitur: Reuela ꝓfunda de tenebris. Et ꝓfundũ humanæ cõscientiæ, de quo scribitur: Profundum est cor hominis & inscrutabile. Itemq; profundũ damnabilis culpæ vnde: Impius quum venerit in profundũ peccatorũ, cõtemnit. Profundũ secularis miseriæ. vnde: Infixus sum in limo profundi. Et profundũ infernalis gehennæ. vnde: Pete tibi signũ à dño Deo tuo in ꝓfundũ inferni. De omnibus his profundis aliqui clamant, & exaudiri merent, vltimo duntaxat excepto, de quo clamãs nullatenus exaudit, qm̃ in inferno nulla est redemptio. Vnde quum diues ille, qui sepultus fuerat in inferno, clamasset: Pater Abraham, miserere mei, & cæt. De primo profundo Apostolus admirãdo clamabat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis cognouit sensum dñi, aut quis cõsiliarius eius fuit? Ipse quoque raptus est vsq; ad tertiũ cœlũ, vbi audiuit arcana verba, q̃ nõ licet homini loqui. De secũdo ꝓfundo clamabat orãdo Dauid: Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Et dñs reuelauit auriculã eius, quia sup senes intellexit. De tertio profundo Daniel orãdo clamabat ad dñm, suis sociis indicãdo regni negocium, vt quærerent misericordiã à facie Dei cœli, super sacramento regis, ne ipsi perirẽt cũ cæteris sapiẽtibus Babylonis. Et quidẽ meruit exaudiri, quia tũc ei nocte p visionẽ mysteriũ reuelatũ est. De quarto profundo publicanus ingemiscẽdo clamabat: Deus, ꝓpitius esto mihi peccatori, & ipse in domũ suã iustificatus descẽdit. De quinto ꝓfundo Petrus naufragãdo clamabat: Domine, saluum me fac, & continuò extendẽs Iesus manũ apprehendit eũ dicẽs: Modicæ fidei, quare dubitasti? Cæterũ sub his ꝓfundis quidam iacent ita submersi, vt omnino non clament, de quibus dicitur: Deuenerũt in profundũ tanq̃ lapis. Talis erat is, qui dicebat: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Nimis enim sunt in profundo submersi, qui cũ peccatis sint obruti, & iniquitatibus pressi, nec ipsi clamãt, nec alios volũt audire clamantes, quin etiã clamare monẽtes irridẽt. Sciẽs aũt hic pœnitẽs, qđ dñs ex Basan cõuertit & mittit cristallũ suã sicut buccellas, clamat ad eũ, qui Ionã in ventre ceti clamantẽ audiuit. Clamat vtique nõ tã voce, quàm corde, fortiter & instãter, eius exemplo, qui suo forti clamore & instãti illuminari ꝓmeruit, quẽ cũ turbæ increparent vndique, vt taceret, ipse magis ac magis clamabat, Iesu fili Dauid, miserere mei, suoq; clamore fecit stare Iesum, & sic clamans obtinuit qđ volebat: quia de profundis clamabat, idest, de intimis visceribus & occultis medullis, de quib⁹ clamor egrediẽs vsq; ad cęlũ, ad Dei aures ascẽdit. Clamat aũt hic pœnitẽs nõ de vno tantũ ꝓfundo, sed de multis ꝓfundis, videlicet de profundo peruersitatis, & de ꝓfundo aduersitatis, siue de profundo culpæ, & de profundo miseriæ, in quibus se sentit iacere submersum, quum non dicat, Clamo, tanq̃ incipiat nũc clamare, sed dicit, Clamaui, tanquã à longo tẽpore iam clamauerit, qm̃ oportet semper orare, & nõ deficere. Clamaui inquã ad te dñe, qui cum sis oĩpotens, potens es liberare. Fiducialiter ergo clamaui, hoc scilicet, Domine exaudi orationẽ meã, quia licet ego indignus sum exaudiri, propter nimias offensas, & innumeras negligentias meas, tu tamen dignus es exaudire, propter tuam pietatem immensam & misericordiam infinitam. Quapropter.

Fiant aures tuæ intendentes * in orationem serui tui.

Est auris numinis, auris hominis, & auris dæmonis. Quælibet autem multipliciter accipitur in scripturis. Nam auris numinis ipsa est, quã Deus aperit ad clementiam, & hæc est auris misericordiæ, de qua dicitur: Inclina domine aurem tuam, & exaudi me. vnde: Audiuit dominus, & misertus est mei. Et auris

Margin notes: Profundũ multiplex. Iob. 12. Hier. 17 Prouer. 18. Esa. 7. Luc. 16. Rom. 11 Ps. 118. Dan. 2. Luc. 18. Matth. 14. Matth. 15. Gen. 4. Ps. 147. Ioan. 2. Luc. 18. Profunda multiplicia. † al. in vocẽ deprecationis meæ. Auris multiplex.

auris quā aperit ad vindictā, & hæc est auris iustitiæ, de qua legitur: Auris cęli diiudicat oīa. vñ: Audiuit dñs & spreuit, & ad nihilū redegit nimis Israel Auris hōis alia corporalis, de qua dr: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, q̄ pparauit Deus diligētib⁹ se, & cæt. Alia spiritualis, de qua dr: Auris audiēs beatificabat me, & oculus vidēs testimoniū reddebat mihi. Et hæc est duplex, videlicet, auris intelligentiæ, de qua dicit: Qui habet aures audiēdi, audiat, q̄d spiritus dicat Ecclesiis. Et auris obediētiæ, de qua legit: Populus quē nō cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Auris quoque dæmonis duplex est, vna, quā obturat ad bonū. vñ: Furor ille sm similitudinē serpētis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Et alia quā inclinat ad malū. vñ: Sonitus terroris semp in auribus eius, & quum pax fuerit, ille semp insidias suspicat. Cæterū auris Dei, licet sit vna, qa tamē multos habet effectus, pęnitēs hic pluraliter dicit: Fiant aures tuæ, id est, auditus misericordiæ tuæ, vnus ad remittendū culpā, & alius ad dimittēdum pęnā, fiāt inquā intendētes in orationē serui tui, hoc est, intendat misericordia tua mihi, vt & culpā dimittas & pęnā, qa seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ. Seruus cōditione, redēptione, & pfessione. Vt afit sim seruus tuus veneratione, deuotione, dilectione, libera me à seruitute peccati, de qua legitur: Quum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Nā à quo quis vincitur, & eius seruus efficit. De talibus scriptū est: Serue nequā, omne debitū dimisi tibi, quia rogasti me, nonne oportuit & te misereri cōserui tui, sicut & ego misertus sum tui? vñ: Seruo pessimo latus sanguinire. Cibaria & virga, & onus asino, panis & disciplina, & onus seruo. Ecclesiastes: Fac me seruū iustitiæ, vt sim ex illis, de quibus legit, Seruus me⁹ es tu, in te gloriabor. Et, In seruis suis cōsolabit Deus. Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. Spero aūt, q̄d velis & digneris hoc facere, qa quum sis dñs oīum, factus es p me seruus, sicut de te Paulus Apostolus ait, Quū in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est, esse se æqualē Deo, sed exinaniuit se, formā serui accipiēs, in similitudinē hoīum factus, & habitu inuētus vt homo. Et De⁹ pater p Esaiā: Ecce seruus meus, suscipiā eū. Est ergo seruitus bona, id est, humilitatis. De qua dñs ait. Qui maior est inter vos, erit omniū seruus. Et seruitus mala, id est, iniqtatis, de qua Veritas dicit: Qui facit peccatū, seruus est peccati. Et seruitus indifferēs, id est, necessitatis, de qua dicit Apostolus. Seruus vocatus es, nō sit tibi curæ, sed si potes liber fieri, magis vtere. Itemq; alibi: Serui subditi estote in omni timore dñis, non tantū bonis & modestis, sed & discolis. Ergo fiant aures tuæ intendētes in orationem serui tui.

Seruus. *Math. 18.* *Eccl. 42.* *Seruitus triplex.* *1. Pet. 2*

Si iniquitates obseruaueris domine, dñe quis sustinebit?

Duplex est obseruatio, vna quidē ad cōsiderandū, & explorādū: alia verò ad obediendū & obsequēdū. De illa legit: Obseruasti oēs semitas meas, & vestigia pedū meorū cōsiderasti, & cæt. Et Pharisæi obseruabāt dñm, vt caperēt eū in sermone. De ista dr: Deū time, & mādata eius obserua, hoc est oīs homo. Et: Si vis intrare ad vitā, obserua mādata. Si ergo tu dñe obseruaueris, id est, ad pęnā æternā seruaueris iniqtates cuiuslibet, dñe quis sustinebit te iudicē? Non ait: ego non sustinebo, sed quis sustinebit? Quasi diceret: Penè nullus: quia propè omnis cōsciētia suis cogitationibus accusat. vñ: Si iustus vix saluabit, impius & peccator vbi parebūt? quāto minus ego potero sustinere, q sum repletus iniquitatibus? Quoniā iniquitates meæ supgressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. De his ergo profundis clamaui, postulans exaudiri, vt iniquitates meas tu domine non obserues. Et quidem exaudiri confido.

Obseruatio duplex. *Math. 22.*

Quia apud te ppitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine.

Idē est propitiator & propitiatio, medicus & medicina, sacerdos & sacrificiū, vide-

Propitiator & ppitiatio.

videlicet, vnigenitus Dei fili⁹ Iesus Chri
Ioan. 1. stus, Verbũ in principio apud Deũ. De
1.*Ioa.*2. quo Ioãnes Apostolus ait: Aduocatũ ha
bemus apud Deũ patrẽ Iesum Christũ
iustũ, & ipse est propitiatio pro pecca-
tis nostris. Ergo apud te pater omnipo-
tẽs est propitiatio nostra, viuẽs sẽp ad
interpellandũ ꝓ nobis. Nec dubito quin
*Ioan.*11. obtineat, qđ implorat, qm̃, vt inq̃ Apo
stolus, ꝓ sua reuerentia exaudit̃, queád
modũ ipse dicit ad patrẽ: Ego aũt scie-
bã, quia semper me audis. Nã idẽ postu-
lat & exaudit, postulat quidẽ, vt homo,
& exaudit, vt Deus: q̃a Verbũ erat apud
Deũ, & Deus erat Verbũ. Potest ergo sic
notari Trinitas personarũ, vt fideliter &
rectè dicat̃ apud te pater propitiatio est
Lex Dei quid. filius. Et propter legẽ tuã, videlicet spiri
tũ sanctũ, qui est lex salutaris, scripta, nõ
in talibus lapideis, sed in cordibus homi
nũ: q̃a charitas Dei diffusa est in cordi-
bus nostris per spiritũ sanctũ, qui datus
est nobis. Propter hãc, in quã, legẽ, quæ
est charitas tua, benignitas, tua, vnctio
tua, docẽs de oĩbus, sustinui, hoc est, ex-
pectaui te domine, vt ꝑ eũdẽ spiritũ tuũ
mihi peccata dimittas, & sic, q̃ paulo an
te dicebã, qđ si obseruares iniq̃tates, su-
stinere nõ possem, iã dicã, quod propter
*Actor.*2. legẽ tuã sustinui te domine. Hic sanè spi
ritus est lex gratiæ, quæ quinquagesimo
die ĩ sono & igne ap̃lis est data de cœlo,
sicut olim lex literæ q̃nquagesimo die
Exod. 19. fuit data Iudęis in fulgure ac tonitruo
de mõte Sina. Multiplex aũt lex legit̃ in
scripturis. Lex gratię, lex iustitię, lex cle
mentiæ, lex naturæ, lex scripturæ, & lex
Lex multiplex. culpæ. De prima: Lex domini immacula
ta, irreprehẽsibilis, cõuertẽs animas. Nã
Ioan. 1. lex ꝑ Moysen data est, gratia & veritas
Rom. 1. per Iesum Christũ facta est. De secunda:
Propter hoc legẽ statuit delinquentibus
in via. Et: Israel in legem iustitiæ nõ per
uenit. De tertia: Lex clemẽtiæ in ore ei⁹.
De quarta: Cũ gentes ea, quæ legis sunt,
naturaliter faciunt, ipsi sibi sunt lex. De
quinta: Lex subintrauit, vt abũdaret deli
ctũ. De sexta: Sentio aliã legẽ in mẽbris
meis, repugnantẽ legi mẽtis meę & capti
uantẽ me in legẽ peccati. Ergo ꝓpter le
gẽ clemẽtię tuæ, tuã sẽp propitiationẽ

expectãs sum. Alioqui pro multitudine,
magnitudine, ac turpitudine iniquitatũ
mearũ penitus desperassem. Sed nullus
omnino desperet, quia apud te propitia
tio, id est, propitiator existit, qui quidem
distinctus est à te in persona, sed idem tę
cum est in essentia, consubstantialis &
coomnipotens, coęqualis & coæternus,
cum spiritu paracleto qui ab vtroque
procedit. Et ideo

Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in domino.

Quẽ propitiationẽ prædixerat, modò
verbũ appellat: q̃a vt ꝓpitiatio nobis fię
ret, verbũ caro factũ est, & habitauit in *Ioan.* 1.
nobis. Vnus hic erat ex illis, qui cũ ni-
mio desiderio redẽptoris expectabãt ad-
uentũ, dicentes: Veni domine, & noli tar
dare, relaxa facinora plebis tuæ Israel.
Dñe Deus virtutũ cõuerte nos, & ostẽde
faciẽ tuã, & salui erimus. Vtinã dirũperes cœlos, & descẽderes. Excita potentiã
tuã, & veni, vt saluos nos facias. Ostẽde
nobis domine misericordiã tuã, & saluta
re tuũ da nobis. Memẽto nostri domine
in beneplacito populi tui, & visita nos
in salutari tuo. Emitte agnũ domine, do
minatorẽ terræ, de petra deserti ad mon
tem filię Sion. Huius ille desiderio æstua
bat, qui dicebat in Canticis: Osculetur *Cant.* 1.
me osculo oris sui, q̃a meliora sunt vbe-
ra tua vino, fragrãtia vnguẽtis optimis.
Hinc ille Simeõ senex, iustus & timo *Luc.* 2.
ratus, expectãs redẽptionẽ Israel, quum
respõsum accepisset à spiritu sancto, nõ
visurũ se mortẽ, nisi videret Christũ do
mini, in spiritu venit in tẽplũ. & recipiẽs
eũ in vlnas suas, benedixit & dixit: Nũc
dimittis seruum tuũ domine, secundum
verbũ tuum in pace, &c. Hinc ipse dice- *Luc.* 10.
bat apostolis: Multi prophetæ & reges
voluerũt videre, quæ videtis, & nõ vide-
runt, &c. Sustinuit anima mea in verbũ *Ezech.* 33.
tuũ, illud videlicet, quod per prophetã
dixisti: Nolo mortẽ peccatoris, sed vt cõ
uertatur, & viuat. Et quod verbum tuũ
inquit in Euangelio: Non veni voca- *Matt.* 9.
re iustos, sed peccatores. Et: Venit filius
hominis quærere & saluare quod perie
u rat.

rat. Et ideo sperauit aīa mea in dño, in ipso verbo, de quo scriptū est p prophetā, qđ dominus est nomē ei. Sperauit, inquā, nō in se, nō in homine, nō in mūdo, sed tanū in dño, q solus saluare potest, nec derelinquit sperantes in se. Quare

A custodia matutina vsq; ad noctē speret Israel in domino.

Mane multiplex. Est manè temporis, mane seculi, manè hominis, manè diei, manè salutis, manè peccatoris, manè gloriæ, manè prosperitatis, & mane culpæ.

I. Manè temporis est creationis initiū, de quo dicitur ad Luciferum: Quomodo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? *Esaia 14.*

II. Manè seculi, prima ætas, de qua legitur: Exiit primo manè conducere operarios in vineam suam. *Mat. 20.*

III. Manè hominis, pueritia, de qua Veritas ait: Vigilate, quia nescitis quando dominus veniet, serò an media nocte, an galli cantu, an mane. *Mat. 13. Mar. 13.*

IIII. Manè diei, diluculum, de quo legitur: Valde manè vna sabbatorum. *Mar vlt.*

V. Manè salutis, incarnatio redēptoris, de qua dicit: Vespere scietis, quia veniet dominus, & manè videbitis gloriā eius. *Exod. 6.*

VI. Manè peccatoris, infusio gratię, de quà Propheta: In tribulatione sua manè consurgent ad me. *Osee. 6.*

VII. Manè glorię, resurrectio, de qua dicit Psalmista: Manè astabo tibi & videbo, quoniā nō Deus volēs iniquitatē tu es. *Psal. 5.*

VIII. Manè prosperitatis, arrisio temporalis, de qua dicitur: Væ terræ, cuius principes manè comedunt. *Eccl. 10.*

Manè culpæ, praua suggestio, de qua dicitur: Quasi manè expansus super mōtes. Ergo à custodia matutina vsque ad noctē, id est, ab infusione gratiæ vsq; ad finem vitæ, de qua legitur: Venit nox, quando nemo potest operari. Vel ab hora incarnationis vsque ad tempus iudicii, de quo dicitur: Media nocte clamor factus est. Siue à statu prosperitatis vsq; ad aduersitatis articulum, de quo legitur: Per diem sol non vret te, neque Luna per noctem. Speret Israel, id est, vir fidelis, in domino. Potest etiam sic intelligi: A custodia matutina vsque ad noctem, id est, à iusto vsque ad peccatorem, omnes omnino sperent in domino. Ex quo enim infunditur homini gratia, per seuerare debet in bono, vt merito speret de Deo vsque ad finem vitæ: quoniam qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vnde in lege caput & cauda hostiæ debebant offerri. A tempore incarnationis Christi data est certa spes populo Christiano, vt de resurrectionis glorificatione confidat, præsertim ex quo dominus à morte resurrexit. Sed à manè vsque ad noctem, id est, in prosperis & aduersis homo fidelis sperare debet in domino, vt in illo confidens, nec prosperis eleuetur, nec deiiciatur aduersis. Estque semper ab ipso mane custodia siue vigilia necessaria, ne per serpentes astutiam pia intentio corrumpatur. Propter quod alibi dicitur: Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Inimici nanque sunt dæmones, qui hominia ducrsantur. Porta est prauę suggestionis initium, per quod dæmones ingredi moliuntur in mentem. Ille igitur non confunditur, qui contradicendo & reclamando suis loquitur inimicis in porta, vt statim in ipso prauæ suggestionis initio dæmones abiiciat & propellat, & ne fiant inimici eius in capite, paruulos allidat ad petram. Non est itaque contemnenda vigilia vel custodia matutina, dicente Psalm. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Nam & in vigilia matutina respexit dominus super castra Aegyptiorum, & submersit illa in mare rubrum. Quare à custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in domino, & merito potest sperare.

Iohel. 2. Mat. 25. Mat. 10. 14. Psal. 125. Inimici & porta quid. Psal. 10. Exod. 14.

Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

Eundem dicit misericordiam, quem propitiationem prædixerat, id est, Christū, iuxta quod alibi dicitur: Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam. Ipse quoque redemptor alibi appellatur redemptio. Vnde Paulus: Factus est nobis sapientia & redemptio. Et Psalmista: Redemptionem misit dominus populo *Psal. 56. 1. Cor. 1. Psal. 110.*

lo suo. Ipsum ergo dicit misericordiam, vt ostēdat, vnde maximè misericors propitiator extitit, quia videlicet apud eum est copiosa redemptio, id est, aspersio sanguinis eiusdem, quinque partibus abundanter effusi, ad plenam redemptionem sufficiens vniuersis. Quoniam cum ipse sit verus Deus, & ob hoc omnes gentes reputentur quasi nihilum coram eo, vnus pro vniuersis sufficit, imò superabundauit omninò. Et ideò non dicit, quod necessaria, sed quod copiosa sit apud ipsum redemptio. Redempti enim sumus non corruptibilibus auro & argento, sed precioso sanguine agni immaculati, iuxta quod alibi dicitur: Redemisti nos domine in sanguine tuo. Nam redemptio propriè dicitur liberatio, quæ fit dato precio. Homo nanque seipsum vendere potuit in seruitutem diaboli, sed redimere non potuit seipsum à seruitute diaboli. Vnde ad redemptionem ipsius necessaria fuit misericordia domini copiosa. Sanè homo peccando seruum subtraxit & abstulit Deo, quem tradidit & subiecit diabolo. Pax igitur inter eos rationabiliter fieri non poterat, nisi damnū quod intulerat, restauraret. Homo verò nihil habebat, quod Deo dignè recompensaret pro damno: quia si quid de irrationabili redderet creatura, p rōnabili substantia minus esset. Sed hominem non poterat dignè restituere, quia iustum & innocentem abstulerat, & neminem nisi peccatorem inueniebat. Videns itaq; Deus hominem sua virtute non posse iugum damnationis euadere, præuenit eum per solam misericordiam, vt deinde liberaret etiam per iustitiam. Vt ergo Deus placari posset ab homine, dedit D.s homini gratis, quod homo ex debito redderet Deo. Dedit igitur hominem homini, quem restitueret homo pro homine, qui, vt recompensatio digna fieret, priori non solum esset æqualis, sed etiam maior. Et quidem oportebat eum esse maiorem, vt vnus pro vniuersis sufficiens haberetur. Quocirca verbum caro factū est, vt daretur hominibus Deus homo, sicut prædixerat Esaias: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, vt in carne mundissima, quæ prorsus esset immunis à culpa, sustinendo pœnam indebitam, precium redemptionis humanæ Deo patri persolueret, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Suscepit igitur in se pœnam pro omnibus, vt daret per se gloriam vniuersis, Esaia testante, qui ait: Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, &c. Vel potius apud dominum filium misericordia est, qui nostras dignatus est miserias experiri, iuxta quod dicit Apostolus: Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum, per omnia pro similitudine absque peccato. In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Rectè itaque subditur:

1. Pet. 1. — *Apoc. 5.* — *Redemptio quid.* — *Homo nisi per misericordiam ...* — *Dei redi... potuit* — *Ioan. 1.* — *Esa. 9.* — *Phil. 2.* — *Esa. 53.* — *Heb. 4.*

Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Seruus quidem regem offenderat, propter quod traditus erat tyranno, qui eum in carcerem detinens grauiter affligebat. Cumque per se liberari non posset, pius adfuit mediator, qui soluēs pœnam pro culpa, satisfecit regi pro seruo. Et sic cessante causa, cessauit effectus. Vnde liberatus est seruus à debito culpæ, à iugo tyranni, & ab ergastulo carceris. Seruus homo, rex Deus, mediator Christus, offensa inobedientia, tyrannus diabolus, & carcer infernus. Christus autem pro culpa hominis pœnam mortis Deo patri persoluit, & sic dato precio redemptus est homo à peccato, diabolo, & inferno. Hic est ergo qui redemit Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Israel interpretatur vir videns Deum. Vnde hic non carnalis, sed spiritualis Israel debet intelligi, quia spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Illos itaque Christus sua passione redemit ab omni culpa, & tandem redimet illos ab omni pœna, cum absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius nec luctus, &c. Grata conclusio, quia de tristi principio lætus finis procedit.

Seruus, rex, mediator, offensa, tyrannus, carcer. — *Israel quid.* — *Ioan. 6.* — *Apoc. 7.*

IN PSALMVM SEptimum pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM huius Psalmi talis est:

Psalmus David, quando persequebatur eum filius suus Absalon.


Tituli eiusdem explicatio.

2. Reg. 13. Historia, quam titulus tangit, ex secundo libro Regum est nota: de qua tamen Psalmus nõ agit, sed de significatione tantũ ipsius: quia sicut Absalon persequebatur Dauid patrem suum, sic illicitus motus perturbat & persequitur animũ, de quo nascitur & procedit. Propter quod pœnitens ait: Persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. Ita ergo reprobus filius persequitur patrem, & proles iniqua parentem, sicut econtrario bonus affectus reficit spiritum, & pia cogitatio mentem. Habet autẽ hic Psalmus † tredecim versus, designãs, quod ab hac persecutione oportet animum liberari per obseruationem decalogi, & fidem indiuiduæ trinitatis. Vel per septẽ spiritus sancti dona, & sex opera pietatis.

† al. quatuordecim.

PSALMI CENTESIMI Quadragesimi secundi in ordine Psalmorum, in ordine pœnitentialium psalmorum vltimi explicatio.

Domine exaudi orationem meã, auribus percipe obsecrationẽ meam, in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.



Psalmus iste in quatuor partibus diuiditur, quarum prima formã & causam postulationis exponit: Sed formam postulationis in oratione m & obsecratione m distinguit, quas in veritate ac iustitia postulat exaudiri. vnde: Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, &c. Causam uerò postulationis distinguens ostendit, quod non decet dominum in iudicium intrare cum seruo, nec expedit seruo in iudicium intrare cum domino. unde: Non intres in iudicium cum seruo tuo, &c. Ait itaque pœnitens: Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meã, in ueritate tua, exaudi me in tuã iustitia. Exaudi orationem meam, quam prosterno coram te, non in iustificationibus meis, sed in miserationibus tuis: auribus percipe obsecrationem meam, quam effundo coram te, non in meis auribus, sed in tua uoluntate & ueritate confidens: nec de meritis meis, sed de tua iustitia sperans. Et ideo in ueritate tua, exaudi me in tua iustitia. Repetit idem diuersis uerbis cũ dicit: Exaudi orationem meam, & addit, Percipe obsecrationem meam, per repetitionem huius exprimens desiderium, & dictum confirmans. Potest autem inter orationem & obsecrationem distingui, ut oratio sit quæ cum supplicatione proponitur, ut: Exaudi quæsumus domine supplicum preces. Obsecratio uerò quæ cum adiuratione profertur, ut: Per crucem & passionem tuam libera nos domine. Auribus ergo, idest, auditu benignitatis & pietatis, quæ cum sit una, diuersos habet effectus, quia & pœnam dimittit & culpam, percipe obsecrationem meam, non in mea ueritate, sed tua: similiter in tua iustitia, non in mea. Est enim ueritas essentiæ unde: Deus uerax est, omnis homo mendax. Et: Ipse est uerus Deus, & uita æterna. Doctrinæ unde: Scimus, quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces. Scripturæ unde: Expressum est in scriptura ueritatis. Censuræ. unde: Iudicabit orbem terræ

In Dei misericordia & iustitia non sua iustitia confidit pœnitens.

Differentia oratio & obsecratio.

Veritas est multiplex.

Matth. 20.

Ps. 95.

terræ in iustitia, & populos in veritate sua. Promissi. vnde: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Mandati. vnde: Omnia mandata tua veritas. Testimonii. vnde: Ad hoc veni in mundū, vt testimoniū perhibeā veritati. Sacraméti. vnde: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè ē potus. Cordis. vnde: In spiritu & veritate oportet adorare. Oris. vnde: Loquimini veritatē vnusquisque cū proximo suo. Operis. vnde: Inueni de filiis tuis ambulantes in veritate. His omnibus modis Christus est verax. Vnde ipse antonomasticè dicitur Veritas. Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. &, Ergo exaudi me in veritate tua, vt verax appareas, quia promisisti: Quacunque hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, omniū iniquitatum eius non recordabor. Et, Exaudi me in tua iustitia, vt iustus appareas, quia tu decreuisti: Nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Sit itaque veritas secundum promissum, & iustitia secundum decretum, vt inueniaris iustus & verax. Certè iustitia est, vt sicut peruersis irasceris, ita miserearis conuersis. Vel quia secundū sententiā euangelicā, veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate, Tu domine pater exaudi me in veritate tua, id est, in filio tuo, in quo, & per quem omnia operaris In ipso ergo, quē apud te propitiatorem & mediatorem habemus, exaudi me in tua iustitia, diuina videlicet, non humana. Nam secundum humanam iustitiam, cum reus confitetur peccatum, conuictus à iudice condemnatur: secundum diuinam absolutus à domino non dānatur, iuxta quod legitur: Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Et: Dixi, confitebor, & tu remisisti impietatem cordis mei. Homo quippe iudicat secundum quod peruersus mala commisit, Deus autem secundum quod conuersus mala dimisit. Sit ergo, in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Ioan. 1. *Ps. 118.* *Ioan. 18* *Ioan. 4.* *Ioan. 14* *Ezech. 33.* *Iustitiæ diuinæ & humanæ differentia.*

Et ne intres in iudicium cū seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Est iudiciū authoritatis, quo iudicat tota Trinitas, iuxta quod legitur: Iudica domine nocentes me. Ipse iudicabit pauperes huius populi. Et: Ego in spiritu meo iudico. Et iudicium manifestationis. vnde: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: quia solus filius in iudicio apparebit, & secundum appropriationem magis ad sapientiam, quàm ad potentiam vel benignitatem videtur iudicium pertinere. Iudicium discretionis. vnde: Ego in iudicium veni in hunc mūdum. Et, Iudica me Deus, & discerne causam meam. Discussionis: vnde: Si æquitas iudicii quæritur, nemo pro me audet dicere testimonium. Et ideo Psalmista clamabat: Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Correctionis. vnde: Tempus est, vt iudiciū incipiat à domo Dei. Cū iudicamur à dño, corripimur. Excæcationis. vnde: Qui non credit, iam iudicatus est. Saluationis. vnde: Non damnabit eum, cum iudicabitur illi. Damnationis. vnde: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Cōparationis. vnde: Regina Austri surget in iudicio cū generatione ista, & cōdemnabit eā, quia uenit à finibus terræ audire sapiētiā Salomonis. Præsumptionis. unde: Tu quis es, qui iudicas alienū seruū? Suspicionis. unde: Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die, &c. Non ergo discutias in iudicio merita mea, quia si secundum exigentiam meritorum meorum me uolueris iudicare, absque dubio iustificari non potero, cum sint merita mea mala, non gratia digna, sed pœna: non indulgentia, sed uindicta. Si enim iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Nullus omninò. Ergo ne intres in iudicium cum seruo tuo domine, mecum uidelicet, qui utique sum seruus tuus: quia non decet dominum iudicium intrare cum seruo, præsertim immensum cum infimo, de quo præter iudicium potest omnino suum beneplacitum adimplere. Nec expedit seruo, ut tu, qui es dominus omnium, in iudicium intres cum ipso: quia in conspectu

Iudiciū multiplex. *Psal. 34.* *Ioan. 9.* *1. Cor. 11.* *Ioan. 3.* *Heb. 13.* *Luc. 11.* *Rom. 14.*

spectu tuo, id est, corā te, q̄ cōſpicis vniuerſa (cū oculis tuis omnia nuda ſunt & aperta) nō iuſtificabitur oīs viuēs in hac carne mortali. Nullus eſt enim in hac vita præſenti, qui non ſit aſtrictus vinculis peccatorū. unde: Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos seducimus, & veritas in nobis nō eſt. Nam in multis offendimus oēs, Salomone teſtante: Quis poteſt dicere mundum eſt cor meū, & purus ſum à peccato? Nec infans unius diei, ſine peccato eſt ſuper terram. Ille aūt in iudicium intrat cū domino, qui iuſtitiā ſuam ſtatuens, iuſtitiæ diuinæ non eſt ſubiectus, de quo Propheta: Quid vultis mecum in iudicio cōtendere? omnes dereliquiſtis me, dicit dominus. Ego ergo nolo tecū contendere in iudicio, quia meā iuſtitiam non conſtituo, ſed iniuſtitiam meā damno, ſciens, quod in conſpectu tuo non iuſtificabitur oīs uiuens. Meticuloſum eſt igitur oī uiuenti corā te cauſam agere criminalē, quia cū ſis potentiſſimus, manus tuas nemo poteſt effugere, cū ſis ſapientiſſimus: tuos nihil poteſt latere: cū ſis iuſtiſſimus, animū tuū nemo pōt corrūpere, coram quo accuſatrix eſt cōſcientia, rea mens, aduocatrix ratio, teſtis memoria: & tu iudex, qui es iuſtus, potens, & ſapiens imò iuſtitia, potentia, & ſapientia, reddens unicuiq; ſecundū opera ſua. Sed dicet aliquis: Nónne in hac uita mortali ſunt aliq iuſti, q etſi nō oīnō à peccatis uenialibus liberi, ſunt tamē à criminalibus liberati? Nūquid tales iuſto poſſent iudicio condemnari? quoniā uerū eſt, q̄d in cōſpectu Dei nō iuſtificabitur omnis uiuēs: Poſſet forſitan reſpōderi, q̄d ſicut eſt bona mors, ita & mala uita. De iſta dicitur: Fortis eſt, ut mors, dilectio, & dura, ſicut infernus, æmulatio. A quæ multæ nō poſſunt extinguere charitatē. Et: Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in Deo. De illa legit: Vidua, q̄ in delicijs uiuit, uiuēs mortua eſt. Et filius pdigus, q abiit in regionē lōginquā, diſſipauit oēm ſubſtātiā ſuā uiuēdo luxurioſe. Qui ergo uiuūt ſibi, nō Chro; carni, nō ſpūi; mūdo, nō Deo, hi pfectò in cōſpectu Dei iuſtificari non poſſunt, niſi

Ioan. 1. *Pro. 20.* *Hier. 2.* *Meticuloſum coram Deo cauſam agere.* *Cant. 8.* *Coloſ. 3.* *1. Tim. 5.* *Luc. 15.*

prius moriant ſibi, ut uiuāt Chro; moriātur carni, ut uiuāt ſpūi; moriant mundo, ut uiuāt Deo. Taliter iſte pœnitens noue ra ſe uixiſſe. Quocirca petebat, ut dñs in iudiciū nō intraret cū ipſo, q̄a in cōſpectu ei⁹ nō iuſtificab. oīs homo talis, & taliter uiuēs. Porro cū nemo iuſtificet niſi ex dono gr̄æ patet, quod nullus iuſtificatur ex merito uitę. Nā infuſio gratię proprie iuſtificatio appellat, quā Deus nulli concederet, ſi cum ſecūdū meritorum exigentiam iudicaret. Vel de iudicio cōparationis poteſt intelligi, vt ſit ſenſus: In conſpectu tuo, id eſt, in comparatione tui, non iuſtificabitur, hoc eſt, non apparebit iuſtus omnis uiuens, ſiue angelus, ſiue homo. Vnde nō additur aliquis ſpecialis terminus ſubſtantiuus, ut intelligatur de omni uiuēte, quoniā in conſpectu eius nec aſtra ſunt munda. Vnde beatus Iob ait Verè ſcio, quia nō iuſtificabitur homo comparatus Deo. Et: Si innocentē me oſtēdero, prauū me cōprobabit. Nam omnis mūditia creaturę immūda eſt, cōparata mūditiæ creatoris. Propter quod ab eodē ſancto Iob dicitur: Si lotus fuero quaſi aquis niuiū, & fulſerint uelut mūdiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus me intinges, & abominabunt me ueſtimenta mea. Sicut enim ſtella comparata ſoli non lucet, & argentum comparatū auro uileſcit, ſic, imò incomparabiliter magis, in cōſpectu Dei non iuſtificabitur oīs uiuens. Ergo exaudi orationē meā, ut liberes me à pſequētibus me.

Iudiciū comparationis. *Iob. 15.* *Iob. 9.*

Quia perſecutus eſt inimicus animam meā, humiliauit in terra vitam meam.

Quantum ad literam, uidetur innuere ſe dimicaſſe cum hoſte, ſed ab eo fuiſſe conuerſum in fugam. Quia perſecutus eſt, inquit, inimicus animam meam: proſtratum in terra, quia humiliauit in terra uitam meam conclusum in carcere, quia collocauit me in obſcuro, non utique amplo & claro, ſed tenebroſo & arcto, ſicut tumulus mortuorum. Vnde ſubiungit, Sicut mortuos ſeculi. Et ideo præ anguſtia carceris anxiatus eſt in me ſpiritus meus, & præ ipſius obſcuritate

ritate in me turbatum est cor meum, pręsertim ex recordatione felicitatis antiquę: quia memor fui dierum antiquorũ, quibus florere solebam. vnde: Meditatus sum in omnibus operibus tuis, quibus me recolo prosperatum. Et etiam meditabor in factis manuum tuarum, quibus me desidero prosperandum. Et meritò, quia tantam patior in carcere ipso miseriã, quod prę ariditate sitis expandi manus meas ad te: quoniã anima mea est ad te suspirans, sicut terra sine aqua, & nisi protinus liberaueris, in breui animam exhalabo, ideo velociter exaudi me, quia iam quasi defecit spiritus meus. Ergo ne auertas faciem tuam à me, quia si auerteris, similis ero descendentibus in lacum, velut in profundum submersus. Vnde liberare non differas vltra diem, sed auditam mihi fac manè misericordiam tuam, quia non in me, sed in te speraui domine. Et cum deduxeris me de carcere, notam mihi fac viam, in qua ambulẽ, quia non ad aliũ sed ad te leuaui animã meã: & ne ab inimicis meis iterum cõprehendar, eripe me de inimicis meis, quoniam ad te confugi, tanquam ad munimentum securum. Quare doce me facere voluntatem tuam, vt in nullo illam offendam, propter quod tuam defensionem amittam: quia tu, non alius, es Deus protector meus. Spero igitur, quod spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam, ne aberrem ab itinere recto, vt sic ad te citò perueniã. Et propter nomen tuũ dñe, quod in meũ auxilium inuocaui, tu viuificabis me, quasi iam mortuum prænimia miseria, quam sustineo: & hoc facies non in iustitia mea, sed in æquitate tua. Sic igitur educes de tribulatione, quam patior, animam meam, & in misericordia tua, non ex meritis meis, disperdes omnes inimicos meos, quasi vagos & profugos super terram. Et perdes omnes qui tribulant animam meã, hac profectò de causa, quoniam seruus tuus ego sum. Et tu domine seruos tuos vindicas & defendis. Ait ergo: Persecutus est inimicus animam meam. Secunda pars, in qua narrat & illa quę patitur, & illa quę agit. Patitur enim persecutionem in animam. vnde. Persecutus est inimicus animã meam. Humiliationem in via: vnde: Humiliauit in terra vitam meam. Obscuritatem in carcere. vnde: Collocauit me in obscuro sicut mortuos seculi. Anxietatem in spiritu. vnde: Anxiatus est in me spiritus meus. Et turbationem in corde. vnde: Turbatum est in me cor meũ. Agit autem memoriam de diebus antiquis, quibus ipse in tempore floruit. vnde: Memor fui dierum antiquorum. De diuinis operibus, quibus Deus seculum condidit. vnde: Meditat᷒ sum in omnibus operibus tuis. Et de factis dominicis, quibus Christus mundum redemit. vnde: In factis manuum tuarum meditabor. Agit etiam de manibus ad orationem extensis. vnde: Expandi manus meas ad te. Ac de spiritu ad desiderium inflammato. vnde: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Persecutus est igitur inimicus animam meam, non vnus tantum, sed multiplex, dæmon, & homo, mundus & caro, vitium & peccatum. Propter quod alibi ait: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Et: Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt. Et persequendo me, multum inualuit contra me, quoniã humiliauit in terra, id est, in terrenis voluptatibus, vitam meam, vt terram comederem, quasi serpens maledictus à Deo. Sicut enim qui conspicit cælestia, exaltatur ad cælum, ita qui terram desiderat, humiliatur ad terrã. Ille verò qui suffodit in terra talentum, meruit à domino reprobari. Ad hoc enim tendit persecutio inimici, vt à spe cælestium deiiciat animam ad concupiscentiam terrenorum. Vita Christus, qui de se dicit: Ego sum resurrectio & vita. Vita naturæ. vnde: Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Doctrinæ. vnde: Cibauit eũ dominus pane vitæ & intellectus. Gratiæ. vnde: Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus. Gloriæ. vnde: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sunt & hominum multæ vitæ, vt actiua, contemplatiua, regularis, secularis, & huiusmodi. vnde legitur: Melior est misericordia tua super vitas.

Inimicus multiplex.
Gen. 3.
Mat. 25.
Vita multiplex.
Ioan. 11.
Gen. 2.
Eccl. 15.
Galat. 2.
Ioan. 17.
Psal. 62.

Luc. 15. tas Est prætetea vita culpæ. vnde: Abiit in regionem longinquam, & dissipauit omnem substantiam viuendo luxurio-
Iob. 14. se. Miseriæ. vnde: Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Pœnæ. vnde: Laudaui magis mortuos, quàm viuentes. Et rursus de hac vn
Psal. 48 de: Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Non solum autem humiliauit in terra vitam meam, sed etiam.

Collocauit me in obscuro sicut mortuos seculi, & anxia-
† al. super me. tus est* in me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Redde singula singulis. Anxiatus est, inqt, in me spiritus meus: quoniã inimicus meus, quãtũ in se fuit, humiliauit in terra vitã meam. Et in me turbatum est cor meũ: qa collocauit me in obscuris, id est, in tenebris vitiorũ, quæ mentem obtenebrant & obscurant, quemadmo-
Rom. 1. dum de peccatoribus inquit Apostolus. Obscuratum est incipiens cor eorum. Collocauit, inq̃, me in obscuris, sicut mortuos seculi, hoc est, sicut homines seculares mortuos in peccatis. In corpore quidem viuẽtes, quantũ ad seculum, sed in anima mortuos, quantum ad dominum. Vnde cognoscens suum periculum, anxiatus est in me spiritus meus, vehementi timore correptus. Et in me turbatum est cor meum, vehementi dolore compunctum: non solũ autem intra me, sed & contra me, anxiatus est in me spiritus meus, & turbatũ est cor meũ, quia ego huius anxietatis & turbationis sum causa, qui culpabiliter egi, vnde mihi cordis turbatio, & anxietas spiritus prouenerunt: non refundo culpam in alium, sed meipsum accuso, vt merear indulgẽtiam facilius obtinere. Ne verò desperationem incurram, sed consolationem inueniam,

Memor fui dierum anti-
† al. & nõ habet. quorum, * & meditatus sum in omnibus operibus tuis, *&
† al. & nõ habet. in factis manuum tuarum * me
† al. meditabar. ditabor.

Magna est consolatio inter tribulatio- *Miserationum* num angustias miserationum domini *Dei recordatio, magnum solatium fluctuum.* recordari, & ideo memor fui dierum antiquorum, quibus Deus antiquis patribus multa consolationum remedia præstitit ab antiquo. Et meditat⁹ sum in omnibus operibus tuis, quæ ad creationem pertinent & naturam, ita vt vniuersitas extendatur nõ ad singula genera, sed ad genera singulorum. Et etiam meditabor in factis manuum tuarum, pertinentibus ad redemptionem & gratiam, quæ fecerunt propriè manus tuę, ex quibus omnibus spem liberationis concipio in variis tribulationibus constitutus. Et ideo

Expãdi man⁹ meas ad te, aĩa mea sicut terra sine aqua tibi.

Considẽter ergo expãdi ad te domine manus meas, quia tu dignãter expandisti pro me tuas, in patibulo crucis extensas. Et ego manus meas in formã crucis expandi, glorians cũ Apostolo in cruce *Galat. 6.* tua domine Iesu Christe, quæ mihi salutis extitit causa. Expandi etiam manus meas, id est, affectus & opera dilataui, quæ prius erãt quodãmodo cõtracta, dũ minus de liberatione sperabã. Manus ho *Manus hominis multiplex.* minis multiplex. Operationis. vnde: Manus meę stillauerunt myrrham. Et. Labores manuũ tuarum quia mãducabis, beatus es. Orationis. vnde: Leuantes puras *Ps. 127.* manus in oratione. Cumq; leuaret Moy *1. Tim. 2.* ses manus in oratione, vincebat Israel. Cõtẽplationis. vnde: Manus hominis sub *Mat. vlt.* pennis eorũ. Et: Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regum. Curationis. vnde: Super ægros manus imponẽt, & bene habebunt. Et: Dedit illi manũ, & erexit illam. Laudationis. vnde. Omnes *Psa. 46.* gentes plaudite manibus. Et: Flumina plaudent manibus in idipsum. Ideo autẽ manus ad cælum in oratione expandi, quoniam anima mea est tibi sicut terra sine aqua, quæ carens humore virtutũ, germen boni operis non producit, vnde desiderat imbrem, vt germinet irrigata. Ne verò prorsus arescat & sterilis fiat,

Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus.

Ne

Ne auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum.

Tertia pars, in qua exprimit illa, quæ postulat, & postulādi causas exponit. Postulat primò diuinā à se faciē nō auerti. vnde: Nō auertas faciē tuā à me. Causam quę subiūgit: qm̄ si auerteres, similis ero descēdētibus in lacū. Secūdò postulat misericordiā sibi adesse diuinā. vnde: Auditā fac mihi manè misericordiā tuā. Et causam assignat: quia in te domine speraui. Tertiò postulat viā, in qua ambulet, fieri sibi notā. vnde: Notā mihi fac viā in qua ambulē. Redditque primus causam. qa leuaui ad te animā meā. Quartò postulat ab hostibus liberari. vnde: Eripe me de inimicis meis. Et causam ostendit: quoniā ad te domine confugi. Quintò postulat edoceri diuinā facere voluntatē. vnde: Doce me facere voluntatē tuā. Et statim exprimit causam: quia tu es Deus meus. Verè itaq; domine anima mea est sicut terra sine aqua: quia defecit spiritus meus, nō à vita naturæ, sed gratiæ, q̄ per peccatū amisi. vel: Exaudi me domine, qa defecit spiritus meꝰ, id est, factus sum pauper spiritu, deficiente sṗbia & proficiēte humilitate. Quare nō auertas faciē tuā, id est, benignitatē tuā à me, sed reddas humili, qđ abstulisti sṗbo. Etenim si faciē tuā auerteris, ero similis descēdentibus in lacū, id est, in profundū peccati, de quo alibi dicit: Impius quum venerit in profundū peccatorum, contemnit: quia sine spe veniæ, licentiam sibi peccandi proponit, laxatis iniquitatū habenis. vel: Ero similis descendentibus in lacū, id est, vnus ex reprobis descendētibus ad infernū. Est enim lacus culpæ. vnde: Saluasti me à descendentibus in lacum. Miseriæ. vnde: Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis. Et gehennæ. vnde: Aestimatus sum cum descendētibus in lacum. Ergo ne auertas faciem à me.

Lacus multiplex.

Psal. 93.

Psa. 87.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam, quia in te speraui* domine.

† al. & nō habet domine.

Manè, id est, in ortu lucis, in infusione videlicet gratiæ, fac mihi auditam misericordiam tuam, id est, fac me audire, hoc est, intelligere illam, quæ lucem veritatis & charitatis facit in anima coruscare. Vel mane resurrectionis, post finem seculi fac me audire misericordiā tuam, videlicet, verbum illud misericordia tua plenum: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c. Quoniam in te speraui domine, vt mihi conferas & gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Vt autem ad illam recto tramite valeam peruenire,

Manè quid.

Mat. 25

Notam fac mihi viā in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam.

Hoc vtique fecit Deus, quum propheticum sermonem accendit, cui, sicut Petrus ait, debemus attendere quasi lucernæ lucēti in caliginoso loco, donec illucescat dies. Ipse namque viam veritatis ostendit, id est, fidem catholicā, per quā ambulare bonis operibus debemus, vt perueniamus ad vitā. Qui verò per aliā viam tendit, vt Iudæus, hæreticus, vel paganus, ipse profectò non pergit ad vitam, sed vadit ad mortem. Is quoq; qui est via, veritas, & vita, notam fecit semitam, notam fecit se viam, per quam accedamus ad ipsam vitam, cum Deitatis lumen in humanitatis testa proposuit, vt per formam serui procedamus ad formam Dei, ad lumen piissimum, verbum quod erat in principio apud Deū. Hanc ergo viam in qua ambulem notam fac mihi. Et certè debes, qa ad te leuaui animam meam, non ad mundum curuaui, sed afferens vas ad fontem, vt impleas illud aqua saliente in vitam æternā. Nullus ergo de suo sibi præsumat ingenio, suam scientiam sufficere ratus ad cognoscendam viam, per quam tendat ad patriam: quia nōn sunt in homine viæ eius, sed à domino gressus hominis dirigūtur. Est autē via, quæ videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad interitum. Ergo notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te domine leuaui animam meam: nō enim eam continui qua si sufficientem in me, sed leuaui eam velut

2. Pet. 1.

Ioan. 4.

lut insufficientē ad te, vt ad cognoscendū viā, in qua ambulē, à te postulem intellectū. Vnde leuaui eā ad cælestia de terrenis. Nam omne datū optimū, & omne donū perfectū de sursum est descēdēs à patre luminū. In ipsa verò salutis uia

Iacob. 1.

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Multi sunt inimici qui obsidēt viam, vt deuiare faciant viatores, visibiles & inuisibiles, spirituales & corporales. De his omnibus inimicis eripe me, ne impediant viam meam, quoniam ad te confugi, qui es refugium sperantium in te domine. Nemo quippe te potest effugere, vnde quilibet ad te debet confugere, q ad te venientes foras non eiicis, sed intrare permittis. Et ne à te vltra recedā, doce me per spiritum sanctum tuū (qui est vnctio, docens de omnibus) facere voluntatē tuā, id est, implere præcepta tua. Voluntas enim Dei quæ Deus est, & beneplacitū appellatur, illa nō fit, sed facit omnia, quæcunque vult fieri, in cælo & in terra, in mari & in abysso. Hæc vtique vna est, sed eius multa sunt signa, de quibus pluraliter dicit: Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Inter quæ sunt consilium & præceptum, de quibus ait: Doce me facere voluntatē tuā, vt illud agam quod tu consulis & præcipis faciendum. Ad te confugi, quia tu es Deus meus, Ad aliū quippe fugerē, si ab alio fact⁹ essem. Sed qa tu es Deus meus, creator meus, ad te cōfugi: quare doce me facere voluntatem tuā, quia tu es magister & doctor meus.

Inimici multi salutis viā obsidēt.

Ps. 134.

Ps. 110.

Spiritus tuus bon⁹ deducet me in viam rectam, propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Quarta pars, in qua circa se beneficia diuina commendat: quia Deus erit ductor ipsius. vnde: Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Viuificator ipsius. vnde: Viuificabis me in æquitate tua. Liberator ipsius: quia educes de tribulatione animā meam. Et vltor ipsius: quia disperdes omnes inimicos meos. Qui ergo prius spem liberationis conceperat, iam obtinet certitudinem. Vnde securè dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in viā rectā. Et spiritus diuinus, de quo dicitur: Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Specialiter aūt tertia in trinitate persona. vnde: Tres sunt qui testimoniū dāt in cœlo, pater, filius, & spiritus sanctus, & hi tres vnū sunt. Spiritus angelicus. vnde: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignē vrentem. Et: Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi. Spiritus humanus. vnde: In eius manu est anima omnis viuētis. Et: Spiritus vniuersæ carnis hominis. Spiritus dæmoniacus. vnde: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Et spiritus animalis. vnde dicitur: Quis nouit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum? Item spiritus gratiæ. vnde: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et: Spiritū ambulate, & desideria carnis non perficietis. Spiritus prophetiæ. vnde: Spiritus pphetarū erat eis subiectus. Spiritus sapientiæ. vnde: Verba, quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Spiritus scripturæ. vnde: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Nec non spiritus potestatis. vnde: Vbi erat impetus, idest, potestas spiritus, illuc gradiebantur, siue ad bonum salutare, siue ad malū damnabile. Et de quo Apostolus: Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. Spiritus voluntatis. vnde: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cū eo. Spiritus indignationis. vnde: Nō permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Et spiritus contēplationis. vnde: Eleuauit me spiritus inter cęlum & terram, & adduxit me in Hierusalem in visione Dei. Spiritus virtutum. vnde: Requiescet super eū spiritus sapiētiæ & intellectus, &c. Spiritus vitiorū. vn: Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetę

Spiritus multiplex.

Ioan. 4.

1. Ioan. 5

Psal. 96

Heb. 1

Ephes. 6.

Eccles. 3

Rom. 8.

Galat. 5.

Ioan. 6.

2. Cor. 3

Ezech. 1

2. Thes. 2.

1 Cor. 6.

Gen. 6.

Ezai. 11.

Apoca. 16.

tres spiritus immundos exire in modũ ranarũ. Et ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum Hi sunt spiritus superbiæ, xenodoxiæ, & huiusmodi. Spiritus ægritudinũ. vnde: Ecce mulier quę habebat spiritũ infirmitatis annis decẽ & octo. Et spiritus tẽpestatũ. vnde: Spiritus procella ũ pars calicis eorũ.

Ps/al. 10

Porrò spiritus tu⁹ bonus deducet me in viã rectã. Hic est, q mihi viã, per quã ambulẽ, facit notã, & tuã me docet facere voluntatẽ: qm ipse me in viã rectã deducet. Bonus quidẽ in se, quia est ipsa bonitas; & bonus in nobis, quia nos efficit bonos. O quàm bonus, quàm pius, & q̃ benignus, quàm suauis, quàm dulcis, & quàm iucũdus est spiritus tuus dñe, his qui te diligũt ex corde puro, & consciẽtia bona & fide nõ ficta. Hic deducet me in viã rectã, idest, in viã mandatorũ tuorum, per quã rectè itur ad patriã. Potest etiã spiritus Dei bonus intelligi, bonus angelus, qui datus est ad custodiã. Ipse quidẽ deducet me in viam rectã. Siquidem spiritus meus malus me deduxit in viam prauã, sed spiritus tuus bonus deducet me in viã rectã, non propter meritum meũ, sed propter nomen tuũ, vt tẽ impleas nominis tui, quod est Iesus, id est, saluator: Ego quippe me occidi per culpam, tu verò me iustificabis per gratiã, sed ipsa gratia non erit sine iustitia, quia viuificabis me æquitate, non mea quidem, sed tua, sicut superius est ostensum. Vel viuificabis me in ęquitate tua, propter nomen tuum, vt nominatus inde gloriose lauderis, iuxta quod alibi dicitur: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Educes de tribulatione animam meã, & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Quàmdiu anima in hoc mortali corpore manet inclusa, multis afflictionibus tribulatur, sed quum ab illo educitur carcere, de tribulatione huius mundi liberatur, ne grauiorem tribulationẽ

Ps. 141. incurrat. Propter quod alibi Psalmista dicebat: Educ de carcere animam meã

Rom. 7. ad confitendum nomini tuo. Et Paulus Apostolus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc itaque fit, cum remissione indulta peccatorum, Deus animam de corpore iubet exire, quasi de carcere liberatã. Et in misericordia tua, quantũ ad me qui nõ merui, disperdes omnes inimicos meos, vt vltra mihi nocere non possint. De spiritualibus inimicis, idest, dæmonibus absque dubio verũ est, qđ oẽs disperdes, & de corporalibus quoq;, omnes qui vsq; ad mortem suam perseuerauerunt inimici. Notanda sunt autẽ, quæ dicuntur in fine pcedẽtis versus, & in fine sequentis. Nã ibi dicit: Viuificabis me in æquitate tua, & hic dicitur: In misericordia tua disperdes inimicos meos: quum potius videatur, quod ad iustificandũ misericordia, & ad perdendum æquitas debeat pertinere, sed vtrumq; pertinet ad vtrunq;: quoniã omnes viæ dñi misericordia sunt & veritas. Propter quod ei misericordiã & iudiciũ Psalmista cantabat. Quia verò quidam inimicorũ meorum prædestinati sunt ad vitam ęternã, Ps. 110.
& ad æternã mortẽ aliqui reprobati, de prædestinatis optãdo omnino dico, qđ in misericordia tua, idest, per effectum misericordiæ tuę disperdes omnes inimicos meos, idest, omnes eorum inimicitias, vt fiant de inimicis amici, secundum illud quod alibi dicitur: Vertẽ impios, & non erunt. De reprobatis autem Prouer. 12.
spiritu prophetandi dico;

Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

Omnes huiusmodi perdes in gehenna ignis æterni, qui obstinato corde tribulãt animã meam, qm seruus tuus ego sum, idest, in pęna peccati, quo me seruũ tuũ nequiter psequũtur. Vel perdes eos, qui ppterea tribulãt animã meam, quoniã seruus tuus ego sum, idest, quoniã tibi seruio. Est & hoc graue peccatũ, propterea persequi aliquẽ, quoniã seruit Deo. Exultatiua cõclusio, qua liberationẽ animæ suæ ac perditionẽ inimicorum suorum Deo inspirante prædicit.

Quoniam in humanis operibus nihil est Epilogus

est ex omni parte perfectum, benignè huius operis quæso lectorem, quatenus si quid in eo dignum inuenerit, diuinæ gratiæ totum ascribat. Quicquid autem in ipso cognouerit minus dignũ, ad humanum referat imperfectum, rogans humiliter, vt ipse pro mesuppliciter intercedat apud piissimum patrem, & iustissimum iudicem, vt plenam mihi concedat indulgentiam peccatorum, per virtutem veræ ac fructiferæ pœnitentię, quam in hac pœnitentialium expositione Psalmorum vtcunque descripsi, ad laudem & gloria nominis Iesu Christi. Qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Commentariorum D. Innocentij in septem Psalmos Pœnitentiales. FINIS.

D. INNOCENTII Papæ Tertij Encomium Charitatis.

Charitas vt sicut omne bonum opus, sic etiam eleemosinam reliquaque pietatis opera Deo grata, hominique fructuosa efficiat.



Haritatis autem encomiũ in fine hic subnecturus, primum eam ex sacris literis probare & commendare operæprecium existimo. Sunt autem hæ authoritates, quę formã præferunt charitatis: Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuũ sicut teipsum. Item Ioannes ait: Deus
1.Ioã.4. charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item Pe-
1.Pet.4. trus: Ante omnia mutuam in vobismet ipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Item Paulus: Charitas patiens 1. Cor. 13.
est, benigna est, nõ agit perperam. Item Salomon: Odium suscitat rixas, & cha- Prouer. 10.
ritas parit dilectionem. Item August. Omnia quæcunque facimus sine chari- August.
tate, nihil nobis prosunt, fatuum & inane studium expendimus, si nõ habemus charitatem, qui Deus est. Item Gregor. Gregor.
Tantò amplius rubigo peccatorum consumitur, quantò igne charitatis crematur cor peccatoris.

Ex his sic procedendum est: Quis pię ditus Tulliana eloquentia? quis omni formaius sapientia sufficit laudes charitatis exprimere, eiusq; virtutes ad vnguem exponere? Hæc est charitas, quæ docet illecebras fugere, voluptates calcare, carnis cõcupiscentias cohibere, desideria illicita frangere, homines contemnere, postremò vniuersa blandimẽta respuere. *Charitatis virtus quanta.* De hac sponsus in Cantico amoris ait: Pone me vt signaculum sup cor tuũ, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernꝰ ęmulatio. *Cant. 8.* Mors enim viuentes extinguit, infernus autem nec mortuis parcit. Dilectio igitur vt mors, est fortis. Nã sicut illa sensuum carnis, sic ista affectum carnalis concupiscentię punit. Dura est sicut infernus æmulatio, qa hos quos intus trahit desideriũ æternorum, non solum blanda respuere, sed etiam aduersa, pro eo quod diligit adipiscendo, cogit tolerare. Hæc est charitas quæ Abel martyrẽ fecit, Abrahã de terra sua eduxit. Hæc Ioseph in Aegypto seruauit. Hæc est flamma, quę tribus pueris in fornace flammã extinxit. *Gen. 4. Gen. 12. Gen. 41. Dan. 3.* Hæc est charitas omniũ bonorũ maxima, cui nil sapit extraneũ, vel asperũ, vel confusum, virtutes cæteras munimine suæ perfectionis solidans. Quisquis in eius radice se inserit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus euanescit, quia fœcũditatis opus efficaciter non amittit. De hac Isidorus ait: Nullum præmium pẽsatur, sine amore charitatis: quãuis rectè ęredat, tamen sine charitate ad beatitudinẽ peruenire nõ potest. Quia tãta est charitatis virtus, vt etiã ꝓphetia, & martyriũ sine illa nil esse credatur. Charitas omniũ virtutũ obtinet principatum. Vnde

& via-

Coloſ. 3. &vinculum dilectionis ab Apoſtolo dicitur, quia vniuerſæ virtutes eius vinculo religantur. Dilige ergo dominum vt eligas, dilige melius vt ſalubre degas. Dilige Deum vt eligas eſſe cum Deo, dilige melius, vt vnus fias cum eo. Per dilectionem ergo diligas, quod diligis, ſi totus peruenire cupis, & feſtina vt apprehendas. Ergo per dilectionem curris, per dilectionem apprehendis. Idem quo plus diligis, eo & amplius amplecteris. Ergo per dilectionem ſuperius vide de quo tibi dilectio ipſa eſt. Dilectio ipſa eſt curſus, ipſa eſt peruentio, ipſa eſt permanſio, ipſa eſt beatitudo. Dilige ergo Deum, elige dominum, curre, apprehende, poſſide, fruere. Hæc eſt via ſuper excellens, via ſupereminens, vias diſtortas dirigens, vias rectas oſtendens.

Charitas Dei quãtá. Hęc eſt charitas, quę tãtum in Deum præualuit, quod eum de ſede ſupernæ maieſtatis ad infirmitatem noſtra humanitatis adduxit: vulnerauit impaſſibilem, ligauit inſuperabilem, traxit incommutabilem, æternum fecit mortalem. Si tãtum potuit charitas in Deum, quantum homo deberet poſſe in ſeipſum? Si Deus propter hominem tanta pertulit, quid homo propter Deum tolerare recuſabit? Pudeat te ô homo non ſubiici charitati, quę ſibi ſubiecit authorem mundi, non pudeat ſubiici charitati lutum, quæ ſibi ſubiecit & figulum. Hæc

1. Cor. 13. non æmulatur, non agit perperam. Ab illo in quo habitat, radicem vitiorum extirpat. Charitas omnium virtutum eſt origo, charitas mentem hominis illuminat, conſcientiam mundat, animam lætificat, Deum demonſtrat. Animam in qua charitas habitat ſuperbia non inflat, inuidia non deuaſtat, ira non vexat, auaritia non excæcat, triſtitia mala non diſſipat, gula non inflammat, luxuria non coinquinat. Semper munda eſt, ſemper quieta, ſemper caſta, ſemper læta, ſemper pacifica, ſemper benigna, ſemper modeſta. In aduerſis ſecura, in proſperis nõ elata. Hæc crux ſpiritualis eſt, quamquilibet portare tenetur, vt tollendo hanc crucem, Chriſti veſtigia ſequatur: cuius altitudo erigitur ad Deũ, latitudo extenditur vſq; ad inimicum, longitudo ad vitæ terminum, eius profunditas diuinę ſapit bonitatis immenſum. Hæc eſt charitas quæ pugnanti eſt meritum, triumphanti præmium, quæ ſic inchoatur in via, quod conſummatur in patria. Hęc eſt ignis in Sion & caminus in Hieruſalem. *Eſaia 31.* Charitas quaſi Trinitatem creatam pari in qua Trinitate quaſi pater eſt dilectio Dei, à quo procedit dilectio, qua ſe homo diligit, tanquam proles à parente: ab vtroque verò dilectio proximi procedit, quaſi ſpiritus ſanctus ab vtroque. Iſtæ dilectiones ſunt in vna ſubſtantia charitatis, ſed diuerſę in propria pſona.

Caue ergo ô homo, ſi dilectionem ſectari velis, ne vmbra dilectionis fallaris. *Dilectio vt ſit.* Eſt enim dilectio fortunæ, quæ cum proſperitate aduenit, & in aduerſitate recedit. Hanc Deum diligit homo carnalis, qui Deum laudat ſolum, cum benefecerit ei. Eſt dilectio naturæ, qua naturam ſuam Deumq; ſenſualiter diligit. Eſt dilectio gratiæ, quæ ſola habet quod Deum diligit, vt in præmium habeatur. Prima eſt deficiens, ſecunda faciens, tertia deficiens. Prima eſt charitatis, ſecunda ſenſualitatis, tertia rationis. Prima falſitatis, ſecunda humilis peccatoris, tertia iuſtificati hominis. O homo cõſidera quàm dulcis eſt amor Dei, quàm impurus ſit amor huius ſeculi. Amor Dei mater eſt omnium virtutum: amor ſeculi mater eſt omnium vitiorum. Apud iuſtum amorem imperfecta ſunt omnia, apud illum perfecta ſunt cuncta.

D. INNOCENTII PONTIFICIS

Maximi, huius nominis Tertij,

IN LIBROS SEX MYSTERIORVM

Euangelicæ legis ac sacramenti Eucharistiæ

PROLOGVS.

Lex diuina in tribus consistit.



RIA sunt, in quibus præcipuè diuina lex cõsistit, Mandata, Promissa, & Sacramenta. In mandatis est meritũ, in ꝓmissis est præ-
Luc. 15. miũ, in sacramẽtis est adiutoriũ. Sacramẽtis enim ad vtrũq; iuuamur, & ad exequẽdũ mãdatũ, & ad obtinẽdũ promis-
Ioan. 6. sũm. Verũ inter oĩa sacramẽta illud cõstat esse pcipuũ, qđ in officio Missæ supra mẽsam altaris sacratissimè celebra-
Prouer. 9. tur: illud Eccl. siæ repræsentans conuiuium, in quo filio reuertenti pater occidit vitulũ saginatũ, panem vitæ proponens, & vinum quod miscuit sapientia.

Institutio Missæ. Hoc aũt officium ipse Chrs instituit, cũ hæredibus suis nouũ cõdidit testamẽtũ, disponens eis regnũ sicut pater suus sibi dispcsuit, vt sup mẽsam eius edãt & bibãt in regno suo, qđ Ecclesia cõsecra-
Luc. 22. uit. Cœnãtibus enim illis accepit Iesus panem, & gratias agens, benedixit ac
Luc. 22. Mat. 26 fregit, deditq; discipulis suis, dicens:
Marc. 14. Accipite & comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc
Luc. 22. facite in meam commemorationem.

Missa ab apostolis celebrata. Hac igit̃ institutiõe formati cœperũt Apl̃i sacrosanctũ mysteriũ frequentare, eã q̃ Chrus expresserat, & formã seruãtes in verbis, & materiã tenẽtes in rebus, si
1. Cor. 11. cut AplusCorinthiis ꝓtestat: Ego (inqt) accepi a dño, quod & tradidi vobis: quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate: Hoc est corpus meũ, qđ ꝓ vobis tradet̃.

S. Petrus. Optimè dispositũ Primus ergo beatus Petrus aplus missam Antiochię dr̃ celebrasse, in qua tres tantũ orationes in primordio nascentis Ecclesiæ dicebant̃. Cætera verò diuersis tẽporibus & à diuersis personis legũtur adiecta, prout Christianæ religionis cul-
Missa ut fecim. tu crescẽte, visa sunt decẽtius cõuenire. Hoc enim officiũ tã ꝓuida reperit̃ or-

dinatione esse dispositũ, vt quæ p Christũ gesta sunt & in Christũ, ex magna parte cõtineat, ex quo Chrus de cælo descẽdit, vsq; dũ ascẽdit in cælũ: & ea tã verbis, q̃ signis admirabili quadã specie repræsentat. Ipsum aũt officiũ consistit in
Missa est quatuor. quatuor, scilicet in psonis, operibus, verbis, & rebus. Tres aũt sunt ordines personarũ: Celebrãtes, ministrãtes, & circũstãtes. Tres operũ species, scilicet gestus, actus, & motus. Tres diuersitates verborũ, videlicet Orationes, modulationes, & lectiones. Tres rerum† materies, scilicet Ornamẽta, instrumenta, & elemẽta.
† al. materies.

Omnia quæ in missa fiunt, mysterijs plena sunt. Hæc oĩa diuinis sunt plena mysteriis, ac singula cælesti dulcedine redũdãtia: si tñ diligẽte habeãt inspectorẽ, q norit sugere mel de petra, oleũq; de saxo durissimo. Quis aũt nouit ordinẽ cæli, & ponet rationes ei^9 in terra? Puteus alt^9 est, & in quo hauriã aquã nõ habeo, nisi por-
Deut. 32 rigat ille q dat oĩbus affluẽter, & nõ im-
Iob. 38. properat, vt inter mediũ mõtiũ trãseuntẽ hauriã aquã in gaudio de fontib^9 sal-
Ioan. 4. uatoris. Pulsans ergo pulsabo, si fortè cla-
Iacob 1. uis Dauid aperire dignet̃, vt introducat
Ps. 103 me rex in cellã vinariã, in qua mihi sup
Esa 12. nũ demõstret exẽplar, qđ Moysi fuit in
Innocentio. mõte mõstratũ, quatenus sacrosanctũ altaris officiũ eo valeã reuelãte disserere,
Apoc. 3. qui linguas infantiũ facit esse disertas,
Cant. 1. cui^9 spiritus vbi vult spirat, diuidẽs sin-
Eccl. 24 gulis ꝓut vult, ad laudẽ & gloriã Trini-
Sap. 10. tatis, ad ꝓfectũ & vtilitatẽ legẽtium, ad
Ioan. 3. meorũ veniã & indulgentiã peccatorũ.
1. Cor. 12.

Humilis & pia protestatio authoris. Si quid ergo dignũ in hoc reperietur opusculo, diuinæ gratiæ penitus adscribatur. Nã omne datũ optimũ, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminũ. Si quid indignum, insufficientiæ deputetur humanæ. Nam
Iac. 1. corpus quod corrũpitur aggrauat ani-
Sap. 9. mã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Consuetudinem autem

anté apostolicæ sedis, non illã quã olim legitur habuisse, sed eam quã nunc habere dinoscitur prosequendam proposui, quæ disponente domino cæterarum Ecclesiarum mater est & magistra.

MYSTERIORVM Euangelicæ legis ac sacramenti Eucharistiæ.

LIBER PRIMVS.

De sex ordinibus Clericorum. Cap. I.



Vum apostolicæ sedis Antistes celebriter agit missarũ solénia, sex habet secũ ordines eler eorũ, id est, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiacones, Acoluthos, & Cãtores, ipso numeri sacraméto perfectioné huius officii manifestãs. Senarius enĩ numerus est pfectus, eo quòd reddit ex suis partibus aggregatis. Vnde sexto die pfecit Deus cœlũ & terrã & oẽm ornatũ eorũ, & quũ in plenitudine téporis sexta venisset ætate, sexta quoque die, sub hora sexta, genus redemit humanũ. Sed & sex ordines ministrorũ legimus in veteri testaméto: Põtifices, Sacerdotes, Leuitas, Nathinnæos, Ianitores, & Psaltes, quos ex maiori parte distinxit Artaxerxes in epistola quã Esdrę scribę direxit: Notum (inquit) facimus de vniuersis Sacerdotibus & Leuitis, Cantoribus, Ianitoribus, Nathinnæis & ministris domus Dei, vt eis vectigal & tributum & annona nullatenus imponatur.

Senarius numerus perfect' est. *Gen. 1.* *Galat. 4.* *Sex ordines ministrorum veteris testamẽti.* *1. Esd. 7.*

De Primicerijs & cantoribus. Cap. ij.

DAuid pphetarũ eximius, volẽs cultũ Dei soléniusampliare, cãtores instituit, q corã arca fœderis domini musicis instrumentis & modulatis vocibus decãtarẽt, inter quos pcipui fuerũt Heman, Asap & Hethan. Sed oĩum primus Hemã, cuius vicẽ nũc in Ecclesia obtinet primicerius, qui cãtoribus est plátus. Vnde legitur in Paralipomenon: Isti sunt, quos cõstituit Dauid sup cãtores domĩ domini, stãtes iuxta ordinẽ suũ in ministerio, de filiis Caath, Hemã cãtor filius Ioel: & à dextris eius Asaph filius Barachiæ, ad sinistrã aũt Ethã fili' Chusi. Debét ergo cãtores cõsonis vocib' & suaui modulatiõe cõcinere, quatenus aĩos audiẽtiũ ad deuotioné Dei valeãt excitare.

Institutio Cantorum per Dauid. *1. Par. 6* *Heman* *Asaph* *Ethan.*

De Acoluthis, quod sit eorum misterium. Cap iij.

ACoiuthi verò, q Latinè Ceroferarii nũcupãtur, ab Aarõ & filiis eius ministerii sui sumere possunt exẽplũ. Scriptũ est enim in Exodo: Præcipe filiis Aaron, vt offerãt oleũ de arboribus oliuarũ purissimũ, piloq; cõtusum, vt ardeat lucerna semp in tabernaculo testimonii: & collocabũt eã Aarõ & filii eius, & vsq; mane luceat corã dño. Quod ergo tunc sacerdotes agebãt, hoc nũc Acoluthi faciũt in ministerio lucernarũ. Multaquippe non solũ in nouo, sed & in veteri testaméto legĩ Moysi sup addita legimus & mutata. Vnde Dauid in libro Paralipomenõ dixisse narratur: Nõ erit officii Leuitarũ, vt vltra portẽt tabernaculũ & omnia vasa eius ad ministrãdũ. Acoluthi cereos ferunt accensos, dũ legitur Euangelium: nõ vt tenebras aeris illuminent, sed vt proximis opera lucis ostendant.

Exod. 27 *Multa per testamẽtum pur supe raddita aut mutata sunt.* *1. Par. 23.*

Hoc officiũ dñs testat se habere, cũ dicit: Ego sum lux mũdi Qui sequitur me, nõ ambulat i tenebris, sed habebit lumẽ vitę.

Ioan. 8.

De Subdiaconibus. Cap. iiij.

SVbdiacones Nathinnęorũ vices in Ecclesia rẽpsentãt. De qbus in Esdra legitur, qđ Dauid dederat Nathinnæos ad ministeria Leuitarũ. Vnde Grẹcè dicunt, hypodiacones, ex quorũ ordine fuit ille Nathanael, quẽ dñs in Euãgelio cõmédauit: Ecce, inqens, verè Israelita, in quo dolus nõ est. Nathinnæi verò dicunt, id est, in humilitate dño seruiẽtes. De quibus rectè patribus placuit, vt qui sacra mysteria cõtrectant, legem cõtinétiæ debeant obseruare, sicut scriptũ est in propheta: Mũdamini q fertis vasa domini.

1. Esd. 8. *Ioan. 1.* *Nathinnæi.* *Esaie 52.*

Horum officio dominus vti dignatus est, quando facta cum discipulis cœna,

Ioan. 13.

mit-

mittens aquam in peluim, lauit pedes discipulorum, & lintheo, quo erat præcinctus, extersit.

De diaconibus. Cap. V.

Num. 3. *Leuitæ* ORdo diaconorū à tribu Leui sumpsit exordiū. Vnde dñs ad Moysen locutus est, dicēs: Applica tribū Leui, & fac stare in cōspectu Aaron sacerdotis, & ministrēt ei & excubent, & obseruent quicquid ad cultū pertinet multitudinis corā tabernaculo testimonii, & custodiāt vasa tabernaculi in ministerio seruientes. A vigintiquinq; annis & supra, iussi sunt in tabernaculo seruire, tanquā ætatis ad onera portāda robusti, qui possint arcā fœderis, mensam ꝓpositionis, & vasa tabernaculi deportare. *Diacones.* Quod etiam in nouo testamēto recolitur, quum diaconibus supra sinistrū humerū stola imponitur, & in diebus ieiunii supra eundē humerū casula cōplicatur. Quia quicquid laboris in hac vita sufferimus, tāquā in sinistra portamus, donec à sinistra transeamus in dextrā, in qua requiē habeamus.

Hinc ēt Diaconi Cardinales mensem Lateranēsis altaris supra humeros suos in die cœnæ deportāt, & reportāt in sabbato: semꝑ ipsi summū Pontificē velut arcā fœderis Leuitæ portantes. *7. Diaconi.* Cæterū in nouo testamēto sumpsit initiū ab apostolis, *Actu. 6.* qui septē viros boni testimonii, plenos spiritu sancto, diaconos elegerunt, oratione ꝓmissa, ꝑ impositionē manuū ordinātes. *Apoc. 8.* Hi sunt in Apocalypsi septem angeli tuba canētes. Hi septē cādelabra aurea, hi voces tonitruorū, qui pacē annunciant, prædicant Euangelium, mensam componunt, offerunt Eucharistiam, &c. Quæ licet humiliter, tamen excellenter ad eorum spectant ministerium.

Mat. 26. Hoc officiū Christus exercuit, quādo post cœnā sacramēta cōfecta ꝓpriis manibus dispēsauit, & cū dormiētes excitauit apostolos ad orādū: *Luc. 22.* Vigilate, inquit, & orate, vt non intretis in tentationem.

De maioribus & minoribus sacerdotibus. Cap. Vj.

Exod. 28. SAcerdotalis ordinis institutio à veteri lege sumpsit originē, secundū quod legitur dominus Moysi percepisse: Applica, inquit, Aaron fratrem tuum ad tecum suis filiis, de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi. Veruntamen ante legem sacerdotes fuisse leguntur. Vnde Melchisedech sacerdos dei altissimi legitur extitisse: cui decimas ex omnibus spoliis, tanquam sacerdoti Abraham persoluit. *Gen. 14.* *Heb. 7.* Erant autem multi minores sacerdotes, quos Nazaræos communiter appellabant. *Nazaræi* Vnus autem erat summus sacerdos, quem vocabant † specialiter Arabarchum, Porro Dauid Xxiiii. sacerdotes instituit, *† al. impri mariter.* Xvi. de Eleazar, & octo de Ithamar: quibus tamen omnibus vnū prefecit, quem statuit principem sacerdotum. *1. Par. 24.* Singulis autem per sortes vicis suæ diuisit hebdomadas, quarū octaua prouenit Abię, de cuius genere Zacharias pater Ioānis Baptistæ descendit. Verū in nouo testamēto Christus ipse maiores & minores sacerdotes instituit, scilicet duodecim apostolos, & LXXII. discipulos, quos ꝓmittebat binos in omnē ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. *Luc. 1.* *Mat. 10.* *Luc. 10.* Sicut enim pontifices summos Moyses regendis populis in lege præfecit, sed ad eorum societatis & operis adiutoriū, sequentis ordinis viros, & secundæ dignitatis elegit. *Sacerdotes distincti.* (Nam in Eleazaro & Ithamar filiis Aaron, paternæ trāsfudit plenitudinis abūdantiā, vt ad hostias salutares & frequētioris officii sacramēta, ministerium sufficeret sacerdotū. Et in eremo per Lxx. virorum prudentium mentes Moysi spiritū propagauit, quibus ille vsus in populo, innumerabiles multitudines facile gubernaret.) *Num. 18.* *Episcopus.* Sic & Christus apostolis suis discipulos addidit, qbus illi suis prędicationibus totū orbem impleuerunt. Apostolorum itaque vices, maiores obtinent sacerdotes, id est, episcopi: discipulorū vero minores, id est, presbyteri.

De significatione nominum episcopi & presbyteri. Cap. vij.

NOmen episcopi plus sonat oneris, quàm honoris. Episcopos Græcè superintendens interpretatur Latine, speculatoris gerens officium, iuxta quod domi-

Ezech 3. dominus inquit prophetę: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, vt plebi sibi commissæ non negligenter intendat, sed diligenter prospiciat. Ob hoc
2. Tim. 3 inquit Apost. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Non dicit, Honorem, sed, Opus: quoniam episcopus, non tam vt præsit, quam vt prosit eli
Presby- gitur. Presbyter autem non ab ætate di-
ter. citur, sed à prudentia. Presbyter enim
Sap. 4. Græcè, Latinè senior intelligitur. Senectus. n. venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata: sed cani sensus sunt hominis, & ętas senectutis vita immaculata. Nam & dominus inquit
Num. 11. ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint & magistri.

De primatu Romani Pontificis. Cap. viij.

Primat' Petri. OMnibus autem apostolis Christus vnum præposuit, videlicet Petrum cui totius Ecclesię principatū, & ante passionem commisit. Ante passionem, cum
Mat. 16. dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: &
Ioan. 20. tibi dabo claues regni cœlorum. Licet enim vniuersis apostolis communiter di
Mat. 16. xerit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: principaliter tamen Petro concessit, quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunq; solueris super terrā, erit solutum & in cœlis. Petrus potest ligare cæteros, sed ligari non potest à cæteris. Nam & illis particulariter dictum est: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Huic
Luc. 22. autem vniuersaliter dicitur: Quodcunque ligaueris, &c. Circa passionem verò, cum pluraliter dixisset de omnibus, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: singulariter tamen pro Petro subiunxit: Ego autem pro te rogaui, vt nō deficiat fides tua. Statimq; subiunxit: Et tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. Ad Petrum igitur tanquam ad magistrum pertinet cæteros cōfirmare, cuius fides in nulla tentatione defecit. Fides enim apostolicæ sedis super firmam petram stabili soliditate fundata, nullis vnquam errorum sordibus potuit inquinari: sed absq; ruga manens & macula, pro necessitate temporum, à cæteris maculas detersit errorum. Post Ioan. 21.
passionem autem, cum tertio quæsisset à Petro, Simon Ioannis, diligis me plus Petrus
his? & ille tertio respondisset, Domine tu caput
scis, quia amo te; tertioque præcepit: Pa- aliorum.
sce oues meas: statimque subiunxit, Se- Ioan. 1.
quere me. Petrus enim secutus est Christum, non solum genere martyrii, sed & in ordine magisterii. Quod Christus ostē dit, cum ait: Tu vocaberis Cephas. Licet enim Cephas secundum vnam linguam interpretetur Petrus, secundum alteram tamen exponitur caput. Nam sicut caput habet plenitudinem sensuum, cętera verò membra partem recipiunt plenitudinis: ita cæteri sacerdotes vocati sunt in partem solicitudinis, sed summus Pō Præci-
tifex assumptus est in plenitudinem po- puus vbi
testatis. Hinc etiam, quod non sine ma- que Pe-
gni mysterii sacramento, cum Christus trus fuit.
vniuersos interrogasset apostolos. Vos autem quē me esse dicitis? solus Petrus, quasi primus & potior respondit pro omnibus: Tu es Christus filius Dei viui. Mat. 16.
Cumque timore periculi cuncti simul exterrerentur apostoli, solus Petrus de- Idē. 14.
scendit intrepidus, vt super vndas maris ad dominum ambularet. Et cum multi discipulorum abiissent retro, dicentes, Durus est hic sermo, dixit Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? Re- Ioan. 6.
spondit ei Simon Petrus; domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Cumq; Iesus respe xisset discipulos, ait Simoni Petro: Si in Mat. 18.
te peccauerit, frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, &c. Cui Luc. 22.
cum Petrus dixisset: domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Respondit illi Iesus: Nō dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies: & cum omnes apostoli fugam arriperent, solus Petrus educens gladium, percussit seruum Pontificis, & dextram eius abscidit auriculam. Cūq; post Ioan. 18.

Ioan. 21. resurrectionem alii discipuli nauigio venissent ad dominum, Petrus succingens se misit in mare, vt inter vndas ad ipsum accederet. Quapropter & Christus, cum resurrexisset à mortuis, prius se Petro, quàm cæteris ostendit apostolis,
1. Cor. 15. quia secundum Apostolum visus est Cephæ, post hoc vndecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul.

De conuenientia & differentia potestatum inter episcopus & presbyteros. Cap. IX.

Differt autem inter episcopos & presbyteros, quia ad oẽs sacerdotes cõmuniter pertinet, catechizare, baptizare, prædicare, cõficere, soluere & ligare: Sed specialiter ad pontifices spectat, clericos ordinare, virgines benedicere, pontifices cõsecrare, manus imponere, basilicas dedicare, degradandos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare. Vnguntur autem manus presbyteris ab episcopo, vt cognoscant hoc sacramento se per spiritum sanctũ suscipere gratiam consecrandi. Vnde cum eas vngit episcopus, dicit: Cõsecrare & sanctificare digneris domine manus istas, per istam vnctionẽ & nostram benedictionem: vt quæcunq; consecrauerint, cõsecrentur: & quęcunq; benedixerint, benedicantur in nomine domi-
Vnctio manuũ. ni. Vnguntur etiam manus presbyteris, vt opera misericordiæ pro viribus ad omnes debeãt exercere. Per manus enim opera, per oleũ misericordiã designatur.
Luc. 10. Vnde Samaritanus appropians vulnerato, vinum superinfudit & oleũ. Veruntamen & maiores & minores sacerdotes
Sacerdotes gerũt vices Christi communiter in quibusdam vices gerunt summi põtificis, id est, Christi, dum pro peccatis obsecrant, & peccatores per pœnitentiam recõciliant. Vnde dixit Apostolus: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, & posuit in vobis verbũ
2. Cor. 5. reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos. Obsecramus ergo pro Christo, recõciliamini Deo. Mediatores enim sunt sacerdotes inter Deũ & homines, dũ præcepta Dei populo deferunt prędicando, & vota populi Deo porrigũt supplicando. Quocirca tales debent existere sacerdotes, vt & Deo sint grati, & hominibus sint accepti. Nam vt inquit Alexander papa, Christi sacerdotes quantò dignioresfuerint, tantò facilius in necessitatibus populi, pro quibus clamãt, exaudiũtur. Et Apost. Mediator nõ est vnius.
Gal. 3. Discordes enim reconciliare nõ potest, qui simul vtriusque societatis & amicitiæ vinculo non est concors. Si enim is qui displicet, ad intercedendũ mittatur, irati animus ad deteriora prouocatur. Hi post inuocationem sancti spiritus super vtrunque humerũ stolam accipiunt, vt ex hoc intelligant, se per arma iustitiæ à dextris & à sinistris esse munitos.
Stola super vtrũque humerum. 2. Cor. 6. Quatenus nec aduersis frangantur, nec prosperis eleuentur. Vnde cum stolam accipiunt, dicit illis Episcopus: Accipite iugũ domini, iugum enim eius suaue est,
Mat. 11 & onus eius leue. Suaue est in prosperis, leue est in aduersis. Accipiũt quoq; Calicẽ & patenã de manu Põtificis, quatenus his instrumẽtis potestatẽ se accepisse agnoscant, placabiles hostias offerẽdi. Vnde cũ hęc episcop⁹ tribuit, Accipite, inqt, potestatẽ offerendi sacrificiũ Deo, missamque celebrandi, tam pro viuis quàm pro defunctis in nomine domini.

Officio sacerdotis vsus est dominus Iesus Christus, quãdo post cœnã panẽ & vinũ in corpus & sanguinem suũ diuina
Mat. 26. virtute conuertit. Accipite, inquit, & comedite: Hoc est corpus meũ. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Excellentius autem vsus est hoc officio, quũ pro peccatis humanis generis seipsum in ara crucis obtulit, idẽ ipse sacerdos & hostia.

De communibus & specialibus indumentis pontificum & sacerdotum. Cap. X.

Nouem ornamenta & officia specialia pontificum. Haec autem communitas & specialitas potestatum inter Episcopos & Presbyteros, ipso numero communium & specialium vestium designatur. Sex autem sunt indumenta communia Episcopis & presbyteris: videlicet Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Manipulus & Planeta. Quia nimirũ sex sunt, in qbus com-

munia

munis Epiſcoporũ & presbyterorũ poteſtas cõſiſtit: videlicet catechizare, baptizare, ꝓdicare, cõficere, ſoluere, & ligare.

Nouem autem ſunt ornamenta Pontificum ſpecialia: videlicet Caligæ, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra & Chirothecæ, Annulus & Baculus. Quia munia noué ſunt, in quibus ſpecialis Epiſcoporũ poteſtas conſiſtit: videlicet Clericos ordinare, Virgines benedicere, Pontifices conſecrare, Manus imponere, Baſilicas dedicare, degradandos deponere, ſynodos celebrare, Chriſma conficere, veſtes & vaſa conſecrare.

Pallium auté Metropolitanorum & Primatum & Patriarcharum eſt propriũ, vt ſuper illud à cæteris Epiſcopis diſcernantur, & priuilegiatam obtineant dignitatem. Hoc ergo tam in nouo quàm in veteri teſtamento legitur conſtitutũ, vt Pontifices præter communes veſtes habeant ſpeciales. Sed ibi erant quatuor communes & quatuor ſpeciales: hic aũt ſex ſunt communes, nouem autem ſpeciales. Id enim myſtica ratio poſtulabat. Nam illæ datæ ſunt carnalibus & mundanis: hæ autem datæ ſunt ſpiritualibus & perfectis. *Quaternarius numerus quid myſticè.* Quaternarius enim conuenit carni propter quatuor humores, & Mundo propter quatuor elementa. Senarius autem perfectis, quia numerus eſt ꝑfectus, qui redditur ſuis partibus aggregatis. *Gen. 1.* Vnde ſexto die perfecit Deus cœlum & terram, & omnẽ ornatum eorum. *Ezech. 28.* Nouenarius ſpiritualibus, quia nouem ſunt ordines angelorum, qui ſecundum prophetam per ix. ſpecies lapidum deſignãtur. XV. ergo ſunt ornamenta pontificis XV. gradus virtutum ipſo numero deſignãtia, quos per xv. canticа graduum Pſalmiſta diſtinxit. *Pſ. 131.* Veſtes enim ſacerdotales virtutes ſignificant, quibus debent ſacerdotes ornari, ſecundum illud propheticum: Sacerdotes tui induantur iuſtitia, & ſancti tui exultent.

De legalibus indumentis ſecundum Hiſtoriam. Cap. xj.

Vide Exod. 28 per totum. Qvatuor erant indumenta legalia, tã minoribus ſacerdotibus quàm principi ſacerdotũ cõmunia. Primum dicebatur Manathaſim hebraicè, græcè περι ζώματα, & latinè fœmoralia dici poteſt: de byſſo retorta contextum. Secundum Cathemone, quod nos lineam ſiue ſubuculam, ſed Moyſes Abanec appellauit. *Quatuor indumenta ſacerdotalia.* Hebræi veró diſcedentes à Babylonis, Emiſſan eam vocauerunt, eratque byſſinum & duplex. Tertiũ Baltheus, id eſt, zona vel cingulum, latum quaſi digitis quatuor, ſic reticulatum, vt quaſi pellis viperea videretur, contextum de byſſo, cocco, purpura & hyacintho. Quartum Thyara, quod Hebræi Manephei, nos auté Inſulam appellamus, à cydari, id eſt, mitra Pontificali plurimum differens, quaſi formam rotũdæ caſſidis repſentãs.

Quatuor pontificalia. Super hæc, quatuor propriis indumẽtis pontifex vtebatur. Primum erat tunica hyacinthina, quam Hebraicè dixit Nathir, Græcè dicitur ποδήρης, Latinè talaris veſtis. Habebat autem pro fimbriis malagranata cũ octoginta tintinnabulis aureis, intercalari modo diſpoſita, vt audiretur ſonus, cũ pontifex ingrederetur ſanctuarium, ne forté moreretur. Secundũ erat Ephot, id eſt, ſuperhumerale, de quatuor prædictis coloribus auroq; contextum, ſine manicis, ad modũ colobii, habens aperturam in pectore quadram, ad magnitudinem palmi. In qua λόγιον eiuſdem menſuræ inſerebatur. In cuius parte ſuperiori, videlicet ſup humeros, infibulati erant auro duo lapides Onychini, quibus duodecim nomina filiorum Iſrael erant inſculpta, ſex in vno, & ſex in altero. Quod auté Samuel & Dauid induti leguntur Ephot, aliud erat lineum: & propriè quidem ephobar uicebatur. Tertium Hebraicè dicebatur Heuſen, Græcè λόγιον, Latinè verò Rationale vocatur, quod pontifex ferebat in pectore. Dictum eſt autem rationale iudicii, quia ibi erat lapis in cuius ſplendore Deum ſibi eſſe propitium cognoſcebãt. Erat autem Rationale quadrangulum duplex, de quatuor prædictis coloribus auroque contextum, habens duodecim lapides per ordines quatuor. In primo Sardiũ, Topaziũ & Smaragdũ. In ſecũdo Carbũculũ, Saphirũ & Iaſpidẽ. In tertio Liguriũ, Achatẽ, & Amethyſtũ. In quarto Chryſoli-

Chrysolitũ, Onychinum, & Berillũ. In quibus erãt scripta xii. nomina filiorũ Israel. In singulis singula. Erant etiã in eo scripta hæc duo nomina Purim & Tymim, idest, ueritas & doctrina. Inserebatur aũt λογίῳ superhumerali, à superiori parte ꝑ duos annulos & duas cathenulas aureas, immissas duobus uncinis, q̃ sub duobus ꝑdictis onychinis, in suphumerali cõtinebanť infixi. Ab inferiori uerò parte ꝑ duos annulos aureos cũ duabus iũcturis siue cathenis Hyacinthinis colligabať Ephot. Vltimũ uerò capitis ornamentũ erat Cydaris, idest, mitra in acutũ ꝑcedẽs, habẽs circulũ aureũ cum malagranatis & floribus. De qua super frontẽ pẽdebat aurea lamina, quã Petalũ dicũt, ad modũ lunę dimidiæ. In quam sculptũ erat † Aioth Adonay, idest, sanctũ nomen dñi Tetragrammaton, idest, quatuor literarũ, Ioth, He, Vau, Heth. Ne uerò quum mouebať põtifex, moueretẽ & lamina, colligabať uitta seu iunctura hyacinthina perspicua, quæ summitates posterius diffundebat. Noster ergo põtifex pro fœmoralibus habet sandalia, ꝑ linea Albã, ꝑ baltheo cingulũ, pro podere tunicã, ꝑ Ephot amictũ uel stolam, pro λογίῳ pallium, pro Cydari Mitram, pro lamina Crucem. Et quædam ex his diuersam habent formam ab illis, sed secundum figuram eandem.

lege, hagios. *† al. Aneht.*

De tiposegalium indumentorum secundum Allegoriã. Caput xij.

HIs uestibus ornatus pontifex, totius orbis præferebat imaginem. Fœmoralia namque byssina congruè terram figurabãt, quia byssus de terra procedit. Baltheus cum uittis & vasculis circumuolutionem Oceani designabant. Tunica hyacinthina ipso colore aëra præferebat. Per Tintinnabula sonitus tonitruorum. Per mala granata coruscationes & fulgura figurabantur. Quatuor minoris sacerdotis & quatuor summi pontificis indumẽta, quatuor Microcosmi & quatuor Megacosmi partes ipso numero designabant, idest, quatuor humores & quatuor elementa. Ephot sui varietate cœlum sydereum ostendebat. Quod autem erat aurum intextum coloribus, *forte, ca* figurabat, quod * color vitalis penetrat *lor.* vniuersa. Duo lapides Onychini solem & lunam, vel duo Hemisphęria denotabant. xii. gemmæ pectorales, xii. signa in Zodaico præferebãt. Rationale quidẽ, *Rationale.* quod erat in medio, quia ratione plena sunt uniuersa, quo terrena cœlestibus hærent. Imò ratio terrenorũ & temporũ & caloris & frigoris, & duplex inter utrumq; tẽperies, de cęli cursu & ratione descendit. Per annulos, cathenulas & uncinos, elementorũ, humorum & temporũ colligamenta signantur. Cydaris, cęlũ empyreũ. Lamina superposita Deũ signabat oĩbus præsidentẽ. Hanc quidẽ Allegoriã libri sapientiæ confirmat au- *Sap. 18.* thoritas, dicens: In ueste poderis quam habebat, totus erat orbis terrarũ, & parentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidũ erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta.

De vestibus legalibus secundum tropologiam. De fœmoralibus. Cap. xiij.

HIs indumentis legalibus sacerdos in- *Exod. 29* duebať, hoc ordine. Lotis prius manibus & pedibus induebat Manathasim, idest, fœmoralia, figurãs, quod sacerdos mũdatis operib' & affectibus, lachrymis *Rom. 12.* pęnitentiæ, debet assumere continentiã, ut offerat hostiã immaculatã, sanctam, Deo placentẽ. Noster autẽ pontifex, q̃ a iugẽ debet habere continentiã, non induit in sacrificio fœmoralia, sed sandalia. Ac si dicať: Qui lotus est, nõ indiget *Ioã. 13.* nisi ut pedes lauet, & est mũdus totus.

De veste linea. Cap. xiiij.

SEcundò induebatur Cathemone, id est, linea ueste: significans, quòd sacerdos debet inducrę innocẽtiam, ut quod sibi non uult fieri, alii ne faciat. Linum *Mat. 7.* enim propter candorem significat innocentiam, secundum illud: Omni tem- *Eccle.* pore ůestimenta tua sint candida.

De Zona. Cap. xv.

TErtiò, cingebat se Baltheo, significãs castitatẽ, qua circa lumbos debet accingi,

cingi, vt restringat concupiscentiā. Vnde Veritas ait: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardētes in manib⁹ vestris. Luc. 11.

De tunica. Cap. xvj.

QVartò, induebat tunicam poderem, id est, talarem, significans, quòd pontifex debet induere perseuerātiam: quia qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Per talum enim propter extremitatem, perseuerantia designatur, secundùm illud: Ipsa conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. Mat. 10 Gen. 1.

De Malagranatis & tintinnabulis aureis. Cap. xvij.

DEpendebant autem pro fimbriis Malagranata cū tintinnabulis aureis. Per malagranatum intelligitur operatio. Per tintinnabulum aureum accipitur predicatio. Quæ duo debent in sacerdote coniungi, ne sine illis ingrediens sanctuarium, moriatur. Cœpit enim Iesus facere & docere, sacerdotibus relinquēs exemplum, vt sequantur vestigia eius, qui peccatum non fecit, vt sit honestas in conuersatione: nec inuentus est dolus in ore eius, vt sit veritas in pdicatione. Act. 1. 1. Pet. 2.

De Superhumerali.

Cap. xviij.

QVinto, induebat Ephot, id est, superhumerale, significans, quòd pōtifex debet induere patientiam, vt in patientiā sua possideat animam suam. Humeris enim onera supportamus, secundum illud: Supposui humerum suum ad portandum, factusq; est tributis seruiens. Luc. 21. Gen. 49.

De duabus Oris. Cap. xjx.

HAbebat autem duas oras coniūctas in vtroque latere summitatum, significās qđ pontifex debet habere arma iustitiæ à dextris & à sinistris, vt non erigatur prosperis, nec deprimat aduersis. Exo. 28.

De duobus Onychinis.

Cap. xx.

HAbebat autē & duos lapides Onychinos insertos humeris. In qbus erant sculpta XII. nomina filiorū Israel: sex in vno, & sex i altero. Per duos Onychinos significatur veritas & synceritas. Veritas per claritatem, synceritas per soliditatem. Per filios Israel significantur sancta desideria & iusta opera, secūdum illud: Maledictus homo qui non reliquerit semen in Israel. Per senarium numerum significatur perfectio, pro eo quod Deus sexto die perfecit cęlum & terram & omnem ornatum eorum. 2. Cor. 6. Exo. 28. Deut. 7. Gen. 2.

De duodecim nominibus filiorum Israel. Cap. xxj.

QVod autem sex nomina filiorum Israel sculpta erant in vno lapide, & sex in altero, significat quod desideria sacerdotis & opera perfici debent, non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis, vt synceritas formet intentionē, & veritas finem. 1. Cor. 5.

De duabus Cathenulis.

Cap. xxij.

HAbebat & duas cathenulas auri purissimi, sibi inuicem cohærentes, quæ duobus inserebantur vncinis: significās, quod pontifex debet habere duos charitatis affectus, ad Deū scilicet & ad proximū. De qbus præcipit: Diliges dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tuā, & in tota mente tua, & proximū tuū sicut teipsum. Sicut enim aurū pminet vniuersis metallis, ita charitas excellit vniuersas virtutes. De qua dicit Aplus: Horum maior est charitas. Deut. 6. Mat. 22. 1. Cor. 13.

De duobus Vncinis.

Cap. xxiij.

DVo Vncini sunt intētio & finis, qb⁹ cathenulæ inserunt, vt tā Deū quam proximū diligat. Deū propter seipsum, proximum propter Deum, ex puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta. 1. Tim. 1.

De rationali. Cap. xxiiij.

SExto induebatur λογεῖον, id est, Rationale, significans quod pōtifex debet induere discretionem, per quam discernat inter lucem & tenebras, inter dextram & sinistram. Quia non est cōuentio lucis ad tenebras, neq; Christi ad Belial. 2. Cor. 6.

De quadratura Rationalis, & duplicitate. Cap. xxv.

ERat aūt Rationale quadrangulum, significans quod pontifex debet discernere

scernere quatuor. Inter verũ & falsum, ne deuiet in credendis: & inter bonũ & malũ, ne deuiet in agendis. Erat & duplex, quia debet discernere pro duob⁹
Mat. 15 pro se videlicet, & pro populo. Ne si cæcus cæcũ duxerit, ambo in foueã cadãt.

De quatuor ordinibus lapidum. Cap. xxvj.

HAbebat & quatuor ordines lapidũ, significãs, qđ põtifex debet habere quatuor principales virtutes, iustitiam, fortitudinẽ, prudentiã, & temperantiã.

De duodecim Lapidibus. Caput xxvij.

IN singulis aũt ordinibus habebat tres lapides, significãs, qđ pontifex in primo debet habere fidẽ, spẽ charitatem. In secundo modestiã, mansuetudinẽ & benignitatẽ. In tertio pacẽ, misericordiã
1. Cor. 3. & largitatẽ. In quarto vigilantiã, solicitudinẽ & longanimitatem. Per lapides enim figurantur virtutes, secundũ illud: Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit.

De Cydari. Cap. xxviij.

SVpremum capitis ornamentum erat Cydaris vel Thyara, quam vltimo põtifex assumebat, significãs humilitatem,
Luc. 18. de qua dominus ait: Omnis qui se exaltat, humiliabit: & qui se humiliat, exal-
Mat. 11 tabitur. Hanc autem gestabat in capite, significans quod pontifex debet gerere humilitatem in mente, exemplo capitis
Mat. 6. nostri sic dicentis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Per caput enim mens intelligitur, secundũ illud: Vnde caput tuum, & faciem tuam laua.

De Lamina aurea Cap. xxix.

DE Cydari dependebat à fronte lamina aurea, significans sapiẽtiam, qua precellere debet pontifex, secundum il-
Can. 5. lud: Caput eius aurum optimum.

De nomine domini Tetragrammaton. Cap. xxx.

IN qua quidem lamina aurea erat scriptum nomen domini tetragrammatõ, idest, quatuor literarum: Ioth, He, Vau, Heth, idest, principiũ passionis vitæ iste. Ac si diceret apertius: Ille, cuius pontifex iste gerit personã, scilicet Christus, est principiũ, idest, author vitæ passionis, idest, vitæ restauratæ per passionẽ, qa mortẽ nostrã moriẽdo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Nomẽ dñi, quod scribebatur in lamina aurea erat, Anoth, Adonay, idest sanctum nomen domini, tetragrammaton, quod ineffabile dicitur, non quia effari nõ potest, sed quia rem ineffabilem significat.

De varietate operis. Cap. xxxj.

ERant autem hæc indumenta pro maiori parte contexta opere polymito, idest vario, propter varietatem virtutũ. De qua dicit Psalmographus. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, Psal. 44.
circundata varietate.

De quatuor coloribus. Caput xxxij.

COntexta verò erant indumenta de quatuor preciosis coloribus: purpura, cocco, bysso, hyacintho.

Per purpuram regiæ dignitatis significatur põtificalis potestas, quæ via regia debet incedere, ne declinet ad dexterã vel deuiet ad sinistram: ne liget dignos, aut soluat indignos. Purpura.

Per coccum coloris ignei, qui & bis tinctus fuisse narratur, significatur pontificalis doctrina, quæ sicut ignis lucere debet & vrere. Lucere debet per promissionem, vt: Omnis qui reliquerit dominum aut patrem & matrẽ, &c. centuplum accipiet & vitã æternam possidebit. Vrere debet per cõminationem, vt: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Coccus. Matth. 10. Matt. 7.

Per byssum cãdoris eximii, significatur præclaritas famæ, quæ debet esse retorta, vt pontifex habeat bonum testimonium, secundum Apostolũ, & ab his qui sunt intus, & ab his qui sunt foris. 1. Tim. 3

Per hyacinthum coloris aërei signat serenitas conscientiæ, quam intra se põtifex debet habere, secundum quod dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Hyacinthus. 2. Cor. 1

De

De vestibus euangelici sacerdotis. Cap. xxxiiij.

VEstes aũt euãgelici sacerdotis, aliud designant in capite, aliud figurant in membris. Nã & caput & membra, sacerdotis nomine nuncupãtur. Ad caput enim dicit Psalmographus: Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech. Ad membra verò dicit Apostolus: Vos estis genus electum, regale sacerdotiũ, gẽs sancta, pópulus acquisitionis. Pri⁹ ergo exponẽda sunt earũ mysteria, iuxta quod capiti congruunt, ac demũ, secũdũ quod membris cõueniunt.

Ps. 108.

1. Pet. 2.

De pontificalibus indumentis, secundum quod Christo conueniunt. Cap. xxxiiij.

POntifex ergo in altaris officio capitis sui Christi, cuius membrũ est, repræsentãs personam, dum pedibus assumit sandalia, illud incarnationis dominicæ insinuat calceamentum, de quo dominus inquit in Psalmo: In Idumæam extendam calceamentũ meũ, id est, in gẽtibus notã faciã incarnationẽ meam. Venit enim ad nos calceata diuinitas, vt pro nobis Dei filius sacerdotio fungeretur. Per ligulas, quibus ipsa pedibus sandalia constringuntur, illud idem accipimus, quod per corrigiam calceamenti Ioãnes Baptista significauit, cũ ait: Cuius non sum dignus corrigiã calceamẽti soluere. Vnionem ergo ineffabilem, copulamque indissolubilem, quibus verbi diuinitas se carni nostræ coniunxit, per sandaliorum corrigias intelligimus. Mediantibus verò caligis pedes sandaliis coniunguntur: quoniã anima mediãte carni diuinitas est vnita. Sicut enim pes corpus sustentat, ita diuinitas mundum gubernat. Vnde ait Psalmista; Adorate scabellum pedũ eius, quoniam sanctum est.

Psal. 59.

Matt. 3.

Psal. 98.

De Amictu, vbi redditur ratio, cur idẽ in Christo p calceamentũ pedũ, & per amictũ capitis designatur. Cap. xxxv.

AMictus autem, quo sacerdos caput suum obnubit, illud significat, quod in Apocalypsi describitur, Angelũ Dei fortem descendisse de cælo, amictum nube. Et in Esaia: Ecce dominus ascendet super nubem candidam. Veniens autem ad saluationem mundi Dei filius, magni cõsilii angelus, amictus est nube, dũ diuinitatẽ abscõdit in carne. Nã caput viri Christus, caput Christi Deus. Hoc ergo carnis latibulum amictus sacerdotis significat. Quod per illã syndonẽ expressius designatur, qua summus pótifex caput obducit. Et pulchrè quidẽ, quod per amictum capitis designatur: quia diuinitas in carne latuit, & per carnem innotuit. Nã cũ notus esset in Iudæa Deus, & in Israel magnũ nomen eius, in Idumæã extendit calceamentũ suũ, & ante cõspectum gentium reuelauit iustitiam suam.

Apoc. 10.

Esa. 19.

1. Cor. 11.

Psal. 75.

Psa. 79.

De Alba. Cap. xxxvj.

ALba lineum vestimentũ, longissimè distans à tunicis pelliceis, q̃ de mortuis animalibus fiunt, quibus Adam vestitus est post peccatum, nouitatem vitæ significat, quam Christus & habuit, & docuit, & tribuit in baptismo, de qua dicit Apostolus: Exuite veterem hominem cum actibus suis, & induit nouum hominem, qui secundum Deum creatus est. Nam & in transfiguratione resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta eius sunt facta alba sicut nix. Semper enim vestimenta Christi munda fuerunt & candida, quia peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in lingua eius.

Gen. 3.

Ephes. 4.

Mat. 17

1. Pet. 2.

Esai. 53.

De Zona siue cingulo, Cap. xxxvij.

ZOna sacerdotalis illud significat, quod Ioannes Apostolus ait; Conuersus vidi similem filio hominis, præcinctum ad mamillas zona aurea. Per zonam auream perfecta Christi charitas designatur: quam dicit Apostolus supereminentem scientiæ charitatem Christi, feruentem in corde, radiantem in opere. Cuius succinctorium illud significat, quod Esaias de Christo loquẽs prædixit: Erit iustitia cingulũ lumborum eius, & fides cinctoriũ renũ eius. Nã iustus dominus, & iustitias dilexit, æquitatẽ vidit vultus eius. Fidelis dominus in omnibus

Apoc. 1.

Ephes. 3.

Esa. 11.

Psa. 50.

Ps. 144.

oĩbus verbis suis,& sanctus in oĩbus operibus suis. Dux summitates illius, duæ
Matt. 9. sunt partes naturales iustitiæ, quā Christus & fecit,& docuit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: sed quæcũque vultis vt faciãt vobis hoies,& vos facite illis,

De Stola. Cap. xxxviij.

STola, quæ super amictum collo sacerdotis incumbit, obedientiam & seruitutē significat, quam dominus omnium
Phil. 2. propter salutem seruorũ subiuit. Nã cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Exinaniuit enim seipsum, formã serui accipiens, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis. Causam quippe mortalitatis nec contraxit origine, nec cōmisit in opere:
Psal. 68. quia quod nō rapuit, hoc exoluit. Dedit enim illi calicē pater, nō iudex; amore, non ira; voluntate, non necessitate; gra-
Gen. 28. & 39. tia, non vindicta. Hic est ille Iacob, qui parens præcepto patris Isaac & consilio matris suæ Rebeccæ, seruiuit Laban, vt Rachael & Lyam duceret in cōiugium.

De Tunica. Cap. xxxjx.

Exod. 28 TVnica poderis, quæ hyacinthini coloris erat i veteri sacerdotio, tintinnabulis & malis punicis ab inferiori parte pēdentibus, vt pōtifex totus vocalis incederet, cæleste Christi doctrinam insinuat. Cuius notitiã habuerūt homines,
Esai. 40. quibus Deus per prophetã ait: In montē excelsum ascēde tu, qui euangelizas
Ioan. 13. Sion. Præcipuè tamē hãc habuit tunicã euãgelicæ textrix doctrinę, sapiētia Dei Iesus Christus, & dedit illam apostolis
Ioan. 19 suis: Oia, inquit, quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Hãc ergo significauit illa tunica dñi, quã milites scindere noluerũt, eò quòd esset incōsutilis, desuper contexta per totũ: damnũ fore maximũ existimantes, si qui doctrinam euangelicã hæresibus scindere moliãtur.

De Dalmatica. Cap. xl.

SVper hanc tunicam pontifex vestit dalmaticam, quæ sui forma latam & largã misericordiam Christi significat, quam ipse præ cæteris & docuit & im-
Luc. 6. pendit. Estote, inquit, misericordes, sicut
Matt. 5. & pater vester misericors est. Beati nanque misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. Iudicium verò sine
Iac. 2. misericordia fiet ei, qui non facit misericordiã, quia misericordia super exaltat iudiciũ. Ergo dimittite, & dimittetur
Matt. 6. vobis, sicque, inquit, orabitis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hic est ergo
Luc. 10. Samaritanus ille proximus noster, qui fecit nobiscũ misericordiam, superinfundens vulneribus nostris vinum & oleũ.
Ibidem. Nam per viscera misericordiæ suæ visi-
1. Tit. 3. tauit nos oriens ex alto. Qui nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum misericordiam suam saluos nos fecit. Qui pro peccatoribus venit, vt de
Matt. 9. peccatis veniam indulgeret. Misericordiam, inquit, volo, & non sacrificium.

De Chirothecis. Cap. xlj.

CHirothecæ sunt hædorum pellicu-
Gen. 27. læ, quas Iacob manibus Rebecca circundedit, vt pilosæ manus maioris similitudinem exprimerent. Pellis hœdi similitudo peccati, quam Rebecca mater, id est, spiritus sancti gratia manibus veri Iacob, id est, operibus Christi circundedit: vt similitudinem maioris, id est,
Rom. 8. prioris Adæ, Christus exprimeret. Christus enim similitudinem peccati sine peccato suscepit, vt incarnationis mysterium diabolo celaretur. Nã ad similitu-
Matt. 4. dinem peccatorum esuriit, sitiuit, doluit & expauit, dormiuit & laborauit. Vnde cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ac postea esuriisset, accedens ad eum diabolus, eum ad similitudinem prioris Adæ tentauit. Sed quibus primum vicerat, eisdem modis victus est à secundo.

De planeta, vbi etiam agitur de anteriori & posteriori parte planetæ. Cap. xlij.

CAsula vel planeta magni sacerdotis est vniuersalis ecclesia, de qua dicit
Gal. 3. Apostolus: Quotquot in Christo bapti-
Ps. 132. zati estis, Christum induistis. Hoc est illud Aaron vestimentum, cuius in orã descendit vestimentum: sed à capite descendit in barbam, & à barba descendit in oram. Quoniam de plenitudine
Ioan. 1. spiritus

spiritus eius nos omnes accepimus, primum apostoli, postmodũ cæteri. Quod autem casula, cum vnica sit & integra, extẽsione manuum in anteriorem & posteriorem partem quodammodo diuiditur, designat & antiquam ecclesiam, quę passionem Christi præcessit, & nouam, quæ passionẽ Christi subsequitur. Nam & qui præibant & qui sequebantur, clamabant, dicentes: O sanna filio Dauid, benedictus q venit in nomine domini. *Mat. 21*

De Manipulo. Cap. xliij.

QVod sacerdos manipulum portat in leua, designat, quod Christus bra uium obtinebat in via. Per manipulum enim præmium designatur, iuxta quod legitur: Venientes autem venient cum exultatione, portãtes manipulos suos. Per leuam vita præsens accipitur, secundùm quod scriptum est: Leua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Christus autem simul fruebatur & merebatur. Fruebatur in patria, merebatur in via. Nam simul comprehendebat, & stadium percurrebat: quia simul erat & in patria, & in via. Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. *Ps. 125. Cant. 2. Ioan. 3.*

De Mitra. Cap. xliiij.

MItra Pontificis illud significat, quod Propheta loquens de filio dicit ad patrem: Gloria & honore coronasti eũ domine, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Hoc est itaque illud nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Nam & in aurea lamina Cydaris Pontificalis sculptum erat nomen domini Tetragrammaton, cuius mysteriũ superius prælibauimus. Per Mitram ergo capitis Christi summam illam honorificentiam intelligimus, quæ propter diuinitatem debetur humanitati. Nam propter pedem adoratur scabellum: Adorate (inquit) scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. *Psal. 8. Phil. 2. Psal. 98*

De Baculo. Cap. xlv.

VIrga Pontificis, Christi potestatẽ significat. De qua dicit Psalmista: Virga recta est virga regni tui. Quia dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus Deus tuus. Propter quod & alibi dicit: Reges eos in virga ferrea. Duritia ferri rigorẽ significat æquitatis, quia Christus tanquã vas figuli confringet peccatores. Verũ potestas Christi nõ solũ virga, sed & bacul⁹ ẽ, q̃a nõ solũ corripit, sed & sustẽtat. Vnde Psalmista: Virga tua & bacul⁹ tu⁹ ipsa me cõsolata sũt. *Psal. 22*

De Annulo. Cap. xlvj.

ANnulus digiti donum spiritus sancti significat. Digitus enim articulatus atque distinctus, spiritum sanctũ insinuat, secundum illud: Digitus Dei est hic. Et alibi: Si ego in digito Dei eiicio dæmonia, filii vestri in quo eiiciunt? Annulus aureus & rotundus perfectionem donorum eius significat, quæ sine mensura Christus accepit, quoniam in eo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Nam qui de cœlo venit, super omnes est. Cui Deus nõ dedit spiritum ad mensuram: Super quem videris spiritum (inquit) sanctum descẽdẽtem & manẽtem, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Nã requiescit super eum spiritus sapientiæ & intellectus &c. Ipse verò de plenitudine sua secundum differentes donationes distribuit: alii, secundum Apostolũ, datur sermonẽ scientiæ, alii gratiam sanitatũ, alii operationẽ virtutum, &c. Quod & visibilis pontifex imitatur, alios in Ecclesia constituens sacerdotes, alios Diacones, alios subdiacones, & huiusmodi. *Exod. 8. Luc. 11. Coloss. 2. Ioan. 3. Ibidẽ 1. Esa. 11. 1. Cor. 12. Ephes. 4.*

De quinq; Psalmis dum pręparatur Episcopus dicendis. Cap. xlvij.

CElebraturus Episcopus missarum solennia, quosdam Psalmos & orationes præmittit, secundum exhortationem Psalmistæ dicentis: Præoccupemus faciem eius in cõfessione, & in Psalmis iubilemus ei. Dicit autem hos quinque Psalmos: Quam dilecta, Benedixisti, Inclina, Credidi, De profundis. Vt quicquid immundum quinque sensuum trãsgressione commisit, quinque Psalmorum oratione detergat. Quædam enim continentur in ipsis quæ rectè conueni- *Psal. 24. Psal. 83. 84. 85. 115. & 129.*

unt

unt celebraturis altaris mysteriū & Eu-
† *Cōcupiscit & deficit.* charistię sacramētū. In primo: † Cōcupiuit & defecit anima mea in atria dñi. Altaria tua dñe virtutū, rex meus & Deus meus. Dñe Deus virtutū exaudi orōnē meā, auribus percipe Deus Iacob. Protector noster aspice Deus, & respice in faciē Christi tui. In secūdo: Cōuerte nos Deus salutaris noster, & auerte irā tuā à nobis. Nunquid in æternū irasceris nobis? Ostēde nobis dñe misericordiā tuā, & salutare tuū da nobis. Veruntamē ꝓpter timētes eū salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. In tertio: Auribus percipe dñe orōnem meam, & intende voci deprecationis meæ. Omnes gentes quoscunq; fecisti veniēt & adorabunt corā te dñe. Cōfitebor tibi dñe Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomē tuū in æternū. In quarto: Calicē salutaris accipiā, & nomē dñi inuocabo. Disrupisti dñe vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis, & nomē dñi inuocabo. Vota mea dño reddā in conspectu omnis populi eius, in atriis domus dñi, in medio tui Hierusalem. In quinto: Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meę. Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in domino. Qui apud dominū misericordia & copiosa apud eum redemptio. Orationes vero quas addit, manifestè pertinent ad impetrandum cordis & corporis munditiam & munimen.

DE PONTIFICALIBUS Indumentis, secundū quod membris conueniunt: vbi agitur de caligis & sandalijs. Cap. xlviij.



Inter hæc, pedes pontificis, in præparatione Euāgelii pacis, caligis & sandaliis calceantur, quorū pulchritudinem admirabatur propheta cum diceret: Quam speciosi sunt pedes euan- *Esa. 52.*
gelizantium pacem, euangelizantiū bona. Sandalia vero de subtus integrā habent soleā, desuper autē coriū fenestratum: quia gressus prædicatoris debent subtus esse muniti, ne polluantur terrenis, secundum illud, Excutite puluerem *Mat. 10*
de pedibus vestris: Et sursum aperti, quatenus ad cognoscenda cœlestia reuelentur, secundum illud propheticum: Reuela oculos meos, & considerabo mi *Ps. 118.*
rabilia de lege tua. Quod autem sandalia quibusdā locis aperta, quibusdā clausa sunt, designat, quod Euangelica prædicatio nec omnibus reuelari, nec omnibus debet abscondi. Sicut scriptum est: Vobis datum est nosse mysterium *Luc. 8.*
regni Dei, cæteris autem in parabolis. Nolite sanctum dare canibus, nec mar *Mat. 13*
garitas spargatis ante porcos. Prius au- *Ibidē. 7.*
tem caligis induitur vsque ad genua ꝓtensis, ibique constrictis, quia prædicator pedibus suis rectos facere gressus, & genua debilia roborare debet. Nam qui *Ibidē. 5.*
fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

De ablutione manuum. Cap. xlix.

DEinde corporaliter lauat manus, vt spiritualiter mundet actus, authoritate Psalmistæ dicentis: Lauabo inter *Psal. 25.*
innocentes manus meas, & circundabo altare tuum domine. Non enim diuina sacramenta lutum manuum contaminat, sed si quis indignè manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, Quia nō lotis manibus manducare, nō *1. Cor.*
coinquinat hominem. Quæ autem pro- *11.*
cedunt de ore, de corde exeunt, ea co- *Mat. 15*
inquinant hominem, cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, fornicationes falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Vnde solicitè satagendum est, vt non tam exteriora manuum, quàm interiora mentium inquinamenta purgentur.

De Amictu, vbi agitur de duabus ligulis, quibus amictus ante pectus ligatur. Cap. L.

LOtis itaque manibus assumit amictū, qui super humeros circūquaque diffundi-

diffunditur. Per quem operū fortitudo significatur. Humeri quippe fortes sunt ad opera peragenda, secundum illud patriarchæ Iacob: Supposuit humerum ad portandum, & factus est tributis seruiēs. Duo vasculi quibus amictus ante pectus ligatur, signant intentionem & finem, quibus inf irmandum est opus, ne fiat in fermento malitiæ & nequitię, sed in azymis synceritatis & veritatis. Sacerdos enim non debet otiosus existere, sed bonis operibus insistere & insudare, secundum quod Apostolus ait ad Timotheum: Labora sicut bonus miles Iesu Christi.

Gen. 49. *1. Cor. 5.* *2. Tim. 2.*

De Alba. Cap. lj.

ALba membris corporis conuenienter aptata, nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis esse debere, demonstrat. Hæc ob speciem candoris designat munditiam, secundum quod legitur: Omni tempore vestimenta tua sint candida. Fit autem de bysso vel de lino. Propter quod scriptum est: Byssum sunt iustificationes sanctorū. Sicut enim byssus, vel linum candorē, quem ex natura non habet, multis tunsionibus attritum, per artem acquirit, sic & hominis caro munditiam, quam non obtinet per naturam, multis castigationibus macerata, sortitur per gratiam. Vnde sacerdos, secundū Apostolum, castigat corpus suū & in seruitutem redigit, ne forte quum aliis prædicauerit, ipse reprobus fiat. Hæc vestis in veteri sacerdotio stricta fuisse describitur, propter spiritū seruitutis in timore. In nouo larga est, propter spiritum adoptionis in libertate. Quod autem Aufrigium habet, & gemmata est in diuersis locis & variis operibus ad decorem, illud insinuat, quod Propheta dicit in Psalmo: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.

Eccles. 9 *Apo. 18.* *1. Cor. 9.* *2. Cor. 3.* *Psa. 44.*

De Zona & succinctorio. Cap. lij.

DEbet igitur Alba circa lumbos zona præcingi, vt castitas sacerdotis nullis incentiuorum stimulis dissoluatur. vnde: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. In lumbis enim luxuria dominatur. Sic dominus loquens de diabolo manifestat: Virtus eius in lūbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. Debent ergo lumbi præcingi per continentiā. Debent & subcingi per abstinentiam: quoniam hoc genus dæmonii non eiicit nisi in oratione & ieiunio. Hinc etiam Apostolus ait: State succincti lumbos in veritate.

Luc. 12. *Iob. 40.* *Mat. 17.* *Ephes. 6.*

Quare Romanus pontifex post Albam Orale, & post orale crucem assumat. Cap. liij.

ROmanus autem pontifex post albā & cingulum assumit Orale, quod circa caput inuoluit, & replicat super humeros, legalis pontificis ordinem sequēs, qui post lineam strictam & zonam, induebatur Ephot, id est, superhumerale, cujus locum modo tenet amictus. Et quia signo crucis auri lamina cessit, pro lamina, quam Pontifex ille gerebat in fronte, pontifex iste crucem gerit in pectore. Nam mysterium, quod in quatuor literis auri lamina continebat, in quatuor partibus forma crucis explicuit. Iuxta quod inquit Apostolus: Vt comprehendatis cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo & latitudo & sublimitas & profundum. Ideoque Romanus pontifex crucem quandam insertam cathenulis à collo suspensam, sibi statuit ante pectus, vt sacramentum, quod ille tunc preferebat in fronte, hic autem recondat in pectore: Nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Ephes. 3. *Rom. 10.*

De Stola. Cap. liiij.

POst hæc stolam, quæ alio modo vocatur Orarium, super collum sibi sacerdos imponit, vt iugum domini se suscepisse significet: quæ à collo per anteriora descendens, dextrum & sinistrum latus adornat, quia per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, id est, in prosperis & aduersis, sacerdos debet esse munitus. Stola quippe significat sapientiam vel patientiam, de qua scriptum habetur: Patientia

2. Cor. 6.

tientia vobis necessaria est, vt reportetis
Heb. 10. promissiones. Et iterum: In patientia ve
Luc. 21. stra possidebitis animas vestras. Hinc est
ergo, quod stola cum zona nexibus qui-
busdam colligatur, quia virtutes virtuti
bus sociantur, ne aliquo tẽtationis mo-
Ex 3. Cõ- ueantur impulsu. Debet autem sacerdos
ci. Brac- secundũ decretum Bracharensis con-
carē. c. 2. cilii de vno eodemq; oratio ceruicẽ pa-
riter & vtrumq; humerum premens, si-
gnum crucis in pectore suo præparare. Si
quis aũt aliter egerit, excommunicatio-
ni debitę subiacebit. Nisi fortè quis dixe
rit hoc decretum per cõtrariam Ecclesię
Romanæ consuetudinem abrogatum.

De Tunica. Cap. lv.

DEinde pontifex induit tunicam Poderem, id est, talarẽ, significantẽ per
Gen. 37. seuerantiam. Vnde Ioseph inter fratres suos talarem tunicam habuisse describi
Mat. 10. tur. Cum verò cæteræ virtutes currant in stadio, perseuerantia tamen accipit brauium: quoniam, qui perseuerauerit
Apoc. 2. vsq; in finem, hic saluus erit. Vnde præcipitur: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronã vitę. Habebat autẽ hęc vestis in veteri sacerdotio, pro fimbriis, mala punica cum tintinnabulis aureis; quorum supra mysterium exposuimus.

De Dalmatica. Cap. lvj.

SVper hanc tunicam Episcopus vestit Dalmaticã, sic dictã, eò quòd in Dal-
†al. largi matia fuit reperta. Quæ sui forma figu-
tus habet rat largitatem, quia † largas habet mani
manus cas & protensas. Vnde secundum Apo-
protẽsas. stolum: Oportet Episcopum non esse
1. Tim. turpis lucri cupidum, sed hospitalem.
3. Non ergò manum habeat ad dandam collectam, & ad recipiendum porrectã; sed illud efficiat, quod Propheta suadet:
Isa. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; duc in domũ tuam. Quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Ob hoc fortè specia liter vtuntur Diaconi Dalmaticis, quod
Actor. 6. principaliter electi sunt ab Apostolis, vt mensis ex officio ministrarent. Debet aũt Dalmatica habere duas lineas coccineas, hinc inde, antè & retro, à summo vsque deorsum: vt põtifex habeat feruorem charitatis ad Deũ, & ad proximũ, in prosperis & aduersis, iuxta veteris & noui Testamenti præceptum, quod est Di
Deut. 6. liges dominũ Deum tuum ex toto corde
Mat. 22. tuo, & proximum tuum sicut teipsum.
1. Ioã. 2. Vnde Ioannes: Charissimi, non nouum mandatum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Atque iterum: Mandatum nouum scribo vobis, &c. In sinistro quoque latere Dalmatica fimbrias habere solet, id est, solicitudines actiuæ vitæ signantes, quas Episcopus debet habere pro subditis. Iuxta quod dicit Apostolus: Præter illa
2. Cor. 11. quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana, solicitudo omniũ Ecclesiarum.

De Chirothecis. Cap. lvij.

QVia verò plerique bonũ opus, quod faciunt, inani fauore corrumpunt, statim Episcopus manus operit Chiro-
Mat. 6. thecis, vt nesciat sinistra sua quid faciat dextera sua. Per chirothecam ergo congruè cautela designatur, quæ sic facit opus in publico, quod intentionem con tinet in occulto. Nam etsi dominus di-
Ibidem. xerit: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glo rificent patrem vestrum qui in cælis est, propter quod chirotheca circulum aureum desuper habet: ipse tamen præce-
Mat. 6. pit: Attendite ne iustitiam vestram facia tis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est.

De Casula vel planeta. Cap. lviij.

POstremò super omnes vestes induit casulam vel planetam, quę significat
1. Pet. 4. charitatem. Charitas enim operit multitudinem peccatorum, de qua dicit Apo
1. Cor. 13. stolus: Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero, factus sum velut æs sonans & cimbalum tinniens. Et hæc est vestis nuptialis, de qua loquitur dominus in euangelio: Amice, quomodo huc intra-
Mat. 22. sti, non habens vestem nuptialem? Quod

autem

autē amictus super os planetę reuoluit, innuit, quod omne opus bonū debet ad charitatē referri. Nā finis præcepti charitas est, de corde puro, & cōscientia bona & fide non ficta. Quod autem extensione manuum in anteriorē & posteriorem partē diuiditur, significat duo brachia charitatis, ad Deū scilicet & ad proximum. Diliges, inquit, dominum Deū tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis pendet tota lex & Prophetæ. Latitudo planetæ significat latitudinē charitatis, quæ usque ad inimicos extēditur.
Ps. 118. Unde: Latum mandatum tuum nimis.

De Manipulo. Cap. lix.

CAeterum quia mentibus benè cōpositis & diuino cultui mācipatis sæpe subrepit accidia, quæ quodam torpore reddit animū dormientē, dicente Psalmista:
Ps. 128. Dormitauit anima mea præ tædio, in sinistra manu quædā apponitur mappula, quæ manipulus uel sudarium appellatē, qua sudorē mentis abstergat, & soporē cordis excutiat, ut depulso tædio uel torpore, bonis operibus diligenter inuigilet. Per manipulū ergo uigilātia designatē, de qua dñs ait:
Matth. 14. Vigilate, quia nescitis qua hora dominus uester
Cant. 5. uenturus sit. Vnde sponsa dicit in Canticis: Ego dormio, & cor meum uigilat.

De Mitra. Cap. lx.

MItra pontificis scientiam utriusque testamenti significat: nā duo cornua duo sunt testamenta, duæ fimbriæ spiritus & litera. Circulus aureus, qui anteriorē & posteriorem partem complectitur, indicat qđ omnis scriba doctus in regno cælorum de thesauro suo noua
Matth. 13. profert & uetera. Caueat ergo diligenter episcopus, ne prius uelit esse magister, quàm meruit esse discipulus, ne si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadant. Scriptum est enim in Propheta: Quia tu scientiam repulisti, ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi.

De Annulo. Cap. lxj.

ANnulus est fidei sacramentum, in quo Christus sponsam suam sanctā Ecclesiam subarrauit, ut ipsa de se dicere valeat: Annulo suo subarrauit me dominus meus, id est, Christus. Cuius custodes & pædagogi sunt episcopi & prælati, annulum pro signo ferentes in testimonium. De quibus sponsa dicit in Cāticis: Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Cant. 5. Hunc annulum dedit pater filio reuertenti, secundum illud: Luc. 15. Date annulum in manum eius.

De Baculo, & quare summus pontifex pastorali virga nō vtitur. Cap. lxij.

BAculus† correptionē significat pastoralem, propter quod à consecratore dicitur consecrato: Accipe baculū pastoralitatis. Et de quo dicit Apostol': 1. Cor. 4. In virga veniam ad vos. Quod autē est acutus in fine, rectus in medio, retortus in summo, designat quod pontifex debet per eam pungere pigros, regere debiles, colligere vagos. Quod vno carmine versificator quidam expressit: Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. Romanus autem pontifex pastorali virga non vtitur, pro eò quòd beatus Petrus apostolus baculum suum misit Euchario primo episcopo Treuerorū, quē vna cum Valerio & Materno ad prædicandum euangelium genti Teuthonicæ destinauit. Cui successit in episcopatu Maternus, qui per baculum sancti Petri de morte fuerat suscitatus. Quem baculum vsque hodie cum magna veneratione Treuerensis seruat Ecclesia.

† al. correptionē.

Baculus S. Petri apud Treuerēsis.

De Pallio, vbi materia & forma secundum mysterium exponuntur. Cap. lxiij.

PAllium, quo maiores vtuntur episcopi, significat disciplinam, qua seipsos & subditos Archiepiscopi debent regere. Prouer. 1. Per hanc acquiritur torques aurea, quam legitimè certantes accipiunt, de qua dicit Salomon in parabolis: Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fit enī pallium de candida lana contextum, habens desuper circulū humeros constringentem, & duas lineas ab vtraque parte depen-

Forma pallij.

dependentes. Quatuor autē cruces purpureas, ante & retro, à dextris & à sinistris: sed à sinistris est duplex, & simplex à dextris. Hæc omnia moralibus sunt imbuta mysteriis, & diuinis grauida sacramētis. Nam vt scriptura testatur, In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ. In lana quippe notatur asperitas, in candore benignitas designat. Nā ecclesiastica disciplina contra rebelles & obstinatos seueritatem exercet, sed erga pœnitētes & humiles exhibet pietatē. Propter quod de lana cuiuslibet animalis, sed ouis tantum efficitur, quæ mansuetum est animal. Vnde Propheta: Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit, & nō aperuit os suū. Hinc est quod illius semiuiui vulneribus, quem Samaritanus duxit in stabulū, & vinū adhibetur & oleū, vt per vinū mordeant vulnera, & per oleum foueātur, quatenus qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum sc. ueritatis adhibeat, in oleo mollitiē pietatis. Hoc nimirū & per arcā tabernaculi designatur, in qua cum tabulis virga continetur & manna. Quoniā in mente rectoris cū scripturæ scientia debet esse virga districtionis, & manna dulcedinis, vt seueritas immoderatē nō sæuiat, & pietas plus quàm expedit non indulgeat. Circulus pallii, per quem humeri cōstringuntur, est timor domini, per quē opera coercentur, ne vel ad illicita defluant, vel ad superflua relaxentur. Quoniā disciplina sinistram cohibet ab illicitis formidine pœnæ: dexteram verò tēperat à superfluis amore iustitiæ. Beatus ergo vir qui semper est pauidus. Nā iuxta sententiā Sapiētis, Timor domini peccatum repellit, qui verò sine timore existit, iustificari nō poterit. Hinc est ergo, quod palliū & ante pectus & super humeros frequenter aptatur. Quatuor cruces purpureæ sunt quatuor virtutes politicæ: iustitia, fortitudo, prudentia, temperantia: quæ nisi crucis Christi sanguine purpurentur, frustra sibi virtutis nomen vsurpant, & ad verā beatitudinis gloriā non perducunt. Vnde dñs inquit apostolis: Nisi abūdauerit iustitia vestra plus quàm scribarū & pharisæorū, nō intrabitis in regnum cælorū. Hæc est purpurea regis tunica † tincta canalibus, quā Salomon cōmemorat in canticis canticorū. Is ergo qui gloria pallii decoratur, si cupit esse qđ dicit, in anteriori parte debet habere iustitiā, vt reddat vnicuique quod suum est. Prudentiā in posteriori, vt caueat quod vnicuique nociuum est. Fortitudinem à sinistris, vt eum aduersa non deprimant. Temperātiā à dextris, vt eū prospera nō extollāt. Duæ lineæ, quarum vna post dorsum, & altera progreditur ante pectus, actiuam & contemplatiuam vitā significāt. Quas ita debet exercere prælatus, vt exemplo Moysi nūc in montē ascendat, & ibi philosophetur cum domino: nunc ad castra descēdat, & ibi necessitatibus immineat populorum, prouisurus attentius, vt quum sæpe se dederit aliis, interdum se sibi restituat. Quatenus & quum Martha circa frequens satagat ministerium, & quum Maria verbum audiat saluatoris. Vtraque tamē grauat inferius, quia corpus quod corrūpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quapropter & pallium duplex est in sinistra, sed simplex in dextra. Quia vita præsens, quæ per sinistram accipitur, multis est subiecta molestiis: sed vita futura, quæ per dexteram designatur, in vna semper collecta quiete est. Quod Veritas ipsa designauit, cum intulit: Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum. Pallium duplex est in sinistro, quatenus ad tolerandas vitæ præsentis molestias prælatus fortis existat. Simplex in dextra, quatenus ad obtinendam vitæ futuræ quietem, toto suspiret affectu, iuxta verbum Psalmistæ, dicentis: Vnam petii à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Tres autem acus, quæ pallio infiguntur ante pectus super humerū, & post tergum, designāt compassionem proximi, administrationem officii, districtionemque iudicii.

Quarum

Eccl. 1.
Esai. 53.
Luc. 10.
Heb. 9.
Prouer. 28.
Eccl. 1.
Matth. 5
† al. iuncta.
† al. vincta.
Cant. 7.
Vita actiua & contemplatiua.
Exod. 24 & 34.
Sap. 9.
Luc. 10.
Psa. 26.
Tres acus quid designent.

Quarum prima pungit animum per dolorem, secunda per laborem, tertia per terrorem. Prima pungebat Apostolus cum dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Secunda est: Præter illa quę extrinsecus sunt instantia mea quotidiana: solicitudo omnium ecclesiarū. Tertia: Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Super dextrum humerum non infigitur acus, quoniam in æterna quiete nullus est afflictionis aculeus, nullus stimulus punctionis. Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, sed nec vllus dolor, quoniā priora transierunt. Acus est aurea, sed inferius est acuta, & superius rotūda, lapidem cōtinens preciosum, quia nimirū bonus pastor propter curā ouium in terris affligitur, sed in cælis æternaliter coronabit, vbi preciosam illā margaritā habebit, de qua dominus ait in euangelio: Simile est regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autē vna preciosa margarita, abiit & vendidit omnia quę habuit, & emit eam. Dicitur autem pallium plenitudo pontificalis officii, quoniā in ipso & cū ipso confertur pōtificalis officii plenitudo. Nam antequam Metropolitanus pallio decoretur, non debet clericos ordinare, pontifices consecrare, vel ecclesias dedicare, nec Archiepiscopus appellari.

1. Cor. 18. — 1. Pet. 4. — Apoca. 21. — Mat. 13. — Vsus pallij.

De armatura virtutum. Cap. lxiiij.

ISta sunt arma quæ pontifex debet induere, cōtra spirituales nequicias pugnaturus. Nam, vt inquit Apostolus, Arma militiæ nostræ nō sunt carnalia, sed ad destructionē munitionū potētia Deo. De quibus idem Apostolus in alia dicit epistola: Induite vos armaturā Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: & induti loricā iustitiæ, & calceati pedes in præparationē Euangelii pacis, in omnibus sumentes scutū fidei, quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeā salutis assumite, & gladiū spiritus, quod est verbum Dei.

2. Cor. 10. — Ephes. 6.

Prouideat ergo diligēter episcopus, & attendat sacerdos studiose, vt signum sine significato non ferat, vt vestem sine virtute non portet, ne fortè similis sit sepulchro deforis dealbato, intus autē omni pleno spurcitia. Quisquis autē sacris indumētis ornatur, & honestis moribus nō induitur, quantò venerabilior apparet hominibus, tātò indignior redditur apud Deū. Pontificalē itaq; gloriā iam honor non cōmendat vestium, sed splendor animarum. Quoniam & illa quæ quondam carnalibus blandiebā ur obtutibus, ea potius quæ in ipsis erant intelligenda poscebant: vt quicquid illa velamina in fulgore auri & in nitore gemmarum, & in multimodi operis varietate signabant, hoc iam in moribus actibusq; clarescat. Quod & apud veteres reuerētiā ipsæ significationū species obtinent, & apud nos certiora fint experimenta rerum, quàm ænigmata figurarum. Tunc enim valles abundant frumēto, quum arietes ouium sunt induti.

Salubris exhortatio. — Matth. 23. — Psal. 64.

De quatuor coloribus principalibus, quibus secundum proprietates dierū vestes sunt distinguendæ. Caput lxv.

QVatuor autē sunt principales colores, quibus secundum proprietates dierū sacras vestes Ecclesia Romana distinguit, Albus, Rubeus, Niger & Viridis. Nam & in legalibus indumētis quatuor colores fuisse leguntur: Byssus & purpura, hyacinthus & coccus. Albis induitur vestimentis in festiuitatibus confessorum & virginum: Rubeis in solēnitatibus apostolorum & martyrum. Hinc sponsa dicit in canticis: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Candidus in confessoribus & virginibus, rubicundus in martyribus & apostolis. Hi & illi sunt flores rosarum & lilia conuallium. Albis indumentis igitur vtendum est in festiuitatibus confessorum & virginum, propter integritatem & innocentiam. Nam candidi facti sunt Nazaræi eius, & ambulant semper

Exod. 28. — Cant. 5. — Quibus festis vtendū est albis.

per

Apo. 14. per cum eo in albis. Virgines enim sunt,
& sequuntur agnum quocunque ierit.
Propter eam causam vtendũ est albis in
solennitatibus sequentibus, scilicet in
solennitatibus angelorum, de quorũ ni-
Iob. 38. tore dominus ait ad Luciferũ; Vbi eras,
cum me laudarent astra matutina? In na
tiuitate Saluatoris & Præcursoris, quo
niam vterq; natus est mundus, id est, ca
Esai. 19. rens originali peccato. Ascẽdit enim do
minus super nubẽ leuẽ, id est, sumpsit car
nẽ à peccatis immunem, & intrauit Ae-
gyptũ, id est, venit in mundum, iuxta qđ
Luc. 1. angelus ait ad virginem. Spiritus san-
ctus superueniet in te, & virtus altissimi
obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascetur
ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ioan
nes autẽ etsi fuit conceptus in peccato,
fuit tamẽ sanctificatus in vtero, secundũ
Hier. 1. illud propheticum: Antequam exires de
vulua, sanctificaui te. Nam & angelus ait
ad Zachariam: Spiritu sancto replebi-
Luc. 1. tur adhuc ex vtero matris suæ. In Epi-
phania propter splendorem stellæ, quæ
Magos adduxit, secundũ illud Propheti
Esai. 60. cũ: Et ambulabũt gentes in lumine tuo,
& reges in splendore ortus tui. In Hy-
popanti, propter puritatẽ Mariæ, q̃ iux-
ta canticũ Simeonis, obtulit lumen ad
reuelationem gentiũ, & gloriam plebis
suę Israel. In cœna domini, propter con
fectionem Chrismatis, quod ad munda-
Ioan. 13. tionem animę consecrať. Nam & euan-
gelica lectio munditiam principaliter
Mar. 19 in illa solennitate commendat. Qui lo-
tus est, inquit, non indiget, nisi vt pedes
lauet, sed est mundus totus. Et iterum:
Si non lauero te, non habebis partem
mecũ. In resurrectione, propter angelũ
testem, & nuncium resurrectionis, qui
apparuit stola cãdida coopertus: de quo
Mat. 28. dicit Matthæus, quod erat aspectus eius
sicut fulgur, & vestimentũ eius sicut nix.
† al. Luci In Ascensione, propter nubem † candi-
dam. dam, in qua Christus ascendit. Nam &
duo viri steterunt iuxta illos in vestibus
Actor. 1. albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid
statis aspicientes in cælum? &c. Illud au
tem non ociose notandũ est, quod licet
in consecratione pontificis talibus in-
dumentis sit vtendum, consecrantibus
scilicet & ministris (nam consecrandus
semper albis vtitur) qualia secundũ pro
prietatem diei conueniunt: in dedicatio
ne tamen Ecclesiæ semper vtendum est
albis, quocunque dierum dedicatio ce-
lebretur. Quoniam in consecratione
pontificis cantať missa diei, sed in dedi-
catione Basilicæ dedicationis missa can-
tatur. Nam & Ecclesia virgineo nomi-
ne nuncupatur, secundũ illud Apostoli: 2. Cor. 11.
Despondi enim vos vni viro virginem
castam exhibere Christo. De qua spon- Cant. 4.
sus dicit in Cãticis: Tota pulchra es ami
ca mea & macula nõ est in te. Veni de Li
bano spõsa mea, veni de Libano, & veni.

Rubeis autẽ vtendum est indumentis Rubeis
in solennitatibus apostolorum & mar- quando
tyrum, propter sanguinẽ passionis, quẽ vtendum.
pro Christo fuderunt. Nam ipsi sunt qui Apoc. 7.
uenerunt ex magna tribulatione, & la-
uerunt stolas suas in sanguine agni. In fe
sto Crucis, de qua Christus pro nobis
sanguinẽ suũ fudit. Vnde Propheta: Qua Esa. 63.
re rubrũ est indumentum tuum, sicut cal
cantium in torculari? Vel in festo Cru-
cis melius est albis utendum, quia non
passionis, sed inuentionis uel exaltatio-
nis est festum. In Pentecoste, propter san Actor. 2.
cti spiritus feruorem qui super Aposto-
los in linguis igneis apparuit. Nam ap-
paruerunt illis dispertitę linguę tanquã
ignis, seditq; supra singulos eorum. Vn- Thre. 1.
de propheta: Misit de cælo ignem in ossi
busmeis. Licet aũt in apostolorum Petri
& Pauli martyrio rubeis sit utendum,
in Conuersione tamẽ & Cathedra uten
dum est albis. Sicut licet in natiuitate
sancti Ioannis sit albis utendum, in De-
collatione tamen ipsius utendum est
rubeis. Cum autem illius festiuitas ce- Virgini-
lebrať, qui simul est & martyr & uirgo, tati præ-
martyrium præfertur uirginitati, quia fertur
signũ est perfectissimæ charitatis, iuxta martyrium.
quod Veritas ait: Maiorem charitatem
nemo habet, quàm ut animam suam po-
nat quis pro amicis suis. Quapropter & Ioã. 14.
in Commemoratione omnium sancto-
rum quidam rubeis utũtur indumentis:
alii uerò, ut Curia Romana, candidis:
quum non tam in eadem, sed de eadem
solennitate dicat Ecclesia, quod sancti,
secun-

Apoc. 17. secundum Apocalypsim Ioannis, stabāt in conspectū agni, amicti stolis albis & palmæ in manibus eorum.

Nigris quando vtendum. Nigris autem indumentis vtendum in die afflictionis & abstinentiæ, pro peccatis, & pro defunctis. Ab aduentu scilicet vsq; ad Natalis vigiliam & à Septuagesima vsq; ad sabbatum Paschæ.

Cant. 1. Sponsa quippe dicit in Canticis: Nigra sum, sed formosa filię Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pellis Salomonis. Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me sol: In Innocē-*Festū Innocentum.*tum autem die, quidam nigris, alii verò rubeis indumentis vtendum esse contē-dūt. Illi propter tristitiam, quia vox in *Hier. 31.* Rhama audita est, ploratus & vlulatus *Matt. 2.* multus, Rachel plorans filios suos, & noluit cōsolari, quia non sunt. Nam propter eandem causam cantica lætitię subticentur, & non in aurifrigio mitra defertur. Illi propter martyrium, quod principaliter commemorans inquit Ecclesia: Sub throno Dei sancti clamabāt: *Luc. 2.* Vindica sanguinem nostrum qui effu-*Apoc. 6.* sus est Deus noster. Propter tristitiam ergo quam & silentium innuit lætitiæ canticorum, mitra quæ fertur non est aurifrigio insignita, sed propter martyrium rubeis est indumentis vtendum. Hodie vtimur violaceis: sicut in Lætare Hierusalem, propter lætitiam, quam aurea Rosa significat, Romanus Pontifex portat mitram aurifrigio insignitā, sed propter abstinentiam nigris, imò violaceis vtitur indumentis.

Restat ergo, quòd in diebus ferialibus & communibus, viridibus sit indumentis vtendum. Quia viridis color medius est inter albedinem & nigredinem & ru-*Cant. 4.* borem. Hic color exprimitur, vbi dicitur: Cypri cum Nardo, Nardus & Crocus.

Ad hos quatuor cæteri referuntur. Ad rubeum colorem coccineus, ad nigrum violaceus, ad viridem croceus. Quamuis nonnulli rosas ad Martyres, Crocum ad Confessores, Lilium ad Virgines referant.

EXPLICIT LIBER Primus.

MYSTERIORVM Euangelicæ legis ac Sacramenti Eucharistiæ.

LIBER SECVNDVS.

De accessu Pontificis ad altare. Cap. I.



HIS indumentis ornatus Episcopus ad altare procedit, duobus eum ducētibus hincinde, sacerdote videlicet & leuita, subdiacono præcedente, qui clausum portat codicē Euangelii, donec Episcopus ad altare perueniat, ibiq; codicem osculatur apertū. Hæc omnia diuinis plena sunt sacramētis. Episcopus enim illum in se repræsentat pontificem, de quo dicit Aposto-lus: Christus assistens pontifex futuro-*Heb 9.* rum bonorum, per amplius perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis, &c.

De presbytero & diacono, qui deducunt Pontificem hincinde. Cap. II.

SAcerdos & leuita significant legem *Luc. 9.* & prophetiam, secundū illud quod dominus ipse proposuit in parabola sauciati, quia sacerdos quidam dedit eadē via, & viso illo præteriuit: similiter & leuita. Moyses & Helias in figura legis & *Marc. 17.* prophetię apparuerunt in monte cum Christo loquentes. Sacerdos ergo & leuita deducunt episcopum: quia lex & propheria Christum annunciauerūt & promiserunt. Moyses enim inquit in lege: Prophetam suscitabit vobis Deus de *Deut. 18.* fratribus vestris, ipsum tanquam me audietis. Et Esaias: Ecce veniet propheta *Esai. 66.* magnus, & ipse renouabit Hierusalem.

De Subdiacono qui præcedit, clausum portās codicem Euangelij. Cap. III.

SVbdiaconus qui præcedit, Ioannem *Luc. 7.* Baptistā significat, qui præcessit Christum in spiritu & virtute Heliæ, parare domino plebem perfectam. Hic antē pontificem portat codicem Euangelii,

Matth. 2. quia Ioannes ante Christum prædicationem Euangelii inchoauit: Pœnitentiam (inquit) agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Quod autem liber clausus tenetur, donec pontifex ad altare perueniat, & tunc aperitur; hoc insinuat, quod in Apocalypsi describitur. Apoc. 14. Quoniam nemo inuentus est dignus aperire librum, qui scriptus erat intus & foris, signatur sigillis septem, nisi leo de tribu Iuda, radix Dauid: qui librum aperuit, & septem eius sigilla soluit. Per altare signatur Ecclesia, iuxta quod dominus dixit in Exodo: Si altare lapideū feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Quod sectionem lapidū prohibet in altari, diuisionem fidelium reprobat, ne Ecclesia diuidatur per errores & schismata.

Altare Ecclesiam designat. Exo. 20.

De Pontifice qui peruenit ad altare. Cap. IIII.

TVnc ergo liber aperitur, quum episcopus peruenit ad altare. Quoniā vbi Christus primitiuam apostolorum congregauit Ecclesiam, docens & prædicans, scripturę mysteria reuelauit. Vobis, inquit, datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Vnde post resurrectionem aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Rectius ergo facit episcopus, cum ipsemet aperit librum euangelii, quamuis & per ministros suos Christus patefecerit mysteria scripturarum. Quod episcopus codicē euangelii osculatur, insinuat quod Christus pacem in euangelio prædicauit, Pacem meam, inquit, do vobis, pacē relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.

Luc. 8. Luc. 24. Ioan. 14.

De processione Romani pontificis à secretario ad altare. Cap. V.

CVm autem stationalis solennitas celebratur, Romanus pontifex cū sex præfatis ordinibus à secretario processionaliter ad altare progreditur, designans, quod Christus exiuit à patre, & venit in mundū. Hic enim processionis ordo generationis Christi seriem repræsentat, quam Matthæus euangelista describit, in qua sex inueniuntur ordines personarum, à quibus Christus secundū carnem traxit originem, & in mundum processit. Patriarchæ videlicet & prophetæ, reges & principes, pastores & duces. Abraham Patriarcha, Dauid propheta, Salomon Rex, Salomon princeps, Iudas pastor, Zorobabel dux.

Ioan. 16. Matt. 1. Sex ordines personarū in generatione Christi.

De duobus diaconis, qui ducunt pontificem. Cap. VI.

DVo diaconi qui ducunt pontificē, designāt Abraham & Dauid, quibus facta est incarnationis Christi repromissio. Nam illi promissum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes: isti pollicitum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Propter quod Euāgelista signanter hos duos in generatione Christi præmisit. Liber, inquit, generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. Isti sunt duæ columnæ, quas rex pacificus in vestibulo templi posuit ante ostium, quas ambit funiculus duodecim cubitorum, id est, quos fides duodecim apostolorum cōplectitur, de quorum medio Christ' ostium aperitur credentibus.

Gen. 22. Psal. 131. Matth. 1. 2. Par. 3. Ioan. 10.

De mappula, quæ portatur super pontificem, quatuor baculis colligata. Cap. VII.

QVatuor autem ministri super pōtificem ferunt mappulam quatuor baculis colligatam propter quod ipsi ministri mappularii nuncupantur. Mappula quæ diuersis imaginibus est figurata, sacram scripturam significat, quæ multis mysteriis est insignita. Hæc quatuor baculis super pontificem portatur extensa, quia sacra scriptura quatuor modis super Christum fertur exposita, secundum historiam, secundū allegoriam, secundum tropologiam & anagogen. Hic est fluuius paradisi, qui quatuor in capita diuisus progreditur. Hæc est mensa propositionis, quæ quatuor pedibus eleuata subsistit. Hæc autem super pontificem extensa portatur, vt is venisse monstretur, quem lex scripserat & prophetę. Nam ipsemet incipiens Christus à Moyse & prophetis, interpre-

Quatuor sensus scripturæ. Gen. 2. Exo. 25.

terpretabatur in omnibus scripturis, quę de ipso erant. Propter quod alibi dicit: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, ille enim de me scripsit. *Ioan. 15.*

De Cereis & incenso. Cap. VIII.

ET ideo præferuntur duo lumina cum incenso, quia lex & prophetę cũ psalmis Christi prænunciauerunt aduentum, Christo attestante, qui ait: Necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. In maioribus autem solẽnitatibus septem candelabra corã pontifice deferũtur, per quod illud ostenditur, quod Ioannes in Apocalypsi describit: Conuersus, inquit, vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorũ similem filio hominis vestitum podere, vt ille per hoc aduenire monstretur super quem requieuit spiritus gratiæ septiformis, secundum vaticinium Esaię: Egredietur, inquit, virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus sciẽtiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.

Luc. 24. *Septẽ candelabra septiformis spiritus.* *Apoc. 1.* *Esai. 11.*

De igne quem manipulo stuppæ Pontifex apponit in choro. Cap. IX.

IN quibusdam basilicis circa medium chori manipulus stuppæ super columnam appenditur, cui pontifex ignem apponit, vt in conspectu populi subito cõburatur. Per hoc secundum aduentum commemorans, in quo Christus indicabit viuos & mortuos & seculũ per ignẽ. Nã ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tẽpestas valida. Ne quis ergo male securus existat, qui per primũ blanditur, per secundum exterret. Quia qui iudicandus venit in primo, iudicaturus veniet in secundo. Vel potius, quia secundum apostolum Iacobum vita nostra vapor est ad modicum parens, pontifex ignem apponit in stuppam, ne fortè qui gloriosus incedit, in temporali gloria delectetur. Nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni.

Psal. 49. *Iacob. 4.* *Esa. 40.* *1. Pet. 1.*

De primicerio, qui pontificis dextrum humerum osculatur. Cap. X.

CVm autem pontifex appropinquat altari, primicerius scholæ cantorũ accedens, dextrum ipsius humerum coram astantibus osculatur. Quia quum Christus nasceretur in mundo, angelus ille cum quo facta est cœlestis militiæ multitudo laudantium Deum, natiuitatem eius pastoribus patefecit. De quo dicit propheta: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius. *Luc. 2.* *Esa. 9.*

De tribus sacerdotibus, qui coram altari reuerenter inclinant, os & pectus pontificis osculantes. Ca. XI.

TRes sacerdotes qui pontifici veniẽti coram altari reuerenter occurrunt, & inclinantes os eius osculãtur & pectus, tres illos Magos signant, qui venerunt Hierosolymam, dicẽtes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Et procidentes adorauerunt inuentũ, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhã. Per geminũ osculum, geminam in Christo naturam confitentur, diuinam scilicet & humanam: diuinam quasi latentẽ in pectore, humanam quasi parentem in ore, quas quoq; per oblata munera Magi mysticè figurarunt. Osculum enim est signum reuerẽtiæ. Iuxta quod Hester summitatem virgæ regis legitur osculata. *Matt. 2.* *Hest. 5.*

De processionis dispositione. Cap. XII.

DIsponitur autem ista processio velut castrorum acies ordinata. Nam & maiores & fortiores quasi custodes exercitus præueniunt & sequuntur. Minores quasi debiliores colliguntur in medio. Pręcedunt enim Episcopi & presbyteri, subsequuntur pontifex & diaconi, colliguntur in medio subdiaconi & acolyti. Cantores autem quasi tubicines precedunt exercitum, vt eum ad prælium contra dæmones excitent & inuitent. De quo prælio inquit Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra spiritualia *Cant. 6.* *Cantores velut tubicines.* *Ephe. 6.*

Psal. 80. nequitię in cęlestibus, Vnde Psalmista: Buccinate in neomenia tuba, in die insigni solẽnitatis vestræ. Crux ergo quasi regale vexillum præmittitur & præfertur, vt fugiant qui oderunt eum à facie eius. Nobis ergo absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mundus nobis crucifixus est, & nos mũdo crucifixi debemus.

Crux, vexillum. *Esa. 67.* *Gala. 6.*

De confessione et pectoris tonsione: in qua tria notãtur, ictus, tactus, & sonus. C. XIII.

Prouer. 18 QVia iustus verò in principio sermonis accusator est sui, Pontifex ad altare perueniẽs, & ad seipsum reuertens, antequã ordiatur sacrum officium, de peccatis suis cum astantibus cõfitetur, psalmum illum præmittens, qui manifestè per totum sibi adhoc dinoscitur pertinere & conuenire: Iudica me Deus, &c. vt discretus à gente non sancta, & ab homine liberatus iniquo, ad altare Dei dignus introeat. Illud autem in hac confessione notãdum ẽ, quia non (vt quidam minus prouide faciunt) in specie, sed in genere confitenda sunt peccata, quoniam ista confessio non est occulta, sed manifesta. Percutimus autem pectus, cum confitemur peccata, quatenus exemplo publicani, qui percutiebat pectus suum, dicens, Domine propitius esto mihi peccatori, iustificati descendamus in domũ. In percussione tria sunt, ictus, sonus & tactus. Per quę significantur illa tria, quę sunt in vera pœnitentia necessaria, videlicet cordis cõtritio, oris cõfessio, & operis satisfactio. Nam sicut tribus modis peccamus, scilicet, corde cogitando, ore loquendo, & opere perpetrando, ita tribus modis pœnitere debemus, scilicet corde per dolorem, ore per pudorem, & opere per laborem.

Psal. 42. *Cõfessio generalis.* *Luc. 18.* *Tria in pœnitentia q̃. runtur.*

De incenso, quod sacerdos repræsentat in capsula, & Episcopus apponit thuribulo. Cap. XIIII.

Apoc. 8. INgressurus ergo pontifex ad altare, incẽsum apponit thuribulo, per hoc illud insinuans, quod angelus venit & stetit ante altare habens thuribulum aureũ in manu sua, quod impleuit de igne altariis, & data sunt ei incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum. Angelus enim Christus, thuribulum aureum corpus immaculatum. altare Ecclesia, ignis charitas, incensum oratio, secundum illud propheticum: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo. Venit ergo angelus, id est, Christus, stetit ante altare, id est, in conspectu Ecclesiæ, habens thuribulum aureum, id est, corpus immaculatum, plenum igne, id est, charitate: & data sunt ei incensa multa à fidelibus, id est, orationes daret, id est, præsentaret eas patri, de orationibus sanctorum. Non dicit, orationes tantũ, quia Christus non omnes orationes exaudit, sed de omnibus illis quæ pertinẽt ad salutem. Vnde cum Paulus ter rogasset dominum, vt ab eo stimulum carnis auferret, respondit ei dominus: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Episcopus ergo thus apponit thuribulo, quia Christus orationes inspirat animo, vt per ipsum offeratur incensum dignum in odorem suauitatis. Ipse nos præuenit in benedictione dulcedinis, vt eius donum fit nostrum meritum, quia non accipit nisi quod tribuit. Sine me (inquit) nihil potestis facere: quia palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vitę. Sacerdos autem incensum repræsentat Episcopo, quia lex illud pretiosum thymiama confecit, quod in odorem suauitatis offertur altissimo: de quo dominus subdit in Exodo: Talem compositionẽ non facietis in vsus vestros, quia sanctũ est domino, Homo quicunque similem fecerit, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis. Fuerunt qui dicerẽt, quod si thuribulum descendat ab altari, tunc aliud ibi thus sine benedictione ponendum est, & hominibus offerendum, tamquam illud spectet ad lattiam, istud ad duliam. Melius tamen secundum spiritum, quam secundum litteram intelligitur. Nam litera occidit, spiritus autẽ viuificat.

Psal. 140. *2. Cor. 12.* *Merita nostra dona Christi sunt.* *Ioan. 18.* *Exo. 30.* *2. Cor. 3.*

De triplici osculo, videlicet oris, altaris & pectoris. Cap. XV.

TVnc accedens Episcopus ad altare, osculatur sacrum altare significãs, quod Christus adueniens, sanctã sibi copulauit Ecclesiam, secundum illud epitha-

Christus sponsus Ecclesiæ.

Cant. 1. epithalamium: Osculetur me osculo oris sui. In osculo siquidem os ori coniungitur. Et in Christo non solum humanitas est vnita diuinitati, verum etiã sponsa sponso est copulata, secundum il-
Esaiae 6. lud propheticum. Quasi sponsam deco-
Ioan. 3. rauit me corona, & quasi sponsam ornauit me monilibus, Vnde Ioannes: Qui
Psal. 46. habet sponsam, sponsus est. Nam in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Deinde conuersus episcopus osculatur diaconus, vt ostendat pacem illam in aduentu Christi venisse, quam pro-
Ibidem. phetae promiserãt. Vnde Dauid; Orietur diebus eius iustitia & abundantia pa-
Psal. 71. cis, donec auferatur luna. Alius iterum
Hier. 2. propheta: Pax erit in terra nostra cũ venerit. Et ideo Christo nascente, vox intonuit angelorum: Et in terra pax ho-
Luc. 1. minibus bonae voluntatis. Osculũ enim quandoq; pacem signat, iuxta quod di-
Rom. 16. cit apostolus: Salutate vos inuicem in osculo sancto. Deus aũt pacis sit cum omnibus vobis, amen. Diaconus aũt statim inclinans osculatur pectus Episcopi, designans quod inspiratione diuina prophetae praedixerunt pacem futuram. Nam & Ioannes supra pectus Christi re-
Io. 13. cũbens, Euangelii fluenta, de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit.

De thurificatione, qua pontifex incensat altare, & sacerdos Episcopum. Cap. XVI.

Episcopus ergo thuribulũ accipiens à diacono, sacrum incensat altare.
Christus orat pro Ecclesia. Quia Christus corpus assumẽs, de genere prophetarũ, factus ex semine Dauid secũdum carnem, suis orationibus fouet Ecclesiam, secũdũ quod orat in Euangelio. Pater sancte, ego pro eis rogo, & nõ tantum pro eis, sed pro illis, qui credituri sunt per verbũ eorũ. Quod aũt dia-
Ioan. 17. conus thuribulum recipit, vt incenset Episcopo, moraliter instruit, quod si dignè volumus incensum orationis offerre, thuribulum incarnationis debemus
Heb. 11. tenere. Nam sine fide mediatoris homi-
Matt. 21. nes Deo placere non possunt, sed iuxta verbũ promissionis ipsius: Si quid petierint credentes in oratione, accipient. Per thuribulum enim verbum accipitur incarnatum.

De forma thuribuli, & de duplici causa thurificandi, spirituali & literali. C. XVII.

Nam sicut in thuribulo pars superior & inferior tribus cathenulis vniuntur, ita tres in Christo sunt vniones, quibus diuinitas & humanitas cõiũgũtur. Vnio carnis ad animã, vnio di- *Tres i Christo vniones.*
uinitatis ad carnẽ, & vnio diuinitatis ad animã. Quidam aũt quartã vnionẽ assignant, videlicet deitatis ad compositum ex anima simul & carne. Nam & quaedã thuribula quatuor habent cathenulas. De hoc thuribulo Moyses specialiter inquit ad Aaron: Tolle thuribulum, & *Num. 16.*
hausto igne de altari, mitte incẽsum desuper. Praeter mysticam rationẽ, ob hoc etiam incensatur altare, quatenus ab eo omnis daemonis nequitia propellatur. Fumus enim incensi valere creditur ad daemones effugandos. Vnde quum *Fumo fugari daemones.*
Tobias interrogasset angelũ, quod remedium haberent ea quae de pisce iusserat reseruari, respondit. Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius *Tob. 6.*
omne genus daemoniorum extricat.

DE ANTIPHONA, QVAE dicitur ad introitum, & cur ipsa repetitur, interposita gloria Trinitatis, & quis eam cantari constituit. Caput XVIII.



Nterea chorus concinit Antiphonã ad introitum, quam repetit interposita gloria Trinitatis. Porrò, sicut introitꝰ sacerdotis aduentum Christi signat, sic & Antiphona quae dicitur ad introitum, desiderium *Matt. 11.*
aduentus eius signat. De quo dominus inquit Apostolis: Multi reges & prophe- *Luc. 10.*
tae voluerunt videre, quae vos videtis, & *Introitus missae.*
non viderunt: & audire, quae auditis, & non audierunt. Chorus autem dilatat animam suam, & in iubilo cantat introitum. Quoniam Prophetae, Patriarchae, reges & sacerdotes, omnesque fideles aduentum Christi cum magno desiderio expectabant, clamantes & Implorantes: Emitte agnum domine domina- *Esaiae 16.*
torem terrę, de petra deserti ad montem

filiæ Sion. Veni domine & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel. Hinc ergo Simeon ille iustus & senex benedixit, & dixit: Nunc dimittis seruum tuũ domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Ex eorum ergo persona cantatur introitus, per quos Christus intrauit in mundum, iuxta quod Apostolus ait: Et cum introduceret primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Antiphonæ repetitio, multiplicationem clamoris insinuat. Vnde propheta: Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum, ibi, modicum ibi. Si moram fecerit, expecta eum quia veniens veniet, & non tardabit. Interpositio gloriæ designat captationem beneuolentiæ. Vt enim quod expectabant, facilius obtinerent, ad totam trinitatem glorificando clamabant: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuũ da nobis. Qui sedes super Cherubin, appare coram Effraim, Beniamin & Manasse. Quorum tandem clamorem spiritus sanctus exaudiuit, vnguẽs eum oleo lætitiæ, præ consortibus suis, & ad euangelizandum pauperibus destinauit, secundum quod ipse filius per prophetã testatur; Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandũ pauperibus misit me. Hoc ergo desiderium antiquorum introitus repræsentat, non secundum intellectum literæ, sed iubilo cantilenæ. Celestinus Papa constituit, vt psalmi Dauid CL. ante sacrificium canerentur antiphonatim ex omnibus, quod antea non fiebat, sed Epistola tantum & Euangelium legebantur. Excepti sunt ergo de psalmis Introitus, Gradualia quoque ac Offertoria, necnon Communiones, quæ cum modulatione ceperunt ad missam in Ecclesia Romana cantari. Antiphona Græcè dicitur vox reciproca, quia duo chori reciprocando vicissim melodiarum cantus alternant.

Luc. 2. *Heb. 1.* *Esaiæ 28.* *Abacuc 2.* *Psal 84.* *Psal 79.* *Esa. 61.* *Luc. 4.* *Celestinus Papa.* *Antiphona*

De Kyrie eleeson, & quare nouies decantatur, et quare sex vicibus dicitur Kyrie eleison, & tribus Christe eleison. Ca. XIX.

Cum ergo iã tempus plenitudinis, & benignitatis aduenerit, sicut prę dictum fuerat a Psalmista, Tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius, congruè chorus tunc conci nendo subiungit. Kyrie eleeson, quod interpretatur. Domine miserere. Vnde propheta: Domine, miserere nostri: te enim expectauimus. Dicit autem hic nouies, contra nouem genera peccatorum. Est enim peccatum originale, mortale & veniale: hoc est, serpens, mulier & vir. Serpens enim, id est, concupiscentia suggerit originaliter. Mulier, id est, delectatio comedit venialiter. Vir id est, ratio consentit mortaliter. Idem est peccatum cogitationis, locutionis, & perpetrationis. Cogitationis in corde, locutionis in ore, pperpetrationis in opere, hoc est, mors in domo, mors in porta, mors in monumento. Rursus, est peccatũ fragilitatis, simplicitatis, & malignitatis. Fragilitatis per impotẽtiã, simplicitatis p ignorãtiã malignitatis p inuidẽtiã. Hoc est, peccatum in patrem, peccatũ in filium, peccatum in spiritum sanctum Et ideo chorus dicit ter ad patrem Kyrie eleeson, ter ad filium Christe eleeson, ter ad ad spiritum sanctum Kyrie eleeson. Sed ad patrem & spiritum sanctum sub eodem tãtum vocabulo. Quia pater & spiritus sanctus sunt einsdem naturæ tantum. Ad filium verò sub alio, quia filius etsi sit eiusdem naturæ cum illis, est tamen etiam alterius, vt geminæ gigas substantiæ. Vel ideo dicitur nouies, vt ordo decimus ex hominibus reparatus, nouem associetur ordinibus angelorum.

Psal. 108. *Esaiæ 33.* *Nouem genera peccatorum.*

Beatus Gregorius Kyrie eleeson ad missam cantari pręcepit à clero, qđ apud Gręcos ab omni populo cantabantur. *Greg. 1.*

De Gloria in excelsis, & de triplici pace, & quis hymnum angelicum cantari ad missam constituit. Cap. XX.

Mox sequitur hymnus angelicus, tẽporalis Christi natiuitati perhibens testimonium, quem ille primus inchoando pronunciat, qui angelum magni consilii repræsentat. Chorus autem concinendo prosequitur, quia subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium & dicentium: Gloria in altissimi Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hymnus *Luc. 2.*

iste

Luc. 15. iste non tantum est angelorum, sed hominum congratulantium, quod mulier illa, quę perdiderat dragmam decimam, iam lucernam accenderat, vt dragmam perditam inueniret. Et pastor dimissis nonaginta nouem ouibus in deserto, iam venerat, vt quæreret centesimam ouem, quam amiserat. *Tres inimicitiarum parietes.* Ante natiuitatem enim Christi, tres erant inimicitiarũ parietes: primus inter Deum & hominẽ. secundus inter angelum & hominem: tertius inter hominem & hominem. Homo nãque per inobedientiam creatorem offenderat, per suum casum restaurationem angelicã impedierat, per varios ritus se ab homine separauerat. *Ephes. 2.* Iudæus nãq; cæremonias excolebat, Gẽtilis idololatriam exercebat, vtrisque ritus alterius displicebat. Sed veniens pax vera, fecit vtraque vnum, destruxit inimicitiarum macerias, & concurrentes parietes in se angulari lapide copulauit, vt de cętero vnum esset ouile & vnus pastor. *Ioan. 10.* Abstulit ergo peccatum, & reconciliauit hominẽ Deo. *Triplex p Christum reconciliatio.* Reparauit casum, & reconciliauit hominem Deo & angelo. Destruxit ritus, & reconciliauit hominem homini. Restaurauit ergo, secundum Apostolum, quę in cœlis & quę in terris sunt: Et ob hęc cœlestis militiæ multitudo psallabat: *Colos. 1. Luc. 2.* Gloria in excelsis, id est, in angelis, Deo: & in terra pax Iudæis hominibus & Gentilibus bonę voluntatis. Hinc est etiã quod angelus loquitur, & congaudet pastoribus. Quia pax est inter homines & angelos reformata. Nascitur De⁹ homo, quia pax est inter Deum & hominem restaurata. Nascitur in pręsepi bouis & asini, quia pax est inter homines & homines reparata. Per bouem enim Iudaicus, per asinum gentilis populus figuratur, secũdum illud: *Esa. 1.* Cognouit bos possessorẽ suum, & asinus pręsepe domini sui.

Symmachus PP. Symmachus Papa constituit tã die dominico, quàm natalitiis martyrum Gloria in excelsis ad missam cantari, quem hymnum *Thelesphorus PP.* Telesphorus nonus à beato Petro ad missam nocturnam, Natalis domini (quam idem constituit) cantari pręceperat. Et in eo, ea quæ sequuntur ad verba angelorum adiecit. Quamquã à pluribus asseratur, quod ea beatus Hilarius Pictauiensis adiecerit.

De candelabro & cruce, quæ super medio collocantur altaris. Cap. XXI.

AD significandum itaque gaudium duorum populorum, de natiuitate Christi lætantium, in cornibus altaris duo sunt constituta candelabra, quæ mediante cruce, faculas ferunt accensas. Angelus enim pastoribus inquit: Annũcio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis saluator, &c. *Luc. 2.* Hic est verus Isaac, qui risus interpretatur. *Gen. 21.* Lumen autem candelabri, fides est populi. Nam ad Iudaicum populum inquit Propheta: Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. *Esa. 60.* Ad populum verò gentilem dicit Apostolus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. *Ephe. 5.* Nam & in ortu Christi noua stella Magis apparuit, secundũ vaticinium Balaam: Orietur, inquit, stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel. *Num. 24.* Inter duo candelabra in altari crux collocatur media, quoniam inter duos populos Christus in ecclesia mediator existit, lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum: ad quem pastores à Iudæa, & Magi ab oriẽte venerunt. *1. Pet. 2 Ephe. 2.*

De mutatione sacerdotis ab vna parte ad aliam. Cap. XXII.

POntifex oraturus ad sedem ascẽdit, & stans collectam pronunciat, quam libro legit aperto. Quia secundum euãgelica testimonia venit Iesus in Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem diei sabbati in synagogam, & surrexit legere. *Luc. 4.* Et traditus est ei liber Esaiæ prophetæ. Quem vt reuoluit, inuenit locum, vbi erat scriptũ: Spiritus domini super me, ꝓpter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. *Esai. 61.* Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Porro secundum consuetudinẽ aliorum episcoporum, cũ episcopus orat, ad dextram cõsistit altaris. In hoc illud signans, quod fuerat ꝓphetatũ: Deus ab austro veniet. *Abac. 3.* Et quoniam ea quę sunt lęta, signantur per dextram: ea quæ sunt tristitia, per sinistram: *Dextrum & sinistrũ in altari quid designant.* idcirco pontifex ad dextram partem altaris

tatis primum accedit vt gaudium domi nicæ natiuitatis ostendat. Deinde post euangelium ad sinistram cõuertitur, vt tristitiam passionis insinuet. Sed iterũ redit ad dextram, vt gaudiũ resurrectionis annunciet. Hoc ipsum Ezechiel in

Ezech. 1. descriptione quatuor animalium figurauit: Facies, inquit, hominis & facies

Matt. 20. leonis à dextris ipsorum quatuor. Per hominem quippe natiuitas, per leonem resurrectio, per bouem immolatio designatur. Et ideo facies hominis & facies

Orare versus orientẽ. leonis erant à dextris, facies autem vituli erat à sinistris, quia natiuitas & resurrectio gaudium intulerunt: passio verò

Luc. 1. tristitiam inspirauit, propter quod ipse

Zach. 6. dicebat: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Debet ergo sacerdos versus oriẽ-

Hier. 23. tem orare, quia visitauit nos oriens ex alto. De quo legitur: Ecce vir oriens nomen eius, cuius argumentum in libro

Sap. 16. Sapientiæ repetitur. Oportet, inquit,

Esai. 66. ad lucis ortum adorare, Non quod diuina maiestas localiter in oriente consistat, quæ tamen essentialiter est vbique

Iudæi versus occidẽtẽ orabant. (Cœlum, inquit, & terram ego impleo) sed quia timentibus Deum orietur sol iustitiæ, qui illuminat omnem hominẽ in hunc mundum venientem: Nam & templum Salomonis & tabernaculum

Mal. 1. Moysi legitur ad orientem ostium ha

Ioan. 1. buisse. Quia autem sub veteri testamen-

3. Reg. 6. to ingressus templi erat ab oriente in occidentem, ad significandum, quia om-

Exod. 26. nes ante Christi passionem tendebant ad occasum, id est, ad infernũ post mortem: nunc verò fit ingressus in templũ ab occidente in orientem, ad figurandũ ortum nostrum & ascensum ad gloriã. In illis autem ecclesiis, quę habent ostium ab occidente, sacerdos coram altari consistens vt adoret ad orientem, semper in salutatione se conuertit ad populum, excepto præfationis & fractionis articulo, cum orationi totus intentus, & cor habet sursum ad dominum, & Eucharistiæ peragit sacramentum.

De depositione mitræ pontificis. Cap. XXIII.

2. Cor. 11. ORaturus episcopus mitram deponit, quia vir secundum Apostolũ reuelato capite debet orare, quatenus inter ipsum & Deum nullum malitię sit velamen, vt reuelata facie, domini gloriam contempletur.

De salutatione Pontificis & sacerdotis ad populum. Cap. XXIIII.

POntifex ergo salutationem præmittit ad populum, dicens: Pax vobis: il- *Dominus vobiscum.* lius vtens eulogio, cuius fungitur pontificio. Minor autem sacerdos cum salutat populum, ait: Dominus vobiscum. Quod vtiq; verbum Booz legitur dixisse messoribus, quod intelligitur Booz quoque figuram saluatoris expressisse. Quia Ruth Moabitidem duxit vxorem. *Ruth. 2.* Chorus autem vtrique respondet: Et cũ spiritu tuo. Quod sumptũ est ex epist. Pauli ad Timotheũ. Dominus, inquit, Iesus Christus cum spiritu tuo. Vt autẽ episcopus ostendat Christi vicarium, prima vice dicit: Pax vobis. Quoniam hæc fuit prima vox Christi ad discipu- *Pax vobis.* los, cum eis post resurrectionem apparuit. Ad instar verò sacerdotum cæterorum dicit postea: Dominus vobiscum: vt se vnum ex ipsis ostendat. Cæterum, *Septem salutationes in missa.* septẽ vicibus populus salutatur in missa, quatenus exclusis septem vitiis capitalibus, suscipiat gratiam septiformem.

Vt sacerdos non minus quàm duobus præsentibus debeat celebrare. Cap. XXV.

STatutum est autem in sacris canonibus, vt nullus presbyterorum missa- *De consec. dist. 1. can.* rum solennia celebrare præsumat: nisi duobus præsentibus, sibique respondentibus, ipse tertius habeatur. Quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & illud in secretis, Orate pro me, apertissimè conuenit, vt illius salutatio *Hoc quoq;* ni respõdeatur à pluribus. Verum aliud est necessitatis articulus, & aliud religionis contemptus. Piè quoque credendũ *Angelorũ præsentia in missa.* est, & sacris authoribus comprobatur, quod angeli Dei comites assistant orantibus, secundum illud propheticũ: In conspectu angelorum psallam tibi. Et *Psal. 137.* angelus ad Tobiam: Quando orabas cũ *Tob. 12.* lacrymis, ego obtuli orationem tuam domino, Sed & in Canone continetur.

tur. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hęc perferri per manus angeli tui sancti in sublime altare tuum &c. Sanè quilibet homo habet angelum suum ad custodiam. Vnde legitur in Actibus apostolorum, quod cū puella, quę concutit ad ostium, Petri nunciaret aduentum, dicebant: Angelus eius est & dominus loquens in euangelio de paruulis, ait: Angeli eorum semper vident faciem patris, Illos igitur habemus in ratione participes, quos habebimus in glorificatione consortes.

Actor. 12. *Matt. 18.*

De oratione & conclusione. Cap. XXVI.

SAlutatione præmissa, per quam auditores reddantur attenti, subdit orationes quæ designantur in Apocalypsi per fumum aromatum, qui ascendit in cōspectu domini de manu angeli. Christus enim verus homo passioni propter nos destinatus (cuius illa vox est: Holocausta & pro delicto non postulasti, tunc dixi, Ecce venio) semper vnitum sibi verbum pro nobis orabat. Qui, secundum Apostolum, in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad Deum, qui saluum illum facere posset à morte, cū clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est in omnibus pro sua reuerentia. Quod autē in fine orationis subiungitur, Per dominum nostrum Iesum Christum, illud signat, quod ipse dicit in euangelio: Quicquid petieritis patrē in nomine meo fiet vobis. Non enim per aliam viam ad nos æterna Dei beneficia possunt deuenire, quam per eum qui est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Sicut per mediātem crystallum mutuamus ignem, in escam suppositam a solo longinquo. Sumptū est autem de epistola ad Romanos: Gloriamur, inquit, in Deo per dominum nostrum Iesum Christum. Illud autem quod sequitur, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, ita potest simpliciter, sed non imprudenter intelligi: Qui cum patre viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, id est, vna cum sancto spiritu. Nam pater & filius & spiritus sanctus sunt vnus Deus. Vel: In vnitate spiritus sancti, id est in spirito sancto, qui est vnitas patris & filii,

Apoc. 8. *Psal. 39.* *Heb. 5.* *Per dominū nostrū Iesum Christum.* *Ioan. 15. & 19.* *1. Tim. 2.* *Qui tecum viuit, &c.*

amor. & connexio vtriusq;. Per omnia secula seculorum, hoc consecutiue & antonomastice potest intelligi: consecutiue, sicut generationes generationum, antonomasticæ, sicut cantica canticorū. Amē optantis vel affirmantis ostendit affectum. Nam in fine Psalmorum vbi dicimus, fiat fiat. Hebræus dicit, Amen amē. Et Christus in euāgelio sæpe dicit: Amē amen dico vobis: hoc est, verum verū dico vobis, secundū illud quod alibi dicit: Sit sermo vester, est, est. Respicit ergo vel ad formam orationis, vt quod oratur optetur, vel ad modum conclusionis, vt quod cōcluditur, affirmetur. Verbi gratia, cum sacerdos orat, Da nobis quæsumus domine salutē mentis & corporis, populus optādo respondet, Amē, id est, fiat. Vel cum sacerdos concludit, Qui tecū viuit & regnat in vnitate spiritus sancti, Deus p oīa secula seculorū, populus affirmādo respōdet, Amē, id ist. verū est.

Amen. *Matth. 5.*

Quare orationes dicantur collectæ, & quot sunt in missa dicēdæ. Cap. XXVII.

ORationes quæ circa principiū missæ dicuntur, collectæ vocantur, eo quod sacerdos qui fungitur ad Deū legatione pro populo, petitiones omnium in eis colligat & concludat. Proprie tamen collectæ dicuntur, quæ super collectam populi fiunt, dum colligitur populus, vt ad stationem faciendā, de vna ecclesia procedant ad alteram. Orationum vero plures & varii fuerunt authores, & in tantum earundem numerus & diuersitas exerescebat, quod octauum Africanum Conciliū, cui Beatus Augustinus interfuit, ita cōstituit: Nullæ preces vel orationes, vel missæ, vel prefationes, vel commendationes, vel manus impositiones dicantur, nisi in Cōcilio fuerint approbatæ. Nam & Gelasius Papa tam à se quam ab aliis compositas preces dicitur ordinasse. Beatus autē Gregorius seclusis his, quę nimia vel incongrua videbātur, rationabilia coadunauit, & congrua multa p se necessaria superaddēs. Quidam vero modum & ordinem excedentes, in tantum orationes multiplicant, vt auditoribus suis tędium generent & fastidium, cum econtra dominus dicat in

Varii orationum authores. *Concilium Meliuitanum.*

Matt. 6. Luc. 12. in euangelio: Cum oratis, nolite multū loqui, sicut faciūt ethnici. Putant enim se in multiloquio exaudiri. Vnde cum ei dixissent apostoli, Domine, doce nos orare, compendiosam orationē eos edocuit: Pater noster qui es in cęlis, &c. Huius ergo orationis formā sequentes sacerdotes in Missa, septenatum numerum non excedant. Nam Christus septē petitionibus omnia corporis & animæ necessaria comprehendit. Quia verò Deus numero impare gaudet, summopere quidā obseruant, vt impares dicant orationes in Missa, vel vnā, vel tres, vel quinque, vel septē. Vnā vel tres, propter vnitatis sacramentū vel mysteriū trinitatis: quinq; vel septem, propter quinq; partitā domini passionē, vel spiritū gratię † septiformis. Deus enim diuisionē & discordiam detestatur. Vnde cū cæteros dierum operibus benedixit, operibus secundæ diei benedixisse non legitur. Quia binarius numerus ab vnitate recedit, & ab eo cæteri diuisibiles numeri sortiuntur originem. Et cauendū est, si fortè collecta pro defuncto misceatur, non finalis, sed penultima, vel ante penultima dicatur: quia finis ad suū debet torqueri principium. In Missa verò pro defunctis non debet interponi oratio pro viuis, nisi illa cōmunis, Omnipotēs sempiterne Deus, qui viuorum, &c.

Collectæ in numero impari fiant.

† al. septiformem.

De extensione manuum sacerdotis in Missa. Capu. XXVIII.

STans ergo pontifex ad orandū, manus eleuat & extendit, astātibus hinc inde ministris, qui manus eius sustentāt sacerdote coram eo tenente sacramentarium. Lex quippe istud sacramentū insinuat. Legitur enim in Exodo, quod cum Israel pugnaret aduersus Amalech in deserto, Moyses ascendit in verticem collis: cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel. Si autem paululū remisisset, Amelech superabat. Aaron aūt & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factū est, vt manus eius nō lassarentur, vsq; ad solis occasum, fugauitq; Iosoue Amelech & populū eius in ore gladii. Propter hoc ergo sacerdos extendit manus in Missa cū orat. Nam & Christus cū expandisset manus in cruce pro persecutorib' orauit, & dixit: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciūt: moraliter instruens, quia Christus semper paratus est recipere pœnitētes: iuxta quod ipse promisit: Omnis qui venit ad me, nō eiiciā foras. Cum aūt verus Moyses, id est, Christus eleuat manus, id est, impēdit auxiliū & solatiū, vincit Israel, id est, Ecclesia. Nā si De' pro nobis, quis contra nos? Sin nūc paululum manus remittit, id est, si peccatis exigentibus subtrahit auxiliū & solatium, superat Amalech, id est, diabolus. Quia non est volentis, neq; currentis, sed Dei miserentis. Quia verò Christus promisit ecclesiæ, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationē seculi ob hoc Aaron, id est, mons fortitudinis, & Hur, idest, ignis charitatis, sustentant manus ipsius, vt in fortitudine ferat auxiliū, & ex charitate solatiū, ne manus eius lassētur vsque ad solis occasum, id est, vsq; ad finē mundi. Sicq; Iosue duce, id est, Christo ductore Israel fugat Amalech & populū eius, id est, Ecclesia superat diabolū & exercitum dæmonum in ore gladii, id est, per virtutem orationis. Gladius enim est verbū Dei. Si quis ergo vult orationis virtute superare diabolum, debet eleuare manus, id est, actus ad Deum, vt eius conuersatio sit in cælis. Vnde remissas manus erigite, & genua debilia roborate. Nam eleuatio manuum est sacrificium vespertinum. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Fides autem sine operibus mortua est. Leuemus ergo puras manus sine disceptatione, quærentes quæ sursum sunt, non quæ super terram, vbi Christus est in dextra Dei sedens.

Exo. 17. Luc. 23. Ioan. 6. Rom. 8. Rom. 9. Matt. vlti. Ephes. 6. Phil. 6. Esa. 35. Psal. 140. Tob. 12. Iacob. 8. 1. Tim. 8. Colos. 3.

Sensus allegoricus.

De epistola quæ præmittitur euangelio. Cap. XXIX.

EPistola quæ præmittitur euangelio, præcursoris designat officium, quod Ioannes ante Christū exercuit, qui præiuit ante faciem domini parare vias eius. Sicut ipse testatur: Ego vox clamantis in deserto, parate viam domino. Ioannes ergo quasi subdiaconus fuit, id est, subminister illius, qui de se dicit: Non veni ministrari, sed ministrare. Lex enim quasi pædagogus, infantem Dei populum per manum Moysi custodiendum suscipiens illius

Subdiaconus Ioannē Baptistam repręsētat.

Luc. 1. Ioan. 1. Matt. 20.

lius aduentum docuit expectare, quem eidem populo iam adulto, per os digitumque Ioannes præsentem in carne monstrauit, vt eum ducens sequeretur ad regnum. Ecce, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Præcessit namque lex euangelium, sicut vmbra lucem, virga spiritum, timor charitatem, initium perfectionem, dominantis præceptum, amantis consilium. Nam lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Epistola verò vox legis est, suam imperfectionem Ioannis testimonio profitentis, & ad perfectionem euangelicam transmittentis. Hic est, inquit, de quo dixi vobis: Qui post me venit, ante me factus est, cuius nō sum dignus corrigiā calceamēti soluere. Me oportet minui, illum autem crescere. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lex quippe neminem duxit ad perfectionem. Hinc est ergo, quod subdiaconum legentem epistolam vnus Acoluthus comitatur, diaconum verò legentem euangelium, tam subdiaconus quàm Acoluthus comitantur: quia prædicationem Ioannis pauci secuti sunt, sed prædicationem euangelii plurimi susceperunt. Vnde discipuli leguntur dixisse Ioanni: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimoniū perhibuisti ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Vt ergo cognouit Iesus, quia Pharisæi audierūt, quod Iesus plures discipulos faceret quā Ioannes, reliquit Iudæam, &c. Quia verò Ioannes fuit limes pręcedentium & subsequentium, medius inter apostolos & prophetas. (Nam lex & prophetæ vsque ad Ioannem, & ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit,) ideo epistola nec semper legitur de prophetis, nec semper de apostolis, sed interdum sumitur de veteri testamento, interdum de nouo. Quia Ioannes, cuius vocem repræsentat epistola, cū antiquis prædixit Christum venturum, Qui post me venit, ante me factus est, & cū modernis Christum ostendit pſentē. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Epistola verò Græcè, Latinè supermissio vel superrogatio nūcupaē, quod nomen benè congruit literis apostolicis, quæ superrogatæ sunt euangelio, de quibus frequentius leguntur epistolæ. Apostolicus enim ordo per illū stabulariū intelligitur, cui Samaritanus commisit hominem à latronibus spoliatum, vulneratum & semiuiuū relictū, proferens duos denarios, & dicens ei: Curā illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.

Ioan. 1.
Collatio legis ad euāgelium.
Ioan. 1.
Ibidem.
Heb. 7.
Ioan. 3.
Ioānes Baptista vt limes fuit.
Mat. 11.
Epistola super erogationem significat.
Luc. 10.

De reuerentia quam subdiaconus exhibet episcopo post lectam epistolā. Cap. XXX.

QVod autem subdiaconus cū Acolutho ad sacerdotem post lectam epistolam accedit, illud insinuat, quod Ioannes cū audisset in vinculis opera Christi, mittēs duos ex discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? vt per visa miracula Christum iam venisse cognoscerent. Vnde respondens Iesus, ait illis. Euntes renuntiate Ioanni quę vidistis & audistis. Cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euangelizantur. Et quia dextra domini fecit virtutem, ideo subdiaconus osculatur sacerdotis dextrā. Quia verò per visa miracula cognouit hunc esse de quo magister prædixerat, Qui post me venit, ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiā calceamenti soluere, pronus ab pedes, calceamentū Romani pontificis osculatur. Sacerdos verò subdiaconum benedicit, quia Christus commendauit Ioannem. Quid, inquit, existis in desertum videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plusquā prophetam. Amen dico vobis, inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Subdiaconus ergo post finem, sed diaconus ante principium lectionis ad sacerdotem accedit, & exhibet reuerētiam, quia lex accepit finem in Christo, sed euangelium originem sumpsit ab ipso. Nā lex & prophetę vsq; ad Ioānem, Euangeliū & apostoli post Ioannem.

Mat. 11.
Psal. 117.
Osculum pedum.
Matth. 3. & 11.

[...] lectam epistolam. Cap. XXXI.

VErum quia Ioannes pœnitentiam prædicabat. Pœnitentiam, inquit, agite,

Graduale omentum pœnitentia. agite, appropinquabit enim regnū cœlorū. Et iterum: Facite dignos fructus pœnitentiæ. Merito post epistolā graduale cōsequitur, qđ pœnitētiæ lamentum insinuat. Propter quod in diebus Pentecostes tollitur de officio, quia videlicet dies illi futurū in regno Dei felicem Ecclesię statum significant. Quando iam area Christi ventilabro quod est in manu eius purgata, grana reponentur in horreo felicitatis æternæ. Dicitur autem graduale à gradibus humilitatis, vtpote illi conueniens, qui necdum ascēdit de virtute in virtutem, sed adhuc in valle lachrymarum positus, iam tamen ascensiones in
Psal. 83. corde disposuit. Rectius ergo faciunt, qui graduale non festiuis, aut modulationis vocibus efferunt: sed quasi cantū grauem & asperū simpliciter potius & lamentabiliter canunt. Potest tamen responsorium illud quod graduale vocatur, ad vocationem apostolorum referri, quando Christo vocāte, venite post me, ipsi non tantum modo verbo, sed opere responderunt, quia relictis omnibus secuti sunt eum. Et ideo graduale cātatur,
Apostolorū vocatio post prædicationem Ioannis Baptistæ. quoniā apostoli gradiebātur post dñm, discipuli post magistrum. Post epistolā ergo graduale cantatur, quia post prædicationem Ioannis discipuli sunt secuti Christū. Sicut Ioānes Euāgelista describit: Stabat, inquit, Ioannes & discipuli eius duo, & respiciens Iesum ambulan-
Ioan. 1. tē, dicit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi: & audierunt eū discipuli duo loquentē, & secuti Iesum. Erat autē Andreas frater Simonis Petri vnus ex
Andreas. duobus qui audierunt à Ioanne, & secuti eū fuerant. Hic graduale cantauit cū inuenit fratrē suum Simonē, & dicit ei: Inuenimus Messiā, quod est interpretatū Christus, & adduxit eū ad Iesum. Phi-
Philippus. lippus quoque graduale cantauit, quū inuenit Nathanaelē, & dicit ei: Quē scripsit Moyses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth, veni & vide.

De Alleluia. Cap. XXXII.

Matth. 5. Post luctum sequitur cōsolatio, nam beati qui lugent, qm̄ ipsi consolabuntur: Et ideo post graduale cātat̃ Alleluia, quod significat ineffabile gaudiū angelorū & hominū in æterna felicitate lætantiū, hoc est, semper laudare Deū. Nā, beati qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorū laudabūt te. In voce exultationis & cōfessionis sonus epulātis. Quid sit alleluia, CXII. Psalm⁹ exponit, *Psal. 84. & 41.* cui eū alleluia prēmittitur in titulo, statim Psalmus exponendo titulum incipit: Laudate pueri dominum. Hoc ineffabile gaudium, vitæ pręsentis inopia nulla tenus habere meretur, sed prægustans illud in spe, sitit & esurit quod gustauerit, donec spes mutetur in rem, & fides in speciē. Quapropter hoc nomen Hebraicum interpretatū remāsit, id est, interpretatū non fuit, vt peregrinum ab hac vita gaudiū, peregrinum quoq; vocabulum signaret potius quàm exprimeret. Cui⁹ mysteriū, velut quoddā gaudii stillicidiū, de diuitiis supernæ Hierusalem, primum in mentē Patriarcharū & Prophetarum, post in apostolorum ora plenius per spiritum sanctum delapsum est. Quoniā igitur Alleluia futurę bea- *Alleluia.* titudinis quasi propriū est vocabulum, iure magis eo tēpore frequentatur, quo Christus resurgens eiusdem beatitudinis spem nobis tribuit & † meritum. Vt *† al. Promissum.* autem aliis tēporibus caneretur ad Missam, olim Ecclesię Romanę consuetudo non erat, sed à beato Gregorio constitutum, imo potius restauratum est. Nam à tempore Damasi Papę, cum prius fuisset, eadem consuetudo defecerat. Deniqꝫ cum de hoc & quibusdā aliis quosdam *Ratio beati Gregorij pro alleluia.* murmurare sentiret, tanquam Constātinopolitanæ Ecclesiæ consuetudinem sequeretur nō est dedignatus reddere rationem, dicens: Nos in nullo horum aliam Ecclesiam secuti sumus. Nam vt alleluia hic nō diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex B. Hieronymi traditione tempore beatæ memorię Damasi papę traditur tractum: & ideo in hoc magis illam cōsuetudinē amputauimus, q̃ hic à Græcis tradita fuerat. Canimus ergo Alleluia post graduale: canticū lætitię post luctū pœnitentię. Summoperè nitētes exprimere magnitudinē consolationis, quæ reposita est lugentibus, iubilantes potius q̃ canentes, vnamq; breuē digni sermonis syllabam in plures neu-

mas

mas protrahimus, vt iucũdo auditu mẽs attonita repleat & rapiatur illuc, vbi semper erit vita sine morte, dies sine nocte, certè sine forte, iucũditas sine dolore, securitas sine timore, trãquillitas sine labore, fortitudo sine debilitare, rectitudo sine puerasitare, pulchritudo sine deformitate, veritas sine fallacia, charitas sine malitia, felicitas sine miseria. Põt tñ alleluia referri ad exultationẽ eorũ, qui de miraculis Christi gaudebãt laudãtes dñm, & dicẽtes: Quia vidimus mirabilia hodie, & quia visitauit dñs plebẽ suã. Tunc. n. cãtabatur in iubilo alleluia, cũ oĩs plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo, & oĩs populus gaudebat in vniuersis quę gloriose fiebãt ab eo. Nã & septuaginta duo reuersi sũt cũ gaudio dicentes: Dñe, etiã dæmonia subiiciuntur nobis in noĩe tuo. Hinc est quod à Septuagesima, vsq; ad Pascha nõ cãtatur alleluia Quia tẽpore tristitiæ nõ debet carmen lætitiæ decantari, secundũ illud propheticũ: Quomodo cãtabimus canticũ dñi in terra aliena: Septuagesima nanq; tempus Babylonicæ captiuitatis repræsentat spiritualiter, in qua sup flumina Babylonis sedentes & flentes in salicibus organa suspenderũt. Canitur aũt Tractus, qui cũ asperitate vocũ, tum prolixitate verborũ miseriam pręsentis incolatus insinuat. De qua dicit Psalm. Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Lu. 5 et 7.
Ibid. 10. et 13.
Septuagesima.
Psal. 139.
Tractus.
Psal. 119.

De versu qualis esse debeat, & qualiter interponatur. Ca. XXXIII.

QVod aũt interposito versu bis Alleluia cãtatur, designat quia interna lętitia, sancti geminã glorificationis stolã accipient, mentis & carnis, siue cordis & corporis. Nã secundũ stolã mentis exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: secundũ stolã carnis fulgebunt iusti, & tanquã scintillæ in arundineto discurrent. Versus ergo nihil sinistrũ aut triste, sed totũ iucũdum & dulce debent sonare, quales sunt: Dñs regnauit, decorem indutus est: Dñs regnauit, exultet terra: Iubilate Deo: Iustus vt palma florebit: Quoniã absterget Deus oẽm lachrymã ab oculis sanctorũ, & iam non erit amplius neq; luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor, quoniã priora transierunt. Hoc ipsum significat, quod in quibusdam Ecclesiis Sequentia post Alleluia cantatur, suaui iubilo, dulcique canore.

Gemina stola sanctorum.
Psa. 149.
Sap. 3.
Psal. 92.
Psal. 96.
Psal. 91.
Apoc. 7.

Notandum est autem, quod in officio Missæ trium linguarum concurrit diuersitas, vt omnis lingua confiteatur, quia dñs Iesus Christus, in gloria est Dei patris. Quod & titulus crucis ostendit, qui scriptus fuit literis Hebraicis, Græcis, & Latinis. Iesus Nazarenus rex Iudæorũ.

Trium linguarum diuersitas in Missa.
Phil. 2.
Ioan. 19.

De sacerdotis consessu, dum Epistola legitur, & Graduale cantatur. C. XXXIIII.

HActenus tacitus sedebat sacerdos, illud insinuans quod prædicante Ioanne, Christus quodammodo tacebat, quia nõ prædicabat apertè. Sed vt tradit Euangelista, postquã traditus fuit Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei. Vel quia sedere victoris est, sessio sacerdotis, Christi victoriam signat, qui post ieiuniũ vicit diabolum. Nam reliquit eum tentator, & accesserunt angeli, & ministrabant ei.

Mar. 1.
Matt. 4.

De mutatione sacerdotis, ab vna parte altaris ad aliam, cum lecturus est Euangelium. Cap. XXXV.

HIs ergo ritè præmissis, sacerdos ad sinistrã partẽ altaris accedẽs pronũciat Euangeliũ, significãs quod Christus nõ venit vocare iustos, sed peccatores ad pænitentiã, iuxta quod ipse dicit in Euang. Quia non indigent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Per dextrã enim iusti, per sinistram peccatores figurantur. Propter quod dñs in iudicio statuet quidem oues à dextris, hœdos autẽ à sinistris. Quidã tñ in hoc loco dicũt quod ideo sacerdos in principio Missæ, consistit ad dextram: cum autem pronunciat Euangelium conuertitur ad sinistram, & circa finem, iterum redit ad dextram. Quia cultus fidei primo fuit in populo Iudæorum: deinde transiuit ad gentes: & circa finem iterum reuertetur ad Iudæos, ad prædicationẽ Enoch, & Eliæ, qui conuertent corda patrum in filios, quoniã in diebus illis saluabitur Iuda, & reliquiæ Israel salue fient. Sed cũ sacerdos, qui pronunciat Euangeliũ, ipsius Christi, repræsentet personam, & Christus

Matt. 9.
Ibidẽ. 25.
Altaratia.
Mala. 4.
Apoc. 11.
Rom. 11.

Christus non prædicauerit Gētibus, sed Iudæis (iuxta quod ipse dicit in Euangelio: Non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel) vtrum illud recte dicatur, prudens auditor aduertat.

Matt. 15.

Quare Diaconus, qui lecturus est Euāgeliū, dextram Pontificis osculatur. Ca. XXXVI.

POst rocū Episcopus celebrat, omnia solennius peraguntur. Diaconus. n. dextra Pontificis osculata, codicem Euāgelii suscipiens de altari, benedictionem postulat ab Episcopo, qua data procedit ad pulpitum præcedentibus ceroferariis, qui faculas ferunt accensas & thuribulum cum incenso. Iam figura mutatur. Nam Diaconus, qui prius repræsentabat prophetam, modo repræsentat Euangelistam. Lex enim prophetiæ vsque ad Ioannem, ex eo autem regnum cœlorum euangelizatur. Puteus hic altus est, sed si fuerit diligenter eruderatus, hauriemus aquam in gaudio de fontibus saluatoris. Diaconus ergo dextram Pontificis osculatur, quia prædicator euangelizare debet p gloria sempiterna, de qua Sponsa dicit in Canticis: Dextra illius amplexabitur me. Nam & angelus, qui resurrectionis Christi gloriam venerat nunciare, sedebat ad dextram, stola candida coopertus. Licet ergo secundū apostolum, Qui semināt spiritualia, metere possunt carnalia: non est tamen seminādum pro carnalibus & terrenis, sed pro spiritualibus & æternis. Nam qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Mercenarius enim est, qui de prædicationis officio non quærit præmium sempiternū, sed commodum temporale.

Matt. 11. *Esaię 12.* *Can. 1.* *Mar. 16.* *1. Cor. 9.* *2. Cor. 9.* *Mercenarius.*

Quando manus & pedes summi Pontificis debeant osculari. Cap. XXXVII.

CAeterum Subdiaconus vel Diaconus non manus, sed pedes Romani Pontificis osculatur, vt summo Pontifici summam exhibeat reuerentiam, & eum illius ostendat vicarium esse, cuius pedes osculabatur mulier illa, quæ fuerat in ciuitate peccatrix. Adorandum est enim scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, cuius pedes mulieres tenentes resurgentem à mortuis adorauerūt. Generaliter autem nemo debet manus summi Pontificis osculari, nisi quum de manibus eius aliquid accipit, vel quū ad manus eius aliquid tribuit, vt ostendatur quod ex vtroque debemus ei gratias exhibere. Quia sicut semper dat propria, sic nunquam recipit aliena. Ipse verò præter oblationem panis, nullam aliam oblationem manibus tangit, nisi quæ pro defunctis offertur. Quam ideo manibus accipit, vt eorum sugillet errorem, qui dogmatizant, eleemosynas non valere defunctis. Panem verò tangit propter reuerentiam sacrificii, quod ex pane conficitur, eò quia vicarius est illius, qui de se dicit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Cæteras autē oblationes ad pedes accipit, propter illud quod in Actibus apostolorum habetur, quoniam adferebant precia eorum quæ vendebantur, & ponebant ante pedes apostolorum.

Osculum pedum. *Luc. 7.* *Psal. 98.* *Ioan. 20.* *Osculari manum.* *Oblatio pro defunctis.* *Ioan. 6.* *Actor. 4.*

De benedictione quam Diaconus petit & accipit. Cap. XXXVIII.

SVscipiens ergo Diaconus codicem Euangelii, benedictionem postulat ab Episcopo, quia nullus debet prædicare nisi mittatur, secundum illud Apostoli: Quomodo prædicabunt, nisi prius mittantur? Et dominus inquit apostolis: Messis quidem multa, operarii autē pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Esaias quoque cum audisset vocem domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ex vobis? Respondit: Ecce ego, mitte me. Dixitque dominus: Vade, & dices populo huic, audite audientes, &c. Pontifex ergo visibiliter benedicit Diacono, qui lecturus est Euangelium, quod non fecerat Subdiacono, qui lecturus erat Epistolam: quia Christus inuisibilis manens, legem & prophetas, quæ per Epistolam significantur, inuisibiliter misit & docuit: Euntes (inquit) prædicate dicētes, appropinquabit regnum cœlorum. Sed postquam in terris visus est, & cum hominibus

Rom. 10. *Matth 9.* *Luc 10.* *Esa. 6.* *Cur diacono & non subdiacono benedicitur.*

Matth 10 hominibus conuersatus est, Apostolos
Baruch 3. & Euangelistas visibiliter misit, Illi au-
Luc. 9. tem egressi circuibant castella, euangelizantes & curantes vbique.

De susceptione codicis Euangelii de altari, Cap. XXXIX.

Esa. 2. TExtus Euangelii sumitur de altari, quia de Sion exiuit lex, & verbum domini de Hierusalem, non vtique lex Mosaica, quę quondam exierat de monte Sinai, sed Euangelica lex, de qua dicit propheta: Ecce dies veniunt dicit dominus, & conseruabo testamentum nouū super dominum Israel & super domum
Hier. 31. Iuda, nō secundum testamentum, quod dedi patribus eorum, cum educerem eos de terra Aegypti. Sed dabo leges meas in mentes eorum, & in corde eorum su perscribam eas, & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Lex quippe Mosaica scripta fuit in tabulis lapi-
2. Cor. 3. deis. Sed lex Euangelica scribitur in tabulis cordis digito Dei. Nam illa dabatur duris, habentibus cor lapideum. Sed hæc datur obedientibus, sicut ipse dicit
Ps. 17. in Psalmis: Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Differentia inter legem Mosaicā et euangelicā

De his qui pręcedunt Diaconem cum cereis & incenso Cap. X L.

DIaconus præmittit ceroferarios cū faculis & incenso, quia prædicator debet ex se odorem bonæ opinionis emittere. Secundū illud Apostoli, Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Nam cuius vita despicitur, restat vt eius prędicatio contemnatur, & dicitur: Medice cura teipsum. Eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc eiicis festucā
2 Cor. 2. de oculo fratris tui. Debet etiam deside-
Luc. 4. rium & gaudium in cordibus auditorum accendere, quatenus & libenter au-
Matt. 7. diant & gratanter obediant. Quis autē non desideret bonum nuncium, & de bono nuntio quis non gaudeat? Euangelium enim bonum nuncium, ipsa sui nominis interpretatione signat. Vel
Luc. 10. per hoc, quod Episcopus duos pręmittit

Prędicatorem bonæ opinionis esse debet.

acolutos ante diaconem, qui lecturus est Euangelium, portantes cereos & incensum, notatur quod Christus pręmittebat binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quo ipse erat venturus, pręferentes corruscationes miraculorum & odorem virtutum. Vnde reuer si dixerunt: Domine, in nomine tuo etiā dęmonia subiiciūtur nobis. Facies enim Christi conuenienter hic intelliguntur Apostoli, qui formam doctrinæ suæ populis ostendebant. Propter quod ipsis aiebat: Qui vos recipit, me recipit. Vel ideo librum euangelicum pręcedūt thu Luc. 4.
ribulum & candelabrum, quia doctrinā Christi virtus & fama præibant, Euangelista testante. Exiuit Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiuit in vniuersam regionem de illo, & ipse docebat in synagogis eorum.

Qualiter Subdiaconus in eundo sequitur, & in redeundo præcedit referens Euangelium. Cap. X L I.

DIaconus ergo præcedit vt doctor, Matt. 10.
Subdiaconus autem sequitur vt auditor. Ille pręcedit vt prædicet, iste sequitur vt ministret, quia dignus est ope- Deute. 25.
rarius mercede sua secundum quod dominus in lege præcipit, Non claudes os bouis triturantis. Post verò lectionem Subdiaconus quasi sufficienter edoctus præcedit referens Euangelium, quoniā mercedem Euangelii de sua ministratio ne reportat: secundum illud quod ipse dominus promisit in Euangelio: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, Matt. 10.
mercedem prophetæ recipiet. Quem ideo pręmittit Diaconus ad Episcopū m Ioan. 15.
vt ostendat fructum pręd:cationis refer re, de quo dominus iusserat: Posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. In quibusdam tamen Ecclesiis Subdiaconus præcedit Diaconum ferens puluillū, quem libro supponat, vt molliter sedeat: Per puluillum qui fesso supponitur ad quietem, signatur vitæ solatium, vt videlicet auditores, quasi pro mercede laboris prædicanti sibi necessaria subministrent. Nam vt in quit Apostolus: Qui altari deseruiunt, 1. Cor. 9.
cum altario participant.

Quid puluillus designat.

Quare

Quare Diaconus per unam partē ascendit in pulpitū, & per aliā descendit. Ca. XLII.

Procedit ergo Diaconus cum silētio, nihil ferens præter codicem Euāgelii, propter illud quod dominus ipse pcepit, Neminem salutaueritis, & nihil tuleritis in via. Subdiaconus autē per vnā viam, & Diaconus per aliam ascendit in pulpitū. Quoniam ille docendo, iste discendo procedit in augmentū scientię: vel quia ministrator per meritum operis, & prædicator per meritum oris progreditur in augmentum iustitię, de quo dicit Psalmista: Iustitia tua sicut mōtes Dei. Sed per eandem viam reuertuntur ad præsulem. Quia per finalem perseuerantiam pertingitur ad præmium, sicut dominus ait: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et quia prædicatio non sufficit sine opere (cœpit enim Iesus facere & docere) idcirco prædicator per viam eandem reuertitur, per quā ministrator accesserat. Vel ideo Diaconus, qui lecturus est Euangeliū, ab vna parte progreditur, & ab altera parte regreditur, quoniam apostoli prius prædicauere Iudæis, & postea gētilibus pdicauere, secundū quod inquiūt ad Iudæos: Quia repulistis verbū Dei, & indignos vos fecistis ecce conuertimur ad gentes.

Matt. 10. Luc. 10. Psal. 35. Matt. 10. & 24. Act. 1. Act. 13.

Quare versus aquilonem legitur Euangelium. Cap. XLIII.

Diaconus ergo in ambonem ascendit, vt annūciet Euangelium, secūdū illud propheticū: Super montē excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuā. Et dñs inquit in Euāgelio: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Nam & ipse dñs ascendit in montē, vt Euangelium prędicaret. Et aperiens os suum, docebat discipulos suos, dicens: Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorum est regnū cœlorum, &c. Faciem autē suam versus aquilonem opponit, vt ostendat prædicationem Christi cōtra eū specialiter dirigi, qui ait: Ponam sedē meam ad aquilonem, & ero similis altissimo. Nam secūdū prophetā, ab aquilone pādetur omne malum super habitatores terræ. Adversus ergo aquilonem legitur Euangeliū, vt aquilo surgat & auster adueniat, id est, vt diabolus fugiat, & spiritus sanctus accedat. Vnde Diaconus inuenit se signaculo crucis ne diabolus, qui bonis insidiatur operibus, tollat ei deuotionē de corde, vel sermonem de ore.

Esa. 40. Matt. 10. Ibid. 5. Ad aquilonem. Esa. 14. Hier. 1.

Sacerdos itaq; vel diaconus quum lecturus est Euangelium, signare se debet in fronte, signare se debet in ore, signare se debet in pectore, ac si dicat: Ego crucē Christi non erubesco, sed corde credo, quod ore prędico. Prædicamus, inquit Apostolus. Iesum Christum & hunc crucifixum: Iudęis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est salus. Quia dominus inquit in Euangelio: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorū. Debet etiam signare librum & osculari. Librum osculatur diaconus vel presbyter dicto Euangelio, & nō prius, quasi dicat: Hic est liber crucifixi, per quem reconciliationem accepimus.

Cant. 4. Lecturus euangeliū facit quatuor cruces. 1. Cor. 1. Galat. 6. Luc. 9.

De crucis mysterio, & de multiplici eius effectu. Cap. XLIIII.

O Quàm profundum est crucis mysterium? quàm arduum est sacramentum? Legitur enim quod Moyses ad mandatum domini serpētem erexit æneum pro signo, quem aspicientes qui percussi fuerant à serpentibus, sanabant, quod ipse Christus exponens in Euangelio, inquit: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso nō pereat, sed habeat vitam ęternam. Legitur etiam, quod cum Ioseph applicuisset Manassen & Effraim ad Iacob, statuens maiorem ad dextram, & minorē ad sinistram, vt eis secundū ordinem benediceret, Iacob verò manus commutans, i. in modū crucis cancellās, dextrā posuit super caput Effraim minoris, & sinistram super caput Manasse maioris, & dixit: Angelus, qui eruit me de cūctis malis, bn̄dicat pueris istis, &c. Ezechiel autem audiuit dominum dicētē ad virū ve-

Figuræ crucis ex veteri testamēto. Num. 21. Ioan. 3. Gen. 48. Ezech. 9.

vestitū lineis, habentem atramentariū scriptoris ad renes: Transi per medium ciuitatis, & signa thau in frontibus virorum dolentium & gementium. Post hoc dicit septem viris: Transite per mediā ciuitatē, & percutite omnē super quē non
Apo. 7. videritis thau. Nemini parcet oculus vester. Ioannes quoque vidit angelū ascēdentē ab ortu solis habentem signū Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datū est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eo-
Exo. 18. rū. Hinc est etiā quòd dominus percussuret Aegyptiorū primogenita, domos Hebræorū absque læsione transcēdit, eò ꝙ sanguinem in superliminari & in vtro-
Ibid. 17. que poste vidisset. Dū Moyses manus tenebat extēsas, Israel pugnans Amalech
Ibid. 15. superabat. Lignum missum in Marath, aquas dulcorauit amaras. Et ad lignum
4. Reg. 6. missum in Iordanē, ferrum ꝙ inciderat, enatauit. Hoc est lignum vitæ in medio
Gen. 3. paradisi, de quo Sapiens protestatur: Benedictum lignū per quod fit iustitia,
Sap. 14. quoniā regnauit à ligno Deus. Etenim
Psal. 92. correxit orbē terræ, qui nō cōmouebit. Qui dixerunt: Morte turpissima cōdem-
Sap. 2. nemus eū, nescierūt sacramēta Dei, ne-
Ephes. 3. que cōprehēderūt quæ sit latitudo & lōgitudo, quæ sit sublimitas & profundū.
Laudes Crucis. Crux ergo sanitatē restituit, benedictionē impendit, discernit à perfidis, liberat à periculis, hostes expellit, victores constituit. Crux mysteriū fidei, firmamentum spei, clauis scientiæ, forma iustitiæ, magnificētia regū, gloria sacerdotū, inopū sustentatio, pauperum consolatio, cæcorum dux, claudorum baculus, spes desperatorum, resurrectio mortuorum.

Quomodo signum crucis sit exprimendum. Cap. XLV.

Esai. 49. EST autē signū crucis tribus digitis exprimēdū, q̄a sub inuocatione Trinitatis imprimitur, de qua dicit Propheta: Quis appēdit tribus digitis molē terræ? ita ꝙ à superiori descēdat in inferius, & à dextra transeat ad sinistram. Quia Christus de cęlo descēdit in terrā, & a Iudæis trāsiuit ad gētes. Quidā tn̄ signū crucis a sinistra producūt in dextrā: q̄a de miseria trāsire debemus ad gloriā: sicut & Christus trāsiuit de morte ad vitā, & de inferno ad paradisum, ꝓsertim vt seipsos & alios vno eodemque pariter modo cōsignēt. Cōstat autē ꝙ cū super alios signū crucis imprimimus, ipsos a sinistris consignamus in dextram. Verū si diligēter attēdas, etiam super alios signum crucis à dextra producimus in sinistrā, quia nō cōsignamus eos quasi vertētes dorsū, sed quasi faciē præsentātes.

De salutatione quæ præmittitur Euangelium. Cap. XLVI.

DIaconus ergo ī ambone cōsistēs, salutat populū, dicēs: Dn̄s vobiscū illud obseruās ꝙ dn̄s iusserat: In quācūq; domū intraueritis, primū dicete: Pax huic domui. Stās ergo populus ꝙ Matt. 10.
ante nō fecerat, quū epistola legeretur, deuotus & attētus rn̄det: Et cū spiritu tuo. Luc. 10.
Statimq; diaconus, vt eos beneuolos reddat & dociles, subdit: Sequētia sc̄ti Euāgelij, &c. Sed & ipsi cū reuerētia & hono Actor. 11.
re respōdēt: Gloria tibi dn̄e: Glorificātes dn̄m ꝙ miserit eis verbū salutis, sicut in Actibus apostolorum habetur: Et glorificauerunt dominum, dicentes: Ergo & gētibus dedit Deus pœnitētiā ad vitā.

De preeminētia Euāgelij. Cap. XLVII.

SAnè sicut caput præeminet corpori, & ei cætera membra subseruiūt, sic Euāgeliū toti officio ꝓcellit, & ei cęteræ partes intellectuali ratione consentiūt. Hoc est verbū verbi, sermo sermonis, sapiētia sapiētię. Verbū verbi ꝙ erat Laudes euāgelij.
in principio apud Deū, oīa ꝑ ipsū facta sūt, & sine ipso factū est nihil. Sermo sermonis, q venit à regalibus sedibus, insimulatū portās imperiū, viuus & efficax, & Sap. 18.
penetrabilior oī gladio ancipiti. Sapiētia sapiētię, q̄ attingit à fine vsq; ad finē fortiter, & disponit vniuersa suauiter. Paradisus deliciarū, hortus aromatū, cella vinaria, cenaculū vitæ, mēsa ꝓpositionis, quadriga Aminadab, tunica Dauid, gazophyla- Heb. 4. Sap. 8.

Canti. 4. phylacium templi, thesaurus patrisfamilias. Hic est fons hortorũ, puteus aquarũ viuẽtiũ, quæ fluunt impetu de Libano. *Qualis debet esse diaconus,* Quocirca diaconus corde purũ, ore mũdũ, opere castũ se studeat exhibere, quatenus sacrosanctum euangelium possit dignè proferre, quia puteus aquarum viuentiũ, id est, Euãgelica prædicatio non fluit impetu, id est, liberè, nisi de Libano, id est, de corde casto, & ore candido.

Eccl. 15. Nõ. n. est speciosa laus in ore peccato-*Psal. 49.* ris Sed peccatori dicit Deus: Quare tu *Exod. 4.* enarras iustitias meas, & assumis testamẽtũ meũ p os tuũ? Hic iã non loquitur Moyses, qui ab heri & nudiustertius non eloquẽs est, sed impeditioris & tardioris linguæ factus est, ex quo dñm loquentẽ *Esa. 6.* sibi audiuit. Hic nõ loqtur Esaias, q de se dicit: Væ mihi, qa tacui, qa vir pollutus labijs ego sum. Hic nõ loquitur Hiere-*Hiere. 1.* mias, qui dicit: A, a, a, dñe Deus, nescio *Heb. 1.* loqui, qa puer ego sum. Sed hic loquitur pater in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula.

Quare post Euangelium liber & thuribulũ ad Episcopũ reportãtur. Cap. xlviij.

Evangelio perlecto, liber & thuribulum ad Episcopum reportãtur, quoniam ad eum omnia bona sunt referenda, à quo cuncta procedunt. Vnde multi Psalmorum intitulantur: In finẽ Psalmus Dauid. Quia Christus est finis con-*Qualis finis est Christus.* summans, sed non consumens, alpha & o, primus & nouissimus, initium & finis. Episcopus ergo thus odorat, & codicẽm osculatur. Quia Christus quod inspirauit & docuit, hoc approbat & acceptat. Deus enim nihil accipit, nisi quod efficit: nec remunerat, nisi quod donat. Quia sicut cuncta quæ facit, sunt bona, sic nulla sunt bona, nisi quæ facit. *Gen. 1.* Nam vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

De Symbolo, quod post Euangelium cantatur. Cap. xlix.

Rom. 10. Qvia verò corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, vt ostendat Ecclesia, q Euangelij verbum corde recepit, mox fidei symbolum ore decantat, quod tñ episcopus incipit, vt significet, q omne bonum a Christo procedat. Nam omne *Cur episcopus incipit symbolum.* datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminũ. Quocirca ne musicus ille cœlestis diceret: Cantauimus uobis, & nõ sal-*Iacob. 1.* tastis, corus catholicus euangelicæ do-*Mat. 11* ctrinæ consona voce respondet, & solẽni tripudio fidem catholicam profitetur. Symbolum autem Grecè, Latinè sonat indicium vel collatio, tum quia fidei plenam indicat regulam, & perfectam rationem, tum quia simul in vnum continet articulos fidei. Traditur enim, quod postquam apostoli sanctum paracletum acceperunt, cum iam forent ad prædicandum Euangelium profecturi, conferentes in vnum super articulis fidei, statuerunt, vt sicut omnes erant in vna fide concordes, sic omnes vnam fidẽ concorditer prædicarent, & ideo symbolum componentes, vnusquisq; bolum, id est, particulam vnam apposuit. Vnde secũdum apostolorũ catalogum duodecim particulas dinoscitur continere. Symbolum ergo post Euangelium, fidem post prædicationem ostendit. Vnde Ioannes: Hæc eo loquente, multi crediderunt in eum. Nam & secundum Apostolũ fides *Ioan. 7.* est ex auditu, auditus autem per verbũ *Rom. 10* Christi. Damasus autem papa cõstituit, vt symbolum cantetur ad Missam, ex decreto sanctę vniuersalis synodi apud Constantinopolim celebratæ.

De duodecim partibus vtriusque symboli, tam apostolici, quàm Constantinopolitani. Cap. L.

Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cęli & tęrrę. *Petrus.*

Et in Iesum Christum filium eius vnicum, dominum nostrum. *Andreas*

Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. *Iacobus maior.*

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. *Ioannes*

Descen-

Thomas. Descendit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis.

Iacobus minor. Ascendit ad cælos, sedet ad dexterã Dei patris omnipotentis.

Philippus. Inde venturus est iudicare, & viuos & mortuos.

Barthol. Credo in spiritum sanctum.

Matthæus. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem.

Simon. Remissionem peccatorum.

Thadæus Carnis resurrectionem.

Matthias, Et vitam æternam. Amen.

Constantinopolitanum quoque symbolũ dinoscitur continere duodecim clausulas.

Petrus. Credo in vnum Deum, Patrẽ omnipotentem, factorẽ cęli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium.

Andreas Et in vnũ dominum Iesum Christũ, filiũ Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumẽ de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt.

Iacobus maior. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine: & homo factus est.

Ioannes, Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est.

Thomas. Et resurrexit tertia die secũdum scripturas.

Iacobus minor. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris.

Philippus. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis.

Bartholomæus. Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per prophetas.

Matthæus. Et vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam.

Simon. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum.

Thade. Et expecto resurrectionẽ mortuorũ.

Matthias. Et vitam futuri seculi. Amen.

Isti sunt duodecim panes, qui recentes, & calidi super mẽsam propositionis coram domino ponebantur. Hæc sunt dona, quæ principes tribuum in cõsecratione altaris duodecim obtulere diebus. Duodenarius enim numerus multipliciter est consecratus, in duodecim apostolis, in duodecim prophetis, in duodecim patriarchis, ĩ duodecim exploratoribus, in duodecim principibus, in duodecim tribubus, in duodecim fontibus, in duodecim lapidibus, in duodecim sedibus, in duodecim horis, in duodecim mensibus, in duodecim annis, in duodecim signis, in duodecim stellis, in duodecim gemmis, in duodecim portis, in duodecim angulis, in duodecim fundamentis, in duodecim virgis, ĩ duodecim cubitis, in duodecim cophinis, ĩ duodecim phyalis, in duodecim acetabulis, in duodecim mortariolis, in duodecim bobus, in duodecim leunculis, in duodecim arietibus. Est autem numerus superabundans, cõstans ex duobus senariis signãtibus perfectionem cogitationis, & operis, siue mentis & corporis: ex ternario multiplicato per quaternarium, & quaternario per ternarium, signantibus fidem indiuiduæ Trinitatis, & quatuor Euangeliorum doctrinam, siue tres virtutes Theologicas, & quatuor virtutes politicas. Hic numerus ex suis partibus aggregatis excrescit in sedenarium, qui constat ex denario & senario, mandatorum executionem significans: quia decem sunt legis mandata, quæ sex diebus exequimur, excrescentes in charitatis perfectionem, quæ secundum Apostolum xvj. proprietates habere dinoscitur. Charitas (inquit) patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit.

Leui. 24. Num. 7. Numerus duodena.

Mysteria huius numeri.

xvi. proprietates charitatis. 1. Co. 13.

Quibus diebus symbolum sit dicendum in Missa. Cap. LI.

SYmbolū autē in illis tantū solennitatibus cantari debet ad missam, de quibus aliqua mētio fit in symbolo, videlicet omnibus diebus dñicis, Natali dñi, Epiphania dñi, Cęna dñi, Pascha, Ascēsione, Pētecoste, omnibus festiuitatibus Beatæ Mariæ, sanctæ Crucis, Angelorū, Apostolorū, dedicationibus Ecclesiarū, & cōmemoratione omniū sanctorū: quāquam & ipsa sit dedicationis festiuitas. Infra octauas Natalis dñi excepta die innocentū, in qua cātica lætitiæ subticētur. Tū q̃a vox in Rhama audita est ploratus & vlulatus multus, Rachel plorās filios suos: tū q̃a Innocētes descēderūt ad inferos, tū ēt q̃a nō loquendo, sed moriendo cōfessi sunt. In octaua tñ cātatur propter resurrectionis gloriā, q̃ octaua signat. Infra octauas Epiphaniç, Paschæ, Ascensionis, Pētecostes, Apostolorū Petri & Pauli, & Assumptionis virginis Mariç. Vnde licet in natiuitate sācti Ioannis Baptistæ, & festiuitate sancti Laurētij symbolū nō cātetur, in octauis eorū tñ cantatur, eò q̃ infra octauas Apostolorū & Assumptionis aduenīūt, & ob hoc in octauis sancti Ioannis præfatio de Apostolis, & in octauis sancti Laurētij pręfatio de Assumptione cātatur. Horū omniū cōmemoratio fit i sym bolo, quorūdā tñ obscurè, vt Epiphaniç, quæ est festū baptismatis, de quo continetur in symbolo, Confiteor Vnum baptisma. Cœnæ domini, quæ est solennitas Eucharistiæ, ad quam respicit illud q̃ in symbolo cōtinetur, Sanctorū communionē. Angelorū, q̃ nomine cęli dent intelligi, cū in symbolo dicit, Creatorem vel factorē cęli & terræ, secūdū illud: In principio creauit Deus cęlū & terrā, id est, naturā angelicā & humanā. Quibusdā tñ videt, in festiuitatibus Angelorū nō esse symbolū decantādū, eò q̃ Angeli nūq̃ habuerūt fidē, sed speciē, nō credētes, sed agnoscētes. Dedicationis Ecclesiarū, ad quam respicit illud, Sanctam Ecclesiā catholicā. Tunc enim sanctificatur, & (vt ita dicā) catholica ecclesia, cum dedicat. Ad octauas respicit resurrectio mortuorum, de qua continetur in symbolo, Expecto resurrectionē mortuorū. In festo tamen Agnetis secundo symbolū nō cantatur, quia licet celebretur in octaua, nō tamē est festu octauæ. Vnde nec in Kalēdario scribitur, nec in ecclesia pronunciatur octaua. Quidā nō absurdè singulis diebus Paschalibus, sicut omnibus diebus dñicis, symbolū cātāt, à die resurrectionis vsque ad festum Ascēsionis. Quidam etiam in festiuitate sanctæ Mariæ Magdalenæ, dicentes illā apostolorum apostolam, symbolum cantant, pro eò quod ipsa propriè vel prima resurrectionis gaudiū apostolis nunciauit. De quibusdā tamē mētio fit in symbolo in quorū cōmemoratione symbolū non cantatur, vt passionis & sepulturæ: quoniā illorū dierum officium aliorum officiorum regulam non sectatur.

Infra octauas. *Hier. 31.* *Matt. 2.* *Mētio festorū in symbolo.* *Ioā. 20.*

Quibus & vbi Symbolū sit cātādū. Ca. LII.

QVia verò Christus non venit prædicare gētibus, sed Iudęis iuxta q̃ ipse dixit in Euāgelio: Nō sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Vnde pręcepit Apostolis: In viam gentiū ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū nō intraueritis, donec post resurrectionē præcepit eisdē: Eūtes in mundū vniuersum, prędicate Euāgeliū oī creaturæ. Idcirco Roma. Pōtifice solenniter celebrāte, symbolū fidei nō cantores in choro, sed subdiacones ad altare decantāt, & illi generaliter ad vniuersa respōdent vsque dū pōtifex dicit, Pax dñi sit semper vobiscū. Quoniam vsque post Christi resurrectionē, sola Iudæorū Ecclesia, quę p̃ subdiacones designat, qui sursum ad altare cōsistūt, corde credidit ad iustitiā, ore cōfessa est ad salutem. Sed ex tunc cātores in choro respōdēt, & vniuersa decātant, quia post resurrectionē Ecclesia gentiū, quā cātores designāt, qui seorsum in choro cōsistūt fidē Christi recepit, & laudū pręconia saluatori persoluit. Inter Euāgelium tñ & sacrificiū chorus concinit offertorium: quoniam

Matt. 15. *Singularis ritus Rom. pō. in missa.* *Rom. 10.*

Mat. 15 niā inter pdicationē & passionē gentilitas fidei votū offerēs decātauit, qñ mulier Cananæa de finibus Tyri & Sydonis egressa clamauit, & dixit: Miserere mei dñe fili Dauid, filia mea à dæmonio male vexatur: cuius tandē fidem commendans Dominus ait: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.

De Offertorio. *Cap. liij.*

DIcturus sacerdos Oremus, pmittit, Dñs vobiscū: quia nisi nobiscū sit dñs, ad salutē nostrā orare nō possumus. Statim āt canitur Offertoriū, trahēs nomē ab offerēdo, quia dū offertoriū cātat̄ sacerdos accipit oblationes à populis, uel hostias à ministris. Hilarē .n. datorē diligit Deus. Ordo conueniēs, vt post pdicationē sequatur fides in corde, laus ī ore, fructus in opere. Fides in symbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio. Quapropter offerenda cantatur, quia sacrificiū laudis offertur. Vnde Psalmista: Circūibo & immolabo in tabernaculo eius hostiā *iubilationis, cātabo, & psalmū dicam dño. Et in Paralipomenō: Cū offerrent holocausta, cęperunt laudes canere domino, & in diuersis organis, quæ Dauid rex comperarat, cōcrepare.

2.Cor.1. *Psal. 20.* **al. vociferationis.*

De silentio post Offertorium. *Cap. liiij.*

Ioa n. 11. POst hæc sacerdos silentij solitudinē expetit, instante memoria dominicæ passionis, illud insinuans, q Iesus iā nō palā ambulabat apud Iudæos, eū cogitarent eū interficere, sed abijt in regionē, iuxta desertum in ciuitate, quæ dicitur Effrē, & ibi morabatur cum discipulis suis. Collegerunt ergo pōtifices & pharisæi cōciliū, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eū, & venient Romani, & tollēt nostrum locū & gentem. Vnus aūt ex illis, Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquā nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus homo pro populo moriatur, & nō tota gēs pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Silentium ergo sacerdotis, latibulum Christi signat.

De ablutione manuum antequam sacrificium offeratur. *Cap. lv.*

NOtandum verò, quod cum sacerdos dixisset, Oremus, non statim orationem subiungit, sed antequam ad altare procedat, manus abluit, quatenus lotis manibus oblationem accipiat, incensum offerat & orationem effundat. Scriptum est enim in Exodo. Facies labium æneum, ponesq; illud in tabernaculū testimonii ad altare, & missa aqua lauabunt in ea Aarō, & filii eius manus suas & pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare. Cum ergo iam manus suas lauisset Episcopus ingressurus tabernaculum, tunc iterum manus abluit, cum accessurus est ad altare, vt magis magisq; mundatus offerat hostiā immaculatam, sanctam, Deo placentem. Vnde Psalmista, cum esset mundatus, petebat amplius emundari. Amplius (inquit) laua me ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me. Sacerdos igitur hostiam oblaturus, debet conscientiam lauare lachrymis pęnitentiæ: secūdum illud: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Nam & Christus antequā verum & vnicum sacrificium in ara crucis offerret, in resurrectione Lazari lachrymas effudit miseratus. Euāgelista testante: Iesus (inquit) Infremuit spiritu, turbauit semetipsum, & lachrymatus est.

Exod. 13. *Bina lotio.* *Psal. 50.* *Psal. 6* *Ioan. 11*

De Corporalibus, & quare una pars extēditur & altera complicatur. *Cap. lvj.*

INterim verò Diaconus corporales pallas, super altare disponit, quæ significant linteamina, quibus inuolutū fuit corpus Iesu. Pars autem quæ plicata ponitur super calicem signat sudarium, quod fuerat super caput eius seperatim inuolutum in vnum locū. De his itaque tantū reperitur in canone. Con-

Constitutio de pallis lineis.

sulto omnium constituimus, vt sacrificiũ altaris nõ in serico panno, aut in tincto quisquã celebrare præsumat, sed in puro * lineo, ab episcopo consecrato, terreno, scilicet lino procreato, atque cõtexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultũ fuit. Potest tñ in his & aliud figurari. Duplex est enim palla, quæ dicitur corporale: vna quã Diaconus super altare, totam extendit, altera quam super calicẽ plicatã imponit. Pars extẽsa signat fidem, pars plicata signat intellectũ. Hic enim mysterium credi debet, sed cõprehendi non valet. vt fides habeat meritũ, cui humana ratio non præbet experimentũ. Credamus ergo de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Sed nõ præsumamus discutere, quia defecerũt scrutantes scrutinio. Scriptũ est. n. quia perscrutator maiestas opprimetur à gloria. Nã q dixerũt, durus est hic sermo, & quis potest illum audire? abierunt retro, & iam non ambulabant cum Christo.

*al. linteo. De consec. distin. 1. c. Cõsulto. Ne perscrutemur, sed credamus mysteria. 2. Tim. 1 Psal. 63 Prouer. 13. Ioan. 6.

De oblatione & incenso, & quare sacerdos tertiò circumducit & reducit incensum, & quare totum vndiquè incensatur altare. Cap. LVII.

TVnc surgens sacerdos ad altare procedit, vt mysticam oblationẽ accipiat à ministris. Illud insinuans quod Ioannes euangelista describit: Iesus, inquit, ante sex dies Paschæ venit in Bethaniã, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt aũt ei cœnã ibi, & Martha ministrabat. Oblatione suscepta, statim adoletur incensum, per quod illud innuitur, quod statim per euãgelistã subiicitur: Maria ergo accepit librã vnguenti Nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu, & domus impleta est ex odore vnguenti. Quod aũt sacerdos tertiò superducit & circumducit incẽsum, designat quod Maria ter exhibuit & adhibuit vnguẽtũ circa corpus Iesu. Primo, cũ vnxit pedes ipsius in domo Simonis pharisæi. Secundò, cũ in domo Simonis leprosi super caput eius vnguentũ effudit. Tertiò, cũ emit aromata vt veniens vngeret Iesum, iã positũ in sepulchro. Volũtas. n. pro facto reputatur, cũ & per ipsam nõ steterit, quò minus expleuerit quod incepit. Quod vndiq; totũ incẽsatur altare, designat quod factũ illud totam vndiq; respargit Ecclesiam. Sicut dñs ipse testatur: Amẽ dico vobis, vbicunque prædicatũ fuerit hoc euangeliũ in toto mũdo, dicetur, quod hoc fecit ĩ memoriã eius. Moraliter aũt incẽsum deuotionis adolẽdũ ẽ ĩ thuribulo cordis, igne charitatis, vt odorẽ suauitatis emittat: de quo dicitur scriptura: Fugi sacerdotio, & habere laudẽ in noĩe ipsius, & offerre illi incẽsum dignũ in odorẽ suauitatis. Hoc. n. incensũ sacerdos accipit, id est, Christus acceptat, & icẽsat ex eo sacrificiũ & altare.

Ioã. 12. Magdalena ter vnxit Iesum. Luc. 7. Ioã. 12. Mat. 26. Mat. 26 Eccl. 45.

De modo & ordine sacrificiũ offerendi, & de cõmixtione aquæ & vini. Cap. LVIII.

VErum libet adhuc oblationis mysteriũ explicare. Subdiaconus. n. calicem præparat, panem & vinum in illo disponens, quia nimirum lex, quæ per subdiaconũ hic congruè designatur, huius oblationis mysterium præsignauit, docẽs, quod Melchisedech rex Salem protulit panẽ & vinũ. Erat enim Dei sacerdos altissimi. Quod exponẽs Propheta dicit ad Christũ: Tu es sacerdos in æternũ, secundum ordinem Melchisedech. Diaconus aũt calicẽ præparatum accipiens, in altari componit Quoniã euangeliũ, cuius est figura diaconus, huius sacrificij ritum commendauit Ecclesiæ, quã per altare supra diximus figurari. Prius tñ diaconus patenam cum hostia tradit episcopo, quam episcopus ipse super altare disponit, insinuans quod ipsemet Christus hoc sacramẽtum primũ instituit, & Ecclesiæ tradidit celebrandũ, dicens: Hoc est enim corpus meũ, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Episcopus aquã vino cõmiscet in calice; quia Christus populũ reconciliauit in morte. Scriptũ est enim quod aquæ multæ sunt populi multi. Christus aũt sanguinem suum effudit pro populo, sicut ipse testatur. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur

Ministeriũ subdiaconi. Gen. 14. Ps. 109. Ministeriũ diaconi. 2. Cor. 11 Cur aqua admiscẽ ĩ vino. Apoc. 11

tur in remissionem peccatorum. Et de latere Christi simul exiuit sanguis, & aqua, quatenus nec Christus sit sine populo, nec populus sine Christo. Quia cum aqua vino miscetur, Christus & populus adunantur. Verum hoc quoque mysterium lex Mosaica figurat, sicut exponit Apostolus dicens: Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra aũt erat Christus. Quapropter ampullã cũ aqua subdiaconus tradit episcopo, quam episcopus fundit in calicẽ, vt sicut aqua non separatur à vino, sic nunquã populus separetur à Christo. Calix ponitur ad dextrum latus oblatæ, quasi sanguinẽ suscepturus, qui de latere Christi dextro creditur vel cernitur profluxisse. Nam sicut panis in corpus, ita profectò vinum transsubstãtiatur in sanguinem. Porrò cum sacerdos accipit patenam & vrceolum, calicem & thuribulum: patenam cum hostia, vrceolum cum aqua, calicem cum vino, thuribulũ cũ incẽso: efficit super ea crucis signaculũ, vt per crucis virtutẽ omnis* comitatus diabolicæ malignitatis effugiat, nec cõtra sacerdotem vel sacrificiũ aliquo modo præualeat. Ob hoc etiam in modum crucis superducit & circumducit incensum & sacrificiũ ad altare, quatenus & crucis signaculo & thuris incenso diabolicę fraudis malignitas extricetur: Sicut prædixim' & ostendimus ad id vtrumque valere.

1. Cor. 10 *Crucis signaculum.*

*al. conatus.

De Patena, super quam sacrificium panis offertur. Cap. lix.

PAtena, quæ dicitur à patendo, cor latum & amplũ signat, super hãc patenã, id est, super latitudinem charitatis, sacrificiũ iustitię debet offerri, vt holocaustũ animæ pingue fiat. Hanc latitudinẽ cordis apostoli habebant, cũ Petrus aiebat: Etsi oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Similiter & omnes discipuli Christo dixerũt. Propter quod dominus intulit, dicẽs: Spiritus quidẽ prõptus est, caro aũt infirma. Sed latitudo cordis ab eis aufugit & latuit, cũ oẽs discipuli relicto magistro fugerũt & latuerũt. Et ideo post susceptã oblatã sacerdos abscondit sub corporali patenam, vel ab altari remotam subdiaconus retro continet inuolutam, per quod discipulorum fuga vel latibulum designatur, qui dum verum sacrificium offerreretur, fugerunt relicto Christo & latuerunt sicut eis ipse prædixerat: Omnes vos scãdalum patiemini ĩ me ĩ hac nocte. Scriptũ est enim: Percutiã pastorem & dispergentur oues gregis, postquam aũt surrexero, præcedã vos in Galilæã. Et ideo sacerdos dñicæ resurrectionis annunciaturus* euangelium, resumit patenã, quia cum esset sero die illa vna sabbatorũ, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati ꝓpter metum Iudæorum, venit Iesus, & stans in medio dixit eis. Pax vobis, resumens oues, quæ trepidantes aufugerũt.

*al. eulogium.

De Sacerdotis inclinatione. Cap. lx.

TVnc sacerdos inclinans, orat primũ pro se, deinde pro populo: monẽs vt populus oret ꝓ ipso. Orate, ingt, ꝓ me fratres charissimi. Debemus.n. ꝓ inuicẽ orare secũdũ Apostolũ, vt saluemur. Nã & dñs ingt in euãgelio: Amẽ dico vobis, qa si duo vel tres cõsenserit đ oĩ re super terrã quæcũq; petierint, fiet eis à patre meo q̃ est in cęlis. Orauit ãt & Christus primũ ꝓ se, deinde ꝓ populo, dicẽs: Pr̃ venit hora, clarifica filiũ tuũ, vt & filius tuus clarificet te. Pr̃ sancte, serua eos quos dedisti mihi, vt sint vnũ, sicut & nos. Per hoc autẽ ꝙ sacerdos iclinat se, humiliationẽ Christi signat, q̃ exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs, factus obediẽs vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Nũc tãdem sacerdos dicit orationẽ q̃ intermisit, qa tũc demũ Christus rediit Hierosolymã ad domũ orationis, q̃ ad tẽpus deseruerat, cũ secesserat ĩ Effrẽ. Sic.n. habet ĩ euãgelio: Cũ venisset Iesus Hierosolymã, itrauit, in tẽplũ Dei, & eiecit vẽdẽtes & emẽtes đ tẽplo, dicẽs: Dom' mea domus orõnis vocabit Mat. 21

De Præfatione, Cap. lxi.

QVia verò iterum iam palã ambulabat Iesus, ita ꝙ in crastinum turba multa quæ conuenerat ad diem festum, quum audissent, quia Iesus venit Ioã. 12.

sanctus, sanctus, dñs Deus Sabaoth. Pleni sunt cæli & terra gloria tua, O sanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine domini, O sanna in excelsis.

De expositione Præfationis eiusdem. Caput lxij.

Sursum corda. *Colos. 3.* *al. sapite.* *Matth. 6.* *Esai. 29* MOnet ergo sacerdos, vt corda sursum habeamus ad dñm, secũdum exhortationem Apostoli, dicentis: Quæ sursum sunt* quærite, & nõ quæ sup terrã. Nam vbi est thesaurus tuus, ibi, & cor tuum. Multi quidẽ dum ore loquuntur cęlestia, corde meditantur terrena: Quibus dñs improperat per Prophetam: Populus hic me labiis honorat, cor autem eorum longe est à me. In qualibet ergo oratione peccatũ est, sed in ista periculum, *Ne sit cor ab ore diuisum.* Cor habere diuisum ab ore, vel os habere diuisum à corde. Nam qui semetipsum non audit, nec Deus illum exaudit. Chorus ergo respondens profitetur se sacerdotis monita suscepisse, cũ ait: Habemus ad dñm. Diligenter ergo prouideat, ne cor habens deorsum ad seculum, spiritui sancto damnabiliter mẽtiatur. *Gratias agemus domino Deo nostro.* Sacerdos postquam attentos reddidit, & deuotos, hortatur ut gratias agamus dño Deo nostro. Qm̃ ipse est Deus id est, creator: ipse est dñs, id est, redemptor. Ipse.n. est noster Iesus, id est, saluator. Tunc erit verissimè noster, quũ erit omnia in omnibus, id est, sufficientia singulorũ, qm̃ ipse est Deus qui de nihilo nos creauit. Ipse est dñs, qui sanguine suo nos redemit, ipse est noster, qui sui munere nos saluabit. Qui creando nobis dedit naturam, qui redimendo dedit gratiã, & saluando conferet gloriã. Chorus nanque respõdẽs sacerdotis verbũ approbat & affirmat. *Dignũ & iustũ est.* Dignũ, inquit, & iustum est. Dignũ est, quãtũ ad dñm, qa ipse est dñs Deus noster. Iustũ est, quãtũ ad nos, quia nos sumus populus eius, & oues pascuæ eius. Verè dignũ & iustũ est, æquum & salutare. Nos tibi semper & vbique, &c. Dignum, quia nos mera voluntate fecisti. Iustum, quia nos pura misericordia redemisti. Aequum, quia gratuito nos iustificas. Salutare, qa nos perpetuo glorificas. Agere gratias tibi dñe sancte, vbique pater omnipotens, semper æterne Deus. Vnde Psalmista: *Ps. 102.* In omni loco dominationis eius benedic anima mea Dño. *Psalm. 33.* Et iterum: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Per Christum dominum nostrum. *1. Ioã. 2.* *Heb. 5.* Aduocatum enim habemus apud patrem Iesum Christum dominũ iustum, qui interpellat p nobis, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, qui exauditur in omnibus p sua reuerentia. Per eum quasi per mediatorem laudes efferimus. Per cũ, quasi per aduocatum gratias exhibemus: Per quem maiestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Per illum itaque laudant, adorant & tremunt, per quem omnia facta sunt, p quem omnes spirituum ordines sũt creati. Nam dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Verbo dixit, & verbo fecit, quia verbo domini cęli firmati sunt. *Psal. 32.* Et in principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum. Omnia per ipsum facta sũt, & sine ipso factum est nihil. Laudãt. Vñ Psalmista: *Psalm. 148.* Laudate eum omnes angeli eius. Adorãt. Vnde Esdras: *2. Es. 19.* Exercitus cęli te adorant. Tremunt, Vnde Iob: *Iob. 26.* Columnæ cœli contremiscunt & pauent aduentũ eius. Tremere verò dicuntur, nõ metu formidinis, cũ sint perfectè beati, sed admirationis affectu, vel obediẽtiæ famulatu, quum secundum Apostolum omnes sint administratorii spiritus in ministeriũ destinati. *Quomodo tremũt angeli.* Cæli dicuntur laudare Deũ, quia laudis præstant materiã. Vnde Propheta: Cæli cælorum & aquæ quæ super cęlos sunt, laudent nomẽ domini. *Heb. 1.* Vel p cęlos hic thronos accepit, quia dominus ait: Celũ mihi sedes est. *Quomodo cæli laudant Deum.* Seraphin, ardens vel succẽdens interpretatur, eo quòd præ cæteris ardent & succenduntur in charitate. Reperitur autẽ hoc nomen & neutrum & masculinum. Sed neutraliter terminatur in n, vt in hoc loco beata Seraphin. *Esa. 66.* Masculinè terminatus in m, vt in propheta: Seraphim *Seraphin.*

clamar-

Esai 6. clamabant, alter ad alterum. Verū cum *Cur in pręfatione non exprimuntur nouē ordines angelorum.* nouē sint ordines angelorū, quare tribus exclusis, tantū sex in præfatione ponuntur? an non illi cum cæteris maiestatē diuinā glorificant & adorāt? absit. Nā virtutes cælorū omnes comprehendūt. Vnde Psalmista: Verbo domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū. *Ps. 32* Et iterum: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. *Psa. 23.* Vel fortè licet occulta, tamē certa prouisum est ratione Dionysius quippe tres esse tradit ordines angelorū: trinos in singulis ponēs, vt similitudo Trinitatis eis insinuetur impressa. *Dionysius de cælesti hierarc.* Sūt n. tres ordines sup̄iores, tres iferiores, tres medij. Superiores, Seraphi, Cherubin, Throni. Medij, dominationes, principatus, potestates. Inferiores, virtutes, archangeli, angeli. De singulis autē hic ordo medius subtrahitur, de superioribus Cherubin, de medijs principatus, de inferioribus autem archangeli. Quia ad cōparationē trinitatis æternæ (cuius maiestas hic præcipuè commendatur) omnis alia trinitas diminuta reperitur & imperfecta. *Psal. 88* Nā quis in nubibus æquabitur dño? aut quis similis erit Deo inter filios Dei? *Vestigiū Trinitatis in creaturis.* Quoddam enim increatæ trinitatis vestigium relucet in omnibus creaturis, tam in angelo, quàm in homine, & in mundo. Nam ad angelum inq̄t propheta: Tu signaculum similitudinis plenus sapientiæ, & perfectus decore. *Ezech. 28.* De homine dicit scriptura: Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinē suā. *Gen. 1.* De mundo dicit Apostolus: Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, à creatura mundi conspiciuntur intellecta. *Rom. 1.* Quælibet aūt trinitas, siue spiritualis in angelo, siue corporalis in mundo, siue spiritualis & corporalis in homine, similitudinē quādam diuinæ trinitatis ostendit, ipsius tamen similitudinis non perficit veritatē. *Quid Trinitas.* Deus enim est spiritus increatus, immēsus, incōmutabilis summe potens, summe sapiens, summe bonus. Increatus, quia non incepit in tēpore vel ex tempore. Immēsus, quia non circumscribitur loco. Incōmutabilis, quia non variatur in *facto. Summe potēs, cui nihil est impossibile. Summe sapiēs, cui nihil est ignorātiæ. Summe bonus, cui nihil est inuidentiæ. *Rom. 11* A quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, à quo omnia sunt potēter creata, per quē omnia sūt sapienter formata, in quo omnia sunt diligēter cōseruata. Creata per potētiā, formata per sapiētiā, cōseruata p̄ diligētiā. Creata per potentiā patrem causam efficientē. Per sapiētiā filiū, causam efficientem. Per diligentiā spiritum sanctū, causam perficientem. Tres enim sunt q̄ dant testimonium in cęlo, Pater, Verbū & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. *1. Ioan. 5.* Tres personaliter, sua quisque ratione distinctus, Pater generatione, Verbū filiatione, Spiritus sanctus processione. Vnū *efficialiter: totū omnes quod singuli natura, potentia, voluntate: & omninò quicquid secundū substantiam prędicatur. **al. essentialiter.* Hanc æternam & indiuiduā Trinitatē laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cum quibus & nostras voces. Duas enim omnipotēs Deus rationabiles cōdidit creaturas, angelicam & humanam, quæ laudibus diuinis insisterent, & ei gratiarū actiones redderent, quas dum pari voto concelebrant, tanquam superiores & inferiores chordæ in cęlesti cithara sociantur. De qua dicit Ioānes: Et audiui vocē citharędorū citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum nouū. *Apo. 14* Supplici confessione, quasi non superba præsumptione, sed humili laude dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth. Ter dicitur Sanctus, & semel Deus dicitur, vt Trinitatis & vnitatis mysterium comprobetur. *Esaie 6.* Hoc non solū Seraphin clamabāt, sub excelso Dei solio secūdū Prophetā, sed & quatuor animalia, secūdū Apocalypsim i circuitu sedis, requiē nō habebāt die ac nocte dicētia: Sanctus sanctus, sanctus, dñs Deus oīpotēs. *Apoc. 4* Sāctus dicit, id est sanctificans, nō autē sanctificatus. *Sanctus domin⁹.* Vnde: Sācti estote, q̄m ego sanctus sum dñs Deus vester. *Leuit. 10 & 20.* Sāctus pater, dicēte filio: Pater sanctifica eos in veritate, quos dedisti mihi, q̄a tu sanctus es. *Ioā. 17.* Sāctus filius, angelo p̄testāte

**al. affectu.*

Quod


Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Sanctus spiritus, Christo dicente: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Dicit autem dominus Deus Sabaoth, id est, dominus exercituum; videlicet angelorum & hominum; quoniam terribilis, vt castrorum acies est ordinata. Tot enim exercitus habet Deus in terra, quot sunt ordines in Ecclesia: tot habet in cęlis, quot ordines sunt in angelis. Pleni sunt celi, & terra gloria tua. Nomine celorum, & terrae, angeli & homines diuina pleni gratia perhibentur: vel ad literam cęlum & terra gloria diuina replentur, quia *Deitas est vbique. Vnde Propheta: Si ascendero in cęlum, tu illic es, si descendero ad infernum ades. Super omnia non elatus, subter omnia non prostratus, intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus. Vnde reperitur in Iob. Excelsior cęlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari. Quia verò necessarium est ad aeternam salutem, incarnationis quoque mysterium confiteri, rectè subiungitur: Benedictus qui venit in nomine domini. Ego, inquit, veni in nomine patris mei. Nomen patris est filius, de quo dicit propheta. Ecce nomen domini venit de longinquo. O sanna in excelsis. O sanna verbum Hebraeum est, quod signat, Salua obsecro, compositum ex Osi, quod est salua, & Anna quod est interiectio obsecrantis. Vel. osi & anna duae sunt dictiones per eclipsim prolatae. Bis autem dicitur, O sanna, propter duas partes salutis, quae sunt stola mentis & stola carnis, quibus sancti beatificantur in gloria. Hic laudis versiculus in Psalmo centesimo decimoseptimo reperitur. Quod enim turbae dixerunt: O sanna; hoc est quod ibi dicitur. O domine saluum me fac, & eisdem verbis subiungitur: Benedictus qui venit in nomine domini.

(Marginalia: Ioã. 20. — Deus Sabaoth. — *al. diuinitas. — Psalm. 138. — Iob. 11. — Ioan. 5. — Esa. 30. — Osanna.)

Explicit Liber Secundus.

MYSTERIORVM
Euangelicae legis ac Sacramenti Eucharistiae
LIBER TERTIVS.

De silentio, post praefationem. Cap. 1.



Ost acclamatum p̄conium, sequitur secretum silentium. Nam vt Ioannes Euangelista describit, ubi Iesus honorificè fuit receptus à turbis cum palmis & laudibus, abijt & abscondit se ab eis: non vtique trepidantis formidine, sed dispensantis officio: quia nondum venerat hora eius, quae postquam aduenit, spontaneus ad passionem accessit. Surgite (inquit) eamus. Ecce appropinquat qui me tradet. Oblatus est enim quia ipse voluit: Vt quum cohors & ministri venissent cum laternis & facibus & armis, vt comprehenderent illum. (Sciens Iesus omnia quae ventura erant super eum) processit & dixit eis: Quem quaeritis? Responderunt & dixerunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis: Ego sum. Illud ergo latibulum Christi, hoc secretum silentium repraesentat, in quo cessante verborum tumultu, sola dirigitur ad Deum intenta deuotio.

Tunc enim sacerdos debet intrare in cubiculum cordis, & ostio sensuum intercluso, Deum patrem orare, non multiloquio, sicut ethnici faciunt, qui putant multiloquio exaudiri, sed in corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Deus enim non est exauditor vocis, sed cordis, nec est admonendus clamoribus, quia renum est scrutator & cordium. Quod Anna typum gerens Ecclesiae, legitur obseruasse, quae non petitione clamosa, sed tacita deuotione impetrauit quod petijt. Scriptum est enim in libro Regum, quod Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Item in Psalmo: Dicite in cordibus vestris & in cubilibus vestris compungimini. Spiritus enim est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Ne verò muscae morientes perdant suauitatem vnguenti, flagello spiritus abigantur, quatenus auster adueniens perflet hortum, vt aromata fluant: hoc est, ne importu-

(Marginalia: Quid designat silentium. — Ioã. 12. — Ma. 20. — Esa. 53. — Ioã. 18. — Orandum in secreto cordis. — Mat. 6. — 1. Tim. 1. — Hier. 17 — 3. Reg. 1 — Psal. 4. — Ioan. 4. — Eccle. 4. — Cant. 4.)

næ cogitationes tollant deuotionem orationis, inspiratione gratiæ repellantur, quatenus spiritus sanctus accedens mentem fœcundet, vt virtutes abundent.

Cur canō in secreto canitur. Cæterum, ne sacrosancta verba vilescerent, dū omnes penè per vsum ipsa scientes, in plateis & vicis, aliisque locis incōgruis decantarēt, decreuit Ecclesia, vt hæc obsecratio, qu secreta censet, à sacerdote secretè dicatur. Vnde fertur, quod cum ante cōsuetudinē, quæ postmodū inoleuit, quidā pastores ea decantarent in agro, diuinitus sunt percussi.

De his, quorum memoria colitur in secreto. Caput ij.

IN secreto recolitur memoria dominicæ passionis, videlicet eorū quę gesta sunt per hebdomadā ante paschalē, à decima luna primi mēsis, qn̄ Iesus abijt Hierosolymam, vsque ad septimamdecimā qn̄ resurrexit à mortuis. Propter qđ inter præfationem & canonē in plerisq; sacramētarijs imago Christi depingitur, vt non solū intellectus literæ, verū etiā

Litera T. in prīcipio canonis. aspectus picturæ memoriā dominicæ passionis inspiret. Et fortè diuina factū est prouidentia, licet humana sit industria procuratum, vt ab ea littera canon

Ezec. 9. inciperet, quæ sui forma signum crucis ostendit & exprimit in figura. Thau nāque mysterium crucis insinuat, dicente domino per Prophetam: Signa Thau in frontibus virorum dolentium & gementium, &c.

SACRI CANONIS
Prima Pars.

TE igit clemētissime pr̄ p Iesū Christū filiū tuū Dn̄m nr̄m supplices rogamus ac petimus, vti accepta habeas, & benedicas, Hæc dona: Hæc munera: Hæc sancta sacrificia illibata.

In primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica, q̄ pacificare, custodire, adunare, & regere digneris, toto orbe terrarū: vnà cū famulo tuo Papa nostro N. & antistite nostro N. & rege nostro N. & omnibus orthodoxis, atque catholicæ, & apostolicæ fidei cultoribus.

De tribus signis, quæ fiunt super oblatam & calicem. Caput iij.

EAdem die, qua laudes à turbis Christo sunt acclamatæ, videlicet decima luna primi mensis, quando secundum legem typicus agnus in domos Hebræorum inserebatur, verus *Exod. 12.* agnus ingressus est Hierosolymam, & à nequissimis lanistis obsessus, multis insidijs quærebatur ad mortem. Traditus est autem à tribus, à Deo, à Iuda, & à Iudæis. De prima traditione *Triplex Christi traditio.* dicit Apostolus: Proprio filio suo non *Rom. 8.* pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit ipsum. De secunda scribitur in Matthæo: Quærebat Iudas opportunitatem, vt eum traderet. De tertia legitur in Ioanne: Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Prima *Matth. 26.* *Ioan. 18* fuit ex gratia, quia dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Secunda *Ephe. 5.* ex auaritia, quia constituerunt ei triginta argenteos, & exinde quærebat *Luc. 22.* opportunitatem, vt traderet eum sine turbis. Tertia ex inuidia. Sciebat enim Pilatus, quod ex inuidia tradidissent eum. Deus ergo tradidit illum ex dono, Iudas pro munere, Iudæus in sacrificium illibatum. Quod *Mat. 2.* vtique non Iudæi libauere, sed gentes: quoniam ablatum est regnum Dei à Iudæis, & datum est genti facienti fructus eius. Ad hoc igitur designandum, sacerdos facit tres cruces super oblatā & calicem, dum dicit: Hæc dona, hęc munera, hęc sancta sacrificia illibata, commemorās illam traditionē, quā Deus fecit ex dono, Iudas pro munere, Iudeus *Hæc dona, hæc munera, hæc sacrificia.* in sa-

in sacrificiũ illibatum. Singuli tamen ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Nã licet diuersa fuerint operantia, tñ vnũ & idẽ extitit operatũ. Hæc trina traditio tunc incepit, cũ filius ex Dei patris decreto, & ex cõcilio spiritus sancti, nec nõ ex proprio beneplacito veniẽs Hierosolymã, seme-
Ioã. 12. tipsum exposuit passioni. Qui cũ venisset ibidem, exposuit ad quid venisset, Nisi, inquit granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit ipsum solũ manet: si autẽ mortuum fuerit, multũ fructũ affert. Et, ego si exaltatus fuero de terra, oĩa trahã ad meipsum. Hoc autẽ dicebat, significãs
Opera trinitatis indiuisa. qua morte esset moriturus. Vel potius quia indiuisa sunt opera trinitatis, potest referri totũ ad indiuiduã trinitatẽ, quæ tota tradidit Christum in mortem, vt tota per Christũ redimeret nos à mor-
Heb. 6. te. Donũ enim est dãtis, munus accipientis, sacrificiũ offerẽtis. Et pater dedit, filius obtulit, spiritus sanctus accepit. Hic ergo dicit Apostolus: Christus ꝑ spiritũ sanctũ semetipsum obtulit Deo immaculatum. Singuli tñ obtulerunt, & dederũt, & acceperũt. Sed ad distinctionẽ dicitur pater dedisse propter authoritatẽ, filius obtulisse propter humanitatẽ, spiritus sanctus accepisse propter benignitatẽ. O liberalis gratia, liberalitas gratiosa, ꝙ Deus nobis dedit in donũ, hoc accepit à nobis in munus: Eadẽ enim sacrificia dona sunt simul & munera. Dona sunt nobis simul collata, munera sunt à nobis oblata. Nũquã sacris offerũtur altaribus, & munera nuncupantur & do-
Mat. 5. na. Vado dñs inquit in euangelio. Si offers munus tuũ ad altare, vade prius re-
Heb. 5. cõciliari fratri tuo. Et Apostolus de põtifice: Vt offerat dona & sacrificia ꝓ pec-
Dan. 5. catis. Daniel quoque dixit ad Balthasar: Munera tua tibi sint, & dona tua alteri da. Sermonũ igit̃ inculcatio, piæ deuotionis est excitatio, vel ineffabilis commendatio sacramẽti. Nõ enim vnũ aliqđ inuenitur vocabulũ, ꝙ tñ sacramẽtũ dignè valeat appellare, nisi ꝙ Græcè melius dicit̃ ἐυχαριϛία. ꝙ exponit̃, bona gratia.
Cur pluraliter Dicũtur aũt pluraliter dona, munera, sacrificia, qa panis & vinũ anteꝗ̃ cõsecrentur, & diuersæ sunt species substãtiarũ, *dona dicuntur.* & diuersæ specierũ substãtiæ. Sed vbi cõsecratio cælestis accesserit, species quidẽ remanẽt, sed substãtiæ cõuertunt̃, ita ꝙ diuersa sint cõtinẽtia, sed vnicũ est cõtentũ. Nã idẽ sub vtraque specie cõtinet̃, licet nõ in idẽ vtraque substãtia cõuertat̃, sicut infra planius & plenius ostẽdet̃. Di- *Sacrificia illibata.* cũtur & sancta & illibata, qa panis & vinũ significant sacrosanctũ corpus & immaculatũ sãguinẽ Iesu Christi. Nõ enim dicũtur illibata, quasi nõdũ gustata. sed potius illibata dicũtur, id est, immaculata, quæ sine macula cordis & corporis oportet offerri, quatenus, & cor ab iniquitate purgetur, & corpus ab immunditia. Qm̃, vt inquit Apostolus, quicũq; man- *1. Cor. 11.* ducauerit panem vel biberit calicẽ dñi indignè, reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet aũt seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui.n. manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicãs corpus domini. Ideo multi sunt infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

De tribus sacrificijs Ecclesiæ. Cap. IIII.

POrrò tria sunt Ecclesiæ sacrificia, quæ significata sunt in veteri testamẽto ꝑ propitiatoriũ, thuribulũ, & altare. Videlicet sacrificium pœnitẽtiæ: sacrificiũ iustitiæ, & sacrificiũ eucharistię. De primo ait Psalmista. Sacrificiũ Deo spiritus cõtribulatus. De secũdò: Tunc accep- *Psal. 50.* tabis sacrificiũ iustitiæ. De tertiò: Tibi *Ibidem.* sacrificabo hostiã laudis. Super altare caro mactat̃, intra thuribulũ thus adolet̃, ad ꝓpitiatoriũ sanguis infert̃. Caro ma- *Psal. 115.* ctat̃ in cõtritione, thus adolet̃ in deuotione, sanguis infert̃ ꝓ redẽptione super altare corporis, ĩtra thuribulũ cordis, ad ꝓpitiatoriũ Dei patris. In his sacrificijs *Triplicis sacrificij triplex panis triplex vinũ, et triplex aqua.* panis & vinũ & aqua spiritualiter offerũtur. In sacrificio pęnitẽtiæ vinũ doloris & cõpũctionis, aqua meroris & ploratio nis, panis laboris & afflictionis: doloris in corde, meroris in ore, laboris ĩ opere. In sacrificio iustitię panis fortitudinis & cõstãtiæ, vinũ rectitudinis & prudẽtiæ, aqua mãsuetudinis & tẽperãtiæ: fortitu-

dinis

dinis inter aduersa, rectitudinis inter iniqua, mãsuetudinis iter ꝓbra. In sacrificio eucharistiæ panis vnitatis, vinũ charitatis, aqua fidelitatis: panis ꝓ corpore, vinũ pro anima, & aqua ꝓ populo, sicut īfra planius & plenius ostēdit. Inter hæc sacrificia, primũ educit, secũdũ deducit, tertiũ ãt īducit. Educit īcipiētes, dducit ꝓficiētes, īducit ꝑficiētes: ex Aegypto, ꝑ desertũ in patriã: ex Aegypto cõfusionis, ꝑ dsertũ peregrinationis, ī patriã glorificationis. Hæc tria sacrificia sacerdos offert in missa. Primum in cõfessione, secũdũ in præfatione, tertiũ in actione. Nam & tria sunt, quæ secundũ Prophetã, Deus reqrit ab homine: diligere misericordiã, facere iudiciũ, & solicitũ ambulare cum Deo. Diligat ergo misericordiã, q vult offerre sacrificiũ pęnitentiæ: faciat iudicium qui vult offerre sacrificium iustitiæ: cum Deo ambulet solicitus, qui vult offerre sacrificium eucharistiæ.

Pro quibus sacrificiũ offeratur. Cap. V.

*al. altaris.

Quibus, pro qbus, qualiter & quare offerendum est.

IN primis, &c. Hic primò nobis inuestigãdum occurrit, qbus videlicet & pro qbus, qualiter & quare sacrificiũ * laudis debeamus offerre. Quæ quatuor ex ipso Canone possumus euidēter aduertere. Quibus, soli Deo, s. & indiuiduę Trinitati. Pro qbus, pro Ecclesia sancta catholica, videlicet, & pro oibus orthodoxis. Qualiter, in vnitate fidei, videlicet ī cõmunione sanctorũ. Quare, ꝓ beneficiis corporalibus & spiritualibus & æternis, sed oibus ꝑ Dcũ. Primum notat cum dr: Tibi reddã vota sua æterno Deo, viuo & vero. Secundum, Pro Ecclesia tua sancta catholica. Tertium, Cõmunicãtes & memoriã venerãtes. Quartum, Pro redēptione animarum suarũ, ꝓ spe salutis & incolumitatis suæ. Sacrificium ergo laudis offert, & generaliter ꝓ cunctis, & specialiter ꝓ qbusdã prælatis & subditis ibi: Vnà cum famulo tuo Papa nostro, & oibus orthodoxis. Pro viris & mulieribus ibi astãtibus: Memēto dñe famulorũ famularumq; tuarum. Pro sacerdotibus, & astãtibus, ibi: Et oĩum circumastãtium, & qui tibi offerunt hoc sacrificium. Pro

Pro ecclesia catholica.

nobis & nostris, ibi, Pro se suisq; oibus. In primis, id est, principaliter offerimus tibi ꝓ Ecclesia sancta tua catholica, id est, vniuersali, toto orbe terrarũ diffusa, sed fidei sacramentis vnita, q pacificare digneris, vt pacē habeat ab hæreticis & schismaticis, & adunare q dispsa est iter paganos & ꝑfidos, q̃ ēt custodire digneris à vitijs & dæmonijs, & regere in prosperis & aduersis. Idipsum tñ videt esse pacificare, coadunare, custodire & regere. Tunc. n. pacificat, cum fidelium mentes adunat, vt ꝑ spiritum sanctum charitate diffusa, multitudinis credentium fit cor vnum & anima vna. Tunc custodit, cum inter mundi ꝑicula regit, vt de sancto mittēs auxilium, eã de Siõ tueat. Licet. n. septē in Apocalypsi scribant ecclesiæ, vna tñ in Cãticis est columba: nã sapiētia ædificauit sibi domum, excidit columnas septē, Vna ergo est ecclesia, septē ordinibus distributa, vel septē charismatibus insignita, q̃ ille pacificat & adunat. Ille custodit & regit, qui ꝑ ipsius regimē & munimē vnum ꝓposuit vniuersis, vt oēs ab vno, sicut corpus à capite gubernent. Pro quo statim orat, vnà cũ famulo tuo Papa nostro. Vnde cõstat, vt ingt Pelagius, ab vniuerso orbe separatos esse, q qualibet dissensione inter sacra mysteria apostolici põtificis memoriã secundum cõsuetudinē nõ frequētãt. Qui verò nõ sunt de Romana diœcesi, ꝓ suo quoq; dicunt orare põtifice, quatenus vnitatē spiritus in vinculo pacis obseruēt. Orãdum ēt esse pro principe Apostolus docet ad Timotheum. Obsecro, ingt, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, ꝓ omnibus hominibus, ꝓ regibus, & ꝓ omnibus q in sublimitate sunt constituti, vt quietã & trãquillã vitã agamus in omni pietate & castitate. Sicut. n. sunt duę vitę, cęlestis videlicet & terrena, vna qua spiritus viuit ex Deo, altera qua caro viuit ex spiritu; sed vtraque vita nutrit vt possit subsistere, cælestis spiritualibus, & terrena carnalibus: ita sunt duæ potestates, s. ecclesiastica & * mundana; vna quæ moderatur spiritualia,

Actor. 4.

Psal. 6.

Apoc. 1.

Can. 9.

Prou. 4.

Pro Papa.

Pro rege

2. Tim. 2.

Duæ vitæ, et duę potestates.

* al. humana.

tualia, & alia quæ moderatur carnalia. *Pro omnibus orthodoxis* Ista p clericos, illa p laicos, vt ista vacet cœlestibus quantum ad animam, & illa terrenis quantum ad corpus. Post vtrãque potestatem, *Oblatio sacerdotis in persona ecclesiæ.* orandum est pro omnibus orthodoxis, qui sub vtraque fidem catholicam & apostolicam venerantur & colunt. Orthodoxi quasi rectè gloriosi dicuntur, qui Deum rectæ fidei confessione glorificant. Licet autem vnus tantum offerat sacrificium, pluraliter tamen dicit, offerimus, quia sacerdos non tantum in sua, sed in totius ecclesiæ persona sacrificat. Quapropter in sacramẽto corporis Christi nihil à bono magis, nihil à malo minus perficiẽ sacerdote, dummodo sacerdos cum cæteris in arca consistat, & formam obseruet traditã à columba. Quia non in merito sacerdotis, sed in verbo conficitur creatoris. *Quõ est bona missa semper.* Nõ ergo sacerdotis iniquitas effectum impedit sacramẽti, sicut nec infirmitas medici virtutem medicinę corrumpit. *Tit. 1.* Quãuis igitur opus operans aliquando sit *1. Co. 11.* immundum, semper tamen opus operatum est mundum. Sed sicut omnia sũt munda mundis, sic omnia sunt immũnda immundis. Malus autem eum vitam accipit, mortem incurrit. Sic econtra, bonus cũ morte sustinet, vitã acquirit. Nã q mãducat ĩdignè, iudiciũ sibi mãducat.

CANONIS SACRI
Pars Secunda.

MEmento domine famulorũ famularũq; tuarũ, N. & N. & omniũ circũastantiũ, quorũ tibi fides cognita est, & nota deuotio: p qbus tibi offerimus, vel q tibi offerũt hoc sacrificiũ laudis, p se suisq; oĩbus, pro redẽptione animarũ suarũ, p spe salutis & ĩcolumitatis suę, tibiq; reddunt vota sua æterno Deo, viuo & vero.

In hoc loco debent viuorum nomina recitari. Cap. vj.

MEmẽto dñe famulorũ famularũq; tuarũ, N. N. & oĩum circũastantiũ.

Ex hac iũctura verborum manifestè cõijcit, q hic quasi qdã sit locus, vbi sacerdos specialiter quos voluerit, debeat nominare. Viuorũ tñ nomina hic tñ dẽt recẽsere, qm in sequẽtibus locus occurret, vbi defunctorũ poterit agere memoriã specialẽ. Hinc ẽt euidẽter apparet, q sanctũ sit ac salubre missarum interesse mysterijs, cũ sacrificiũ Eucharistiæ pro *De cõse.* circũastãtibus offerat specialius. Vnde *dist. 1. c.* cautũ est in canonibus, q oẽs fideles q *Omnes fideles.* cõueniũt in sacris solẽnitatibus ad ecclesiã, & scripturas apostolorũ & euãgeliũ audiant. Qui verò nõ pseuerauerint in orone vsq; dũ missa peragat, velut iquietudines ecclesię cõmouẽtes, cõuenit cõmuniõe priuari. Verũ cũ dñs nihil ignoret, nec alicuius valeat obliuisci, quid ẽ q petimus vt Deus nři meminerit? Porro Deus dr scire quos approbat. vnde. Nouit dñs qui sunt eius. Et dr nescire *1. Ti. 2.* quos reprobat. vnde: Nõ noui vos. Rursum dr obliuisci malorũ, cũ malus ad bo *Matt. 7.* nũ cõuertitur. vnde: Si impius egerit pœ *& 25.* nitẽtiã, oĩum iniquitatũ eius nõ recordabor. *Obliuisci.* Et dr obliuisci bonorũ, cũ bonus ad malũ cõuertitur. vñ: Si iustus à iustitia se *Ezec. 18* auerterit, oẽs iustitias eius nõ recordabor. *Ibidem.* Deus qñq; ergo rcordat ad misericordiã. *Meminisse.* Vnde: Memẽto mei Deus, qa vẽtus est vita mea. *Iob. 7.* Qñq; recordatur ad puniendũ. Vnde: Memẽto dñe filiorum Edõ in die *Psa. 136* Hierusalẽ. Ergo petimus, vt non tãtum meminerit, sed hic petimus, vt nostri misereatur, secũdũ illud: Reminiscere miserationũ tuarũ dñe, & misericordiarum tuarũ, quæ à seculo sunt. Quorũ tibi fides cognita est, & nota deuotio. Quasi *Psal. 7.* qui ppitiaris fidelibus & deuotis, qui solus vides in cõsciẽtiis, qui rectè credãt, & deuote te diligãt, vtpote renũ scrutator & cordium, Deus sciẽtiarum dñs, oẽ *Heb. 4.* cultus oĩum occultorũ pscrutator. In cuius cõspectu nulla creatura est inuisibilis. Pro quibus tibi offerimus, vel q tibi offerunt, quasi, memẽto dñe eorũ pro qbus offerimus, sed & sacerdotum q offerunt. Cum enim sacerdos offert pro populo, nihilominus & pro se. Vel ideo dicit, pro quibus offerimus, vel qui tibi offe-

offerunt, quia non solum offerunt sacerdotes, sed & vniuersi fideles. Nam quod specialiter adimpletur ministerio sacerdotum, hoc vniuersaliter agitur voto fidelium. Dicitur autem sacrificium laudis, secundum illud apostoli: Quicquid facitis, omnia in laude Dei agite, vt & Deus laudet in vobis. Vel sacrificiũ laudis dicit, quia cũ Deo quicquid offerimus sua sibi reddimus, non nostra largimur. Vnde, Si esurio, nõ dicã tibi, meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Ergo immola Deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo vota tua. Vel potius sacrificiũ laudis dr, quia pp hoc maximè Deũ laudare debemus, qa nõ solũ se dedit p nobis in preciũ, sed et se dedit nobis in cibũ, vt p preciũ redimeret nos à morte, p cibũ aleret nos ad vitã. vnde: Qui mãducat me viuet pp me. Pro se suisque oĩbus: Videlicet cõsanguineis vel affinibus, familiaribus vel amicis. Licet .n. diligere teneamur et inimicos, secũdũ illud, Diligite inimicos vestros: seruare tñ debemus ordinẽ charitatis, secũdum illud: Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Nam & Apostolus ait: Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: maximè autem ad domesticos fidei.

Sacrificiũ laudis. *Colos. 3.* *Psal. 49.* *Ioan. 6.* *Luc. 6.* *Cant. 2.* *Gala. 6.*

De tribus bonis pro quibus sacrificium laudis offertur, temporalibus, spiritualibus, & æternis. Cap. VII.

PRo redẽptione animarũ suarũ. Quasi dicat: Nõ p tẽporali lucro & appetitu terreno, sed pro spe salutis, & incolumitatis, id est, pro salute vel incolumitate sperata: Spe nãq; salui facti sumus. Pro salute mẽtis, & incolumitate corporis. Nã vtraq; sanitas est ab illo, qui dicit: Salus populi ego sum, &c. Verũ vtraq; sanitas prouenit ex redẽptione animæ, id est, de remissione peccati, sicut ecõtra, de reatu peccati procedit infirmitas vtriusque. Iuxta sentẽtiã veritatis: Ecce sanus (inquit) factus es, iã noli peccare: ne deterius tibi aliqd cõtingat. Porro tria sunt hominis bona: corporalia, spiritualia, & terna: videlicet, infima, media & suprema, pro qbus sacerdos dicit se offerre. Pro corporalibus, id est, pro incolumitate; pro spiritualibus, id est, p redẽptione; pro æternis, id est, pro salute. Nã & dominus docet nos pro his tribus orare. Pro æternis. vnde: Adueniat regnũ tuũ. Pro spiritualibus. vnde: Fiat volũtas tua, sicut in cęlo, & in terra. Pro corporalibus. vnde: Panẽ nostrũ da nobis quotidianũ. Offerimus ergo sacrificiũ pro æternis, vt dentur nobis in præmium. Pro spiritualibus, vt dent nobis ad meritũ: Pro corporalibus, vt detur nobis ad adminiculum, vt p hęc & ista pueniamus ad illa. * Aliqñ nõ offerimus Deo sacrificiũ nisi p seipsum, qa ipse est dñs Deus noster. Vnde Propheta. Confitemini dño qm bonus, qm in æternum misericordia eius. Verum, cum dicat Apostolus, qd virtus in infirmitate pficitur: & iterum, Cum infirmor, tunc potens sum: quid est quod pro corporis incolumitate sacrificium laudis offerimus? vt conseruata nobis sanitate vel reddita, gratiarum actiones in ecclesia referamus.

Rom. 8. *Esaiæ 8.* *Ioan 5.* *Triplicia bona hominis.* *Mat. 6.* **al. Alioquin.* *Psal. 117.* *2. Cor. 12.*

Quod sacrificium altaris æqualiter offertur toti Trinitati. Cap. VIII.

TIbi reddunt vota sua, cum nostra donemus & aliena reddamus. Quomodo vota si sua sunt, reddunt, & non potius donant? vel si reddunt, quomodo sua sunt, & nõ potius aliena. Sanè votum bonum & hominis est & Dei: sed Dei pp authoritatẽ gratiæ, hominis pp libertatem arbitrij. Propter qđ dicit Apostolus: Nõ ãt ego, sed gratia Dei mecum. Et iterum: Coadiutores Dei sumus. Aeterno Deo, viuo & vero. Dij nãq; dicunt & homines & dæmones & imagines, sed homines adoptiuè, demones vsurpatiuè, imagines nuncupatiuè. Per adoptionẽ, vt ibi: Ego dixi, dij estis & filij excelsi oẽs. Per vsurpationẽ, vt ibi: Oẽs dij gentium dęmonia. Per nuncupationẽ, vt ibi: Appellauerunt Deos opera manuum hominum. Primi sunt veri & viui, sed non æterni: Secundi sunt viui, sed nec ęterni, nec veri. Tertij nec sunt veri, nec æterni, nec viui. Sed ille solus est æternus, viuus & verus, imò veritas & vita & æternitas, qui est Deus per essentiam, qui de se

Bonum opus & Dei & nostrũ est. *2. Cor. 15.* *Ibidem.* *Quomodo dij multi sunt.* *Psa. 81.* *Psa. 38.* *Sap. 19.*

Esai. 45. de se dicit: Ego sum deus, & non est alius, præter me. Licet autem hæc obsecratio specialiter dirigatur ad patrem, propter authoritatē principii (nā & filius ita docuit orare: Pater noster, qui es in cęlis. Propter qđ in principio Canonis dicitur: Te igiť clemētissime pater per Iesum Chrm filiū tuū dñm nostrū supplices rogamus & petimus) æqualiter tñ indiuiduæ trinitati sacrificiū laudis offertur, tā patri quàm filio q̄ utriusq; spiritui. Quorū sicut indiuisibilis est maiestas, sic & indiuisibilis est adoratio. Iuxta quod Veritas docet: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nā qui Deū satagit veraciter adorare, patrē adoret in spiritu sancto & ueritate, id est, in filio, qa pater essentialiter est in filio, & filius naturaliter est in patre, spiritus sanctus substantialiter in vtroque, secundū illud: Ego in patre & pr in me est. Quapropter ita potest non indiscrete distingui, cū dr, Aeterno Deo, viuo & vero, vt quod est cōe secūdū essentiā, approprietur pp notitiā: æternitas scilicet patri, rōne principii, quia pater à nullo est, & omnia sunt ab eo: filius per gratiam tionē, spiritus sanctus p processionē, cætera per creationem. Veritas filio, qui de se dicit: Ego sum veritas. Et de quo Psalmista dicit: Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Vita spiritui sancto, sicut habeť in symbolo: Credo in spiritum sanctū dñm & viuificantem, qui ex patre filioque procedit. Totius igitur indiuiduæ trinitatis indiuisa est adoratio, quæ principaliter exhibetur in sacrificio.

Sacrificiū toti trinitati offertur.

Ioan. 4.

Ioan. 14 & 17.

Ioā. 14. Ps. 84.

CANONIS SACRI Pars Tertia.

COmmunicātes, & memoriā venerantes, in primis gloriosę semperq; virginis Marię genitricis Dei, & dñi nostri Iesu Christi. Sed & beatorū Apostolorum ac martyrū tuorum, Petri, Pauli, Andreę, Iacobi, Ioannis, Thomę, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthęi, Simonis, & Thadei: Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurētij, Chrysogoni, Ioānis, & Pauli, Cosmæ & Damiani. Et oīum sanctorū tuorū, quorū meritis precibusq; concedas, vt in oībus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eundem Christum dominum nostrum.

De trina commemoratione sanctorum, quę fit in Canone. Cap. IX.

SEcreta, quæ scdm diuersos & Canon & Actio nuncupatur, nō tota simul ab vno, sed paulatim à pluribus ex eo quoq; perpendiť fuisse cōposita, qđ ter in ea sanctorū cōmemoratio repetiť: Licet hoc ipsum prouenerit ad laudē & gloriā trinitatis. In secunda quippe cōmemoratione supplenť, qui de primitiuis sanctis deesse videbātur in prima. Verum in ea cōmemoratione, q̄ fit añ cōsecrationē corporis Christi, postulať sanctorū suffragiū. In ea vero, q̄ fit post cōsecrationē corporis Chři, sanctorū cōsortiū implorat, qa nimirū antequā corpus Christi, (qđ est vniuersalis ecclesia) consecreť, id est, antequā regnū adueniat, necessariū est nobis in via sanctorū suffragiū, vt meritis eorū & precibus, diuinæ ptectionis muniamur auxilio. Sed vbi corpus Christi fuerit consecratū, id est, vbi regnum aduenerit, assequemur in patria sanctorū consortium, ut societatem & partem cū sanctis Apostolis & Martyribus habeamus. In via quippe cōmunicamus sanctis per fidē, quam ipsi habuerunt & nos habemus, in patria vero participabimus sanctis per speciē, quā ipsi habēt, & nos habebimus. Nos enim fidē hēmus & spē, illi speciē habent & rē. Nos percurrimus stadiū, illi possidēt brauium. Nos pugnamus in uia, illi triumphant in patria. Communicamus igitur & memoriam veneramur Apostolorum, & martyrum,

Triplex cōmemoratio sanctorum.

Quomodo communicamus sanctis.

& ꝓcipuè gloriosè Dei genitricis Virginis Mariæ, vt eorũ suffragio de fide perducamur ad speciẽ, de stadio veniamus ad brauiũ, de via trãseamus ad patriã. In hac quidẽ cõmemoratione sanctorũ illud obseruat Ecclesia, qd antiquitas cõsueuit agere, vt in orationib⁹ suis recolat patrũ memoriã, quatenus eorũ meritis suffragãtibus faciliùs obtineat, quod implorat. Sic Moyses pro peccante populo intercedens, patrum memoriã interposuit. Recordare (inq̃t) Abrahã, Isaac, & Israel, seruorũ tuorũ &c. Sic & Azarias oraſſe legiẽ in fornace: Ne q̃s auferas mĩam tuã à nobis dñe Deus nr̃, pp Abrahã dilectũ tuũ, & Isaac seruũ tuũ, & Israel sanctũ tuũ. Multũ.n. merita patrum filiis suffragãtur. Vnde cũ Exechias diuinũ auxiliũ postularet, audiuit: Protegã urbẽ hanc & saluabo eã propter me & pp Dauid seruum meũ. Et alibi: Ecce ego scindã regnũ de manu Salomonis, veruntñ una tribus remanebit ei, pp seruum meũ Dauid, vt remaneat lucerna Dauid serui mei corã me in Hierusalẽ cũctis diebus. vnde: Propter Dauid seruũ tuum non auertas faciẽ Christi tui. Et qm̃ extra vnitatẽ Ecclesiæ nõ est locus offerendi sacrificiũ vnitatis: iõ sanctorũ memoriæ communicamus in sacrificio, quatenus in cõe sanctorum sacrificiũ offeramus. Nã sicut vnus panis ex multis granis, ita & vnũ corpus ex multis mẽbris: sic ex multis fidelibus vna constat ecclesia. Scriptũ est.n. Alienigena nõ vescẽt ex eis, qm̃ sancta sunt. Et iõ solum illum ad esum huius agni assumimus, qui nr̃æ coniunctus est domui, videlicet oẽm domesticum fidei, à principe vsq; ad plebeium, ab apostolo, vsque ad publicanum.

Merita patrum suffragãtur filiis

Exod. 32.

Dan. 3.

4. Reg. 19.

3. Reg. 11.

Ps. 131.

Exod. 20

Exo. 29.

Quare non fit commemoratio Confessorum in Canone. Cap. X.

Illud aũt oportet inquiri, cur in Canone nulla fit cõmemoratio Cõfessorũ, cũ inter sanctos eorũ memoriam magnificè veneretur Ecclesia? Sed ad hoc põt ꝓbabiliter rñderi: Quod Canõ prius fuit editus, q̃ memoriã scõrũ confessorũ Ecclesia celebraret. Nã oẽs fere sancti, qui cõmemorantur in Canone, præcesserunt Siluestrũ, pręter Ioannẽ & Paulũ, Marcellinũ & Petrum, qui ꝓximo successerunt. Ecclesia vero post tempus beati Siluestri cœpit sanctorũ confessorũ memoriã venerari. Nã & sedes Ep̃ales, q̃ iuxta dispositionẽ beati Petri Apostoli sunt in ciuitatibus singulis antiquitus cõstructæ, nõ in memoria confessorũ, sed ad honorẽ apostolorũ & martyrum, & ꝓcipuè beatæ Mariæ virginis, veterũ deuotio dedicauit. Nã & in ecclesiasticis reperiẽ historiis, qd sanctus Bonifacius, qui quartus à beato Gregorio Romanæ vrbis Ep̃atũ tenebat, suis precibus à Phoca Cœsare impetrauit donari Ecclesiæ Chr̃i tẽplũ Romæ, qd ab antiquis Pantheon antea vocabatur, in quo eliminata oĩ spurcitia fecit Ecclesiã Dei genitricis, atq; oĩum martyrum Chr̃i. Canon aũt ex eo conijcitur præcessisse, qd Apostolorũ catalogus nõ ita reperiẽ in eo dispositus, sicut in emendatioribus codicibus euãgelicis reperiẽ. In prioribus enim editionibus (vt inquit Hieronymus) non solum Euangelistarũ mutatus est ordo, sed ẽt verborum ac sententiarum erat cõfusa cõmixtio. Traditur aũt quod Gelasius Papa, quinquagesimus primus à beato Petro, qui fuit post Siluestrũ per clx. annos, Canonem principaliter ordinauit. Sed ut beatus Gregorius asserit in Registro. Scholasticus illam orõnẽ cõposuit, q̃ sup Eucharistiã dr̃ in Secreta.

Tẽplum Pantheõ à Phoca datum.

Author Canonis.

CANONIS SACRI
Pars Quarta.

Hanc igiẽ oblationẽ seruitutis nostræ, sed & cũctæ familiæ tuæ q̃s dñe, vt placatus accipias, diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorum tuorũ iubeas grege numerari. Per Christum dominum nostrum.

Quod

Quod sacrificiū soli Deo efferendum sit, vnde distinguuntur duę species serui tutis. Cap. XI.

Dvæ sunt species seruitutis: Vna, q̄ detur soli Deo creatori,& dicitˀ *λατρεία*. Et altera,q̄ creaturis impendi tur,& dr̄ *δουλεία*. Vtranq; speciē determinat dñs,dicens: Reddite q̄ sunt Cæsaris Cæsari,& q̄ sunt Dei Deo. Ad latriā pertinent tēpla,altaria,sacerdotia, sacrificia,& hmōi,q̄ sunt soli Deo exhi benda,qui glorificatur in cōcilio sanctorū, magnus & metuēdus super oēs qui in circuitu eius sunt.Non.n.sancti ad honorē Dei,sed Deo potius ad honorē sanctorū dedicanť tēpla, cōsecrāt altaria,sacerdotia statuunť, sacrificia offerunť.Ne forte si secus agať, nō theosebia, sed idololatria committať. Hinc.n.Deus in lege pcepit:dñm Deū tuū adorabis,& illi soli seruies, id est, soli deo seruitutē adoratiōis impēdes.

Latria. *Dulia.* *Mat.22* *Psa.88.* *Deut.6.*

Diesque nostros & cætera. Beatus Gregor.has tres orōnes in Canone dr̄ addidisse,videlicet:Dies nostros in tua pace dispone,per eum,qui ꝓ nobis est traditus in manus eorū, qui pacē oderunt:Ab æterna dānatione nos eripi, per eū qui pro nobis morte tpali dam natus est:Et in electorum facias grege numerari, p eū qui pro nobis deputatus est cū iniquis.Est aūt pax peccatorū,& pax iustorū,pax temporis,& pax æternitatis.Porro pax tpis interdū con cedit bonis & malis. Sed pax æternitatis nunquā dabiť nisi bonis, quia non est pax impiis,dicit Dñs. De pace peccatorū dicit Psalmista: Zelaui in peccatoribus pacem peccatorū vidēs.Aduersus hanc pacem Dñs inquit in euāgelio:Non veni mittere pacē, sed gladiū.De pace iustorū dicit Apostolus: Fructus spūs est charitas, gaudiū,pax, patientia.Hāc pacē Dñs reliquit Apostolis dicens:Pacē relinquo vobis. De pace tpis inquit Propheta: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Hanc pacē incessanter petit ecclesia.Da pacem (inquit) in diebus nr̄is, quia nō est alius, qui pugnet pro nobis,nisi tu Deus nr̄. De pace æternitatis Dñs dixit apostolis: Pacem meā do vobis,nō qūo mundus dat ego do vobis.Hæc est fm Prophetā,pax super pacem,de qua dicit Psalmista:In pace in idipsum dormiā & requiescā. Propter hanc triplicē pacē ter oramus in Missa Dies nostros in tua pace disponas, Da propitius pacē in diebus nostris, Dona nobis pacē, vt de pace tpis, per pacem pectoris transeamus ad pacem æternitatis.Ob hoc etiam sacerdos ter in Missa osculať altare, in principio, in medio,in fine.

Additio B. Gregorij. *Quadruplex pax.* *Esai.73.* *Psa.73.* *Mat.19* *Gala.5.* *Ioā.14.* *Psa.17.* *Ioā.14.* *Psal.4.*

CANONIS SACRI Pars Quinta.

Qvā oblationē tu Deus in oībus q̄s benedictā, ascriptā, ratā, rationabilē, acceptabilēq; facere digneris: vt nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi filii tui domini Dei nostri Iesu Christi.

De quinque signis quæ fiunt secundò super oblatam & calicē, & de Christi uenditione: de persona venditoris, & vendi ti, & ementis. Cap. XII.

Qvarta feria Iudas unus ex duodecim à diabolo supplantatus,immane sacrilegiū ppetrauit, dū filium Dei ꝓ triginta siclis argenteis vēdidit Pharisæis,in recōpensationē dāni, qđ incurrerat pp effusionē unguēti. Quare,inquit,hoc unguētum nō venijt trecentis denariis,& datum est egenis? dixit autē hoc, non qa de egenis pertinebat ad eū, sed quia fur erat & loculos hñs ea,q̄ mittebantur portabat.Quilibet autē argenteus valebat decem denarios vsuales, & ita damnū vnguēti, quod valuerat ccc. denarios, triginta recōpensauit argenteis. Si uero dicamus argenteos denarios fuisse vsuales, dicemus quod Iudas vendidit Christū quasi vile mancipium XXX.denariis, qui sunt decima trecentorum denariorum quod valuerat vnguentum. Propter quod dominus * respectiue loquitur per Prophetam: Appenderunt mercedem meam triginta argenteis, quo appreciatus sum ab eis. Ad

Christus à Iuda venditus 30.argēteis. *Ioā.12.* *Forte de speciue.* *Zach.11.*

designandũ ergo precii quantitatem, quo Chrs, est venditus, sacerdos hic facit tres cruces cõiter super oblatam & calicem, cum dicit: Benedictã, asscriptã, ratã. Nam & trecenta pariter & triginta multiplicationẽ suscipiunt à ternario. Postmodũ aũt ad designandum venditionẽ & emptionẽ, duas cruces imprimit sigillati, vnã sup oblatã, & aliã sup calicẽ, cum dicit, Fiat corpus & sanguis, quasi diceret: Illa venditio fuit maledicta, proscripta, irrita, iniqua, & detestabilis: Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictã asscriptã, ratã, rationabilẽ, & acceptabilẽ. Iudas enim dilexit maledictionẽ, & venit ei, & noluit benedictionem, et prolongabitur ab eo. Sed tu Deus digneris hanc oblationem facere benedictã, per quã nos in cœlestibus benedicas. Iudas enim deletus est de libro vitæ, & cũ iustis nõ scribetur. Sed tu Deus hanc oblationẽ facere digneris asscriptã, per quã nos inter electos ascribas. Iudas se laqueo suspẽdit, & episcopatũ eius accepit alter. Sed tu Deus hanc oblationẽ digneris facere ratã, p quam ratũ sit tibi nostrę salutis ꝓmissum. Iudas exiit condẽnatus, & oratio eius facta est ei i peccatũ. Sed tu Deus hãc oblationem facere digneris rõnabilem, per quã rõnabile fiat nostræ seruitutis obsequiũ. Iudas reddidit mala ꝓ bonis, & odiũ pro dilectione retribuit. Sed tu Deus hanc oblationẽ digneris facere acceptabilẽ, p quã nos tibi reddas acceptos. Vel iõ sacerdos facit tres cruces cõiter super oblatam & calicẽ, qa Christus cõiter tria egit circa panẽ & vinũ, accepit, benedixit, & dedit. Postmodũ vnã crucem facit specialiter sup oblatã, qa dixit: Comedite, hoc est corpus meũ: & alterã facit spãliter sup calicẽ, quia dixit: Bibite, hic est sanguis meus. Et secundum hunc sensum recte subiungitur: Qui pridie q̃ pateref, &c. Vel potius, quia Iudas vendidit Christum ad crucifigẽdum sacerdotibus, scribis & Pharisęis, idcirco sacerdos ad notãdũ cõiter tres emptores, facit tres cruces cõiter sup oblatã et calicẽ, cũ dicit: Benedictã, asscriptã, & ratã. Ad notãdũ uero discrete venditorẽ, & venditũ, facit duas cruces discrete, sup oblatã & calicẽ, cũ dicit: Vt fiat corpus & sanguis. Petimus ergo hanc oblationem, ut Deus faciat bñdictã, asscriptã, & ratã, vt eã consecret, approbet, & confirmet in rõnabilẽ hostiã, & acceptabile sacrificiũ, vt ita nobis, id est, ad nr̃am salutẽ panis fiat corpus, & vinũ sanguis dilectissimi filii Dei dñi nr̃i Iesu Chri. Vel oramus, vt Deus hanc oblationẽ facere dignet̃ asscriptã, id est, talẽ, q̃ de memoria sua nulla possit obliuione deleri: & ratã, id est, talẽ, q̃ de memoria sua nulla possit mutatione cõuelli. Rõnabilẽ aũt eã fieri deposcim', id est, talẽ, q̃ diuinæ rõni cõueniat. Refert. n. inter rõnabile & rõnale: qa rõnabile dr̃, q̃ de rõne ꝓcedit, & rõnale, qđ utit̃ rõne. Vel ita, quã oblationẽ tu Deus digneris in oĩbus facere benedictã, hoc est, transferre in eã hostiam, quæ est oĩmodis bñdicta, asscripta, rata, rõnabilis, & acceptabilis. Benedicta dr̃ hostia salutaris, idest, ab oĩ cã maledictiõis immunis, tã originali, q̃ actuali: tã crĩali, q̃ ueniali. Sicut El. sabet inquit ad uirginẽ: Bñdictus fructus vẽtris tui. Asscripta dr̃, id est, figuris & scripturis ueteribus designata, tã in agno Paschali, q̃ in manna cęlesti: tã in Isaac immolando, q̃ in Abel immolato. Qm̃ (vt inquit Ioañes) hic est agnus, qui occisus est ab origine mũdi. Rata dr̃, quasi nõ trãsitoria, sicut uetus q̃ recessit, & noua successit, sed q̃ ꝑmanet in æternũ s̃m ordinem Melchisedech. Rõnabilis dr̃, quasi non peculiaris, sicut erat legalis, q̃ sanguine taurorũ & hircorũ nõ poterat à peccato mũdare, sed q̃ sanguine ꝓprio cõscias emũdat ab operib' mortuis. Acceptabilis dr̃, quasi nõ illa de qua dicit Propheta, Sacrificiũ & oblationẽ noluisti. Sed sicut dñs ait: Sacrificiũ laudis honorabit me. Sedm hãc* dispõnẽ recte subiũgit̃, vt fiat corpus & sanguis dilectissimi filii tui domini nostri Iesu Christi.

Explicit Liber Tertius.

Marginal notes: *Iudæ venditio contraria oblationi nostræ.* — *Ps. 108.* — *Act. 1.* — *Quinque cruces.* — *Asscripta, rata, rationabilis.* — *Benedicta Luc. 1.* — *Exod. 12. 16.* — *Gen. 4. & 22.* — *Apo. 13.* — *Rata.* — *Heb. 9.* — *Rationabilis.* — *Acceptabilis.* — *Psa. 39.* — *Psa. 49.* — *Expositionem.*

MYSTE-

MYSTERIORVM Euangelicæ Legis ac Sacramenti Eucharistiæ,

LIBER QVARTVS.

De sacramento Eucharistiæ, Caput I.



Cce nunc ad summum sacri verticē accedētes, cum ad ipsum cor diui ni sacrificii penetramus quicqd conamur exprimere, vix vllius apparet esse momenti, deficit lingua, sermo dissparet, superatur ingenium, opprimitur intellectus. Quis enim nouit ordinem cœli, & ponit rōnes eius in terra Sed pulsemus ad ostiū, si forte clauis Dauid aperire dignetur, vt accōmodet nobis tres panes amicus, qui maximè nobis erunt in hoc conuiuio necessarij. Fides.n. petit & accipit, spes quærit & inuenit, charitas pulsat & aperit: petit & accipit vitam, quærit & inuenit viam, pulsat & aperit veritatem. Is enim est via, veritas & vita.

Iob. 38. *Apoc. 3.* *Luc. 11.* *Ioan. 14.*

CANONIS SACRI Pars Sexta.

QVi pridiè quàm pateret, accepit panē in sanctas ac uenerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deū patrē suum omnipotētem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPVS meum.

De diuersis figuris Eucharistiæ, quæ præcesserunt in veteri testamento. Cap. II.

QVintadecima die mensis primi, quæ tunc extitit sexta feria, passus dn̄s est, & præcedente nocte, videlicet quartadecima luna primi mensis ad vesperā, ut legis figuras impleret, post typicum Pascha, corporis & sanguinis sui sacrm̄ instituit, & Ecclesiæ tradidit frequentandum. Sic enim fuerat p̄figuratū in Exodo: Decima die mensis primi tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas, & seruabit eū vsq; ad quartā decimā diē mensis huius, immolabitq; eū vniuersa multitudo filiorū Israel ad vesperā, & sument de sanguine agni, & ponēt super utrunq; postē, & in superliminaribus domorū in quibus comedēt illū, & edent nocte illa carnes assas igni, & azymos panes cū lactucis agrestibus. Et post pauca: Est.n. phase, id est, transitus dn̄i. Transitū istū Ioannes Euangelista determinat, dicens: Ante diē festū Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad patrē, quū dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, et facta cœna compleuit ea, quæ fuerant figurata. Aegyptus est mundus, exterminator diabolus, agnus Christus, sanguis agni passio Christi, domus, aīarū corpora, superliminare domus, cogitationū corda. Hæc sanguine tingimus per passionis fidem. Illa sanguine tingimus per passionis imitationem, signū crucis intus & foris opponentes, contra aduersarias aereas potestates. Deniq; carnes agni comedimus, quum in sacro verum corpus Christi suscipimus, & azymos panes, id est, syncera opera, cū lactucis agrestibus, id est, amaritudine pn̄iæ. Sicut enim manna fuit datū Hebræis post transitū maris rubri iā submersis Aegyptijs, sic Eucharistia dat̄ Christianis post ablutionē baptismi, iā deletis peccatis, ut per baptismū mundemur à malo, per Eucharistiam seruemur in bono. Nam sicut manna populum illū per vastitatē inuiæ solitudinis ad terram promissionis perduxit, sic Eucharistia populū istū per incolatum vitæ præsentis ad patriā para disi perducit. Vnde rectè viaticū appellat, q̄a reficiens in via, ducit ad patriā. Sanè q̄ in māna p̄cessit, in Eucharistia consummatur. Nā quantamlibet quis-

Exo. 12. *Agnus paschalis.* *Ioan. 13.* *Exo. 16.* *Manna.*

que partem accipit; totã percipit Eucharistiã, sicut euenit de manna. Quia nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus. Hanc ergo præfigurabat panis
Sap. 16. ille cœlestis, de quo Sapiens ꝓtestatur: Panẽ de cœlo præstitit sine labore, omne delectamentũ in se habentẽ,
Ioan. 6. & omnis saporis suauitatẽ. Quod de
2. Corin. se quasi Christus exponẽs: Ego sum,
10. inquit, panis viuus, qui de cœlo descẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Et panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hinc igitur Apostolus ait: Nolo vos ignorare fratres, quia patres nostri oẽs eandem escã spiritualem manducauerũt, & oẽs eundem potum spiritualẽ bibe runt. Bibebant aũt de spirituali consequente eos petra. Petra aũt erat Chrs.

Quare sacramentum corporis & sanguinis Christi constitutum est sub specie panis, & vini. Cap. III.

Gen. 14. Accepit panem. Hunc sacrificij ritum Melchisedech primus legitur celebrasse, offerens panẽ & vinũ. Erat. n. sacerdos Dei altissimi. Vñ Da-
Ps. 109. uid inquit ad Chrm: Tu es sacerdos in æternũ secũdũ ordinẽ Melchisedech. Sacrificium ergo euangelicũ ꝓcessit legale, nõ solũ dignitate, sed ẽt tẽpore, sicut Apostolus plenius ostẽdit in epi
Heb. 7. stola ad Hebręos. Ideo verò panẽ & vi
Panis et vinum. num in sacrificiũ corporis & sangui-
Ps. 103. nis sui Chrs instituit: quia sicut prę cæ
Psa. 22. teris cibis & potib⁹ corporalibus panis cor hoĩs cõfirmat, & vinũ lætificat cor hoĩs: ita corpus & sanguis Christi præ cæteris cibis & potib⁹ spũalibus interiorem hoĩem reficiũt & saginãt. vnde: Poculum tuũ inebrians, q̃ præclarum est. In his. n. duobus plena cõsistit & perfecta refectio, sicut ipse testatur: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Panis autẽ debet esse de frumento, & vinũ de vi-
Ioan. 12 te. Quia Chrs semetipsum cõparauit frumento, quum ait: Nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuum fuerit, ip-
Ibidem. sum solũ manet. Et viti, quum dixit:
15. Ego sũ vitis vera. Porro nec racemus vuæ, nec granũ frumẽti dẽt offerri, nisi vel expressum in vinũ, vel redactũ ĩ panẽ, quia Chrs & panẽ se dedit, & frumẽto se cõparat. Quia verò Chrs accepit panem & calicẽ in sanctas ac venerabiles manus suas; & sacerdos exẽplo Chri panem & calicem in manus accipiens, vtrunque per se crucis signaculo benedicit: cum tñ sacerdos plures simul bñdicit oblatas, vnã pro oĩbus in manibus accipit. Nã & ĩ vnũ Chri corp⁹ oẽs sil hostiæ cõnertũtur.

De azymo & fermentato pane. Cap. IIII.

Panis autẽ nõ fermentatus, sed azymus dẽt offerri in sacrificium, tũ ratione facti, tum ẽt ratione mysterij. Sic. n. legitur præceptũ in Exodo: Pri- Exod. 12.
mo mense, quartadecima die mẽsis ad vesperã comedetis azyma, vsq; ad diẽ vicesimamprimã eiusdẽ mensis ad vesperam. Septẽ diebus fermentatũ non inuenietur in domibus vestris. Qui comederit fermẽtatũ, peribit aĩa eius de cœtu Israel, tàm de aduenis, q̃ de indigenis terræ. Oẽ fermentatũ nõ comedetis: in cunctis habitaculis vr̃is edetis azyma. Quum ergo Chrs quartade- Christus
cima die primi mẽsis ad vesperã cœ- in azymo
nauerit cũ discipulis, & agnũ pascha- con-
lẽ comederit, & vtiq; ritu legali cũ a- secrauit.
zymis panibus & lactucis agrestibus, cõstat qđ ea hora fermentatũ nõ inueniebatur in domibus Hebræorũ. Et ita panẽ azymũ in corpus suũ sine dubio
consecrauit. Fermentũ. n. corruptionẽ 1. Corin.
signat, Apostolo testãte, qui dicit: Mo- 5.
dicum fermẽti totam massam corrumpit. Vt ergo nihil corruptũ sine corrũpens, sed totũ syncerũ atq; syncerans ĩ hoc esse sacro monstret, nõ fermentatũ, sed azymũ consecramus. Nam ſm Ibidem.
Apostolũ, Pascha nr̃m immolatus est Chrs. Itaq; epulemur, nõ in fermento veteri, neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed ĩ azymis synceritatis, & ve
ritatis. Græci aũt in suo ptinaces erro Argumẽ
re, defermẽtato cõficiunt, asserentes ĩ ta Græ-
parasceue Lunã quartamdecimã exti- corum.
tisse, in qua verus agnus est imolatus, vt legis impleret figura, q̃ quartadecima Luna primi mẽsis paschalẽ agnũ

iusserat

iusserat immolari. Dominus ergo ea die se passurũ esse prænoscens, præcedente in vespera necessitate ductus anticipauit comedere Pascha, & qa tunc licitè poterat comedere fermẽtatũ, & ipsi corpus dñi de fermentato cõficiunt. Nã & Ioãnes Euãg. testaẽ, qd ante diẽ festũ Paschę, Iesus cũ apostolis nocte cœnauit. Dicit ẽt Iudæos in parasceue non intrasse p̃toriũ, vt nõ contaminarentur, sed comederent Pascha. Sabbatũ quoq; post crucẽ magnũ diẽ sabbati noĩauit, qd dici non solet, nisi cũ sabbato festũ concurrat. Et Lucas ait, qd mulieres in parasceue parauerunt unguenta: qd eis in die festo facere non liceret. Matthæus quoq; describit, qd principes sacerdotũ & seniores populi disposuerant Chrm occidere, sed non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Porro, q̃ dicta sunt, eorũ assertioni non cõsonãt, si sanè fuerint intellecta. Pascha nãq; dr dies, solennitas agnus & hora. Dies, vt ibi: Appropinquabat aũt dies festus azymorũ qui dr Pascha. Solennitas, ut ibi. Ante diẽ festũ Paschę. Agnus, vt ibi: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Hora, vt ibi: Scitis quia post biduum Pascha fiet. Dies autẽ festus Paschalis erat qntadecima luna fm illud: In quintadecima die solennitatẽ celebrabitis altissimo dño. Nã quartadecima non erat solẽnis, nisi tm ad uesperã. Ante diem festũ hunc dñs Pascha cũ apostolis celebrauit. Nã, vt inquit Matthæus, prima die azymorũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis, paremus tibi comedere Pascha? Et uespere facto discubuit cũ duodecim. Marcus aũt primũ diẽ azymorũ determinat, dicens: Qñ Pascha immolabant. Et Lucas: In qua necesse erat occidi Pascha. Cõstat ergo qd Chrs cũ apostolis eo die fecit Pascha, quo necessario fiebat ex lege, scilicet quartadecima luna primi mẽsis ad uesperã. Hoc ẽt incunctanter poterit inuenire, quisquis tabulã cõputi percurrerit diligenter. Diẽ magnũ sabbati noĩabant in tribus solẽnitatibus hebdomadalibus, quocunq; septẽ dierũ contingeret. Nã oẽs erant solennes & si non adeo sicut primus & ultimus sed ad edendũ azyma septẽ diebus oportebat eos omnes existere mundos. Vñ quolibet septẽ dierũ non poterant introire p̃toriũ, ne contaminarenẽ, sed comederent Pascha, id est, in Pascha. Vel, noĩe Paschæ pñt & azyma designari. Quod aũt mulieres die festo dicuntur vnguẽta parasse, non obest, qa non erant sub lege, sed sub grã. Verum tñ Lucas ait, Quia sabbato siluerũt sẽcundũ mandatũ. Sed & mandatũ erat in lege, qd in diebus azymorũ prima, & vltima nihil operis facerent, exceptis his q̃ pertinent ad vescendũ. Pręterea, nemo tũc ẽt volentibus emere uẽdidisset aromata. Nã & Marcus testaẽ, qd quũ trãsisset sabbatũ, mulieres emerunt aromata, vt venientes vngerẽt Iesum. Vt ergo nihil dubietatis remãeat, Lucas reducatur ad Marcũ, vt intelligaẽ, qd mulieres reuertentes parauerunt, fm Lucã, aromata & vnguenta, non tunc, sed scdm Marcũ, cũ sabbatũ pertransisset. Quid si longè añ parauerant, quia frequẽter audierant dñm in proximũ moriturũ? Nonne Magdalena iã parasse vr̃, & per inspirationẽ p̃occupasse mysteriũ vnctionis, teste Veritate, quæ dixit, Mittens hæc vnguentũ in corpus meũ, ad sepeliendũ me fecit? Et iterũ: Sinite illã, vt in die sepulturæ meæ seruet illud. Sed vnguentũ quod prius inceperat, postea consumauit. Porro dispositio sacerdotũ dispõni Dei præualere non potuit, qui disposuerat, ut uerus agn⁹ in diebus paschalibus immolaretur, & sicut typicus agnus quartadecima Luna primi mẽsis comedebaẽ in nocte à Iudeis, ita uerũ agnũ discipuli eadẽ hora comederũt. Verũ etsi verũ esset quod Græci de luna contendunt, credẽdũ tñ est ita ritũ legis in hoc sicut in aliis dñm obseruasse, qui non uenit legẽ soluere, sed adimplere, natus de muliere, fact⁹ sub lege, ut eos q sub lege erãt, redimeret. Sed ipsi rursum opponũt, quia cũ ueritas venit, figura cessauit, et euanuit vmbra quũ lumen effulsit. Quũ ergo ad

Marginalia: Ioan. 13 — Ioan. 18 — Luc. 23. — Mat. 26 — *Solutio argumẽtorum.* — Luc. 22. — Ioan. 13 — Mat. 26 — Ibidem. — Leuit. 23. — Mat. 26 — Mar. 4. — Luc. 22 — *Magnus dies sabbati.* — Ioan. 18 — Luc. 23. — Mat. 26 — Ioan. 12 — Matt 5. — Galat. 4

Alia Græcorũ obiectio. verũ Pascha peruẽtum est, q̃ p̃cesserãt in typico cessauerunt, ſm illud: Nouis superuenientibus, vetera proijcietis, & Apostolus ait: Vetera trãsierũt, ecce noua facta sunt oĩa. Et iõ Chr̃s sicut verũ Pascha cõfecit sine lactucis agrestibus sic & absq; panibus azymis, ne ueterẽ ritũ in nouo sacrificio retineret, ac per hoc nos iudaizare doceret. Nã vtrunq; pariter erat in lege p̃ceptũ. Edẽt, inq̃t, carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Sciendum ergo quod non omnes antiquæ legis consuetudines abiecit Ecclesia; sed quasdam prouida consideratione retinuit. Vnde sponsa dicit ad spõsum in Canticis Canticorũ: Omnia poma noua & vetera dilecte mi, seruaui tibi. Adhuc .n. faciẽ plenæ lunæ considerat ne Pascha celebret in defectu. Adhuc conficit oleũ vnctionis, & thus suauitatis incendit: adhuc soluit decimas & primitias: adhuc hẽt candelabrũ, & lucernas, & vestes, & uasa, & pontifices, & Leuitas. Nã si propterea repudiandũ est azymũ, quia lex illud admisit, pari ratione repudietur fermentũ, quia lex statuit in Leuitico: Offerent panes fermentatos cũ hostia gratiarũ, q̃ offerẽ pro pacificis. Itẽ in Pentecoste offerẽtis panes primitiarũ de duabus decimis similæ fermentatæ. Non solũ .n. de constitutionibus legalibus, uerumetiam de scriptis gentilium libenter assumit Ecclesia, si quid in eis p̃bẽ dictũ, uel factũ agnoscit, & tanq̃ mulieris captiuæ resecat vngues, pilosq; superfluos, ut ab alienigena falsitate mũdata, thalamũ ueritatis digna sit introire. Legales ergo consuetudines nõ penitus sunt abolitæ, neq; cõtrariis sũ peruenientibus sunt destructæ, sed interdũ in melius cõmutatæ. Nã quum Deus circuncisionẽ mutauit, nõ super duxit ꝯ̃rium, id est, p̃putiũ, sed protulit melius, id est, baptismũ, quia circuncisio nihil est, neq; p̃putiũ aliquid valet vt dicit Apostolus, sed fides q̃ per dilectionẽ operaẽ. At azymũ & fermẽtatũ penitus sunt opposita, sicut immediata ꝯ̃ria. Nõ ergo decebat, vt Deus tanq̃ sibi ꝯ̃rius abiiceret azymũ, & assumeret fermentatũ, quin potius fermẽtatũ quasi minus bonũ postponeret, & azymũ quasi maius bonũ præferret. Nec illud valere putãdũ est, qđ dicũt ideo se fermentatũ offerre, quia fermẽtatũ (vt aiunt) sp̃us sancti feruorem signat, quo supueniente corpus Chr̃i de virginis carne conceptũ est, sicut angelus illi prædixerat: Sp̃us sc̃tus supueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & qđ nasceẽ ex te sanctum, vocabiẽ filius Dei: trahentes fortassis hanc significationẽ fermẽti ex illa parabola Euangelica: Simile est regnũ celorũ fermento, qđ acceptum mulier abscondit in farinę satis tribus, donec fermẽtatũ est totũ. Nã & fermẽtũ manifestẽ signat tumorẽ vteri virginalis, & vinculũ vnionis. Porro, multo religiosius illud insinuat, quod sc̃dm apostolum Christus de massa peccatrice, corpus sine peccato suscepit, tanq̃ de fermentato susceperit azymũ, & vt inter Christũ & populũ, ita malitiæ, & neq̃tię nihil interfuit, sicut inter frumẽtũ & aquã in azymo nihil veteris massæ, vel alienæ corruptionis interuenit. (Nã p frumẽtũ, & p aquã popul' desigaẽ, sc̃dm illud: Nisi granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipsum solũ manet. Et illud: beati qui seminatis sup aquas.) Aqua sine fermẽto, mixta frumento, designaẽ populũ sine peccato Chr̃o coniunctũ: quanq̃ & illud valeat designare, qđ sicut azymus panis de pura massa, sine fermento, cõficiẽ, ita corpus Chr̃i de illibata virgine sine peccato conceptũ est. Cæterũ, id solũ Latinis sufficeret ꝯtra Græcos, ꝙ Constantinopolitanã Ecclesiam multarũ hæreseon corruptio fermentauit, vt nõ solũ hr̃ticos uerũetiã hr̃siarchas p̃duceret: Romanã aũt Ecclesiã super apostolicæ fidei petrã, stabili soliditate fundatã, nulla p̃rsus hr̃ticæ prauitatis p̃cella potuit cõquassare. Sed illud sp integra fide seruauit ꝙ ab ipsis acceperit apostolis, q pñtialiter eã sacris, vel instituere doctrinis, & ecclesiastici ritus regulã docuere. Ab ipsis ergo beatis

Marginalia (left column): *Leuit. 26.* — *2. Cor. 5.* — *Exod. 12.* — *Solutio.* — *Cant. 7.* — *Leuit. 7.* — *Ibidem. 23.* — *Deut. 21.* — *Gal. 5.*

Marginalia (right column): *Alia rursus Græcorum ratio.* — *Luc. 1.* — *Matth. 13.* — *Solutio.* — *Ioan. 12.* — *Esai. 32.* — *Romana ecclesia nunquã hæretica fuit.*

beatis apostolis Petro & Paulo, quos
& uiuos habuit, & defunctos custodit
hũc sacrificij ritum accepit quẽ hacte
nus inuiolabili cultu seruauit. Græci
vero postquã tunicã dñi inconsutilẽ di
uiserunt, vt ꝑpetuę diuisionis scãdalũ
interponerent, sacrificij ritum temerè
mutauere, quos Leo nonus ꝑ epistolã
ad Imperatorẽ Cõstãtinopolitanũ di
rectã sup uariis ↄfutauit hrsib. Qui La
al. cæteros. tinos inter* cętera Azymitas vocabãt,
quũ ipsi verius Fermẽtarij nũcupent.

De tribus uerbis, quæ formæ consecratio-
nis videntur adiecta. Cap. V.

ELeuatis oculis in cęlũ. Tria q̃dã
hic cõmemorant in Canone, q̃
nullus Euangelis[illegible] describit, videli-
cet, Eleuatis oc[illegible] in cęlum, Aeterni
testi, Mysteriũ Fi[illegible]. Quis ergo tantæ
præsumptionis extitit & audaciæ, vt
hæc de corde suo tentauerit interpone
re? Sanè formã istã verborum ab ipso
Chro acceperunt apostoli, & ab ipsis
Vide c. Cũ Marthæ, extra de celebratione missarum. apostolis accepit Ecclesia. Multa quip
pe tã de verbis, q̃ de factis dñicis ꝑter
miserũt Euãgelistæ, q̃ tñ apostoli sup-
pleuerunt, ut est illud qđ Apostolus di
cit in epistola ad Corinthios: Visus est
plusquã quingẽtis fratribus sil: deinde
visus est & Iacobo, nouissimè oĩum tã
2. Cor. 15 quã abortiuo visus est & mihi. Nã in-
ter ipsos Euangelistas, q̃dã omittũtur
ab vno q̃ supplent ab alio. Vñ quũ tres
Euangelistæ ↄmemorent: Hoc est cor-
pus meũ: solus Lucas adiecit: Quod ꝓ
Matth. 26. vobis tradet. Et cũ Matthæus & Mar-
cus dicãt, Pro multis Lucas dicit, Pro
Mar. 14. vobis, sed Matthæus addit: In remissio
Luc. 22. nẽ peccatorũ, & tñ ea q̃ addunt in Ca
Quædã in Canone superaddita sunt. none, pñt ex aliis locis Euangelij cõ-
probari, Ioãnes. n. Lazari suscitationẽ
describens, testat, qđ Iesus eleuatis sur
sum oculis, dixit: Pater gr̃as ago tibi,
qm̃ audisti me. Idẽ alibi dicit: Hæc lo-
Ioan. 11. cutus est Iesus: & subleuatis oculis in
Ioã. 17. cœlũ, dixit. Pr̃ clarifica filiũ tuũ. Si. n.
tunc in cœlũ oculos leuauit ad pr̃em
quũ animã Lazari reuocabat ad cor-
pus, quanto magis credendum est, qđ
tũc oculos in cœlũ leuarit ad patrem,
quũ panẽ & vinũ, in corpus & sangui
nẽ ꝓpriũ cõuertebat? Vtrobiq; tñ hoc
ad nr̃am istructionẽ agebat, ut & nos
oculos cordis ad terrã nõ deprimam*,
sed eleuemus in cęlũ, si, ꝙ oramus, vo
lumus impetrare. Gr̃as agẽs. Hinc quo
q; colligit, vñ sacrificiũ laudis dicat.
Quia Chr̃s gr̃as agẽs illud instituit.
Gr̃as aũt agebat nõ ꝓ se, sed ꝓ nobis,
id est, ꝓ reparatione hoĩum sic futura.

Qñõ Chr̃s cõfecit, & sub qua forma. Ca. VI.

BEnedixit. Cũ ad prolationẽ verbo *Triplex*
rũ istorũ, Hoc est corpus meum, *opinio.*
Hic est sanguis meus, sacerdos confi- *Prima.*
ciat, credibile iudicat, qđ & Chr̃s ea-
dẽ uerba dicendo, cõfecit. Porro qui-
dã dixerũt, q Chr̃s cõfecit, cũ bñdixit
lrãm cõstruentes hoc ordine: Accepit
panẽ, bñdixit, subaudiẽdũ est, dicens:
Hoc est corp9 meũ, & tũc fregit, & de-
dit, & ait: Accipite et comedite, & ite
rauit. Hoc est corpus meũ. Prius ergo
ꝓtulit illa uerba, ut eis uim cõficiẽdi
tribueret: deĩde ꝓtulit eadẽ, vt Aplos
formã ↄficiẽdi doceret. Alii vero dixe *Secũda.*
rũt, ꝙ & sacrm̃ cõfecit, & formã insti-
tuit post bñdictionẽ, cũ dixit: Hoc est
corp9 meũ intelligẽtes illã bñdictionẽ
fuisse, vł aliqđ signũ ꝙ sup panem im
pressit vel aliqđ verbũ, q sup panẽ ex-
pressit. Quibus illđ vr̃ obsistere, ꝙ pri9
fregerit, q̃ dixerit: Hoc est corp9 meũ. *Tertia.*
Nec ẽt est credibile, ꝙ prius dederit,
q̃ cõfecerit. Sanè dici pt, ꝙ Chr̃s virtu
te diuina ↄfecit: & postea formam ex-
pressit, sub qua posteri bñdicerent. Ip-
se nãq; per se virtute propria bñdixit:
nos ãt ex illa virtute, q̃ indidit uerbis.

De veritate corporis & sanguinis Christi
sub specie panis & vini. Cap. VII.

CVm. n. sacerdos illa Chr̃i verba *Quanta*
ꝓnunciat, Hoc est corpus meũ, *virtus*
Hic est sanguis meus, panis & vinum *est verborum.*
in carnẽ & sanguinẽ conuertunt, illa *Psa. 32.*
verbi virtute, qua Verbũ caro fcm̃ est, *& 114*
& habitauit in nobis: qua dixit, & fcã *Gen. 19.*
sunt, ipse mãdauit, & creata sunt; qua *Exod. 4.*
fęminã mutauit in statuã, & virgã con *& 6.*
uertit in colubrũ: qua fontes mutauit *Ioan. 2.*
in sanguinem, & aquam conuertit in *4 Reg. 1.*
vinum. Nam si uerbum Helię potuit
ignem de cœlo deponere, verbum

Christi

Chri non potuit panē in carnē mutare? Quis hoc audeat opinari de illo, cui nullū verbum est impossibile, per quē oïa facta sunt, & sine quo factum est nihil? Certè maius est creare quod non est, q̄ mutare quod est. Ac longe maius, qđ non est, de nihilo procreare quā ꝙ est in aliud trāsmutare. Illud aūt nemo est qui dubitet, & de hoc aliquis dubitabit? Absit oïno. Incomparabiliter maius est, quod Deus ita factus est hō, quod non desijt esse Deus, q̄ qđ panis ita fit caro, qđ desinit esse panis. Illud per incarnationē semel est factū, istud per consecrationē iugiter fit. Sed dixerit aliquis: Certus sum oïno qđ valet, sed nō sum certus aliquō qđ velit. Aduertat ergo, qđ Christus cū accepisset panē, bn̄dixit, & dixit: Hoc est corpus meū. Veritas.n. hoc dixit, & iō verū est oïno, quod dixit. Quod ergo panis fuerat cū accepit, corpus suū erat cum dedit. Panis itaq; mutatus erat in corpus ipsius, & silr vinū i sanguinē. Non.n. vt hæreticus sapit, sed desipit, ita debet intelligi, qđ dn̄s ait, Hoc est corpus meū, id est, hoc signat corpus meū, sicut qđ dicit Apostolus, petra autē erat Christus, id est, petra significabat Chr̄m. Hoc.n. potius dixisset de agno Paschali, q̄ de azymo pane. Nam Paschalis agn⁹ absq; dubio figurabat corpus dn̄icū: sed azymus panis, opus syncerū. Sicut aūt Ioannes baptista qđ dixerat, Ecce agnus Dei, per adiunctū determinauit, Ecce qui tollit peccata mundi: sic & Christus qđ dixerat, Hoc est corpus meū, p adiunctū determinauit, Quod pro vobis tradeť. Sicut ergo corpus Chri veraciter tradebať, ita uerè demonstrabať, non in figura, q̄ iam cessauerat, sed in veritate, q̄ iā aduenerat. Sanè cū litigarent Iudæi ad inuicē dicentes, Qūo hic poterit carnē suā dare nobis ad manducandum? Dixit illis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi mā ducaueritis carnē filii hoïs, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, hēt uitā æternā. Ideo dicit, Amen amen, id est, in veritate, in ueritate, ut non figuratiuè, sed vere intelligať qđ dixit, Nisi manducaueritis carnē &c. & ad maiorē veritatis expressionē adiunxit: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Ego verè quia vitā æternā hēre desidero, carnē Christi ueraciter comedo, & sanguinē eius veraciter bibo. Illā vtiq; carnē, q̄ traxit de virgine, & illū sanguinē, quē fudit ī cruce, Ego credo corde, & ore confiteor, qm̄ ipsum dn̄m nr̄m Iesum Chr̄m in hoc sacro manduco, fretus authoritate qua dicit, Qui manducat me, viuet pp me. Non enim cū manducať, per partes diuidiť nec lacerať sub sacro, sicut caro q̄ vendiť in macello, sed ..ersus sumiť & integer manducatur. Viuit manducatus, quia surrexit occisus. Manducatus nō moritur, quia surrexit non moriturus. Chr̄s.n resurgens ex mortuis, iam non moriť, mors illi vltra non dn̄abiť. Qđ enim mortuus est peccato, mortu⁹ est semel: qđ aūt uiuit, uiuit Deo. Sicut.n. vidua Sareptana quotidie comedebat, & nūquā diminuebat farinā de hydria & oleū de lechyto: Sic vniuersalis ecclesia quotidiè sumit, & nunquā consumit carnē & sanguinē Iesu Chri, sub diuersa specie sacri. Sicut ergo corpus Chri quotidie manducať, & nō deficit nec decrescit, ita panis quotidie trāsit in corpus Chri, sed ipsum corpus nec in aliquo proficit nec accrescit. Nō.n. de pane vel de vino mālíter formať caro uel sanguis, sed materia panis & vini mutať in substantiam carnis & sanguinis, nec adiicitur aliquid corpori, sed transsubstantiatur in corpus.

Ioan. 1.
Sensus hæreticus: Est, id est significat.
1. Corin. 10.
Ioan. 7.
Luc. 22.
Verè est corpus Christi sub specie panis.
Ioan. 6.
Confessio catholica.
Rom. 6.
1. Reg. 17.

Quod sub tota forma totum corpus existit.
Caput VIII.

VErū an partes in partes, an totū in totū, an totale transeat in totale, nouit ille q̄ facit. Ego, qđ residuū est, igni cōburo. Nā credere iubemur, discutere ꝓhibemur. Si tñ q̄rentis instet improbitas, ego salua fide concesserim, qđ totalis panis ī totale corpus conuertiť, ita qđ nulla pars panis transit in aliq̄ partē corpis. Reor aūt salua fidei maiestate, qđ ubi panis est consecratus,

cratus, sub tota specie totũ corpus existit. Sicut.n. miraculose tã magnũ corpus, sub tã parua forma cõcluditur, ita miraculose totũ corpus in singulis partibus continet, quod inde conijcio, qm̃ in quotcunq; partes species diuidant, sub singulis partibus totus est Chrs, totus in magno, totus in paruo, totus in integro, totus in fracto. Scio tñ, qđ dr̃ à quibusdã, qđ q̃ diu species panis integra pseuerat, sub totali spẽ totale corpus extitit. Vbi uero diuidit, in singulis diuisionibus incipit esse totũ: sicut in speculo dũ est integrum, vna tñ apparet inspicientis imago: sed eo fracto, tot apparẽt imagines, quot sũnt in eo fracturæ. Porrò, cũ Deus illã uirtutẽ verbis contulerit, vt ad prolationẽ eorũ corpus dñicum incipiat esse sub specie sacri, nec illa verba proferant in fractione, diligenter attendant, et ipsi rñdeant, vñ corpus Chri, quod ante fractionẽ non in singulis partibus erat totũ, sed sub totali spẽ totaliter existebat, post fractionẽ in singulas partes quodãmõ secedit & incipit esse singulatim in singulis partibus, qđ integrali ter erat in integro. Licet aũt corpus dominicũ sit in loco locale, q̃rit tñ, utrũ in sacro sit locatũ localiter, id est, vtrũ faciat localẽ distantiã, & an hẽat localẽ sitũ, ut dici debeat, quia iacet, aut sedet, aut stat. Sed & alia multa circa p̃sentẽ articulũ psit inquiri, q̃ melius est intacta relinquere, q̃ temere diffinire. Nã bestia q̃ tetigerit mõtẽ, lapidabat. Tutius est in talibus citra rõnẽ subsistere, quàm ultra rationem excedere, ne forte, quod absit, ossa regis Idumææ redigantur in cinerem.

Tutius est credere quã discutere.

Exod. 19

Amos. 2.

De fractione, ubi dicitur, quare fractio fiat & attritio. Caput IX.

FRegit. Solet à multis inquiri, sed à paucis intelligi, quid Chrs tũc immensa fregit, & quid sacerdos in altari nũc frãgit. Fuerunt qui dicerẽt, qđ sicut post consecrationẽ uera panis remanẽt accidẽtia, sic & vera panis substantia: q̃a sicut subiectũ non põt subsistere sine accidentibus, sic accidẽtia non psit existere sine subiecto: qm̃ accidentis esse, non est aliud q̃ inesse. Sed panis & uini substantiis permanentibus, ad prolationẽ illorũ verborũ corpus & sanguis Christi veraciter incipiunt esse sub illis, ita quod sub ijsdẽ accidentibus vtrũq; uere suscipitur, panis & caro, vinũ & sanguis: quorũ alterũ pbat sensus, reliquũ credit fides. Hi dñt qđ substantia panis frangit & atterit, inducentes ad hoc illud qđ dicit Apostolus: Panis quẽ frangimus. Et Lucas: Vna sabbati cũ uenissemus ad frangendũ panẽ, &c. Hi facile soluunt q̃õnẽ illã, qua q̃rit, quid à mure comedit, cũ sacrm corroditur. Comeditur.n. sm illos illa panis substantia, sub qua corpus Chri esse mox desinit. Porrò, quale significandi modum hẽt nomen accidentis in philosophica facultate, talẽ existendi modũ hẽt accidens nõis in theologica veritate. Nam sicut hoc nomen albũ, significat accidens in subiecto, id est, in adiacentia (sed hoc nomẽ albedo significat accidens sine subiecto, id est in existentia) sic ante consecrationẽ accidens est in subiecto, qm̃ existit in alio: sed post cõsecrationẽ accidens est sine subiecto, qm̃ existit per se. Transit.n. substantia; sed remanẽt accidẽtia: nec dr̃ accidẽs in vi participii, sed accipiendũ est in vi nõis. Sicut.n. ibi substantia corporis est, ubi forma corpis non vr̃, sic ibi forma panis vr̃, ubi substantia panis nõ est: nec est alius ibi panis, nisi caro Chri, q̃ nõie panis aliquando designat iuxta quod dñs ait: Panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Et Apostolus: Quotiescunq; mãducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis, &c. Non.n. debemus q̃rere naturã in gratia, neq; consuetudinẽ in miraculo. Non solum aũt accidentales, verũ et naturales p̃prietates remanere vidẽtur, vt pãneitas, q̃ saturando famẽ expellit, & vinitas quæ satiando sitim extinguit.

Falsa opinio, q̃ negat transsubstantiationem.

Reprobata est hæc opinio

sub hoc pontifice in Concilio Lateranensi, vt patet extra de summa trini. & fi. cath. Et longè ante reprobata fuit à S. Ambrosio.

1. Corin. 10.

Actor. 20.

Accidentia in sacramento sine subiecto

Iohn. 6.

Mat. 26

Dicamus ergo, qđ forma panis frangitur & atterit, sed corpus Chri sumitur & comeditur. Ea quæ notant corruptionẽ referẽtes ad formã panis, ea vero q̃ notãt acceptionẽ, ad corpus Chri.

De

De confessione Berengarii. Cap. X.

BEregarius quippe, quia suspectus habebatur de hæresi, & ne remaneret anguis sub herba, ad maiorē expssionē corā Nicolao Papa multisq; præsulibus est confessus, panem & vinū, q̄ in altari ponuntur post consecrationem, non solum sacramētum, sed etiā verum corpus, & sanguinem Christi esse, & sensualiter non solum sacramētum, sed etiam in veritate manibus sacerdotum tractari & frangi, & fideliū dētibus atteri. Nō autem corpus Christi, vel in partes diuiditur, vel dentibus laceratur, cū sit immortale & impassibile: sed in qua re fiat fractio vel attritio B. Augustinus ostendit, dicēs: Qñ Christus manducatur, reficit, non deficit. Nec quando manducamus de illo partes facimus, quod quidem in sacramento sic fit. Nam & Christus carnalē sensum discipulorum redarguit, qui putabant carnem eius sicut aliam carnem diuidēdam in partes, & morsibus lacerandam. Dicitur autem forma panis, non qui sit, sed qui fuit, sicut dicebatur Simon leprosus, non quod talis existeret, sed quod talis extiterat.

Quid etiam à mure comedatur, cum sacramentum corroditur. Cap. XI.

SI verò quæratur, quid à mure comeditur, cum sacramentum corroditur: vel quid incineratur, cum sacramētum crematur? Respōdetur, quod sicut miraculose substantia panis conuertitur in corpus dominicum cum incipit esse sub sacramento: sic quodammodo miraculose reuertitur, cum ipsum ibi desinit esse, non quod illa panis substātia reuertatur, quæ transiuit in carnem, sed quod eius loco alius miraculose creatus, quamuis huius accidentia sine subiecto possunt sic corrodi, sicut edi. Hic obstante miraculo falso, trahitur argumentum à coniugatis vel coniunctis, sicut alibi trahitur falso à contrarijs. Est enim hic color & sapor, quantitas & qualitas, cum nihil alterutro sit coloratum, aut sapidum, quantum aut quale. Miraculum quippe vincit naturam, & legi detrahit dispensatio.

Sanè in natura Dei est trinitas personarū, videlicet pater & filius & spiritus sanctus. In Hypostasi filij est substātiarum trinitas, videlicet Deitas, corpus & aīa: in sacramento corporis est trinitas specierum, videlicet panis, vinū & aqua. In natura Dei necest accidens in substantia, nec substātia sub accidēte. In hypostasi filij est accidēs in substātia, & substantia in accidente. In sacramēto corporis accidēs nō est in substātia, sed substātia cōsistit sub accidēte. *Triplex trinitas.*

Quale corpus Christus dedit in cœna. Ca. xij.

DEdit. Quæri solet, quale corpus suum Christus dedit in cœna, mortale an immortale, passibile an impassibile, ac cætera quæ ad hanc pertinēt quæstionem. Ego diuina sacramenta magis veneranda, quàm discutienda profiteor, simplicitati fidei ratus sufficere, si dicatur, quod tale dedit, quale voluit: & rursus, quale dederit, ipse nouit. Fuerunt tamen qui dicerent, quod sicut idem veraciter ipse erat, qui dabat & qui dabatur, ita in eo quod dabat, erat passibilis & mortalis, & in eo, quod dabatur, erat immortalis & impassibilis. sicut visibiliter gestabat & inuisibiliter gestabatur, inuisibiliter inquam, quantum ad formam corporis, non quantum ad speciem sacramēti. Nā in eo quod gestabat, quod erat, hoc apparebat: in eo verò quod gestabatur, quod erat, ipse non videbatur, quia forma panis, & vini velabat formam carnis & sanguinis. Hic est ille verus Dauid, qui coram Achis rege Geth suis manibus ferebatur. Quoniā ergo immortalis dabatur, incorruptibilis edebatur. Hi profecto concedunt posito quod pars aliqua sacramēti per triduum mortis Christi reseruata fuisset, idē corpus simul, & iacebat mortuū in sepulchro, & manebat viuum sub sacramento. In ara crucis patiebatur, & sub forma panis non lædebatur. Sed qm̄ incredibile iudicat, vt sm̄ eadē naturā simul esset mortalis & immoralis (qd tñ cōgruebat ei sm̄ eandē psonā.) fuerūt alij q dixerunt, qd Chrs mortalis vtiq; fuit, sed volūtate non necessitate. *Vitandæ sunt quæstiones curiosæ.* *1. Reg. 21* *Christus mortalis.*

tate. In eo quippe quod immunis erat ab oi culpa, liber erat ab oī pœna, vt nihil morti deberet, ꝑ eo ꝙ peccati nihil hēret: sustinuit tñ spōtē mortalitatē, q̃a mortē sustinere volebat. Quia si mortalitatē nō suscepisset, oīno mori non potuisset. Vt ergo probaret q̃d mortalis erat, non necessitate, sed volūtate, q̃ñ voluit, mortalitatē deposuit, q̃ñ voluit,* immortalitatē recepit. Legitur enim in euāgelio, ꝙ cū Iudæi duxissent Iesum usq; ad supercilium mōtis, vt eū ꝓcipitarent, ipse transiens per mediū illorū ibat. Cū esset ducendus, teneri se sicut passibilē tolerabat, sed cū esset præcipitandus, impassibilis ꝑ medium illorū transibat. Quatuor. n. sunt glorificati corporis ꝓprie qualitates, videlicet claritas, subtilitas, agilitas, & impassibilitas. De q̃bus legit: Fulgebunt iusti, & tanquā scintillæ in arundineto discurrent. Et, Absterget Deus oēm lachrymā ab oculis sanctorū: & iā non erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, &c. Hinc ēt dn̄s inquit in euangelio: Mensurā bonā & confertā, & coagitatā, & supereffluētem reddēt in sinū vestrū. Singulas sibi Christus singulatim accepit, anteq̃ resurgens à mortuis naturā glorificati corporis induisset. Subtilitatē, cū nasceret ex uirgine: claritatē, cū transfiguraret in mōte: agilitatē, cū incederet super mare: impassibilitatē, cū manducaret in cœna. Sicut enim signū passibilitatis exhibuit in corpore immortali, cum post resurrectionē ostendit manus & latus sic in corpore mortali signū impassibilitatis ostendit, cū carnē & sanguinē ante passionē exhibuit. Potest tñ salua fide concedi, q̃d tale tunc dedit, quale tūc habuit, mortale videlicet, & passibile. Non q̃d posset pati in sacro, sed ꝙ sub sacro poterat pati. Nunc aūt sumitur à nobis immortale & impassibile. Nec tñ maiorē hēt nunc efficaciā, sicut nec maiorē potentiā. Q̃d aūt passibilis edebat, & tñ non lædebatur, non erat humanæ naturæ, sed diuinæ potētiæ, qua valebat q̃cquid oīno volebat.

fuit non necessitate, sed voluntate.

**al. mortalitatē.*

Luc. 4.

Quatuor dotes glorificati corporis

Sap. 3.

Apoc. 7. & 21.

Luc. 6.

Quale corpus Christus Apostolis dedit.

Vtrum Iudas accepit Eucharistiam.

Cap. XIII.

Dedit discipulis suis. Dubitari solet, utrū Iudas cū alijs acceperit Eucharistiā. Lucas. n. ostendit Iudā interfuisse cū aliis, qui statim post calicē traditorē commemorat, dicens: Hic est calix noui testamenti in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Verum ecce manus tradentis me, mecū est in mensa. Quotquot aūt interfuerunt, eucharistiā acceperunt, Marco testante, qui ait: Et biberunt ex illo oēs, iuxta quod Chr̄s ipse præceperat, teste Matthæo, Bibite ex hoc oēs. Econtra Iudā non interfuisse ꝓbat. Nā f̄m Matthęū statim dixit Iesus bibētibus calicē: Nō bibā amodo de hoc genimine vitis, vsque in diē illū, cū illud bibā vobiscum nouū in regno p̄ris mei. Iudas ergo nō aderat, q̄ cū eo non erat bibiturus in regno. Bibentiū quoq; nullū excipiens ait: Pro uobis effundet, sed aliorū multos excepit, cū inquit, Pro multis effundet in remissionē peccatorū. Vñ cū, secundū Ioannē, Chr̄s dixisset apostolis, Beati eritis si feceritis ea, statim excepit: Non de oībus dico, ego scio quos elegerim. Et iterū: Vos mundi estis, sed nō oēs. Quid ergo est nobis in hoc casu tenendū? Illud fortè sine præiudicio aliorū, q̃d Ioānes insinuat: q̃a cū Iudas accepisset buccellā, exiuit continuo, erat. n. nox. Chr̄s autē post alios cibos tradidit eucharistiā, Luca testante qui dicit: Similiter & calicē postquā cœnauit. Patet ergo q̃d Iudas prius exiit q̃ Chr̄s traderet Eucharistiā. Quod autē Lucas post calicē cōmemorat traditorē, ꝑ recapitulationē p̄t intelligi. Quia sæpe fit in sacra scriptura, vt q̃d prius factū fuerat, posterius enarretur, sicut Matthæus cōmemorat, biduo ante Pascha alabastrū vnguēti: q̃d scd̄m Ioannē añ sex dies Paschæ mulier effudit in domo Simonis leprosi. Concesso autē q̃d Iudas acceperit eucharistiā, q̃d expositorū pleriq; concedūt, quærēdū est, qua rōne medicus salutaris medicinā dabit ægroto, q̃ ei sciebat esse mortiferam?

Quod Iudas adfuerit in cœna.

Luc. 23.

Mar. 14

Matt. 26

Quod Iudas nō affuerit in cœna.

Mat. 26

Ioā. 13.

Ibidem.

Determinatio q̃d Iudas non acceperit corpus domini.

Mat. 26

Ioan. 12.

1. Corin. 11. tiferã? Sciebat.n. quod qui manducat indignè, iudiciũ sibi manducat. An ut
Exemplũ sacerdoti à Christo datum. suo doceret exẽplo, quod sacerdos nõ dẽt illi cõionẽ negare, cuius crimẽ etsi sibi sit notũ, non tñ Ecclesiæ manifestũ, ne forte non sit corrector, sed proditor? Vnde caută reperit in canone: Non prohibeat dispẽsator pingues terræ mensam dñi manducare, sed moneat exactorẽ timere. Sit ita, si nihil qđ melius ualeat rñderi. Porrò cũ minus malum sit reddi suspectũ de crimine, q̃ cõmittere crimen, & de duobus malis, & cũ alterũ vrget, minus sit eligendũ, cur discretus sacerdos nõ neget eucharistiã criminoso, quatenus minus malũ incurrat, vt maius euitet, id est, vt reddat suspectus, ne manducet indignè? Sanè cum nemo debeat vnũ mortale cõmittere, ne proximus aliud mortale cõmittat, eligẽdũ est potius sacerdoti nõ prodere peccatorẽ, ut ille non peccet. Sed ille potius debet eligere, vt abstinendo reddatur suspectus, q̃ cõicando manducet indignè. Si verò quæras, utrũ Christus ad bonũ, an ad malũ eucharistiã Iudæ tradiderit. (Et quidẽ non uĩ ad bonũ dedisse, ne sua fraudatus sit intentione, qui teste Propheta fecit vniuersa q̃ voluit. Iudas enim non ad bonũ, sed ad malũ accepit: sed nec ad malũ dedisse vĩ, quia Christus non est author malorũ, sed vltor.) rñdere verissimè põt, qđ si propositio intentionẽ denotet vel affectũ, cũ dr̃, dedit ad malum, falsa est propositio. Sin aũt cõsecutionẽ insinuat vel effectũ, vera est. Quia uerò Christus buccellã intinctã Iudæ porrexit, unde constitutũ est ab Ecclesia, ut eucharistia non detur intincta: Constitutũ est nihilominus & pro hæresi extirpanda, quæ dogmatizauit Christum sub neutra specie totũ existere, sed sub vtraq; simul existere totũ. Nec debet intelligi, quod sub buccella panis intincta Christus eucharistiã dederit traditori, sed per buccellã intinctã atq; porrectã, suũ deniq; traditorẽ expressit, fortassis p panis intinctionẽ illius significans fictionem.

Quæstio. Ps. 113. Responsio.

Ne detur eucharistia intincta.

De duobus modis Eucharistiam comedendi. Caput XIIII.

Accipite & manducate. Non est intelligendum, qđ sumptũ corpus de manu dñi sibi discipuli ministrarent, sed qui cõsecrauit, idẽ & ministrauit, ac si diceret: Comedite, iterũque, comedite, utramq; huius sacramẽti comestionẽ insinuans. Dupliciter.n. corpus Chr̃i comedit, quia dupliciter intelligitur. Verum, qđ de virgine traxit & in cruce pependit, & mysticum, qđ est Ecclesia Chr̃i spiritu uegetata. De vero corpore dñs ait: Hoc est corpus meũ, qđ p vobis tradetur. De mystico dicit Apostolus: Vnus panis & vnũ corpus multi sumus. Verũ corpus Christi comeditur sacr̃aliter, id est, sub specie. Mysticũ aũt comeditur spũaliter, id est, in fide, sub specie panis, in fide cordis. De comestione sacr̃ali dñs ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meũ, qđ pro vobis tradetur, hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hoc mõ tã boni q̃ mali corpus Chr̃i manducant. Sed soli boni comedũt ad salutẽ, mali uero comedunt ad iudiciũ. Nisi enim mali corpus Christi comederent, non dixisset Apostolus: Qui manducat indignè, iudiciũ sibi manducat, & bibit, non dijudicãs corpus dñi. Nã & Iudas tradit cũ aliis eucharistiã accepisse. De spũali comestione dñs ait: Nisi manducaueritis carnẽ filii hoĩs, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Hoc mõ corpus Chr̃i soli boni comedũt, vnde: Qui manducat carnẽ meã & bibit sanguinẽ meũ in me manet & ego in eo. Nã qui manet in charitate, in Deo manet & deus in eo. Vt quid paras dentẽ & ventrẽ? crede, & mãducasti. Qui credit in deũ comedit ipsum qm̃ incorporat Christo p fidẽ, id est, membrũ eius efficit, vel in vnitate corporis eius firmus solidat. Alibi qđ manducat, incorporat, & qui manducat, incorpora. Hic aũt qđ manducat, incorporat, & qui mãducat, incorporat. Vtrũq; modũ Chr̃s edẽdi insinuat, vbi dicit: Spũs est qui uiuificat,

Duplex corpus Christi, verum et mysticũ. Luc. 23. 1. Corint. 10.

1. Corin. 11.

Spiritualis manducatio

1. Ioã. 4. Augustinus de Cons. di. 2. ca. vt quid. Ioan. 6.

uificat, caro nõ ꝓdest quicq̃. Quia caro Chri, nisi spũaliter comedat, nõ ad salutem, sed ad iudicium manducatur.

Quid fiat de corpore Christi, postquã fuerit sumptũ & comestum. Cap. XV.

FOrtasis cogitatio adhuc pulsat aĩum, quærens quid fiat de corpore Chri, postq̃ sumptũ fuerit & comestũ? Tales sunt cogitationes mortaliũ vt uix quiescere velint, in his maximè quæ q̃renda nõ sunt. Audi consiliũ Sapientis, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruteris, sed q̃ præcepit tibi Deus, illa semp cogita, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Si vero pñtia quærit corporalis, in cœlo q̃rat, vbi Chrs est in dextra Dei sedens. Ad tps th pñtiam exhibuit corporalẽ, vt ad spiritualem pñtiã inuitaret. Cũ sacrum tenetur, comedit & gustatur, Christus corporaliter adest in visu, in tactu, & in sapore. Quãdiu corporalis sensus afficitur, corporalis præsentia non aufert. Postquã aũt in percipiẽdo sensus deficit corporalis, deinceps nõ est quærenda corporalis pñtia, sed spiritualis est retinenda. Dispensationem cõpleta, Christus de ore trãsit ad cor. Melius est. n. vt procedat in mentẽ, q̃ vt descendat in ventrẽ. Cibus est nõ carnis, sed aĩæ. Venit ut comedat, non vt consumatur: vt gustetur, non vt incorporet. Ore comedit, sed stomacho non digeritur. Reficit animũ, sed non effluit in secessum. Illud ergo sanè dẽt intelligi, quod dñs ait, Oẽ quod in os intrat, in ventrẽ vadit, & in secessum emittitur, quũ constet illud fuisse dictũ non de spũali cibo, sed de carnali.

Eccles. 3

Christus spũalis est eucharistia.

Mat. 10

Quod si secessus aut vomitus post solã Eucharistiæ perceptionẽ eueniat. Cap. XVI.

QVod si forte secessus uel fluxus, aut vomitus post solã Eucharistiæ perceptionẽ euenerit, ex accidentibus & humoribus generatur, quũ interdũ humores absque cuiuslibet cibi materia vel effluãt in secessum, uel emittant ad vomitũ. Quũ ergo post dispensationis officiũ aliquid iterato sentitur, in hoc quoq; species ad proprietatem sensui famulatur, ut ueritas similitudinis ubiq; seruetur. Nam in quo similitudo deficeret, in eo sacramentum non esset, sed ibi se proderet, & fidei locum auferret, neq; iam crederet, quod ita fieri non oportet. Itaque quantũ ad nos seruat per omnia corruptibilis cibi similitudinẽ, sed quantum ad se, nõ amittit inuiolabilis corporis veritatẽ. Species q̃nq; corroditur vel maculat, sed ueritas nunquam corrumpitur, aut coinquinatur. Si q̃n tale quid uideris, noli timere sibi, sed esto solicitus tibi, ne tu malè lædaris, si malè credideris. Si vero q̃rat, vtrum Christus localiter descendat de cęlo, vel ascendat in cęlũ quum exhibet aut subtrahit pñtiam corporalẽ, an aliter incipiat vel desinat esse sub specie sacramenti. Respõdeo nõ opportere nos in talibus curiosus existere, ne plus quã possumus, pręsumamus, & nõ cõprehẽdamus. Salubre cõsiliũ dedit Apostolus: Noli plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Ego nescio quomodo Christus accedit, sed & quomodo recedit ignoro, nouit ille q nihil ignorat.

Quæstio nes curiose demi tandæ sunt.

Rom. 12.

Quando fiat transsubstãtiatio. Cap. XVII.

HOc est enim corpus meũ. Si ad prolationẽ istorũ verborũ, Hoc est corpus meũ panis mutatur in corpus, & ad prolationem istorum verborum: Hic est sanguis meus, vinum mutatur in sanguinem, prius proferantur ista verba quam illa: Prius ergo mutatur panis in corpus, quã vinũ in sanguinem. Nũquid igitur corpus est sine sanguine, vel sanguis sine corpore? Propterea dicitur à quibusdã, ꝙ quum totum est dictum, totum est factũ, nolentes vel non valentes ipsius conuersionis determinare momentum. Alij verò dicunt, & benè quod licet ad prolationẽ pcedentiũ panis à natura mutetur in corpus, & ad prolationem sequẽtiũ vinũ pterea mutetur in sanguinem, nũquã tamẽ est corpus sine sanguine, vel sanguis est sine corpore, sicut neutrũ est sine aĩa, sed sub forma panis sãguis existit in corpe pmutatio

Naturalis concomitãtia.

neu

nẽ panis in corpus, & cõuerso. Non quod panis i sanguinẽ, vel vinũ mutetur in corpus, sed quia neutrũ põt existere sine reliquo. Est ergo sanguis sub speciebus panis, nõ ex vi sacri, sed ex naturali cõcomitãtia, fm fratrẽ Aegidiũ. Sed quæritur, quid demõstrauerit Chrs, quũ dixit: Hoc est corpus meũ? nõ panẽ, quia de pane nõ erat verum, quod corpus eius existeret, nec corp⁹, quia nõdũ illa verba ꝓtulerat, ad quorum prolationẽ panẽ mutauit in corpus. Quid ergo? Similis obiectio fit à logicis, cũ dr: Hoc vinũ est mortuũ, posito qđ in ꝓlatione subiecti sit vinũ, & in ꝓlatione pdicati sit mortuũ. Sed quantũ distat ortus ab occasu, tñ refert inter miraculũ & naturã. Ab huius ergo qõnis laqueo facilè se absoluit, qui dicit, ꝙ Chrs tunc cõfecit quũ benedixit. Nã si opponaẽ de sacerdote, quis tunc cõsecrat, quũ illa verba pronunciat? Rñdetur, qđ sacerdos nihil demonstrat, quũ illis verbis nõ vtatur enunciatiuè, sed recitatiuè, quemadmodũ Chrs ait: Ego sum vitis & vera, Ego sum lux mũdi, & innumera talia. Sed rursus quæriẽ, quid demõstrauit, quũ dixit: Manducate ex hoc oẽs? Licet in nullo quatuor Euangelistarũ hoc legaẽ de corpore, sed tm de sanguine, Bibite ex hoc oẽs. Quũ.n.iam panẽ fregisset, si demõstrabat aliquid fragmentorũ, illud non debebant oẽs comedere, quũ singulis singula distribueret. Si demõstrabat corpus, nõ poterat ex isto, sed illud comedere, quia corpus Chri nõ manducaẽ p partes, sed integrũ. Sanè secũdũ rlam Tyconij dẽt intelligi, qua frequẽter in sacra Scriptura vẽ agi de vno, sed agiẽ de diuersis, vt est illud: Bñdixit, fregit & dedit, bñdixit panẽ, formã fregit, & dedit corpus. Eodẽ mõ quñ dixit: Mãducate ex hoc oẽs, pronomen ostendit integrũ corpus, & ꝓpositio innuit formã diuisam, vt iste sit sensus: Comedite hoc corpus integrũ sub forma diuisa. Nã sola forma p ptes diuidiẽ, & totũ corpus integrũ mãducaẽ. Simili mõ

Quid demonstrat Hoc.

Manducate ex hoc omnes.

De septẽ regulis Tyconij vide B. Aug. de doctrina Christiana lib. 3. circa finem.

st intelligi, qđ subiũxit. Hoc est corp⁹ meũ, i. illud qđ pbeo sub hac forma.

De forma verborum. Cap. XVIII.

QVæritur etiam, vtrũ additio, vel subtractio, transpositio vel mutatio, si fortè fiat in illa forma verborũ quã Chrs expressit, effectum consecrationis impediat an non? Vt si dicatur addẽdo, Hoc est corpus meũ, quod assumpsi de virgine; vel subtrahendo, Hoc est corpus meũ; vel trãspónendo Corpus meũ hoc est; vel interponẽdo, Hoc est vtiq; corpus meũ; siue mutãdo, Hoc est corpus Iesu. Sanè fecit Deus hoĩem rectũ, sed ipse se infinitis miscuit quæstionibus. His itaque prætermissis, q̃ qsique subuertunt animũ, magis q̃ ædificent, illud pro certo sciatur, qđ grauiter peccat, qui quolibet horũ quomodolibet attentauerit, maxim è si formã intendat mutare, vel hæresim introducere, quia forma verborum quam Christus expressit, p oĩa illibata dẽt seruari, quamuis secundũ philosophũ noĩa & verba transposita idẽ significẽt, nec vtile p inutile vitieẽ.

Varia quæstiones de forma verborũ.

Eccle. 7.

Non est mutanda verborum forma.

Vtrum panis transsubstantietur in Christum. Cap. XIX.

POrrò quum panis transsubstantietur in corpus, & vtique rationali spiritu animatum, videtur qđ panis transsubstantietur in hominẽ: pari ratione in Christũ transsubstantiatur, & ita in creatorẽ. Sic ergo creatura quotidie fit creator. Quidã voluerũt astruere, quod panis trãssubstantiaẽ in Christum, non tñ in creatorem, quia Christus dicitur secundum naturã humanam, secundum quam panis transsubstantiatur in ipsum. Nam sicut dicitur Christus manducari, quia corpus eius comeditur, ita panis credendus est in ipsum mutari, quoniam in corpus eius conuertitur. Ego sum (inquit) panis viuus, qui de cęlo descendi, & panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Christus igitur seipsum & carnẽ suam nomine panis appellat, vt ostẽdat ex hoc, qđ panis sicut verè mutaẽ in carnẽ ipsius, ita verè mutaẽ i ipsũ,

Ioan. 6.

Ego

Ego tamen ſicut in alijs, ita pariter in hoc diuina ſacramenta magis venerãda, quàm diſcutienda profiteor. Scriptum eſt enim: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum igni. *Exod. 12.* Etſi ſecundum uim inferentiæ nõ ſequatur: Quod ſi panis tranſſubſtantiatur in corpus humanum; ideo panis tranſſubſtantietur in hominem, quia nõ homo, ſed hominis pars eſt corpus.

De modo tranſſubſtantiationis. Cap. XX.

QVæritur autem, Vtrum ante conſecrationem ſit concedendum, panis erit corpus Chriſti, uel poſt conſecrationem, id quod panis fuit, eſt corpus Chriſti. Quod inde uidetur, quoniam qui ſacerdos fit, erit ſacerdos, & qui ſacerdos eſt factus, ſacerdos eſt. Similiter quod corpus fit, erit corpus, & quod corpus eſt factum, eſt corpus. Quis enim dixerit, quod hoc fit illud, ſi nunquam hoc erit illud? Tradit etiam Auguſtinus, ante cõſecrationem panem eſſe & vinum quod natura formauit, poſt conſecrationem verò carnem & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit. *De conſe. diſt. 2. ca.* Et Ambroſius in hæc uerba Quod erat panis ante conſecrationem, iam eſt corpus Chriſti poſt conſecrationem. Nam & ſi panis nec erit corpus Chriſti, nec aliud, panis ibi nihil erit, & ita panis annihilatur. Ergo nec fit corpus Chriſti, nec aliud. Si vero dicatur, quod panis erit corpus Chriſti, ſtatim infertur, aliud fore corpus Chriſti, quod nec fuit natum, nec paſſum, nec mortuum, nec ſepultum. Demonſtratis quoque diuerſis panibus, oportebit concedi, quod hoc etiam illud erit idem, & non eſt idem Hoc igitur fiet illud. Rurſus ſi hoc erit panis, & non eſt corpus Ieſu, quod eſt penitus impoſſibile. præterea ſi id quod fuit panis, eſt corpus Chriſti, profectò corpus chriſti eſt illud quod fuit panis, ergo corpus Chriſti, vel fuit, vel eſt panis. Diuerſa & innumerabilia talia poſſent inferri, quæ penitus à veritate diſcordant. Propter hæc & alia, quæ circa præſentem articulum ſubtiliter magis quam utiliter poſſent inquiri, non deſunt qui dicunt, quod ea ratione dicitur panis mutari, vel conuerti ſeu tranſubſtantiari, ſiue tranſire in corpus chriſti, quod corpus Chriſti ſub eiſdem accidentibus loco panis incipit eſſe, ſicut dicitur à Grãmaticis, quod a mutatur in e, quum à preſenti formatur preteritũ, ago egi, qa loco huius literæ a, ponitur hæc litera e. Quidam aũt expreſſe dixerunt, quod ipſa panis eſſentia uerè mutatur in corporis Chriſti ſubſtãtiã, nec redigitur panis in nihilum, quia deſinit eſſe quod fuit, ſed mutatur in aliud, quoniã incipit eſſe quod non fuit. Fit autẽ ipſa conuerſio, non ſecundũ unionẽ, ſed ſecundũ tranſitionẽ, quia nequaquã eſſentia eſſentiæ accedit in augmentũ, vt per id quod accedit, id ad quod accedit, maius aliquid fiat, ſed id quod accedit, fit unũ cũ eo ad quod accedit. Nec corpus accipit eſſe panis, ſed panis accipit eſſe corporis, quia panis trãſit in corpus, non corpus in panẽ. Cũ ergo cõcluditur quoniã aliud erit corpus Chriſti, quod nec fuit natũ, nec paſſum, ſi relatio fiat ad predicatũ, eſt falſum, ſi uero ad ſubiectũ, eſt uerum. Sed inde non prouenit, Ergo corpus Chriſti nec fuit natũ, nec paſſum. Sicut non ſequitur. Aliquid eſt pater, quod nec genuit nec ſpirauit. Ergo nec pater genuit, nec ſpirauit. Quod aũt infertur, Hoc & illud erunt idẽ, & ſunt idẽ, hoc igitur fiet illud, non ꝓuenit, ſed ita rectius īferretur: Hoc ergo fiet aliqd quod erit illud. Sicut pater & filius ſunt idẽ, non tñ pater eſt filius, ſed id quod eſt filius. Licet aũt hoc erit illud, nũquã tñ erit uerũ hoc eſſe illud, quoniam hoc deſinit eſſe hoc, & incipiet eſſe illud. Sicut ſanũ erit ægrũ, nunquã tñ erit uerũ ſanũ eſſe ægrũ, quia ſanũ deſinit eſſe ſanum, & incipit eſſe ægrum. Quãuis & id quod fuit panis, ſit corpus Chriſti, nõ tñ corpus Chriſti eſt aliquid quod fuit panis, quoniam id quod fuit panis, eſt aliud omnino ꝙ fuit Sed corpus Chriſti eſt omnino idẽ quod fuit. Sicut iniquũ quod fuit Saulus eſt Paulus, nõ tamen Paulus eſt iniquũ, ꝙ fuit Saulus. Quod *Duplex eſt uerſio, ſubſtãtialis et formalis.*

designandũ ergo precii quantitatem, quo Chrs, est venditus, sacerdos hic facit tres cruces cõiter super oblatam & calicem, cum dicit: Benedictã, asscriptã, ratã. Nam & trecenta pariter & triginta multiplicationẽ suscipiunt à ternario. Postmodũ aũt ad designandum venditionẽ & emptionẽ, duas cruces imprimit sigillatĩ, vnã sup oblatã, & aliã sup calicẽ, cum dicit, Fiat corpus & sanguis, quasi diceret: Illa venditio fuit maledicta, proscripta, irrita, iniqua, & detestabilis: Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictã asscriptã, ratã, rationabilẽ, & acceptabilẽ. Iudas enim dilexit maledictionẽ, & venit ei, & noluit benedictionem, et prolongabitur ab eo. Sed tu Deus digneris hanc oblationem facere benedictã, per quã nos in cœlestibus benedicas. Iudas enim deletus est de libro vitæ, & cũ iustis non scribetur. Sed tu Deus hanc oblationẽ facere digneris asscriptã, per quã nos inter electos ascribas. Iudas se laqueo suspẽdit, & episcopatũ eius accepit alter. Sed tu Deus hanc oblationẽ digneris facere ratã, p quam ratũ sit tibi nostrę salutis pmissum. Iudas exiit condẽnatus, & oratio eius facta est ei i peccatũ. Sed tu Deus hãc oblationem facere digneris rõnabilem, per quã rõnabile fiat nostræ seruitutis obsequiũ. Iudas reddidit mala p bonis, & odiũ pro dilectione retribuit. Sed tu Deus hanc oblationẽ digneris facere acceptabilẽ, pquã nos tibi reddas acceptos. Vel iõ sacerdos facit tres cruces cõiter super oblatam & calicẽ, qa Christus cõiter tria egit circa panẽ & vinũ, accepit, benedixit, & dedit. Postmodũ vnã crucem facit specialiter sup oblatã, qa dixit: Comedite, hoc est corpus meũ: & alterã facit spãliter sup calicẽ, quia dixit: Bibite, hic est sanguis meus. Et secundum hunc sensum recte subiungitur: Qui pridie q̃ pateref, &c. Vel potius, quia Iudas vendidit Christum ad crucifigẽdum sacerdotibus, scribis & Pharisęis, idcirco sacerdos ad notãdũ cõiter tres emptores, facit tres cruces cõiter sup oblatã et calicẽ, cũ dicit: Benedictã, asscriptã, & ratã. Ad notãdũ uero discrete venditorẽ, & venditũ, facit duas cruces discrete, sup oblatã & calicẽ, cũ dicit: Vt fiat corpus & sanguis. Petimus ergo hanc oblationem, ut Deus faciat bñdictã, asscriptã, & ratã, vt eã consecret, approbet, & confirmet in rõnabilẽ hostiã, & acceptabile sacrificiũ, vt ita nobis, id est, ad nr̃am salutẽ panis fiat corpus, & vinũ sanguis dilectissimi filii Dei dñi nr̃i Iesu Chr̃i. Vel oramus, vt Deus hanc oblationẽ facere dignet asscriptã, id est, talẽ, q̃ de memoria sua nulla possit obliuione deleri: & ratã, id est, talẽ, q̃ de memoria sua nulla possit mutatione cõuelli. Rõnabilẽ aũt eã fieri deposcim⁹, id est, talẽ, q̃ diuinæ rõni cõueniat. Refert. n. inter rõnabile & rõnale: qa rõnabile dr̃, q̃ de rõne pcedit, & rõnale, qđ utit̃ rõne. Vel ita, quã oblationẽ tu Deus digneris in oĩbus facere benedictã, hoc est, transferre in eã hostiam, quæ est oĩmodis bñdicta, asscripta, rata, rõnabilis, & acceptabilis. Benedicta dr̃ hostia salutaris, idest, ab oĩ eã maledictiõis immunis, tã originali, q̃ actuali: tã crĩali, q̃ ueniali. Sicut Elisabet inquit ad uirginẽ: Bñdictus fructus vẽtris tui. Asscripta dr̃, id est, figuris & scripturis ueteribus designata, tã in agno Paschali, q̃ in manna cęlesti: tã in Isaac immolando, q̃ in Abel immolato. Q̃m (vt inquit Ioañes) hic est agnus, qui occisus est ab origine mũdi. Rata dr̃, quasi nõ trãsitoria, sicut uetus q̃ recessit, & noua successit, sed q̃ pmanet in æternũ ſm ordinem Melchisedech. Rõnabilis dr̃, quasi non peculiaris, sicut erat legalis, q̃ sanguine taurorũ & hircorũ nõ poterat à peccato mũdare, sed q̃ sanguine pprio cõsciãs emũdat ab operib⁹ mortuis. Acceptabilis dr̃, quasi nõ illa de qua dicit Propheta, Sacrificiũ & oblationẽ noluisti. Sed sicut dñs ait: Sacrificiũ laudis honorabit me. Sc̃dm hãc dispõnẽ recte subiũgit̃, vt fiat corpus & sanguis dilectissimi filii tui domini nostri Iesu Christi.

Explicit Liber Tertius.

Iudæ venditio cõtraria oblationi nostræ. *Ps. 108.* *Act. 1.* *Quinque cruces.* *Asscripta, rata, rationabilis.* *Benedicta Luc. 1.* *Exod. 12. 16.* *Gen. 4. & 22.* *Apo. 13.* *Rata. Heb. 9.* *Rationabilis.* *Acceptabilis.* *Psa. 39.* *Psa. 49.* *Expositionem.*

MYSTE-

MYSTERIORVM Euangelicæ Legis ac Sacramenti Eucharistiæ,

LIBER QVARTVS.

De sacramento Eucharistiæ. *Caput I.*



Cce nunc ad summum sacri verticẽ accedẽtes, cum ad ipsum cor diuini sacrificii penetramus quicqd conamur exprimere, vix vllius apparet esse momenti, deficit lingua, sermo disparet, superatur ingenium, opprimitur intellectus. Quis enim nouit ordinem cœli, & ponit tõnes eius in terra (*Iob.* 38.) Sed pulsemus ad ostiũ, si forte clauis Dauid aperire dignetur, vt accõmodet nobis tres panes amicus, qui maximè nobis erunt in hoc conuiuio necessarij. (*Apoc.* 3. *Luc.* 11. *Ioan.* 14.) Fides.n. petit & accipit, spes quærit & inuenit, charitas pulsat & aperit: petit & accipit vitam, quærit & inuenit, viam, pulsat & aperit veritatem. Is enim est via, veritas & vita.

CANONIS SACRI Pars Sexta.

QVi pridiè quàm pateret, accepit panẽ in sanctas ac uenerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deũ patrẽ suum omnipotẽtem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPVS meum.

De diuersis figuris Eucharistiæ, quæ præcesserunt in veteri testamento. Cap. II.

QVintadecima die mensis primi, quæ tunc extitit sexta feria, passus dñs est, & præcedente nocte, videlicet quartadecima luna primi mensis ad vesperã, ut legis figuras impleret, post typicum Pascha, corporis & sanguinis sui sacrm instituit, & Ecclesiæ tradidit frequentandum. Sic enim fuerat pfiguratũ in Exodo: Decima die mensis primi tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas, & seruabit eũ vsq; ad quartã decimã diẽ mensis huius, immolabitq; eũ vniuersa multitudo filiorũ Israel ad vesperã, & sument de sanguine agni, & ponẽt super utrunq; postẽ, & in superliminaribus domorũ in quibus comedẽt illũ, & edent nocte illa carnes assas igni, & azymos panes cũ lactucis agrestibus. (*Exo.* 12.) Et post pauca: Est.n. phase, id est, transitus dñi. (*Agnus paschalis.*) Transitũ istũ Ioannes Euangelista determinat, dicens: Ante diẽ festũ Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad patrẽ, quũ dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, et facta cœna compleuit ea, quæ fuerant figurata. (*Ioan.* 13.) Aegyptus est mundus, exterminator diabolus, agnus Christus, sanguis agni passio Christi, domus, aiarũ corpora, superliminare domus, cogitationũ corda. Hæc sanguine tingimus per passionis fidem. Illa sanguine tingimus per passionis imitationem, signũ crucis intus & foris opponentes, contra aduersarias aereas potestates. Deniq; carnes agni comedimus, quum in sacro verum corpus Christi suscipimus, & azymos panes, id est, syncera opera, cũ lactucis agrestibus, id est, amaritudine pniæ. Sicut enim manna fuit datũ Hebræis post transitũ maris rubri iã submersis Aegyptijs, sic Eucharistia datĩ Christianis post ablutionẽ baptismi, iã deletis peccatis, ut per baptismũ mundemur à malo, per Eucharistiam seruemur in bono. (*Exo.* 16.) Nam sicut manna populum illũ per vastitatẽ inuiæ solitudinis ad terram promissionis perduxit, sic Eucharistia populũ istũ per incolatum vitæ præsentis ad patriã para disi perducit. (*Manna.*) Vnde rectè viaticũ appellat, qa reficiens in via, ducit ad patriã. Sane ꝙ in mãna pcessit, in Eucharistia consummatur. Nã quantamlibet quis-

que partem accipit, totã percipit Eucharistiã, sicut euenit de manna. Quia nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus. Hanc ergo præfigurabat panis
Sap. 16. ille cœlestis, de quo Sapiens ꝓtestatur: Panẽ de cœlo præstitit sine labore, omne delectamentũ in se habentẽ,
Ioan. 6. & omnis saporis suauitatẽ. Quod de
2. Corin. 10. se quasi Christus exponẽs: Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cœlo descẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Et panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hinc igitur Apostolus ait: Nolo vos ignorare fratres, quia patres nostri oẽs eandem escã spiritualem manducauerũt, & oẽs eundem potum spiritualẽ biberunt. Bibebant aũt de spirituali consequente eos petra. Petra aũt erat Chrs.

Quare sacramentum corporis & sanguinis Christi constitutum est sub specie panis, & vini. Cap. III.

Gen. 14. Accepit panem. Hunc sacrificij ritum Melchisedech primus legitur celebrasse, offerens panẽ & vinũ. Erat. n. sacerdos Dei altissimi. Vñ Da-
Ps. 109. uid inquit ad Chrm: Tu es sacerdos in æternũ secũdũ ordinẽ Melchisedech. Sacrificium ergo euangelicũ ꝓcessit legale, nõ solũ dignitate, sed ẽt tẽpore, sicut Apostolus plenius ostẽdit in epi
Heb. 7. stola ad Hebræos. Ideo verò panẽ & vi
Panis et vinum num in sacrificiũ corporis & sanguinis sui Chrs instituit: quia sicut præ cæ
Ps. 103. teris cibis & potib⁹ corporalibus pa-
Psa. 22. nis cor hoĩs cõfirmat, & vinũ lætificat cor hoĩs: ita corpus & sanguis Christi præ cæteris cibis & potib⁹ spũalibus interiorem hoĩem reficiũt & saginãt. vnde: Poculum tuũ inebrians, q̃ præclarum est. In his. n. duobus plena cõsistit & perfecta refectio, sicut ipse testatur: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Panis autẽ debet esse de frumento, & vinũ de vi-
Ioan. 12 te. Quia Chrs semetipsum cõparauit frumento, quum ait: Nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuum fuerit, ip-
Ibidem. 15. sum solũ manet. Et viti, quum dixit: Ego sũ vitis vera. Porro nec racemus vuæ, nec granũ frumẽti dẽt offerri, nisi vel expressum in vinũ, vel redactũ ĩ panẽ, quia Chrs & panẽ se dedit, & frumẽto se cõparat. Quia verò Chrs accepit panem & calicẽ in sanctas ac venerabiles manus suas, & sacerdos exẽplo Chri panem & calicem in manus accipiens, vtrunque per se crucis signaculo benedicit: cum tñ sacerdos plures simul bñdicit oblatas, vnã pro oĩbus in manibus accipit. Nã & ĩ vnũ Chri corp⁹ oẽs sil' hostiæ cõuertũtur.

De azymo & fermentato pane. Cap. IIII.

Panis autẽ nõ fermentatus, sed azymus dẽt offerri in sacrificium, tũ ratione facti, tum ẽt ratione mysterij. Sic. n. legitur præceptũ in Exodo: Pri- *Exod. 12.* mo mense, quartadecima die mẽsis ad vesperã comedetis azyma, vsq; ad diẽ vicesimamprimã eiusdẽ mensis ad vesperam. Septẽ diebus fermentatũ non inuenietur in domibus vestris. Qui comederit fermẽtatũ, peribit aĩa eius de cœtu Israel, tàm de aduenis, q̃ de indigenis terræ. Oẽ fermentatũ nõ comedetis: in cunctis habitaculis vr̃is edetis azyma. Quum ergo Chrs quartade- *Christus* cima die primi mẽsis ad vesperã cœ- *in azymo con-* nauerit cũ discipulis, & agnũ pascha- *secrauit.* lẽ comederit, & vtiq; ritu legali cũ azymis panibus & lactucis agrestibus, cõstat qđ ea hora fermentatũ nõ inueniebaᵗ in domibus Hebræorũ. Et ita panẽ azymũ in corpus suũ sine dubio consecrauit. Fermentũ. n. corruptionẽ *1. Corin. 5.* signat, Apostolo testãte, qui dicit: Modicum fermẽti totam massam corrumpit. Vt ergo nihil corruptũ siue corrũpens, sed totũ syncerũ atq; syncerans ĩ hoc esse sacro monstreᵗ, nõ fermentatũ, sed azymũ consecramus. Nam sm *Ibidem.* Apostolũ, Pascha nr̃m immolatus est Chrs. Itaq; epulemur, nõ in fermento veteri, neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed ĩ azymis synceritatis, & veritatis. Græci aũt in suo ptinaces errore, defermẽtato cõficiunt, asserentes ĩ *Argumẽta Græcorum.* parasceue Lunã quartamdecimã extitisse, in qua vetus agnus est ĩmolatus, vt legis impleretᵗ figura, q̃ quartadecima Luna primi mẽsis paschalẽ agnũ

iusserat

inferat immolari. Dominus ergo ea die se passurũ esse prænoscens, præcedente in vespera necessitate ductus anticipauit comedere Pascha, & q̃a tunc licitè poterat comedere fermẽtatũ, & ipsi corpus dñi de fermentato cõficiunt. Nã & Ioãnes Euãg. testaẽ, q̃d ante diẽ festũ Paschę, Iesus cũ apostolis nocte cœnauit. Dicit ẽt Iudæos in parasceue non intrasse p̃toriũ, vt nõ contaminarentur, sed comederent Pascha. Sabbatũ quoq; post crucẽ magnũ diẽ sabbati noĩauit, q̃d dici non solet, nisi cũ sabbato festũ concurrat. Et Lucas ait, q̃d mulieres in parasceue parauerunt unguenta: q̃d eis in die festo facere non liceret. Matthæus quoq; describit, q̃d principes sacerdotũ & seniores populi dispoluerant Chr̃m occidere, sed non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Porro, q̃ dicta sunt, eorũ assertioni non cõsonãt, si sanè fuerint intellecta. Pascha nãq; dr̃ dies, solennitas agnus & hora. Dies, vt ibi: Appropinquabat aũt dies festus azymorũ qui dr̃ Pascha. Solennitas, ut ibi. Ante diẽ festũ Paschę. Agnus, vt ibi: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Hora, vt ibi: Scitis quia post biduum Pascha fiet. Dies autẽ festus Paschalis erat q̃ntadecima luna f̃m illud: In quintadecima die solennitatẽ celebrabitis altissimo dño. Nã quartadecima non erat solẽnis, nisi tñ ad uesperã. Ante diem festũ hunc dñs Pascha cũ apostolis celebrauit. Nã, vt inquit Matthæus, prima die azymorũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis, paremus tibi comedere Pascha? Et uespere facto discubuit cũ duodecim. Marcus aũt primũ diẽ azymorũ determinat, dicens: Q̃n Pascha immolabant. Et Lucas: In qua necesse erat occidi Pascha. Cõstat ergo q̃d Chr̃s cũ apostolis eo die fecit Pascha, quo necessario fiebat ex lege, scilicet quartadecima luna primi mẽsis ad uesperã. Hoc ẽt incunctanter poterit inuenire, quisquis tabulã cõputi percurrerit diligenter. Diẽ magnũ sabbati noĩabant in tribus solẽnitatibus hebdomadalibus, quocunq; septẽ dierũ contingeret. Nã oẽs erant solennes & si non adeo sicut primus & ultimus sed ad edendũ azyma septẽ diebus oportebat eos omnes existere mundos. Vñ quolibet septẽ dierũ non poterant introire p̃toriũ, ne contaminarenẽ, sed comederent Pascha, id est, in Pascha. Vel, noĩe Paschæ pñt & azyma designari. Quod aũt mulieres die festo dicuntur vnguẽta parasse, non obest, q̃a non erant sub lege, sed sub gr̃a. Verun tñ Lucas ait, Quia sabbato siluerũt secundũ mandatũ. Sed & mandatũ erat in lege, q̃d in diebus azymorũ prima, & vltima nihil operis facerent, exceptis his q̃ pertinent ad vescendũ. P̃terea, nemo tũc ẽt volentibus emere uẽdidisset aromata. Nã & Marcus testaẽ, q̃d quũ trãsisset sabbatũ, mulieres emerunt aromata, vt venientes vngerẽt Iesum. Vt ergo nihil dubietatis remãeat, Lucas reducatur ad Marcũ, vt intelligaẽ, q̃d mulieres reuertentes parauerunt, f̃m Lucã, aromata & vnguenta, non tunc, sed f̃cdm Marcũ, cũ sabbatũ pertransisset. Quid si longè añ parauerant, quia freq̃ter audierant dñm in proximũ moriturũ? Nonne Magdalena iã parasse vr̃, & per inspirationẽ p̃occupasse mysteriũ vnctionis, teste Veritate, quæ dixit, Mittens hæc vnguentũ in corpus meũ, ad sepeliendũ me fecit? Et iterũ: Sinite illã, vt in die sepulturæ meæ seruet illud. Sed vnguentũ quod prius inceperat, postea consũmauit. Porro dispositio sacerdotũ dispõni Dei p̃tæualere non potuit, qui disposuerat, ut uerus agnᵘˢ in diebus paschalibus immolaretur, & sicut typicus agnus quartadecima Luna primi mẽsis comedebaẽ in nocte à Iudæis, ita uerũ agnũ discipuli eadẽ hora comederũt. Verũ etsi verũ esset quod Græci de luna contendunt, credẽdũ tñ est ita ritũ legis in hoc sicut in aliis dñm obseruasse, qui non uenit legẽ soluere, sed adimplere, natus de muliere, factᵘˢ sub lege, ut eos q̃ sub lege erãt, redimeret. Sed ipsi rursum opponũt, quia cũ ueritas venit, figura cessauit, et euanuit vmbra quũ lumen effulsit. Quũ ergo ad

Ioan. 13 — *Ioan. 18* — *Luc. 23.* — *Mat. 26* — *Solutio argumẽtorum.* — *Luc. 22.* — *Ioan. 13* — *Mat. 26* — *Ibidem.* — *Leuit. 23.* — *Mat. 26* — *Mar. 4.* — *Luc. 22* — *Magnus dies sabbati.* — *Ioan. 18* — *Luc. 23.* — *Mat. 26* — *Ioan. 12* — *Matt 5.* — *Galat. 4*

Alia Græ verũ Paſcha peruẽtum eſt, q̃ pceſſerãt
eorũ obie in typico ceſſauerunt, ſm illud: Nouis
ctio. ſuperueniẽtibus, vetera proijcietis, &
Leuit. Apoſtolus ait: Vetera trãſierũt, ecce no
26. ua facta ſunt oĩa. Et iõ Chrs ſicut verũ
2.Cor. 5. Paſcha cõfecit ſine lactucis agreſtibus
ſic & abſq; panibus azymis, ne ueterẽ
Exod.12. ritũ in nouo ſacrificio retineret, ac per
Solutio. hoc nos iudaizare doceret. Nã vtrunq;
pariter erat in lege pceptũ. Edẽt, inqt,
carnes nocte illa aſſas igni, & azymos
panes cum lactucis agreſtibus, Sciendum ergo quod non omnes antiquæ
legis conſuetudines abiecit Eccleſia,
ſed quaſdam prouida conſideratione
retinuit. Vnde ſponſa dicit ad ſpõſum
Cant. 7. in Canticis Canticorũ: Omnia poma
noua & vetera dilecte mi, ſeruaui tibi.
Adhuc.n.faciẽ plenæ lunæ conſiderat
ne Paſcha celebret in defectu. Adhuc
conficit oleũ vnctionis, & thus ſuauitatis incendit: adhuc ſoluit decimas &
primitias: adhuc hẽt candelabrũ, & lucernas, & veſtes, & uaſa, & pontifices,
& Leuitas. Nã ſi propterea repudiandũ
eſt azymũ, quia lex illud admiſit, pari
ratione repudietur fermentũ, quia lex
Leuit.7. ſtatuit in Leuitico: Offerent panes fer
Ibidem. mentatos cũ hoſtia gratiarũ, q̃ offerẽ
23. pro pacificis. Itẽ in Pentecoſte offere-
Deut. tis panes primitiarũ de duabus deci-
21. mis ſimilæ fermentatæ. Non ſolũ. n.
de conſtitutionibus legalibus, uerumetiam de ſcriptis gentilium libenter
aſſumit Eccleſia, ſi quid in eis ꝓbè dictũ, uel factũ agnoſcit, & tanq̃ mulieris captiuæ reſecat vngues, piloſq; ſuperfluos, ut ab alienigena falſitate mũdata, thalamũ ueritatis digna ſit introire. Legales ergo conſuetudines nõ
penitus ſunt abolitæ, neq; cõtrariis ſuperuenientibus ſunt deſtructæ, ſed interdũ in melius cõmutatæ. Nã quum
Deus circunciſionẽ mutauit, nõ ſuperduxit ꝯtrium, id eſt, pputiũ, ſed protulit
melius, id eſt, baptiſmũ, quia circunciſio nihil eſt, neq; pputiũ aliquid valet
Gal. 5. vt dicit Apoſtolus, ſed fides q̃ per dilectionẽ operaꝟ. At azymũ & fermẽtatũ
penitus ſunt oppoſita, ſicut immediata ꝯtria. Nõ ergo decebat, vt Deus tanq̃
ſibi ꝯtrius abiiceret azymũ, & aſſumeret fermentatũ, quin potius fermẽtatũ
quaſi minus bonũ poſtponeret, & azymũ quaſi maius bonũ præferret. Nec *Alia rurſus Græcorum ratio.*
illud valere putãdũ eſt, qđ dicũt ideo
ſe fermentatũ offerre, quia fermẽtatũ
(vt aiunt) ſpũs ſancti feruorem ſignat,
quo ſupueniente corpus Chri de virgi *Luc. 1.*
nis carne conceptũ eſt, ſicut angelus
illi prædixerat: Spũs ſctũs ſupueniret
in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & qđ naſceꝟ ex te ſanctum,
vocabiꝟ filius Dei: trahentes fortaſſis
hanc ſignificationẽ fermẽti ex illa parabola Euangelica: Simile eſt regnũ *Matth.*
cęlorũ fermento, qđ acceptum mulier *13.*
abſcondit in farinę ſatis tribus, donec
fermẽtatũ eſt totũ. Nã & fermẽtũ manifeſtè ſignat tumorẽ vteri virginalis,
& vinculũ vnionis. Porro, multo reli- *Solutio.*
gioſius illud inſinuat, quod ſcđm apoſtolum Chriſtus de maſſa peccatrice,
corpus ſine peccato ſuſcepit, tanq̃ de
fermentato ſuſceperit azymũ, & vt inter Chriſtũ & populũ, ita malitiæ, &
neqtię nihil interſit, ſicut inter frumẽtũ & aquã in azymo nihil veteris maſſæ, vel alienæ corruptionis interuenit.
(Nã p frumẽtũ, & p aquã popul⁹ deſi
gnaꝟ, ſcđm illud: Niſi granũ frumenti *Ioan. 12.*
cadens in terrã mortuũ fuerit, ipſum
ſolũ manet. Et illud: beati qui ſemina *Eſai. 32.*
tis ſup aquas.) Aqua ſine fermẽto, mixta frumento, deſignat populũ ſine peccato Chro coniunctũ: quanq̃ & illud
valeat deſignare, qđ ſicut azymus panis de pura maſſa, ſine fermento, cõficiꟈ, ita corpus Chri de illibata virgine
ſine peccato conceptũ eſt. Cæterũ, id
ſolũ Latinis ſufficeret ꝯtra Græcos, ꝙ
Conſtantinopolitanã Eccleſiam multarũ hæreſeon corruptio fermentauit,
vt nõ ſolũ hrticos verũetiã hrſiarchas
ꝓduceret: Romanã aũt Eccleſiã ſuper *Roman. eccleſia nunquã hæretica fuit.*
apoſtolicæ fidei petrã, ſtabili ſoliditate fundatã, nulla ꝓrſus hrticæ prauitatis ꝓcella potuit cõquaſſare. Sed illud
ſp integra fide ſeruauit ꝙ ab ipſis accepit apoſtolis, q pſtialiter eã ſacris,
vel inſtituere doctrinis, & eccleſiaſtici ritus regulã docuere. Ab ipſis ergo
beatis

beatis apostolis Petro & Paulo, quos & uiuos habuit, & defunctos custodit. hũc sacrificij ritum accepit quẽ hactenus inuiolabili cultu seruauit. Græci vero postquã tunicã dñi inconsutilẽ diuiserunt, vt ꝑpetuę diuisionis scãdalũ interponerent, sacrificij ritum temerè mutauere, quos Leo nonus ꝑ epistolã ad Imperatorẽ Cõstãtinopolitanũ dirext ã sup uariis ꝯfutauit hrsib. Qui Latinos inter* cętera Azymitas vocabãt, quũ ipsi verius Fermẽtarij nũcupent.

*al. cæteros.

De tribus uerbis, quæ formæ consecrationis videntur adiecta. Cap. V.

Eleuatis oculis in cęlũ. Tria qdã hic cõmemorant in Canone, q̃ nullus Euangelista scribit, videlicet, Eleuatis oculis in cęlum, Aeterni test ĩ, Mysteriũ fidei. Quis ergo tantæ præsumptionis extitit & audaciæ, vt hæc de corde suo tentauerit interponere? Sanè formã istã verborum ab ipso Chro acceperunt apostoli, & ab ipsis apostolis accepit Ecclesia. Multa quippe tã de verbis, q̃ de factis dñicis ꝑtermiserũt Euãgelistæ, q̃ th apostoli suppleuerunt, ut est illud qd Apostolus dicit in epistola ad Corinthios: Visus est plusquã quingẽtis fratribus sił: deinde visus est & Iacobo, nouissimè oĩum tãquã abortiuo visus est & mihi. Nã inter ipsos Euangelistas, qdã omittũtur ab vno q̃ supplent ab alio. Vñ quũ tres Euangelistæ ꝯmemorent: Hoc est corpus meũ: solus Lucas adiecit: Quod ꝓ vobis tradet. Et cũ Matthæus & Marcus dicãt, Pro multis Lucas dicit, Pro vobis, sed Matthæus addit: In remissionẽ peccatorũ, & th ea q̃ addunt in Canone, pñr ex aliis locis Euangelij cõprobari, Ioãnes. n. Lazari suscitationẽ describens, testat, qd Iesus eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gr̃as ago tibi, qñ audisti me. Idẽ alibi dicit: Hæc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlũ, dixit. Pr̃ clarifica filiũ tuũ. Si. n. tunc in cœlũ oculos leuauit ad pr̃em quũ animã Lazari reuocabat ad corpus, quanto magis credendum est, qd tũc oculos in cœlũ leuarit ad patrem, quũ panẽ & vinũ, in corpus & sangui

Vide c. Cũ Marthæ, extra de celebratione missarum.

2. Cor. 15

Matth. 26.

Mar. 14.

Luc. 22.

Quędã in Canone super addita sunt.

Ioan. 11.

Ioã. 17.

nẽ ꝓpriũ cõuertebat? Vtrobiq; tñ hoc ad nr̃am instructionẽ agebat, ut & nos oculos cordis ad terrã nõ deprimam, sed eleuemus in cęlũ, si, ꝙ oramus, volumus impetrare. Gr̃as agẽs. Hinc quoq; colligit, vñ sacrificiũ laudis dicat. Quia Chr̃s gr̃as agẽs illud instituit. Gr̃as aũt agebat nõ ꝓ se, sed ꝓ nobis, id est, ꝓ reparatione hoĩum sic futura.

Q̃uõ Chr̃s cõfecit, & sub qua forma. Ca. VI.

Benedixit. Cũ ad prolationẽ verborũ istorũ, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, sacerdos conficiat, credibile iudicat, qd & Chr̃s eadẽ uerba dicendo, cõfecit. Porro quidã dixerũt, ꝙ Chr̃s cõfecit, cũ bñdixit lr̃am cõstruentes hoc ordine: Accepit panẽ, bñdixit, subaudiẽdũ est, dicens: Hoc est corp' meũ, & tũc fregit, & dedit, & ait: Accipite et comedite, & iterauit. Hoc est corpus meũ. Prius ergo ꝓtulit illa uerba, ut eis uim cõficiẽdi tribueret: deĩde ꝓtulit eadẽ, vt Aplos formã ꝯficiẽdi doceret. Alii vero dixerũt, ꝙ & sacrm̃ cõfecit, & formã instituit post bñdictionẽ, cũ dixit: Hoc est corp' meũ intelligẽtes illã bñdictionẽ fuisse, vł aliqđ signũ ꝙ sup panem impressit vel aliqđ verbũ, ꝙ sup panẽ expressit. Quibus illd vr̃ obsistere, ꝙ pri' fregerit, q̃ dixerit: Hoc est corp' meũ. Nec ẽt est credibile, ꝙ prius dederit, q̃ cõfecerit. Sanè dici pt, ꝙ Chr̃s virtute diuina ꝯfecit: & postea formam expressit, sub qua posteri bñdicerent. Ipse nãq; per se virtute propria bñdixit: nos ãt ex illa virtute, q̃ indidit uerbis.

Triplex opinio. Prima.

Secũda.

Tertia.

De veritate corporis & sanguinis Christi sub specie panis & vini. Cap. VII.

Cvm. n. sacerdos illa Chr̃i verba ꝓnunciat, Hoc est corpus meũ, Hic est sanguis meus, panis & vinum in carnẽ & sanguinẽ conuertunt, illa verbi virtute, qua Verbũ caro fcm̃ est, & habitauit in nobis: qua dixit, & fcã sunt, ipse mãdauit, & creata sunt: qua fęminã mutauit in statuã, & virgã conuertit in colubrũ: qua fontes mutauit in sanguinem, & aquam conuertit in vinum. Nam si uerbum Helię potuit ignem de cœlo deponere, verbum

Quanta virtus est verborum.

Psa. 32. & 114

Gen. 19.

Exod. 4. & 6.

Ioan. 2.

4 Reg. 1.

Chri non potuit panē in carnē mutare? Quis hoc audeat opinari de illo, cui nullū verbum est impossibile, per quē oīa facta sunt, & sine quo factum est nihil? Certè maius est creare quod non est, q̄ mutare quod est. Ac longe maius, qđ non est, de nihilo procreare quā q̄ est in aliud trāsmutare. Illud aūt nemo est qui dubitet, & de hoc aliquis dubitabit? Absit oīno. Incomparabiliter maius est, quod Deus ita factus est hō, quod non desijt esse Deus, q̄ qđ panis ita fit caro, qđ desinit esse panis. Illud per incarnationē semel est factū, istud per consecrationē iugiter fit. Sed dixerit aliquis: Certus sum oīno qđ valet, sed nō sum certus aliquo qđ velit. Aduertat ergo, qđ Christus cū accepisset panē, bñdixit, & dixit: Hoc est corpus meū. Veritas.n. hoc dixit, & iō verū est oīno, quod dixit. Quod ergo panis fuerat cū accepit, corpus suū erat cum dedit. Panis itaq; mutatus erat in corpus ipsius, & fiit vinū ī sanguinē. Non.n. vt hæreticus sapit, sed desipit, ita debet intelligi, qđ dñs ait, Hoc est corpus meū, id est, hoc signat corpus meū, sicut qđ dicit Apostolus, petra autē erat Christus, id est, petra significabat Chrm. Hoc.n. potius dixisset de agno Paschali, q̄ de azymo pane. Nam Paschalis agn⁹ absq; dubio figurabat corpus dñicū: sed azymus panis, opus syncerū. Sicut aūt Ioannes baptista qđ dixerat, Ecce agnus Dei, per adiunctū determinauit, Ecce qui tollit peccata mundi: sic & Christus qđ dixerat, Hoc est corpus meū, p adiunctū determinauit, Quod pro vobis tradef. Sicut ergo corpus Chri veraciter tradebaf, ita uerè demonstrabaf, non in figura, q̄ iam cessauerat, sed in veritate, q̄ iā aduenerat. Sanè cū litigarent Iudæi ad inuicē dicentes, Qūo hic poterit carnē suā dare nobis ad manducandum? Dixit illis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi māducaueritis carnē filii hoīs, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, hēt uitā æternā. Ideo dicit, Amen amen, id est, in ueritate, in ueritate, ut non figuratiuē, sed vere intelligit qđ dixit, Nisi manducaueritis carnē &c. & ad maiorē veritatis expressionē adiunxit: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Ego verè quia vitā æternā hēre desidero, carnē Christi ueraciter comedo, & sanguinē eius veraciter bibo. Illā vtiq; carnē, q̄ traxit de virgine, & illū sanguinē, quē fudit ī cruce, Ego credo corde, & ore confiteor, qm̄ ipsum dñm nr̄m Iesum Chrm in hoc sacro manduco, fretus authoritate qua dicit, Qui manducat me, viuet pp me. Non enim cū manducaf, per partes diuidif nec laceraf sub sacro, sicut caro q̄ vendif in macello, sed [illegible] sus sumif & integer manducatur. Viuit manducatus, quia surrexit occisus. Manducatus nō moritur, quia surrexit non moriturus. Chrs.n resurgens ex mortuis, iam non morif, mors illi vltra non dñabif. Qđ enim mortuus est peccato, mortu⁹ est semel: qđ aūt uiuit, uiuit Deo. Sicut.n. vidua Sareptana quotidie comedebat, & nūquā diminuebat farinā de hydria & oleū de lechyto: Sic vniuersalis ecclesia quotidiè sumit, & nunquā consumit carnē & sanguinē Iesu Chri, sub diuersa specie sacri. Sicut ergo corpus Chri quotidie manducaf, & nō deficit nec decrescit, ita panis quotidie trāsit in corpus Chri, sed ipsum corpus nec in aliquo proficit nec accrescit. Nō.n. de pane vel de vino materialiter formaf caro uel sanguis, sed materia panis & vini mutaf in substantiam carnis & sanguinis, nec adiicitur aliquid corpori, sed transsubstantiatur in corpus.

Ioan. 1. — *Sensus hæretici. Est, id est significat.* — *1. Corin. 10.* — *Ioan. 7. Luc. 22.* — *Verè est corpus Christi sub specie panis. Ioan. 6.* — *Confessio catholica.* — *Rom. 6.* — *1. Reg. 17.*

Quod sub tota forma totum corpus existit.
Caput VIII.

VErū an partes in partes, an totū in totū, an totale transeat in totale, nouit ille q facit. Ego, qđ residuū est, igni cōburo. Nā credere iubemur, discutere ꝓhibemur. Si tñ q̄rentis instet improbitas, ego salua fide concesserim, qđ totalis panis ī totale corpus conuertif, ita qđ nulla pars panis transit in aliq̄ partē corpis. Reor aūt salua fidei maiestate, qđ ubi panis est consecratus,

cratus, sub tota specie totũ corpus existit. Sicut.n. miraculose tã magnũ corpus, sub tã parua forma cõcluditur, ita miraculose totũ corpus in singulis partibus continet, quod inde conijcio, q̃m in quotcunq; partes species diuidant, sub singulis partibus totus est Chrs, totus in magno, totus in paruo, totus in integro, totus in fracto. Scio tñ, qđ dr̃ à quibusdã, qđ q̃ diu species panis integra pseuerat, sub totali spẽ totale corpus existit. Vbi uero diuidit, in singulis diuisionibus incipit esse totũ: sicut in speculo dũ est integrum, vna tñ apparet inspicientis imago: sed eo fracto, tot apparẽt imagines, quot fiunt in eo fracturæ. Porrò, cũ Deus illã uirtutẽ verbis contulerit, vt ad prolationẽ eorũ corpus dñicum incipiat esse sub specie sacri, nec illa verba proferant in fractione, diligenter attendant, et ipsi rideant, vñ corpus Chri, quod ante fractionẽ non in singulis partibus erat totũ, sed sub totali spẽ totaliter existebat, post fractionẽ in singulas partes quodãmõ secedit & incipit esse singulatim in singulis partibus, qđ integraliter erat in integro. Licet aũt corpus dominicũ sit in loco locale, q̃rit tñ, utrũ in sacro sit locatũ localiter, id est, vtrũ faciat localẽ distantiã, & an hẽat loca lẽ situ, ut dici debeat, quia iacet, aut sedet, aut stat. Sed & alia multa circa p̃sentẽ articulũ psit inquiri, q̃ melius est intacta relinquere, q̃ temere diffinire. Nã bestia q̃ tetigerit mõtẽ, lapidabat. Tutius est in talibus citra rõnẽ subsistere, quàm ultra rationem excedere, ne forte, quod absit, ossa regis Idumęæ redigantur in cinerem.

Tutius est credere quã discutere.

Exod. 19
Amos. 2.

De fractione, ubi dicitur, quare fractio fiat & attritio. Caput IX.

FRegit. Solet à multis inquiri, sed à paucis intelligi, quid Chrs tũc immensa fregit, & quid sacerdos in altari nũc frãgit. Fuerunt qui dicerẽt, qđ sicut post consecrationẽ uera panis remanẽt accidẽtia, sic & vera panis substantia: qa sicut subiectũ non põt subsistere sine accidentibus, sic accidẽtia non psit existere sine subiecto: q̃m accidentis esse, non est aliud q̃ inesse. Sed panis & uini substantiis permanẽtibus, ad prolationẽ illorũ verborũ corpus & sanguis Christi veraciter incipiunt esse sub illis, ita quod sub ijsdẽ accidentibus vtrũq; uere suscipitur, panis & caro, vinũ & sanguis: quorũ alterũ pbat sensus, reliquũ credit fides. Hi dñt qđ substantia panis frangit & atterit, inducentes ad hoc illud qđ dicit Apostolus: Panis quẽ frangimus. Et Lucas: Vna sabbati cũ uenissemus ad frangendũ panẽ, &c. Hi facile soluunt qõnẽ illã, qua q̃rit, quid à mure comedit, cũ sacrm corroditur. Comeditur.n. sm illos illa panis substantia, sub qua corpus Chri esse mox desinit. Porrò, quale significandi modum hẽt nomen accidentis in philosophica facultate, talẽ existendi modũ hẽt accidens nois in theologica veritate. Nam sicut hoc nomen albũ, significat accidens in subiecto, id est, in adiacentia (sed hoc nomẽ albedo significat accidens sine subiecto, id est in existentia) sic ante consecrationẽ accidens est in subiecto, q̃m existit in alio: sed post cõsecrationẽ accidens est sine subiecto, q̃m existit per se. Transit.n. substantia; sed remanẽt accidẽtia: nec dr̃ accidẽs in vi participii, sed accipiendũ est in vi nois. Sicut.n. ibi substantia corporis est, ubi forma corpis non vr̃, sic ibi forma panis vr̃, ubi substantia panis nõ est: nec est alius ibi panis, nisi caro Chri, q̃ noĩe panis aliquando designat iuxta quod dñs ait: Panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Et Apostolus: Quotiescunq; mãducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis, &c. Non.n. debemus q̃rere naturã in gratia, neq; consuetudinẽ in miraculo. Non solum aũt accidentales, verũ ẽt naturales ppietates remanere vidẽtur, vt pãneitas, q̃ saturando famẽ expellit, & vinitas quæ satiando sitim extinguit.

Falsa opinio, q̃ negat transsubstantiationem.
Reprobata est hęc opinio.

Sub hoc pontifice in Concilio Lateranensi, vt patet extra de summa trini. & fi. cath. Et longè ante reprobata fuit à S. Ambrosio.

1.Corin. 10.
Actor. 20.

Accidentia in sacramento sine subiecto

Ioan. 6.
Mat. 26

Dicamus ergo, qđ forma panis frangitur & atterit, sed corpus Chri sumitur & comeditur. Ea quæ notant corruptionẽ referẽtes ad formã panis, ea vero q̃ notãt acceptionẽ, ad corpus Chri.

De

De confessione Berengarii. Cap. X.

Beregarius quippe, quia suspectus habebatur de hæresi, & ne remaneret anguis sub herba, ad maiorē expressionē corā Nicolao Papa multisq; præsulibus est confessus, panem & vinū, quæ in altari ponuntur post consecrationem, non solum sacramētum, sed etiā verum corpus, & sanguinem Christi esse, & sensualiter non solum sacramētum, sed etiam in veritate manibus sacerdotum tractari & frangi, & fideliū dētibus atteri. Nō autem corpus Christi, vel in partes diuiditur, vel dentibus laceratur, cū sit immortale & impassibile: sed in qua re fiat fractio vel attritio B. Augustinus ostendit, dicēs: Qñ Christus manducatur, reficit, non deficit. Nec quando manducamus de illo partes facimus, quod quidem in sacramento sic fit. Nam & Christus carnalē sensum discipulorum redarguit, qui putabant carnem eius sicut aliam carnem diuidēdam in partes, & morsibus lacerandam. Dicitur autem forma panis, non qui sit, sed qui fuit, sicut dicebatur Simon leprosus, non quod talis existeret, sed quod talis extiterat.

Quid etiam à mure comedatur, cum sacramentum corroditur. Cap. XI.

Si verò quæratur, quid à mure comeditur, cum sacramentum corroditur: vel quid incineratur, cum sacramētum crematur? Respōdetur, quod sicut miraculose substantia panis conuertitur in corpus dominicum cum incipit esse sub sacramento: sic quodammodo miraculose reuertitur, cum ipsum ibi desinit esse, non quod illa panis substātia reuertatur, quæ transiuit in carnem, sed quod eius loco alius miraculose creatur, quamuis huius accidentia sine subiecto possunt sic corrodi, sicut edi. Hic obstante miraculo falso, trahitur argumentum à coniugatis vel coniunctis, sicut alibi trahitur falso à contrarijs. Est enim hic color & sapor, quantitas & qualitas, cum nihil alterutro sit coloratum, aut sapidum, quantum aut quale. Miraculum quippe vincit naturam, & legi detrahit dispensatio.

Sanè in natura Dei est trinitas personarū, videlicet pater & filius & spiritus sanctus. In Hypostasi filij est substātiarum trinitas, videlicet Deitas, corpus & aīa: in sacramento corporis est trinitas specierum, videlicet panis, vinū & aqua. In natura Dei nec est accidens in substantia, nec substātia sub accidēte. In hypostasi filij est accidēs in substātia, & substantia in accidente. In sacramēto corporis accidēs nō est in substātia, sed substātia cōsistit sub accidēte. *Triplex trinitas.*

Quale corp⁹ Christus dedit in cœna. Ca. xij.

Dedit. Quæri solet, quale corpus suum Christus dedit in cœna, mortale an immortale, passibile an impassibile, ac cætera quæ ad hanc pertinēt quæstionem. Ego diuina sacramenta magis veneranda, quàm discutienda profiteor, simplicitati fidei ratus sufficere, si dicatur, quod tale dedit, quale voluit: & rursus, quale dederit, ipse nouit. Fuerunt tamen qui dicerent, quod sicut idem veraciter ipse erat, qui dabat & qui dabatur, ita in eo quod dabat, erat passibilis & mortalis, & in eo, quod dabatur, erat immortalis & impassibilis. sicut visibiliter gestabat & inuisibiliter gestabatur, inuisibiliter inquam, quantum ad formam corporis, non quantum ad speciem sacramēti. Nā in eo quod gestabat, quod erat, hoc apparebat: in eo verò quod gestabatur, quod erat, ipse non videbatur, quia forma panis, & vini velabat formam carnis & sanguinis. Hic est ille verus Dauid, qui coram Achis rege Geth suis manibus ferebatur. Quoniā ergo immortalis dabatur, incorruptibilis edebatur. Hi profectò concedunt posito quod pars aliqua sacramēti per triduum mortis Christi reseruata fuisset, idē corp⁹ simul, & iacebat mortuū in sepulchro, & manebat viuum sub sacramento. In ara crucis patiebatur, & sub forma panis non lædebatur. Sed qm̄ incredibile iudicāt, vt s̄m eādē naturā simul esset mortalis & immoralis (qd tñ cōgruebat ei s̄m eandē psonā.) fuerūt alij q dixerunt, qd Chrs mortalis vtiq; fuit, sed volūtate non necessitate.

Vitandæ sunt quæstiones curiosæ.

1. Reg. 21

Christus mortalis.

fuit non necessitate, sed voluntate. tate. In eo quippe quod immunis erat ab oi culpa, liber erat ab oi pœna, vt nihil morti deberet, p eo q peccati nihil hēret: sustinuit tñ spōtē mortalitatē, q̄a mortē sustinere volebat. Quia si mortalitatē nō suscepisset, oīno mori non potuisset. Vt ergo probaret qd mortalis erat, non necessitate, sed volūtate, qū voluit, mortalitatē deposuit, **al. mortalitatē.* qū voluit,* immortalitatē recepit. Legitur enim in euāgelio, q cū Iudæi duxissent Iesum usq; ad supercilium mōtis, vt eū pcipitarent, ipse transiens per *Luc.4.* mediū illorū ibat. Cū esset ducendus, teneri se sicut passibilē tolerabat, sed cū esset præcipitandus, impassibilis p medium illorū transibat. Quatuor. n. *Quatuor dotes glorificati corporis* sunt glorificati corporis pprie qualitates, videlicet claritas, subtilitas, agilitas, & impassibilitas. De q̄bus legit: *Sap.3.* Fulgebunt iusti, & tanquā scintillæ in arundineto discurrent. Et, Absterget *Apoc.7. & 21.* Deus oēm lachrymā ab oculis sanctorū: & iā non erit amplius, neq; luctus, *Luc.6.* neq; clamor, &c. Hinc ēt dñs inquit in euangelio: Mensurā bonā & confertā, & coagitatā, & supereffluētem reddēt in sinū vestrū. Singulas sibi Christus singulatim accepit, antēq̄ resurgens à mortuis naturā glorificati corporis induisset. Subtilitatē, cū nasceret ex uirgine: claritatē, cū transfiguraret in mōte: agilitatē, cū incederet super mare: impassibilitatē, cū manducaret in cœna. Sicut enim signū passibilitatis exhibuit in corpore immortali, cum post resurrectionē ostendit manus & latus sic in corpore mortali signū impassibilitatis ostendit, cū carnē & sanguinē *Quale corpus Christus Apostolis dedit.* ante passionē exhibuit. Potest tñ salua fide concedi, qd tale tunc dedit, quale tūc habuit, mortale videlicet, & passibile. Non qd posset pati in sacro, sed q sub sacro poterat pati. Nunc aūt sumitur à nobis immortale & impassibile. Nec tñ maiorē hēt nunc efficaciā, sicut nec maiorē potentiā. Qd aūt passibilis edebat, & tñ non lædebatur, non erat humanæ naturæ, sed diuinæ potētiæ, qua valebat q̄cquid oīno volebat.

Vtrum Iudas accepit Eucharistiam. Cap. XIII.

Dedit discipulis suis. Dubitari solet, utrū Iudas cū alijs acceperit *Quod Iudas adfuerit in cœnā.* Eucharistiā. Lucas. n. ostendit Iudā interfuisse cū alijs, qui statim post calicē traditorē commemorat, dicens: Hic *Luc.23.* est calix noui testamenti in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Verum ecce manus tradentis me, mecū est in mensa. Quotquot aūt interfuerunt, eucharistiā acceperunt, Marco testante, *Mar.14* qui ait: Et biberunt ex illo oēs, iuxta quod Chrs ipse præceperat, teste Mat- *Matt.12* thæo, Bibite ex hoc oēs. Econtra Iudā *Quod Iudas nō affuerit in cœna.* non interfuisse pbaē. Nā ßm Matthęū statim dixit Iesus bibētibus calicē: Nō bibā amodo de hoc genimine vitis, vsque in diē illū, cū illud bibā vobiscum *Mat.26* nouū in regno pris mei. Iudas ergo nō aderat, q cū eo non erat bibiturus in regno. Bibentiū quoq; nullū excipiens ait: Pro uobis effundeē, sed aliorū multos excepit, cū inquit, Pro multis effundeē in remissionē peccatorū. Vñ cū, secundū Ioannē, Chrs dixisset apostolis, *Ioā. 13.* Beati eritis si feceritis ea, statim exce- *Ibidem.* pit: Non de oībus dico, ego scio quos elegerim. Et iterū: Vos mundi estis, sed nō oēs. Quid ergo est nobis in hoc casu tenendū? Illud fortè sine præiudicio aliorū, qd Ioānes insinuat: q̄a cū Iudas *Determinatio qd Iudas non acceperit corpus domini.* accepisset buccellā, exiuit continuo, erat. n. nox. Chrs autē post alios cibos tradidit eucharistiā, Luca testante qui dicit: Siliter & calicē postquā cœnauit. Patet ergo qd Iudas prius exiit q̄ Chrs traderet Eucharistiā. Quod autē Lucas post calicē cōmemorat traditorē. p recapitulationē pt intelligi. Quia sæpe fit in sacra scriptura, vt qd prius factū fuerat, posterius enarretur, sicut Matthæus cōmemorat, biduo ante Pa- *Mat. 26* scha alabastrū vnguēti: qd scdm Ioan- *Ioan.12.* nē aū sex dies Paschæ mulier effudit in domo Simonis leprosi. Concesso autē qd Iudas acceperit eucharistiā, qd expositorū plerią; concedūt, quærēdū est, qua rōne medicus salutaris medicinā dabit ægroto, q̄ ei sciebat esse mortiferam?

uificat, caro nō pdest quicq̄. Quia caro Chrī, nisi spūaliter comedat, nō ad salutem, sed ad iudicium manducatur.

Quid fiat de corpore Christi, postquā fuerit sumptū & comestum. Cap. XV.

FOrtassis cogitatio adhuc pulsat aīum, quærens quid fiat de corpore Chrī, postq̄ sumptū fuerit & comestū? Tales sunt cogitationes mortaliū vt uix quiescere velint, in his maximè quæ q̄renda nō sunt. Audi consiliū Sapientis, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruteris, sed q̄ præcepit tibi Deus, illa semp cogita, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Si vero psētia quærit̄ corporalis, in cœlo q̄rat̄, vbi Chrs est in dextra Dei sedens. Ad tps tñ psētiam exhibuit corporalē, vt ad spiritualem psētiā inuitaret. Cū sacrum tenetur, comedit̄ & gustatur, Christus corporaliter adest in visu, in tactu, & in sapore. Quādiu corporalis sensus afficitur, corporalis præsentia non auferṫ. Postquā aūt in percipiēdo sensus deficit corporalis, deinceps nō est quærenda corporalis psētia, sed spiritualis est retinenda. Dispensationem cōpleta, Christus de ore trāsit ad cor. Melius est. n. vt procedat in mentē, q̄ vt descendat in uentrē. Cibus est nō carnis, sed aīæ. Venit ut comedat̄, non vt consumatur: vt gustetur, non vt incorporet̄. Ore comedit̄, sed stomacho non digeritur. Reficit animū, sed non effluit in secessum. Illud ergo sanè dēt intelligi, quod dñs ait, Oē quod in os intrat, in ventrē vadit, & in secessum emittitur, quū constet illud fuisse dictū non de spūali cibo, sed de carnali.

Ecclesi. 3

Christus spūalis est eucharistia.

Mat. 10

Quod si secessus aut vomitus post solā Eucharistiæ perceptionē eueniat. Cap. XVI.

QVod si forte secessus uel fluxus, aut vomitus post solā Eucharistiæ perceptionē euenerit, ex accidentibus & humoribus generatur, quū interdū humores absque cuiuslibet cibi materia vel effluāt in secessum, uel emittant̄ ad vomitū. Quū ergo post dispensationis officiū aliquid iterato sentitur, in hoc quoq; species ad proprietatem sensui famulatur, ut ueritas similitudinis ubiq; seruetur. Nam in quo si similitudo deficeret, in eo sacramentum non esset, sed ibi se proderet, & fidei locum auferret, neq; iam crederet̄, quod ita fieri non oportet. Itaque quantū ad nos seruat per omnia corruptibilis cibi similitudinē, sed quantum ad se, nō amittit inuiolabilis corporis veritatē. Species quiq; corroditur vel maculat̄, sed ueritas nunquam corrumpitur, aut coinquinatur. Si qñ tale quid uideris, noli timere sibi, sed esto solicitus tibi, ne tu malè lædaris, si malè credideris. Si vero q̄rat̄, vtrum Christus localiter descendat de cęlo, vel ascendat in cęlū quum exhibet aut subtrahit psētium corporalē, an aliter incipiat vel desinat esse sub specie sacramenti. Respōdeo nō opportere nos in talibus curiosus existere, ne plus quā possumus, pręsumamus, & nō cōprehēdamus. Salubre cōsiliū dedit Apostolus: Noli plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Ego nescio quomodo Christus accedit, sed & quomodo recedit ignoro, nouit ille q nihil ignorat.

Quæstio nes curio sæ deuitandæ sunt.

Rom. 12.

Quando fiat transsubstātiatio. Cap. XVII.

HOc est enim corpus meū. Si ad prolationē istorū verborū, Hoc est corpus meū panis mutatur in corpus, & ad prolationem istorum verborum: Hic est sanguis meus, vinum mutatur in sanguinem, prius proferantur ista verba quam illa: Prius ergo mutatur panis in corpus, quā vinū in sanguinem. Nūquid igitur corpus est sine sanguine, vel sanguis sine corpore? Propterea dicitur à quibusdā, q̄ quum totum est dictum, totum est factū, nolentes vel non valentes ipsius conuersionis determinare momentum. Alij verò dicunt, & benè quod licet ad prolationē pcedentiū panis à natura mutetur in corpus, & ad prolationem sequētiū vinū pterea mutetur in sanguinem, nūquā tamē est corpus sine sanguine, vel sanguis est sine corpore, sicut neutrū est sine aīa, sed sub forma panis sāguis existit in corpe p mutatio

Naturalis concomitātia.

nem

nē panis in corpus, & ecōuerſo. Non quod panis ī ſanguinē, vel vinū mutetur in corpus, ſed quia neutrū pōt exiſtere ſine reliquo. Eſt ergo ſanguis ſub ſpeciebus panis, nō ex vi ſacri, ſed ex naturali cōcomitātia, ſm fratrē Aegidiū. Sed quæritur, quid demōſtrauerit Chrs, quū dixit: Hoc eſt corpus meū? nō panē, quia de pane nō erat verum, quod corpus eius exiſteret, nec corp⁹, quia nōdū illa verba ꝓtulerat, ad quorum prolatiōnē panē mutauit in corpus. Quid ergo? Similis obiectio fit à logicis, cū dr: Hoc vinū eſt mortuū, poſito qd in ꝓlatione ſubiecti ſit vinū, & in ꝓlatione ꝑdicati ſit mortuū. Sed quantū diſtat ortus ab occaſu, tm̄ refert inter miraculū & naturā. Ab huius ergo qōnis laqueo facilè ſe abſoluit, qui dicit, ꝙ Chrs tunc cōfecit quū benedixit. Nā ſi opponaẗ de ſacerdote, quis tunc cōſecrat, quū illa verba pronunciat? Rñdetur, qd ſacerdos nihil demonſtrat, quū illis verbis nō vtatur enunciatiuè, ſed recitatiuè, quemadmodū Chrs ait: Ego ſum vitis & vera, Ego ſum lux mūdi, & innumera talia. Sed rurſus quæriẗ, quid demōſtrauit, quū dixit: Manducate ex hoc oēs? Licet in nullo quatuor Euangeliſtarū hoc legaẗ de corpore, ſed tm̄ de ſanguine, Bibite ex hoc oēs. Quū n. iam panē fregiſſet, ſi demōſtrabat aliquid fragmentorū, illud non debebant oēs comedere, quū ſingulis ſingula diſtribueret. Si demōſtrabat corpus, nō poterat ex iſto, ſed illud comedere, quia corpus Chri nō manducaẗ ꝑ partes, ſed integrū. Sanè ſecūdū rlam Tyconij dēt intelligi, qua frequēter in ſacra Scriptura vr agi de vno, ſed agiẗ de diuerſis, vt eſt illud: Bñdixit, fregit & dedit, bñdixit panē, formā fregit, & dedit corpus. Eodē mō quū dixit: Māducate ex hoc oēs, pronomen oſtendit integrū corpus, & ꝓpoſitio innuit formā diuiſam, vt iſte ſit ſenſus: Comedite hoc corpus integrū ſub forma diuiſa. Nā ſola forma ꝑ ptes diuidiẗ, & totū corpus integrū māducaẗ. Simili mō ſt intelligi, qd ſubiūxit. Hoc eſt corp⁹ meū, i. illud qd ꝓbeo ſub hac forma.

Quid demonſtrat Hoc.

Manducate ex hoc omnes.

De ſeptē regulis Tyconij vide B. Aug. de doctrina Chriſtiana lib. 3. circa finem.

De forma verborum. Cap. XVIII.

QVæritur etiam, vtrū additio, vel ſubtractio, tranſpoſitio vel mutatio, ſi fortè fiat in illa forma verborū quā Chrs expreſſit, effectum conſecrationis impediat an non? Vt ſi dicatur addēdo, Hoc eſt corpus meū, quod aſſumpſi de virgine; vel ſubtrahendo, Hoc eſt corpus meū; vel trāſponendo Corpus meū hoc eſt; vel interponēdo, Hoc eſt vtiq; corpus meū; ſiue mutādo, Hoc eſt corpus Ieſu. Sanè fecit Deus hoīem rectū, ſed ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus. His itaque prætermiſſis, q̄ qſque ſubuertunt animū, magis q̄ ædificent, illud pro certo ſciatur, qd grauiter peccat, qui quolibet horū quomodolibet attentauerit, maxim è ſi formā intendat mutare, vel hæreſim introducere, quia forma verborum quam Chriſtus expreſſit, ꝑ oīa illibata dēt ſeruari, quamuis ſecundū philoſophū noīa & verba tranſpoſita idē ſignificēt, nec vtile ꝑ inutile vitieẗ.

Variæ quæſtiones de forma verborū.

Eccle. 7.

Non eſt mutanda verborum forma.

Vtrum panis tranſſubſtantietur in Chriſtum. Cap. XIX.

POrrò quum panis tranſſubſtantietur in corpus, & vtique rationali ſpiritu animatum, videtur qd panis tranſſubſtantietur in hominē: pari ratione in Chriſtū tranſſubſtantiatur, & ita in creatorē. Sic ergo creatura quotidie fit creator. Quidā voluerūt aſtruere, quod panis trāſubſtantiaẗ in Chriſtum, non tn̄ in creatorem, quia Chriſtus dicitur ſecundum naturā humanam, ſecundum quam panis tranſſubſtantiatur in ipſum. Nam ſicut dicitur Chriſtus manducari, quia corpus eius comeditur, ita panis credendus eſt in ipſum mutari, quoniam in corpus eius conuertitur. Ego ſum (inquit) panis viuus, qui de cęlo deſcendi, & panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita. Chriſtus igitur ſeipſum & carnē ſuam nomine panis appellat, vt oſtēdat ex hoc, qd panis ſicut verè mutaẗ in carnē ipſius, ita verè mutaẗ ī ipſū,

Ioan. 6.

Ego

Ego tamen ficut in alijs, ita pariter in hoc diuina facramenta magis venerāda, quàm difcurienda profiteor. Scriptum eft enim: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, fed affum igni. *Exod. 12.* Etfi fecundum uim inferentiæ nõ fequatur: Quod fi panis tranfubftantiatur in corpus humanum; ideo panis tranfubftantietur in hominem, quia nõ homo, fed hominis pars eft corpùs.

De modo tranffubftantiationis. Cap. XX.

QVæritur autem, Vtrum ante confecrationem fit concedendum, panis erit corpus Chrifti, uel poft confecrationem, id quod panis fuit, eft corpus Chrifti. Quod inde uidetur, quoniam qui facerdos fit, erit facerdos, & qui facerdos eft factus, facerdos eft. Similiter quod corpus fit, erit corpus, & quod corpus eft factum, eft corpus. Quis enim dixerit, quod hoc fit illud, fi nunquam hoc erit illud? Tradit etiam Auguftinus, ante cõfecrationem panem effe & vinum quod natura formauit, poft confecrationem verò carnem & fanguinem, quod benedictio confecrauit. *De conse. dist. 2. ca.* Et Ambrofius in hæc uerba Quod erat panis ante confecratio nem, iam eft corpus Chrifti poft confecrationem. Nam & fi panis nec erit corpus Chrifti, nec aliud, panis ibi nihil erit, & ita panis annihilatur. Ergo nec fit corpus Chrifti, nec aliud. Si vero dicatur, quod panis erit corpus Chrifti, ftatim infertur, aliud fore corpus Chrifti, quod nec fuit natum, nec paffum, nec mortuum, nec fepultum. Demonftratis quoque diuerfis panibus, oportebit concedi, quod hoc etiam illud erit idem, & non eft idem Hoc igitur fiet illud. Rurfus fi hoc erit panis, & non eft corpus Iefu, quod eft penitus impoffibile. præterea fi id quod fuit panis, eft corpus Chrifti, profecto corpus chrifti eft illud quod fuit panis, ergo corpus Chrifti, vel fuit, vel eft panis. Diuerfa & innumerabilia talia poffent inferri, quæ penitus à veritate difcordant. Propter hæc & alia, quæ circa præfentem articulum fubtiliter magis quam utiliter poffent inquiri, non defunt qui dicunt, quod ea ratione dicitur panis mutari, vel conuerti feu tranfubftantiari, fiue tranfire in corpus chrifti, quod corpus Chrifti fub eifdem accidentibus loco panis incipit effe, ficut dicitur à Grãmaticis, quod a mutatur in e, qnum à prefenti formatur preteritũ, ago egi, qa loco huius literæ a, ponitur hæc litera e. Quidam aũt expreffe dixerunt, quod ipfa panis effentia uerè mutatur in corporis Chrifti fubftãtiã, nec redigitur panis in nihilum, quia definit effe quod fuit, fed mutatur in aliud, quoniã incipit effe quod non fuit. Fit autẽ ipfa conuerfio, non fecundũ unionẽ, fed fecundũ tranfitionẽ, quia nequaquã effentia effentiæ accedit in augmentũ, vt per id quod accedit, id ad quod accedit, maius aliquid fiat, fed id quod accedit, fit unũ cũ eo ad quod accedit. Nec corpus accipit effe panis, fed panis accipit effe corporis, quia panis trãfit in corpus, non corpus in panẽ. Cũ ergo cõcluditur quoniã aliud erit corpus Chrifti, quod nec fuit natũ, nec paffum, fi relatio fiat ad predicatũ, eft falfum, fi uero ad fubiectũ, eft uerum. Sed inde non prouenit, Ergo corpus Chrifti nec fuit natũ, nec paffum. Sicut non fequitur. Aliquid eft pater, quod nec genuit nec fpirauit. Ergo nec pater genuit, nec fpirauit. Quod aũt infertur, Hoc & illud erunt idẽ, & funt idẽ, hoc igitur fiet illud, nõn puenit, fed ita rectius ĩferretur: Hoc ergo fiet aliqd quod erit illud. Sicut pater & filius funt idẽ, non tñ pater eft filius, fed id quod eft filius. Licet aũt hoc erit illud; nũquã tñ erit uerũ hoc effe illud, quoniam hoc definit effe hoc, & incipiet effe illud. Sicut fanũ erit ægrũ, nunquã tñ erit uerũ fanũ effe ægrũ; quia fanũ definit effe fanum, & incipit effe ægrum. Quãuis ẽt id quod fuit panis, fit corpus Chrifti, nõ tñ corpus. Chrifti eft aliquid quod fuit panis, quoniam id quod fuit panis, eft aliud omnino q̃ fuit Sed corpus Chrifti eft omnino idẽ quod fuit. *Duplex eſt uerſio, ſubſtãtialis et formalis.* Sicut iniquũ quod fuit Saulus eft Paulus, nõ tamen Paulus eft iniquũ, q̃ fuit Saulus. Quod

sacerdos totum repetet a principio, & sic super panem iterabitur consecratio? an ab eo tantum loco incipiet, in quo sacerdos ille dimisit, & sic diuidetur mysterium unitatis? De hoc ita constitutũ legitur in concilio Toletano. Cẽsuimus ita conuenire, vt quũ a sacerdotibus missarum tempora sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis cuiuslibet accidat euentus, quo cœptũ nequeat consecratio nis explere mysterium, sit liberũ Episcopo vel presbytero alteri, consecrationẽ exequi cœpti officij, vt precedentibus libenter alii pro complemento succedãt. Porrò quũ inter Theologos de tẽpore consecrationis sit diuersa sententia, quibusdam dicentibus, quod quũ totũ est dictum, totum est factum, aliis aũt dicẽtibus, ꝙ panis ante mutatur in corpus, & postea uinũ mutatur in sanguinem, pleriqúe tutius procedentes affirmant, quod alius sacerdos consecrationem repetere debet atq; perficere, quoniam (vt tradit authoritas) non dicitur iteratũ, ꝙ nescitur ante esse factũ. Verum ne illa fiat iteratio, vel diuisio sacramenti, nec aliquis scrupulus erroris vel dubitationis remaneat, consultius & tutius iudicatur, ut illa talis oblatio studiosissime recõdatur, & super aliã totum officium celebretur.

Vide Conc. Tolet septimum. c. 2.

De Conf. dist. 4. c. cum itaque

Quæritur utrum necessitate cogente, uel casu interdicente, sola panis materia possit in Eucaristiam consecrari. cap. 23.

SEd & si uinum inueniri non possit uel aliquo casu defuerit, quæritur, utrum necessitate cogente, uel casu interdicente, sola panis materia possit in Eucharistiã consecrari, sicut sub sola panis specie debet Eucharistia reseruari? Sunt sane qui dicunt, quod quum uerbum & elemẽtum efficiant sacramẽtum, nec forma uerborũ nec materia rerum, quas Christus expressit, mutari potest siue dimidiari. Quia sicut uinum sine pane, sic panis sine uino minime consecratur, cum utrunq; sit de substãtia sacramenti. Vnde siue aqua ꝓ uino mutatur in calicem, siue hordeum pro frumẽto formetur in panẽ, sicut neutrum per se, sic neutrum cum alio transsubstantiatur in carnẽ, aut mutatur in sanguinẽ. Nã si panis sine uino, uel uinum sine pane, conuerti posset in carnẽ aut in sanguinẽ, in his regionibus, in quibus alterutrum inueniri non potest licite posset alterum sine altero consecrari. Minus.n. ignorantia ꝙ necessitas, uel negligentia, ꝙ difficultas excusat. Alii uero dicunt, quod quum Christus prius conuertit panẽ in carnem, & postea uinum mutauit in sanguinẽ, sicut Euangelicæ lectionis textus ostendit, & sine uino panem, & sine pane uinum consecrari contingit, grauiter tñ offẽdit qui negligenter aut ignoranter alterutram speciem prætermittit, grauius qui scienter aut sponte maxime si formam intendat mutare, uel hæresim introducere.

Salm. 67. Ephe. 4. Giou. 12.

Cautela, quando sacerdos post consecrationem inuenit prætermissum uinum ca. 24.

QVid ergo faciendum est sacerdoti, si post consecrationem uinum contigerit prætermissum? Dicunt aliqui, quod uinum apponere debet, & super illud solummodo consecrationẽ repetere. Alii quod apposito uino panẽ consecratum, sicut in die parasceues, debet imittere, sicque sumere sacrificiũ. Ego uerò semper in dubiis quod tutius est, iudico præferendum.

De diuersis sacerdotibus super eandem oblatam consecrantibus. cap. 25.

CVm autem interdum uni pontifici multi sacerdotes concelebrẽt, si forte, non omnes simul consecratoria uerba pronunciẽt, quæritur, an ille solus conficiat, qui primus pronunciat? Quid ergo cæteri faciunt, an iterãt sacramẽtum? Poterit ergo contingere, ꝙ ille nõ cõficit, qui celebrat principaliter, & ille conficiet, qui secundario celebrauit, & sic pia celebrantis * intentio defraudabitur? Sane dici potest, & probabiliter responderi, quod siue prius,

*Quæstio * al. deuotio.*

siue post etius proferant sacerdotes, referri debet eorũ intentio, ad instãs prolationis Episcopi, cui principaliter celebranti concelebrant: & tunc omnes simul consecrant, & conficiunt. Quamquam non nulli consentiant, quod qui prius pronunciat, ille cõsecrat: nec alio rum defraudatur intentio, quia factum est quod intendunt. Consueuerunt autẽ presbyteri Cardinales Romanum cir cum stare pontificem, & cũ eo pariter celebrare, quumque consummatũ est sacrificiũ, de manu eius cõmunionẽ reci pere, significãtes apostolos, qui cũ domino pariter discumbentes sacrã de manu eius Eucharistiã acceperũt. Et ĩ eo quod ipsi concelebrãt, ostẽdunt apostolos tunc à domino ritũ huius sacrificij didicisse.

De hora institutionis. cap. XXVI.

Exod. 12. Luc. 22. POsteaquam cœnatum est, Quattadecima luna primi mẽsis ad vesperam Christus secundum legem typicum pascha cum apostolis celebrauit. De quo quum dixisset. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequã patiar, cur hoc dixerit statim ostendit, vt scilicet veteri Paschæ imponẽs finem nouum Paschæ substitueret sacramẽtũ:
Matth. 26 Mar. 14. Luc. 21. Accipiens enim panem, benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, dicens. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens. Bibite ex hoc oẽs. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hac ergo institutione formati celebramus iugiter per mysteriũ quod semel offerebatur in preciũ. Nam vbi veritas venit, figura cessauit, & signum est sublatum de medio, quum iam nõ erat res aliqua quæ futura significaretur, sed quæ præsens perciperetur. mansit tamẽ figura, donec fuit in veritate complettũ, quod in similitudine prius erat exhibitũ. Ob id etiã Christus corpus & sãguinẽ suum post cœnã dedit apostolis, vt hoc sacramẽtũ velut vltimum testato

Cur post cœnam christus instituit. Luc. 22.

ris mandatum arctius memoriæ commendarent. Vnde nouissimũ cõdens heredibus testamentum. Vos, inquit, estis, qui per mansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnum. sicut pater meus mihi disposuit, vt eatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Patet ergo cum primam accesserunt apostoli Eucharistiam, non eos accepisse ieiunos. Non ideo tamẽ est cã lumniandum Ecclesiæ, quod à ieiunis semper accipitur. Placuit enim spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani dominicũ corpus intraret, sicut vbiq; mos iste seruatur. 1. cor. 11 Non enim quia post cibos dominus dedit, ideo pransi vel cœnati debent illud accipere, quemadmodum illi faciebant, quos arguit Apostolus, dicens. Conuenientibus uobis in unum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius ebrius est. Saluator ergo præscriptis ex causis post cœnam tradidit Eucharistiã quo autem ordine deinceps sumeretur, disponendum apostolis reseruauit.

Vide augu. in epistola ianuarium.

Quod corpus Christi totum est in pluribus locis simul. Cap. 27.

ACcipiens & hunc præclarum calicem. Continens metonomicẽ, ponitur pro contento. Nam & vnus & idem, & tunc & nunc, & hic & alibi sacrificatur ab omnibus, totus in cœlo, & totus in altari. simul & sedet ad dexteram patris, & manet sub specie sacramenti. Miraris quod verbum Dei iuxta sacramenti virtutẽ totum simul in diuersis locis existit, & non miraris, quod verbum hominis iuxta vocis naturam totum est simul in auribus diuersorum? Quid quæris naturam in Christi corpore, quum præter naturam sit ipse natus de uirgine? Sic ergo Christus in diuersis locis est vnus, sicut in singulis partibus totus. Quod autem vinum in calice consecrauerit, patet ex eo, quod ipse subiunxit. Non bibam amodò de hoc genimine vitis. Luc. 22.

Vide Ambrosium de mysterijs. ini. c. 9.

Quare

Quare sanguis christi dicatur nouum testamentum. cap. 28.

Exod.24. Hic est, sanguis noui & æterni testamenti. Vetus testamentum quod hircorum fuit & vitulorum sanguine dedicatum, promittebat huomini temporalia, nouum autem quod fuit Christi sanguine confirmatum, promittit æterna. Et ideo testamentum illud fuit vetus & transitoriam, hoc autem nouũ est & æternum. Vel inde probatur æternum, idest perpetuum, vnde nouum asseritur, idest ultimum: Nouissimum.n. hominis testamentum immobile perseuerat, quia testatoris firmatur morte, iuxta quod docet Apostolus Testamentum, inquit, in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum uiuit qui testatus est Porro testamentum dicitur non solũ scriptura, sed & promissio, quemadmodum dicit Apostolus: ideo noui testamenti mediator est, ut repromissionem accipiant, qui uocati sunt, æternæ hæreditatis. Et secundum hunc modum dicitur. Hic est sanguis meus noui & æterni testamenti, idest, confirmator nouæ & æternæ promissionis, sicut dominus ipse promittit. Qui manducat carnẽ meã, & bibit meũ sanguinem, habet uitam æternam. Vnde nec primum testamentũ, vt inquit Apostolus, sine sanguine dedicatũ est. Lecto enim uniuerso legis mandato, Moyses accipiens sanguinem hircorũ & uitulorũ ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: hic est sanguis testamenti, quod mãdauit ad uos Deus Ecce quàm propriè Moises verba prædixit, quibus Christus usus est in cœna.

Testamentũ & scriptura & promissio dicitur. Ioan.6. Heb. 9. Exod 14.

Vtrum aqua cum uino conuertatur in sanguinem. cap. 29.

Apoc. 19. Ioann.19. Sed quæritur, utrum aqua cum uino conuertatur in sanguinem? Si conuertitur ergo sacramentũ, sanguis est, imo populi, nam aquæ multæ sunt populi multi, & ob hoc aqua uino miscetur, ut Christo populus adunetur. Nã & de latere Christi exiuit sanguis & aqua. Si non conuertitur, ubi post consecrationẽ existit? & quomodo separatur a uino, cui fuerat in unũ cõmixta? Præterea non solum sanguinem bibet sacerdos in hoc sacramento, si post consecrationem aqua pura permanserit, post unam ergo sumptionem iterum eodem die cõmunicare non debet, ac si prius aquam bibisset Nam idcirco sacerdos postquam perfudit, eodẽ die iterũ nõ sacrificat, quia uinũ purũ assumit. An forte sicut uinum mutatur in sacramentũ redẽptionis, sic & aqua transit in sacramentum ablutionis, quæ de latere Christi pariter effluxerunt. Quis hoc audeat diffinire?

Vtrum christus resurgens sanguinem resumpsit, quem effudit in cruce. cap. 30.

Iam & illud inquiratur, utrũ Christus resurgens à mortuis, sanguinẽ illũ resumpserit, quem effudit in cruce Si enim capillus de capite vestro nõ perit, quanto magis sanguis ille non periit, qui fuit de ueritate naturæ? Luc.21.

Quid de circuncisione præputii uel vmbilici præcisione dicetur an in resurrectione Christi similiter rediit ad ueritatẽ humanæ substantiæ? Creditur, n. in Lateranensi basilica reseruari, licet a quibusdã dicatur quod præputiũ Christi fuit in Hierusalem delatũ ab angelo Carolo magno, qui transtulit illud, & posuit Aquisgrani. Sed post a Carolo Caluo positum est in ecclesia Saluaroris apud Carosium. Melius est ẽn Deo totum committere, quam aliud temere diffinire Illud omnino nefas est opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, uidelicet aquam in flegma cõuerti. Nam & de latere Christi non aquã, sed humorem aquaticũ, i. flegma mentiuntur exiuisse, nõn attendentes quod de latere Christi duo præcipua ecclesiæ sacramẽta fluxerunt, uidelicet sacramentum redẽptionis in sanguine, & sacramentũ regenerationis in aqua. Non enim baptizamur in flegmate, sed in aqua iuxta sententiã euangelii. Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei Qui Ioan.3.

Recta opinio de aqua in calice sacramenti.

busdam verò non absurdum uidetur quod aqua cũ uino transit in sanguinẽ ea uidelicet ratione, quod aqua per ad mixtionem transit in vinum, & uinũ per consecrationem transit in sanguinem. Quis.n.ambigat aquam in uinũ transire, cum multo uino modicum in funditu aquæ? Alioquin tota uini substantia pp guttam aquæ mutatur, ut quoddam fiat ex illis confusum, quod nec sit aqua nec uinum. Sic ergo tota fontis uel fluminis aqua propter modicũ uini stillã in confusionis speciẽ mutaretur nec panis ille posset in eucaristiã consecrari, qui factus est de frumento, cui fortè mixtum fuerat unum granũ hordei uel auenæ. Quid autem, si plus apponatur aquæ q̃ uini erit irritum sacramentũ? Oportet quidẽ ꝙ tantum uini ibi ponatur, ꝙ aqua cõmixtum saporem uini retineat. Licet autem diligenti studio uinũ optimum sit quærẽdũ, ut sacrificiũ offeratur, uitiũ tñ uini nõ maculat munditiã sacramenti. Quocirca siue uinũ nouum, ꝙ dicitur mustũ, siue uinũ acidum, quod appellatur acetum, in sacrificium offeratur, sacramentum conficitur, & diuinitus consecrat̃.

De uino post consecrationẽ admixtum ca.31

SI verò post calicis consecrationem aliud uinum mittatur in calicem illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris uini commixtũ corpori, ꝙ sub eis latet, undique circũfunditur, nõ madidãs circumfusum, ipsa tñ accidentia unum appositum uidentur afficere: quod inde coniicitur, q̃ si aqua pura fuerit apposita, uini saporem assumit. Contingit igitur accidentia ꝑmutare subiectũ, sicut subiectũ cõtigit accidẽtia ꝑmutare. Cedit quippe naturã miraculo, & uirtus supra consuetudinem operatur. Quidam autem nolue runt astruere, quod sicut aqua pura ꝑ aquæ benedictæ contactum efficitur benedicta, sic uinum per sacramenti contactum efficitur consecratum, & transit in sanguinem, quorum assertioni ratio minimè suffragatur.

Vtrum vinum sine acqua consecretur in sanguinem. cap. 32.

De conse dist.2 c.1. 2.& 3. Cyprianus

QVæritur autem, an irritum sit q̃ geritur, si fortè prætermittitur aqua. Cautum est in Canone, quod non potest calix domini aqua sola esse, neque uinum solum, nisi utrunque misceatur. Et Cyprianus: Calix domini nõ est aqua sola, neque uinum solum, sicut neque corpus domini potest esse farina sola, nisi fuerit utrumque adunatum & panis unius cõpage solidatum. Hoc quidam constanter affirmant, dicentes, quod sicut aqua sine uino consecrari non potest, sic uinum sine aqua transsubstantiari non ualet, quia de latere Christi simul utrunque manauit. Alii uerò concedunt, quod si quisquam nõ intendens hæresim introducere obliuione uel ignorantia prætermiserit aquam, ille quidem uehementer est corripiendus, & grauiter, non tamen fit irritum sacramentum. Quod ergo prædictum est, uinum solum offerri non posse, determinari debet, quia recipit exceptionem, hoc modo: nõ potest, nisi fiat simpliciter uel ignoranter. Vel, nõ potest, idest, non debet, quia non dicitur posse fieri, quod de iure non fit. Nam & Græcorum Ecclesiã dicitur aquam non apponere sacramento. Ait enim cypri anus. Si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter uel simpliciter non obseruauerit, quod nos dñs exemplo facere uel magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgẽtia domini uenia cõcedi. nobis uero non potest ignosci, qui nunc a domino instructi sumus, ut calicem domini cum uino mixtum, secũdum quod dominus obtulit, offeramus. Hinc ergo colligitur, ꝙ uinum aqua mixtum christus in cœna discipulis tradidit.

Vtrũ fermentatũ transsubstãtietur. ca.34.

QVæritur autẽ. Vtrum q fermẽtatum sacrificat, sacramẽtũ cõficiat præsertim si negligenter uel ignoranter hoc faciat? Superius enim sufficienter ostensum est, quod christus azymũ conse-

consecrauit, cũ sacramentum instituit. Sed adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam uerè catholicis ecclesia Romana communicat. Verum hæc quæstio melius soluenda differtur vt alias competentius absoluatur.

Quare sub alia specie sumitur Euchar. c. 34.

TRibus autem ex causis sacramentũ corporis & sanguinis sui Christus sub alia specie sumendum instituit. Ad scilicet augendum meritum, ad fouendum sensum, ad vitandum ridiculum. Ad augedũ meritum, quoniã aliud ibi cernitur, & aliud esse creditur, vt fides habeat meritum, cui humana ratio nõ præbet experitũ. Ad fouẽdũ sensum, ne abhorreret animus, quod cerneret oculus: quia non consueuimus carnem crudam comedere, vel sanguinẽ humanũ potare. Ad vitandum ridiculum, ne insultaret paganus, cum id ageret christianus, vt ita veritas adsit, & ridiculum desit. Ad hoc ergo Christus sub specie principalis edulij sumendam proposuit Eucharistiã, vt sensus foueretur in vno, & fides ædificaretur in altero. Fouetur.n. sensus in uno dum solita percipit, ædificatur autem fides in altero, dum in eo, quod uidet quale sit, illud quod non uidet, agnoscit. Proponitur aũt species panis & uini, quatenus in sumptione corporis & sanguinis Christi doceatur esse perfecta refectio. Plena quippe refectio cibus & potus est. Cibi autem & potus, panis & uinum est principalis substãtia.

Tres causæ institutionis.

Quod sacramentũ altaris simul est ueritas & figura. cap. 35.

MIsterium fidei. Ex his aliisque scripturæ verbis quidã munimentũ erroris ducere putauerunt, dicẽtes, in sacramẽto altaris ueritatẽ corporis & sanguinis Christi non esse, sed imaginẽ tantũ & speciẽ & figuram, pro eo, quod scriptura memoreret aliquoties id quòd in altari suscipitur, esse sacramentũ & mysterium & exemplũ. Qui profectò laqueũ erroris incurrunt, quia nec sacramẽta Dei reuerẽter suscipiunt, nec authoritates scripturæ cõueniẽter intelligunt, nescientes scripturas neque uirtutẽ Dei. Quid enim? Nunquid ideo sacramẽtũ altaris ueritas non est, quia figura est? Ergo nec mors Christi ueritas est, quia figura est: & resurrectio Christi veritas non est, quia figura est. Nam & mortem & resurrectionẽ Christi figurã & imaginem & similitudinem esse manifeste declarat Apost. dicens. Christus mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et Petrus Apostolus: Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamini uestigia eius. Ergo mors Christi exemplum fuit, ut peccato moriamur: resurrectio eius exemplum fuit ut iustitiæ uiuamus. Nunquid ideo veritas non fuit? Ergo Christus uerè mortuus non est, & uerè non resurrexit, si mors eius & resurrectio eius uera non fuit. Absit. Nã propheta de ipso prædixit. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Altaris ergo sacramentũ est & ueritas & figura.

Error negantium ueritatem in sacramentum.

Rom. 4. *1. Pet. 2.*

Esai. 53.

De sacramento & re sacramenti. cap. 36.

Vide c. cũ Marth. Extra de celebratione missæ.

TRia quippe in hoc sacramẽto sunt discreta, videlicet forma visibilis, veritas corporis & uirtus spiritualis. Forma panis & uini, ueritas carnis & sanguinis, uirtus vnitatis & charitatis. Primũ oculo cernitur, scdm aĩo creditur tertiũ corde percipitur. Primum est sacrum, & nõ res secum ẽ sacramentũ & res, tertiũ ẽ res, & nõ sacrum. Sed primũ ẽ sacrum geminæ rei, tertiũ verò res gemini sacri secũm aũt est sacrum unius, & res alterius. Nã forma panis utrãq; carnẽ Christi significat, i. uerã, & myst.cã. Sed uerã carnẽ & cõtinet & significat, mysticã uero significat, sed nõ continet. Sicut unus panis ex multis granis cõficitur, & unũ uinũ ex multis racemis cõfluit, sic corpus Christi ex multis mẽbris cõponitur, & vnitas ecclesiæ ex diuersis personis cõsistit. In prædestinatis, uocatis, iustificatis, & glorificatis: Nã quos prædestinauit, hos & vocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, &c: Propter quod dicit Apostolus. Vnus pãis & unũ corpus multi sumus

Rom. 8. *1. cor. 10.*

Exod. 25. In cuius rei typo facta est Arca domini de lignis Cethim, quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ simillima. vinũ autem in quantum liquet & rubet, similitudinem sanguinis, repræsentat. In quantũ calet, aut redolet, proprietatẽ charitatis significat & ostendit. Nam uinum & sanguinem operatur, & excitat charitatem, quia cor bibentis exhilarat, & dilatat. Patet ergo, quod substantia corporis & sanguinis Christi est sacramentũ & res, sed alterius sacramẽti res, & alterius rei est sacramentũ. Est n. res primi. quia significatur & continetur a primo, uidelicet a forma uisibili. Et est sacramentum tertii, quia significat & efficit tertium, uidelicet unitatem ecclesiasticã. Illud ergo sane debet intelligi ꝙ dominus ait. Pauperes semper habebitis uobiscum, me aũt nõ semper habetis ne uideatur esse contrariũ illi, quod alibi dicit. Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usque ad consummationẽ seculi. Christũ enim semper habemus uobiscum, sub diuini specie sacramẽti, & non semper habemus nobiscũ in propria forma personæ. Dicitur ergo mysteriũ fidei, quoniam aliud ibi cernitur, & aliud creditur. Cernitur ibi species panis & uini, & creditur ueritas carnis, & sanguinis. Quod aũt hic dicitur, mysterium fidei alibi dicitur spiritus & uita. Spiritus, n. est mysterium secundũ illud: Litera occidit, spiritus autẽ uiuificat. Fides est uita, secundum illud: Iustus ex fide uiuit. Hinc ergo dominus ait: Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt.

Quomodo Christum nobiscum habemus. Matth. 8. 26. 2. cor. 3. Abac. 2. Ioan. 6.

Quod species panis & uini duabus ex causis intelligitur sacramentum. cap. 37.

VErum, cum consecratio perficiat sacramentũ, & post consecrationẽ non sit panis in altari aut uinũ, quis panis est corporis, aut quod uinum est sanguinis sacramentũ? Si dicatur, quod panis qui fuit, uel uinum, quod extitit profecto nec ille est corporis, nec illud est sanguinis sacramentũ, quia panis transiuit in corpus, & uinũ trãsiuit in sanguinẽ. Si uero dicatur, quod species quæ remansit, illa quidẽ nec consistit ex granis, nec confluit ex acinis, qm̃ ex his non prouenit accidens, sed substantia. Quam ergo similitudinem assignabimus inter sacramentum rei, & rem sacrati? Nam si sacramenta non haberent similitudinẽ rerũ, quarũ sunt sacramenta, non dicerentur proprie sacramenta, sicut sacramentũ baptismi, quod est ablutio carnis exterior, similitudinem habet significati, quod est ablutio mentis interior. Sanè sacramentum istud in hoc gerit similitudinem corporis, in quo panis similitudinem repræsentat. Species ergo panis sacramentũ est corporis, non solum ratione rei significatę verum etiam ratione contentæ.

Vtrum forma panis & uini, uel species accidentis & ueritas corporis diuisa sint sacramenta. cap. 38.

SEd quæritur. Vtrum species panis & ueritas corporis vnum sunt sacramẽtũ, an diuersa sint sacramẽta? Scriptũ est. n. Perficiant in nobis q̃sumus dñe tua sacramẽta ꝙ cõtinent. Sed & alibi legitur. Præsta ut hoc tui corporis & sanguinis sacrum nõ sit nobis reatus ad pœnã. Præterea cum eandem rem sacrã significent, uidetur ꝙ idẽ sint sacramentũ. Sed cũ diuersa sint signa, uidetur quod diuersa sint sacramẽta. Sunt sane qui dicunt, quod forma panis & forma uini sunt unum sacramentũ, non propter unũ significatũ sed propter unum cõtentũ, species aũt panis & ueritas corpis sunt unũ sacramentũ, non pp unũ cõtentũ, sed ꝑpter vnum significatũ: Hi debent concedere quod sicut diuersæ res propter idẽ significatũ, idem sunt sacramentũ, sic eadem res propter diuersa significata diuersa sunt sacramenta. Quibus obiicitur, ꝙ si species panis, & veritas corporis idẽ sunt sacramentũ, cũ species panis sacramentũ sit corporis: ergo ueritas corporis idẽ est sacramentũ & ita sacramentũ est sui. Nõ prouenit, quia species panis est quoddã sacramẽtũ, quod est ueritas corporis, & est quoddam quod non est illa, quoniã est duo* sacramenta diuersa. Alii uero dicũt, ꝙ siue sint diuersa

**forte, significata*

sa significata, siue diuersa sint significātia, semper tñ diuersa sunt sacramenta. Quos oportet concedere quod in altari ad minus sunt quatuor sacramēta uide licet species panis, & species uini, ueritas carnis, & ueritas sāguinis. Praeterea cū panis & uini diuersa sint accidentia, ut sapor, odor, pondus & color, quantitas & figura, uidetur quod singula per se sint uaria sacramēta. Nā qua ratione potius unū, q̄ aliud dicendū est sacramētū? Sed cuius rei sacramentū est odor aut sapor? Pōt non incongrue respōdere, quia oīa simul accepta, sunt vnū Eucaristiae sacramentū, eo quod nullū sacramētū * solū significet per se, sed omnia simul panis speciē repraesentāt, quae corpus Christi continet & significat.

Vera determinatio.
** forte totum.*

De distinctione signorum, ubi ostenditur, quod sacramentum actiue & passiue dicitur. cap. 39.

Signorum autem alia sunt naturalia, & alia positiua. Naturalia sunt quae secūm naturā significant. Quorū quaedam sunt quae per antecedens significant consequēs ut rubore uespertino significatur serenitas matutina. Alia sunt quae per cōsequens significant antecedēs ut fumo uel cinere significatur ignis. Positiua sunt illa quae secūm impositionē significāt quorū alia sunt signū rei sacrae, ut serpēs aeneus erectus in eremo. Alia sunt signa rei non sacrae vt arcus triūphalis erectus in biuio. Signorū rei sacrae, alia sunt sacra, ut baptismus, alia nō sacra, ut agnus paschalis. sacra sunt signa noui testamēti, non sacra ueteris. Quamuis. n. utraq; sint signa rei sacrae, i. rem sacrā significantia non tñ utraq; sunt sacra signa, i. iustificantia: licet nōnulli dixerūt legalia sacramēta iustificasse: Haec est enim differentia inter legalia & inter euangelica sacramēta, q illa significabāt tantū, & nō iustificabāt: haec aūt significant, & iustificant. Verū, quādoq; largē, quādoque strictē sacramētū accipitur. Largē ēm quod omne signū rei sacrae, siue sit sacrū. siue non sacrū dicitur sacramentum. Vnde signa legalia sacramenta dicuntur. Strictē, secundū quod sacrum solūmodo signum dicitur sacramentū. Sacramentum aūt & actiuē & passiuē dicitur, quasi sacrū signans, vel sacrum signatū. Nam nomine sacramēti, quandoq; signum res, quandoq; res signa uariē nuncupatur, secūm quod sacramētum accipitur pro re signi. Sacramētum dicitur à sacro & secreto, quasi sacrum secretum. Species ergo panis dicitur sacramentum actiuē, i. sacrū significans, vnitas autem Ecclesiae dicit sacramētum passiuē, idest sacrum signatum. Corpus uero domini utroque modo dicitur sacramentum. idest, sacrum significans, & sacrum signatum.

Signorum alia sunt naturalia, alia positiua.
Num. 21.
Signa noui testamenti meliora sunt, quam signa ueteris testamēti.
Sacramentum actiue & passiue dicitur Sacramentum.

Quod sacramentum consistit in tribus, in rebus, factis & verbis. cap. 40.

Sacramentum uerò consistit in tribus in rebus, factis & verbis; secundum proprietatē, similitudinē & interpretationē. Leo nanque secundum proprietatē designat diabolum: vnde: Aduersarius uester diabolus tanquā leo rugiēs circumit, quaerens quē deuoret. seminare secundum similitudinē significat praedicare. vnde. Exiit qui seminat seminare semen suum, & aliud cecidit in terrā bonā, aliud supra petrā, aliud inter spinas. Emanuel secundum interpretationē significat Christum. vnde. Vocabitur nomen eius Emmanuel quod interpretatur, nobiscum Deus. Res, vt aqua baptismi. Factum, vt signaculum crucis. Verbum, vt inuocatio trinitatis. Singula reperiūtur in hoc excellentissimo sacramento. Res, idest, corpus & sanguis, Factum, i. esus & potus. verbū Hoc ē corpus meū. Hic est sāguis meus.

1. Pet. 5.
Luc. 8.
Matth. 1.

Quod sanguis Christi dupliciter intelligitur in remissionem peccatorum effusus. cap. 41.

Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pro solis praedestinatis effusus est, quantum ad efficientiā. Sed pro cunctis hominibus

minibus est effusus quantũ ad sufficien cientiã. Effusio quippe sanguinis iusti p iniustis, tam fuit diues ad precium, vt si uniuersitas crederet in redemptorẽ, nullum omnino, diaboli uincula retinerent. Peccatũ aũt duobus modis remittitur quo ad meritũ culpæ, & quo ad debitũ pœnæ. Meritũ culpæ remittitur per sãguinis fidẽ, qa iustificamur à culpa. Debitũ pœnæ remittitur per sanguinis præciũ, quo redẽpti sumus à pœna. Omnes.n. quasi oues errauimus, unusquisq; in uiã suã declinauit, & dñs posuit in eo iniquitates oĩum nostrũ. Vulneratus est ppter iniquitates nr̃as, attritus est pp scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eũ, & liuore eius sanati sumus. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quia ergo iustus iniustẽ punitus est, iniusti iustẽ sũt liberati. Assũpsit.n. pœnã in se p oĩbus, ut daret per se gloriã uniuersis.

Esai. 53.

Quod sũptio Euc. nõ est nimiũ differẽda. c. 42.

HAec quotiescunque feceritis. In perceptione corporis & sanguinis Christi, magna est nobis adhibenda discretio. Cauendum est.n. ne si nimium differatur mortis periculum incurratur Dño protestante. Nisi manducaueritis carnem filii hoĩs, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis uitã in uobis. Si uerò quis indignẽ suscipiat, iudiciũ dãnationis incurrat Apost. testante. Qui manducat & bibit indignè, iudiciũ sibi manducat & bibit: ideoq; iuxta uocem eiusdem Apostoli, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: ingens itaq; nobis indicitur bene uiuendi necessitas, ne corpus domini uel indigne sumẽdo sumamus iudiciũ uel sumere cessando nihilominus incurramus periculũ: Necessario quippe sumendus est agnus vt à uastante angelo protegamur, nec exire possimus de Aegypto, nisi celebrando phase paschalem agnum edamus. Dixerit ergo quisquã communicandũ esse quotidie, dixerit alius quotidie cõmunicandũ non esse, faciat unusquisque quod piè crediderit faciendũ. Non.n. litigauerunt ad inuicem, nec alter alteri se pposuit Zacheus & ille Centurio, cum alter eorũ gaudẽs in domo sua Christũ suscepit & alter eorum dixit, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meũ. Audi quid super hoc sentiat Augustinus: Quotidie inquit, eucharistiam recipere, nec laudo nec vitupero, oĩbus diebus tamen dominicis comũnicandũ hortor. Si tñ mens in affectu peccãdi est, grauari magis dico Eucaristiæ perceptione, q̃ purificari. Et licet quis peccato mordeat, si tñ peccãdi de cætero nõ habeat uoluntatem & satis faciat lacbrymis & orationibus, securus accedat. Sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non grauãt. Cautum est aũt in canone, quod si nõ frequentius, salt em ter in anno oẽs colcent, qui nolunt eccles. carere liminibus, in Pascha, Pentecoste, & Natali.

Ioan. 6

Luc. 19

Matt. 8.

De con di. c. 2. Seculares

Quod sacramentum altaris est commemoratio mortis Christi. cap. 44.

IN mei memoriã faciatis, in hoc sacramẽto nobis quotidie mortis Christi memoria renouatur sicut Apost. determinat, dicens. Quotiescunq; manducabitis panẽ hunc, & biberis calicem mortẽ dñi annunciabitis, donec ueniat. Propter q̃ ipse dicebat Apostolis Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hanc ultimã sui memoriã dñs nobis dereliquit, quemadmodũ si qs peregrẽ proficiscẽs aliquod pignus ei quem diligit, dereliquat, vt quoties illud aspexerit ipsius debeat amicitias memorari, qm̃ is si perfectẽ dilexerit, absque magno fletu uel desiderio nequit illud aspicere. Ideoque hoc Saluator instituit sacramentũ, ut quia uenerat eius hora, qua de mundo transiret ad patrẽ. quia uerum erat q̃ dicebat Apost. Quo ego uado, uos nõ potestis uenire. Nã & Petro dicenti, dñe, quò uadis? Respondit. Quò ego uado, me mõ sequi non potes. Competentẽ illis hæreditatẽ cõscribẽs, uisibilẽ sui memoriã cõmendatat. Hoc, inquit, facite in meã cõmemorationem. Non.n. solũ scripturarũ cõmemorationem ad hoc sufficere iudicabat, qui lethargicũ uenerat ægrotum sanare. Quota namque pars nostri capit illud, q̃ in euang. optimis unguẽtis fragat, antidotũ, uerbũ q̃ erat in principio apud Deum quẽ per oĩa facta sunt quodque caro factũ est, & habi-

1 Cor. 11.

Luc. 22 cur ultimo loco instituit christum hoc sacramentũ.

Ioan. 13.

& habitauit in nobis. Nã illud quidẽ ruminare, medela salubris est, super mel & fauum, dulcis faucibus aĩæ diligentis: Sed tantus cibus ualde paucorũ est & solius mentis pabulum, quo tunc aia plenissime satiabitur, cũ uerbũ ipsum in æterna felicitate gustabit: At ille qui corpus assumpsit & aĩam ut sanaret & aĩam & corpus, pigmenta sua prouida charitatis arte cõposuit, quibus lethargicã mentem ægroti renouatæ quotidie suæ salutis cõmemoratione percelleret & edentulã, i. sine dentibus plebẽ, quæ verbum antiquum & æternũ principium, quasi solidum cibum ruminare non poterat, hoc dulcissimo confectoliquamine in panis & vini sacramẽto consuefaceret sorbillare.

Psal. 16.

Cibus edẽtulæ plebis aptus.

De diuersis causis institutionis. cap. 44.

SApientia Dei, quæ se per visibilia manifestat, volens euidenter ostẽdere, quod ipsa cibus est animarũ, carnẽ assumptam proposuit in eduliũ vt per cibum humanitatis inuitaret ad gustũ diuinitatis, de quo dicit Psalmista. Gustate & videte, quoniã suauis est dominus. Totũ ergo Christus se exhibet nobis in cibũ, vt sicut diuinitate nos reficit, quã spiritualiter gustamus corde, ita nos humanitate reficiat, quã corporaliter ore comedimus, ut ita de uisibilib. ad inuisibilia, de temporalib. ad æterna, de terrenis ad cælestia de humanis ad diuina nos trãsferat. Ego sum, inquit, panis uiuus qui de cælo descendi. Ecce cibus diuinitatis: Et panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi uita. Ecce cibus humanitatis. Panis igitur angelorũ factus est cibus hominũ, ẽm illud propheticũ. Panem angelorũ manducauit homo, quatenus qui ẽm aĩam cibũ diuinitatis accipimus, ẽt ẽm carnem cibum humanitatis sumamus, quoniã sicut aĩa rationalis & caro unus ẽ homo ita Deus & homo unus est Christus. Et quia hõ per gustum mortem incurrit, per gustũ quoque uitam acquireret, quatenus unde mors oriebatur, inde uita resurgeret: Dictum est quippe de illo. Quacunq; die comederis, morte morieris. Dicitur aũt de isto. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternũ. Cibus ille mortalis pependit in ligno sciẽtiæ boni & mali. Cibus iste uitalis pependit in ligno uitæ, q. est in medio paradisi. Illud fuit lignũ inobedientiæ, ad q. homo manus extendit, ut fieret sicut Deus, iuxta quod illi serpens promiserat Eritis sicut dii, scientes bonũ & malum, istud aũt lignum est obediẽtiæ, in quo Deus manus extendit, & factus est homo, iuxta quod dicit Apost. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs in similitudinẽ hoĩum factus, & habitu inuentus, ut homo factus obediẽs usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Vt ergo suã erga nos charitatẽ ostenderet, & nostrã erga se charitatem accenderet, qui dedit se ꝑ nobis in preciũ, ipse tribuit se nobis in cibum, ut per precium redimeret nos a morte per cibum aleret nos ad uitam. Vnde ait. Qui mãducat me, uiuet ꝑp me. Quid amplius vnquã potuit pro nobis efficere? Preciũ se dedit pro nobis in mortẽ, & cibũ se tribuit nobis ad vitã, vt mortẽ nostrã sua morte perimeret, & vitã nostrã sua uita nutriret. Panis iste si digne mãducetur, impinguat, & calix iste si digne bibatur, inebriat, nõ corpus, sed cor, nõ uẽtrẽ, sed mentẽ, vnde poculũ tuũ inebriãs quã præclarum est. per huius ergo sacramẽti uirtutẽ, uniuersæ uirtutes augentur, & oĩum gratiarũ fructus exuberant. Is. n. in hoc sacramẽto sumitur totus & integer, qui est fons & origo totius virtutis & gratiæ. per crucis mysteriũ eripuit nos à potestate peccati, per Eucharistiæ sacramentũ liberat nos à voluntate peccãdi. Nã Eucharistia si dignẽ sumatur, à malo liberat, & cõfirmat in bono, venialia delet & cauet mortalia. Vnde quũ præmittimus in oratione dominica, panẽ nostrũ quotidianum, id est, super substãtialẽ, da nobis hodie, statim adiũgimus. Et dimitte nobis debita nostra. Vt ne nos inducas i tentationẽ, sed libera nos à malo. Quia per panẽ istũ cælẽste liberamur a malis ꝑteritis, ꝑsentibus, & futuris. Dedit ergo nobis hoc sacramentum salutis, ut qa nos quotidie peccamus, & ipse iã mori nõ põt, ꝑ hoc sacrm, q. i memoria mortis eius accipimus, remissionẽ peccatorũ quotidie consequamur. Non enim solum

Psal. 53.

Ioan. 6.

Sap. 16.

Psalm. 77

Duplex lignum, sciẽtia & uita

Gen. 3.

Ioan. 6.

Phil. 2.

Ioan 6.

Psal. 22.

Apoc. 1.

lum lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suũ fudit pro nobis in crucis patibulo; verum etiam quotidie nos lauat a peccatis nostris in sanguine suo, quãdo eius sanguinem nos accipimus in calicis poculo. Ascensurus ergo Christus ad patrem, quia promisit apostolis eorumq; sequacibus vobiscũ ero cunctis diebus usq; ad consummationem seculi: voluit remanere cum illis, non solum per inhabitantem gratiam, nec per diuinam tãtum essentiam, uerum etiam per corporalem præsentiam Et ideo istud sacramentum instituit, in quo præsens ẽ ipse nobiscũ, sub alia quidem forma, sed in propria uere substantia Congruũ erat enim, vt Deus qui hominem plasmauit & fecit ad imaginẽ & similitudinẽ suam, in hoĩe quem assumpsit, imaginem & similitudinẽ suam expressius insigniret. Disposuit ergo cœlestis altitudo consilii, vt sicut tres sunt personæ in vnitate substantiæ, pater, verbum, & spiritus sanctus; ita tres essent substantiæ in unitate personæ, diuinitas, corpus, & aia. Cum ergo Christus secũ naturam diuinam tribus modis existat in oĩbus per essentiam, in solis iustis per gratiã, in homine assumpto per unionem, voluit ut idem ipse secũm naturã humanam tribus modis in rebus existeret, localiter in cœlo, personaliter in verbo, sacramentaliter in altari. Sicut.n. secundum diuinitatem totus essentialiter est in oĩbus rebus, ita secũm humanitatem totus sacramẽtaliter est in pluribus locis. Huius sacramenti virtute possibile fit, vt qui de terra sunt, in cœlum ascendant. Ait.n. ipse Saluator: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cęlo descendit filius hoĩs, qui est in cœlo. Vnus & idẽ est filius Dei, qui de cœlo descendit, & filius hominis qui ascendit in cœlum, Christus Iesus, cui tanquam suo capiti cuncta membra corporis annectuntur omnes qui per fidem huius sacramenti seruant unitatem spiritus in uinculo pacis. Et sicut unum corpus, una persona, unus Christus caput cum suis membris in cœlum ascendit, dicitque gratu-

Christus sẽ per nobiscũ Matth. ult.

Trinitas substantiarum in vna persona christi.

Ioan 3. Ioan. 5. Per hoc sacramentum unimur christo, sicut membra capiti.

labundus gloriosam Deo repræsentans Ecclesiam. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Et ostendens se cũ illa in unam conuenisse personã. Erunt inquit, duo in carne vna. Hoc autẽ, vt inquit Apostolus, magnum sacramentum est in Christo & in ecclesia, quod eucharistia simul efficit & figurat, secũdum quod dominus ait. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ in me manet, & ego in eo. Per id ergo quod & suscepit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, ut qui est unum cum patre per ineffabilem unitatem; fiat unũ nobiscum per admirabilem unionem, ac per hoc ipso communiter mediante cum patre unũ efficimur. Pater, inquit, sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, & sicut nos. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis vnum sint & credant, quia tu me misisti. Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint unũ, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consũmati in unum & cognoscat mundus quia tu me misisti. Rogat unitas pro unione, verbum cum patre unum est in natura, homo cum uerbo unum est in persona, membra sunt unum cum capite Primum est in iustitia, postmodum autem in gloria, quoniam qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo. Vt ergo in iustitia unum sint, cognoscat mundus, quia tu me misisti Vt autem in gloria: vnum sint, uolo, ut vbi ego sum, & illi sint mecum, vt uideant claritatem quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

Gen. 2.

Ephes. 5. Ioan. 6.

Rogat christus pro vnione nostri.

Explicit Liber Quartus.

MYSTERIORVM EVANGElicæ legis ac sacramenti Eucharistiæ, LIBER QVINTVS.

CANONIS SACRI PARS OCTAVA.

VNde & memores domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta, Christi filij tui domini Dei nostri, tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in celos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ maiestati tuæ, de tuis donis ac datis, Hostiã puram, Hostiam sanctam, Hostiã immaculatã, Panem sanctum vitæ æternæ, & calicẽ salutis perpetuæ.

De signis quæ tertio loco fiunt super oblatã & calicem. cap. 1.

VNde & memores domine. Quia dominus ipse præceperat, vt in sui memoriã hoc faceremus, id circo tria sibi cõmemoranda proponit Ecclesia, scilicet Eius beatã passionẽ, nec non & ab inferis resurrectionem, sed & in cœlos gloriosam ascensionẽ. Quorum primũ, idest, passio * excitat charitatẽ, secundũ, idest, resurrectio, corroborat fidem, tertiũ .i. ascensio, lætificat spẽ. Quid enim magis in nobis charitatẽ accendit, quã quod proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illũ? Christus enim pro nobis factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis Quid in nobis magis fidem confirmat, quam quod Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium? Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorũ. Sicut & in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quid magis in nobis amplificat spem, quàm quod Christus ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, vt vbi est ipse, illic sit & minister ipsius? Quia vero dicit Ecclesia, memorem se dominicæ passionis, statim acerbiorem speciem illius passionis commemorat, recolens in quinque crucibus quinque plagas. Deinde per partes ordinem dominicæ passionis prosequitur, sicut subsequens expositio declarabit. Abhinc igitur vsq; dum corporale desuper calicem remoueretur, domini passio memoratur. Nam vbi dicit sacerdos. Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ, quinarium crucis signaculum imprimit super oblatam & calicem: significãs illa uiuentis petræ foramina, in quibus residet immaculata columba fructuose nidificans. Cum inter prædicta crucis quinque signacula quinq; dilectissimi sui plagas, videlicet duas manuum, totidemq; pedum, & vnam lateris, fida tenet & contemplatur memoria. Tres autem cruces sacerdos communiter facit super oblatam & calicem, quoniam in tribus verbis vtrunq; pariter intelligitur. Nunquam enim in crucis signaculo panis se paratur à calice, nisi cum separatim nominatur in Canone. Verum, erecta pars crucis solummodo super panem, transuersa vero vsque super calicem debet protendi, quoniam erecta pars crucis corpus Christi sustinuit, & brachia transuersa distendit.

Tria de christo cõmemoranda.
** Vulnerat.*
Rom. 8.
Filip. 2.
1. cor. 5.
Salm 67.
Ephe. 4
Gion. 12.

Quare post consecrationem signa super Eucharistiam fiunt. cap. 2.

HIc oritur quæstio non prætereunda silentio. Cum enim plenè & perfectè sit consecratio celebrata, (Nam materia panis & vini iam transiuit in substantiam carnis & sanguinis) quare super Eucharistiã benedictã & plenissimè

nẽ panis in corpus, & ecõuerſo. Non quod panis ĩ ſanguinẽ, vel vinũ mutetur in corpus, ſed quia neutrũ põt exiſtere ſine reliquo. Eſt ergo ſanguis ſub ſpeciebus panis, nõ ex vi ſacri, ſed ex naturali cõcomitãtia, ſm fratrẽ Aegidiũ. Sed quæritur, quid demõſtrauerit Chrs, quũ dixit: Hoc eſt corpus meũ? nõ panẽ, quia de pane nõ erat verum, quod corpus eius exiſteret, nec corp⁹, quia nõdũ illa verba ꝓtulerat, ad quorum prolationẽ panẽ mutauit in corpus. Quid ergo? Similis obiectio fit à logicis, cũ dr: Hoc vinũ eſt mortuũ, poſito qd in ꝓlatione ſubiecti ſit vinũ, & in ꝓlatione pdicati ſit mortuũ. Sed quantũ diſtat ortus ab occaſu, tm̃ refert inter miraculũ & naturã. Ab huius ergo qõnis laqueo facilè ſe abſoluit, qui dicit, ꝙ Chrs tunc cõfecit quũ benedixit. Nã ſi opponaẽ de ſacerdote, quis tunc cõſecrat, quũ illa verba pronunciat? Rñdetur, qd ſacerdos nihil demonſtrat, quũ illis verbis nõ vtatur enunciatiuè, ſed recitatiuè, quemadmodũ Chrs ait: Ego ſum vitis & vera, Ego ſum lux mũdi, & innumera talia. Sed rurſus quæriẽ, quid demõſtrauit, quũ dixit: Manducate ex hoc oẽs? Licet in nullo quatuor Euangeliſtarũ hoc legaẽ de corpore, ſed tm̃ de ſanguine, Bibite ex hoc oẽs. Quũ n. iam panẽ fregiſſet, ſi demõſtrabat aliquid fragmentorũ, illud non debebant oẽs comedere, quũ ſingulis ſingula diſtribueret. Si demõſtrabat corpus, nõ poterat ex iſto, ſed illud comedere, quia corpus Chri nõ manducaẽ p partes, ſed integrũ. Sanè ſecundũ rlam Tyconij dẽt intelligi, qua frequẽter in ſacra Scriptura vẽ agi de vno, ſed agiẽ de diuerſis, vt eſt illud: Bñdixit, fregit & dedit, bñdixit panẽ, formã fregit, & dedit corpus. Eodẽ mõ quũ dixit: Manducate ex hoc oẽs, pronomen oſtendit integrũ corpus, & ꝓpoſitio innuit formã diuiſam, vt iſte ſit ſenſus: Comedite hoc corpus integrũ ſub forma diuiſa. Nã ſola forma p ptes dimidiẽ, & totũ corpus integrũ mãducaẽ. Simili mõ ẽt intelligi, qd ſubiũxit. Hoc eſt corp⁹ meũ, i. illud qd pbeo ſub hac forma.

Quid demonſtrat Hoc.

Manducate ex hoc omnes.

De ſeptẽ regulis Tyconij vide B. Aug. de doctrina Chriſtiana lib. 3. circa finem.

De forma verborum. Cap. XVIII.

QVæritur etiam, vtrũ additio, vel ſubtractio, tranſpoſitio vel mutatio, ſi fortè fiat in illa forma verborũ quã Chrs expresſit, effectum conſecrationis impediat an non? Vt ſi dicatur addẽdo, Hoc eſt corpus meũ, quod aſſumpſi de virgine; vel ſubtrahendo, Hoc eſt corpus meũ; vel trãſponendo Corpus meũ hoc eſt; vel interponẽdo, Hoc eſt vtiq; corpus meũ; ſiue mutãdo, Hoc eſt corpus Ieſu. Sanè fecit Deus hoĩem rectũ, ſed ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus. His itaque prætermiſſis, q̃ qſique ſubuertunt animũ, magis q̃ ædificent, illud pro certo ſciatur, qd grauiter peccat, qui quolibet horũ quomodolibet attentauerit, maximè ſi formã intendat mutare, vel hæreſim introducere, quia forma verborum quam Chriſtus expreſſit, p oĩa illibata dẽt ſeruari, quamuis ſecundũ philoſophũ noĩa & verba tranſpoſita idẽ ſignificẽt, nec vtile p inutile vitieẽ.

Varia quæſtiones de forma verborũ.

Eccle. 7.

Non eſt mutanda verborum forma.

Vtrum panis tranſſubſtantietur in Chriſtum. Cap. XIX.

POrrò quum panis tranſſubſtantietur in corpus, & vtique rationali ſpiritu animatum, videtur qd panis tranſſubſtantietur in hominẽ: pari ratione in Chriſtũ tranſſubſtantiatur, & ita in creatorẽ. Sic ergo creatura quotidie fit creator. Quidã voluerũt aſtruere, quod panis trãſſubſtantiaẽ in Chriſtum, non tñ in creatorem, quia Chriſtus dicitur ſecundum naturã humanam, ſecundum quam panis tranſſubſtantiatur in ipſum. Nam ſicut dicitur Chriſtus manducari, quia corpus eius comeditur, ita panis credendus eſt in ipſum mutari, quoniam in corpus eius conuertitur. Ego ſum (inquit) panis viuus, qui de cęlo deſcendi, & panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mũdi vita. Chriſtus igitur ſeipſum & carnẽ ſuam nomine panis appellat, vt oſtẽdat ex hoc, qd panis ſicut verè mutaẽ in carnẽ ipſius, ita verè mutaẽ ĩ ipſũ,

Ioan. 6.

Ego

Ego tamen sicut in alijs, ita pariter in hoc diuina sacramenta magis veneranda, quàm discutienda profiteor. Scriptum est enim: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum igni. Etsi secundum uim inferentiæ nō sequatur: Quod si panis transsubstantiatur in corpus humanum; ideo panis transsubstantietur in hominem, quia nō homo, sed hominis pars est corpus.

Exod. 12.

De modo transsubstantiationis. *Cap. XX.*

QVæritur autem, Vtrum ante consecrationem sit concedendum, panis erit corpus Christi, uel post consecrationem, id quod panis fuit, est corpus Christi. Quod inde uidetur, quoniam qui sacerdos fit, erit sacerdos, & qui sacerdos est factus, sacerdos est. Similiter quod corpus fit, erit corpus, & quod corpus est factum, est corpus. Quis enim dixerit, quod hoc fit illud, si nunquam hoc erit illud? Tradit etiam Augustinus, ante cōsecrationem panem esse & vinum quod natura formauit, post consecrationem verò carnem & sanguinem, quod benedictio consecrauit Et Ambrosius in hæc uerba Quod erat panis ante consecrationem, iam est corpus Christi post consecrationem. Nam & si panis nec erit corpus Christi, nec aliud, panis ibi nihil erit, & ita panis annihilatur. Ergo nec fit corpus Christi, nec aliud. Si vero dicatur, quod panis erit corpus Christi, statim infertur, aliud fore corpus Christi, quod nec fuit natum, nec passum, nec mortuum, nec sepultum: Demonstratis quoque diuersis panibus, oporteblt concedi, quod hoc etiam illud erit idem, & non est idem Hoc igitur fiet illud. Rursus si hoc erit panis, & non est corpus Iesu, quod est penitus impossibile. præterea si id quod fuit panis, est corpus Christi, profecto corpus christi est illud quod fuit panis, ergo corpus Christi, vel fuit, vel est panis. Diuersa & innumerabilia talia possent inferri, quæ penitus à veritate discordant. Propter hæc & alia, quæ circa præsentem articulum subtiliter magis quam utiliter possent inquiri, non desunt qui dicunt, quod ea ratione dicitur panis mutari, vel conuerti seu transubstantiari, siue transire in corpus christi, quod corpus Christi sub eisdem accidentibus loco panis incipit esse, sicut dicitur à Grāmaticis, quod a mutatur in e, quum à presenti formatur preteritū, ago egi, qa loco huius literæ a, ponitur hæc litera e. Quidam aūt expresse dixerunt, quod ipsa panis essentia uerè mutatur in corporis Christi substāā, nec redigitur panis in nihilum, quia desinit esse quod fuit, sed mutatur in aliud, quoniā incipit esse quod non fuit. Fit autē ipsa conuersio, non secundū unionē, sed secundū transitionē, quia nequaquā essentia essentiæ accedit in augmentū, vt per id quod accedit, id ad quod accedit, maius aliquid fiat, sed id quod accedit, fit unū cū eo ad quod accedit. Nec corpus accipit esse panis, sed panis accipit esse corporis, quia panis trāsit in corpus, non corpus in panē. Cū ergo cōcluditur quoniā aliud erit corpus Christi, quod nec fuit natū, nec passum, si relatio fiat ad predicatū, est falsum, si uero ad subiectū, est uerum. Sed inde non prouenit, Ergo corpus Christi nec fuit natū, nec passum. Sicut non sequitur. Aliquid est pater, quod nec genuit nec spirauit. Ergo nec pater genuit, nec spirauit. Quod aūt infertur, Hoc & illud erunt idē, & sunt idē, hoc igitur fiet illud, non ꝓuenit, sed ita rectius īfertetur: Hoc ergo fiet aliqd quod erit illud. Sicut pater & filius sunt idē, non tñ pater est filius, sed id quod est filius. Licet aūt hoc erit illud; nūquā tñ erit uerū hoc esse illud, quoniam hoc desinit esse hoc, & incipiet esse illud. Sicut sanū erit ægrū, nunquā tñ erit uerū sanū esse ægrū; quia sanū desinit esse sanum, & incipit esse ægrum. Quāuis ēt id quod fuit panis, fit corpus Christi, nō tñ corpus. Christi est aliquid quod fuit panis, quoniam id quod fuit panis, est aliud omnino q̃ fuit Sed corpus Christi est omnino idē quod fuit. Sicut iniquū, quod fuit Saulus est Paulus, nō tamen Paulus est iniquū, q̃ fuit Saulus. Quod

De conse. dist. 2. ca.

Duplex cō uersio, substātialis et formalis.

sacerdos totum repetet a principio, & sic super panem iterabitur consecratio? an ab eo tantum loco incipiet, in quo sacerdos ille dimisit, & sic diuidetur mysterium unitatis? De hoc ita constitutũ legitur in concilio Toletano. Cēsuimus ita conuenire, vt quũ a sacerdotibus missarum tempora sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis cuiuslibet accidat euentus, quo cœptũ nequeat consecratio nis expleri mysterium, sit liberũ Episcopo vel presbytero alteri, consecrationē exequi cœpti officij, vt precedentibus libenter alii pro complemento succedāt. Porrò quũ inter Theologos de tēpore consecrationis sit diuersa sententia, quibusdam dicentibus, quod quũ totũ est dictum, totum est factum, aliis aũt dicētibus, q panis ante mutatur in corpus, & postea uinũ mutatur in sanguinem, plerique tutius procedentes affirmant, quod alius sacerdos consecrationem repetere debet atq; perficere, quoniam (vt tradit authoritas) non dicitur iteratũ, q nescitur ante esse factũ. Verum ne illa fiat iteratio, vel diuisio sacramenti, nec aliquis scrupulus erroris vel dubitationis remaneat, consultius & tutius iudicatur, ut illa talis oblatio studiosissime recōdatur, & super aliã totum officium celebretur.

Vide Conc. Tolet septimum. c. 2.

De Cons. dist. 4. c. cum itaque

Quæritur utrum necessitate cogente, uel casu interdicente, sola panis materia possit in Eucaristiam consecrari. cap. 23.

SEd & si uinum inueniri non possit uel aliquo casu defuerit, quæritur, utrum necessitate cogente, uel casu interdicente, sola panis materia possit in Eucharistiã consecrari, sicut sub sola panis specie debet Eucaristia reseruari? Sunt sane qui dicunt, quod quum uerbum & elemētum efficiant sacramētum, nec forma uerborũ nec materia rerum, quas Christus expressit, mutari potest siue dimidiari. Quia sicut uinum sine pane, sic panis sine uino minime consecratur, cum utrunq; sit de substãtia sacramenti. Vnde siue aqua p uino mutatur in calicem, siue hordeum pro frumēto formetur in panē, sicut neutrum per se, sic neutrum cum alio transsubstantiatur in carnē, aut mutatur in sanguinē. Nã si panis sine uino, uel uinum sine pane, conuerti posset in carnē aut in sanguinē, in his regionibus, in q bus alterutrum inuenire non potest licite posset alterum sine altero consecrari. Minus. n. ignorantia. q necessitas, uel negligentia, q difficultas excusat. Alii uero dicunt, quod quum Christus prius conuertit panē in carnem, & postea uinum mutauit in sanguinē, sicut Euangelicæ lectionis textus ostendit, & sine uino panem, & sine pane uinum consecrari contingit, grauiter tñ offēdit q negligenter aut ignoranter alterutram speciem prætermittit, grauius qui scienter aut sponte maxime si formam intendat mutare, uel hæresim introducere.

Salm. 67. Ephe. 4. Giou. 12.

Cautela, quando sacerdos post consecrationem inuenit prætermissum uinum ca. 24.

QVid ergo faciendum est sacerdoti, si post consecrationem uinum comperiat prætermissum? Dicunt aliqui, quod uinum apponere debet, & super illud solummodo consecrationē repetere. Alii quod apposito uino panē consecratum, sicut in die parasceues, debet immittere, sicque sumere sacrificiũ. Ego uerò semper in dubiis quod tutius est, iudico præferendum.

De diuersis sacerdotibus super eandem oblatam consecrantibus. cap. 25.

CVm autem interdum uni pontifici multi sacerdotes concelebrēt, si forte, non omnes simul consecratoria uerba pronunciēt, quæritur, an ille solus conficiat, qui primus pronunciat? Quid ergo cæteri faciunt, an iterāt sacramētum? Poterit ergo contingere, q ille nõ cõficit, qui celebrat principaliter, & ille conficiet, qui secundario celebrauit, & sic pia celebrantis intentio defraudabitur? Sane dici potest, & probabiliter responderi, quod siue prius, siue

Quæstio al. deuotio.

siue post eius proferant sacerdotes, referri debet eorũ intentio, ad instãs prolationis Episcopi, cui principaliter celebranti concelebrant: & tunc omnes simul consecrant,& conficiunt. Quamquam non nulli consentiant, quod qui prius pronunciat, ille cõsecrat: nec alio rum defraudatur intentio, quia factum est quod intendunt. Consueuerunt autẽ presbyteri Cardinales Romanum circum stare pontificem, & cũ eo pariter celebrare, quumq; consummatũ est sacrificiũ, de manu eius cõmunionẽ recipere, significãtes apostolos, qui cũ domino pariter discumbentes sacrã de manu eius Eucharistiã acceperũt. Et ĩ eo quod ipsi concelebrãt, ostẽdunt apostolos tunc à domino ritũ huius sacrificij didicisse.

De hora institutionis cap. XXVI.

Exod. 12. Luc. 22. POsteaquam cœnatum est. Quartadecima luna primi mẽsis ad vesperam Christus secundum legem typicum pascha cum apostolis celebrauit. De quo quum dixisset. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequã patiar, cur hoc dixerit statim ostendit, *Matth. 26 Mar. 14. Luc. 21.* vt scilicet veteri Paschæ imponẽs finem nouum Paschæ substitueret sacramẽtũ: Accipiens enim panem, benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, dicens. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens. Bibite ex hoc oẽs. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hac ergo institutione formati celebramus iugiter per mysteriũ quod semel offerebatur in preciũ. Nam vbi veritas venit, figura cessauit, & signum est sublatum de medio, quum iam nõ erat res aliqua quæ futura significaretur, *Cur post cœnam christus instituit. Luc. 22.* sed quæ præsens perciperetur. mansit tamẽ figura, donec fuit in veritate completũ, quod in similitudine prius erat exhibitũ. Ob id etiã Christus corpus & sãguinẽ suum post cœnã dedit apostolis, vt hoc sacramẽtũ velut vltimum testatoris mandatum arctius memoriæ commendarent. Vnde nouissimũ cõdens heredibus testamentum. Vos, inquit, estis, qui per mansistis mecum in tentationibus meis,& ego dispono vobis regnum. sicut pater meus mihi disposuit, vt eatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Patet ergo cum primam acceperunt apostoli Eucharistiam, non eos accepisse ieiunos. Non ideo tamẽ est calumniandum Ecclesiæ, quod à ieiunis semper accipitur. Placuit enim spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani dominicũ corpus intraret, sicut vbiq; mos iste seruatur. *Vide augu. in epistola ianuarium. 1. cor. 11* Non enim quia post cibos dominus dedit, ideo pransi vel cœnati debent illud accipere, quemadmodum illi faciebant, quos arguit Apostolus, dicens. Conuenientibus uobis in unum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius ebrius est Saluator ergo præscriptis ex causis post cœnam tradidit Eucharistiã quo autem ordine deinceps sumeretur, disponendum apostolis reseruauit.

Quod corpus Christi totum est in pluribus locis simul. Cap. 27.

ACcipiens & hunc præclarum calicem. Continens metonomicè, ponitur pro contento. Nam & vnus & idem, & tunc & nunc, & hic & alibi sacrificatur ab omnibus, totus in cœlo, & totus in altari. simul & sedet ad dexteram patris, & manet sub specie sacramenti. Miraris quod verbum Dei iuxta sacramenti virtutẽ totum simul in diuersis locis existit; & non miraris, quod verbum hominis iuxta vocis naturam totum est simul in auribus diuersorum? Quid quæris naturam in Christi corpore, quum præter naturam sit ipse natus de uirgine? Sic ergo Christus in diuersis locis est vnus, sicut in singulis partibus totus. *Vide Ambrosium de mysterijs. init. c. 9.* Quod autem vinum in calice consecrauerit, patet ex eo, quod ipse subiunxit. Non bibam amodò de hoc genimine vitis. *Luc. 22.*

Quare

Quare sanguis christi dicatur nouum testamentum. cap. 28.

Exod.24. Hic est sanguis noui & æterni testamenti. Vetus testamentum quod hircorum fuit & vitulorum sanguine dedicatum, promittebat huomini temporalia, nouum autem quod fuit Christi sanguine confirmatum, promittit æterna. Et ideo testamentum illud fuit vetus & transitorium, hoc autem nouũ est & æternum. Vel inde probatur æternum, idest perpetuum, vnde nouum asseritur, idest ultimum: Nouissimum.n. hominis testamentum immobile perseuerat, quia testatoris firmatur morte, iuxta quod docet Apostolus Testamentum, inquit, in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum uiuit qui testatus est Porro testamentum dicitur non solũ scriptura, sed & promissio, quemadmodum dicit Apostolus: *Testamentũ & scriptura & promissio dicitur.* ideo noui testamenti mediator est, ut repromissionem accipiant, qui uocati sunt, æternæ hæreditatis. Et secundum hunc modum dicitur. Hic est sanguis meus noui & æterni testamenti, idest, *Ioan.6.* confirmator nouæ & æternæ promissionis, sicut dominus ipse promittit. Qui *Heb. 9.* *Exod 14.* manducat carnẽ meã, & bibit meũ sanguinem, habet uitam æternam. Vnde nec primum testamentũ, vt inquit Apostolus, sine sanguine dedicatũ est. Lecto enim uniuerso legis mandato, Moyses accipiens sanguinem hircorũ & uitulorũ ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: hic est sanguis testamenti, quod mãdauit ad uos Deus Ecce quàm propriè Moises verba prædixit, quibus Christus usus est in cœna.

Vtrum aqua cum uino conuertatur in sanguinem. cap. 29.

Apoc. 19. *Ioann.19.* Sed quæritur, utrum aqua cum uino conuertatur in sanguinem? Si conuertitur ergo sacramentũ, sanguis est, imo populi, nam aquæ multæ sunt populi multi, & ob hoc aqua uino miscetur, ut Christo populus adunetur. Nã & de latere Christi exiuit sanguis & aqua. Si non conuertitur, ubi post consecrationẽ existit? & quomodo separatur a uino, cui fuerat in unũ cõmixta? Præterea non solum sanguinem bibet sacerdos in hoc sacramento, si post consecrationem aqua pura permanserit, post unam ergo sumptionem iterum eodem die cõmunicare non debet, ac si prius aquam bibisset Nam idcirco sacerdos postquam persudit, eodẽ die iterũ nõ sacrificat, quia uinũ purũ assumit. An forte sicut uinum mutatur in sacramentũ redẽptionis, sic & aqua transit in sacramentum ablutionis, quæ de latere Christi pariter effluxerunt. Quis hoc audeat diffinire?

Vtrum christus resurgens sanguinem resumpsit, quem effudit in cruce. cap. 30.

Iam & illud inquiratur, utrũ Christus resurgens à mortuis, sanguinẽ illũ resumpserit, quem effudit in cruce Si enim capillus de capite vestro nõ perit, *Luc.21.* quanto magis sanguis ille non periit, qui fuit de ueritate naturæ?

Quid de circuncisione præputii uel vmbilici præcisione dicetur? an in resurrectione Christi similiter redijt ad ueritatẽ humanæ substantiæ? Creditur, n. in Lateranensi basilica reseruari, licet a quibusdã dicatur quod præputiũ Christi fuit in Hierusalem delatũ ab angelo Carolo magno, qui transtulit illud, & posuit Aquisgrani. Sed post a Carolo Caluo positum est in ecclesia Saluatoris apud Carosium. Melius est tñ Deo totum committere, quam aliud temere diffinire. Illud omnino nefas est opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, uidelicet aquam in flegma cõuerti. Nam & de latere Christi non aquã, sed humorem aquaticũ, i. flegma mentiuntur exiuisse, non attendentes quod de latere Christi duo præcipua ecclesiæ sacramẽta fluxerunt, uidelicet sacramentum redẽptionis in sanguine, & sacramentũ regenerationis in aqua. Non enim baptizamur in flegmate, sed in aqua iuxta sententiã euangelii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto *Ioan.3.* non potest intrare in regnum Dei Qui

Recta opinio de aqua in calice sacramenti.

busdam verò non absurdum uidetur quod aqua cũ uino transit in sanguinẽ ea uidelicet ratione, quod aqua per ad mixtionem transit in vinum, & uinũ per consecrationem transit in sanguinem. Quis.n.ambigat aquam in uinũ transire, cum multo uino modicum in funditur aquæ? Alioquin tota uini substantia pp guttam aquæ mutatur, ut quoddam fiat ex illis confusum, quod nec sit aqua nec uinum. Sic ergo tota fontis uel fluminis aqua propter modicũ uini stillã in confusionis speciẽ mutaretur nec panis ille posset in eucaristiã consecrari, qui factus est de frumento, cui fortè mixtum fuerat unum granũ hordei uel auenæ. Quid autem, si plus apponatur aquæ q̃ uini erit irritum sacramentũ? Oportet quidẽ q̃ tantum uini ibi ponatur, q̃ aqua cõmixtum sapo rem uini retineat. Licet autem diligenti studio uinũ optimum sit quærẽdũ, ut sacrificiũ offeratur uitiũ tñ uini nõ maculat monditiã sacramenti. Quocirca siue uinũ nouum, q̃ dicitur mustũ, siue uinũ acidum, quod appellatur acetum, in sacrificium offeratur, sacramentum conficitur, & diuinitus consecrat.

De uino post consecrationẽ admixtum ca. 31

SI verò post calicis consecrationem aliud uinum mittatur in calicem illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris uini commixtũ corpori, q̃ sub eis latet, undique circũfunditur, nõ madidãs circumfusum, ipsa tñ accidentia unum appositum uidẽtur afficere: quod inde coniicitur, q̃a si aqua pura fuerit apposita, uini saporem assumit. Contingit igitur accidenti p mutare subiectũ, sicut subiectũ cõtigit accidẽtia pmutare. Cedit quippe natura miraculo, & uirtus supra consuetudinem operatur. Quidam autem noluerunt astruere, quod sicut aqua pura p aquæ benedictæ contactum efficitur benedicta, sic uinum per sacramenti contactum efficitur consecratum, & transit in sanguinem, quorum assertioni ratio minimè suffragatur.

Vtrum vinum sine acqua consecretur in sanguinem. cap. 32.

De conse dist. 2 c. 1. 2. & 3. Cyprianus

QVæritur autem, an irritum sit q̃ geritur, si fortè præ termittitur aqua. Cautum est in Canone, quod non potest cali x domini aqua sola esse, neque uinum solum, nisi utrunque misceatur. Et Cyprianus: Calix domini nõ est aqua sola, neque uinum solum, sicut neque corpus domini potest esse farina sola, nisi fuerit utrumque adunatum & panis unius cõpage solidatum. Hoc quidam constanter affirmant, dicentes, quod sicut aqua sine uino consecrari non potest, sic uinum sine aqua transsubstantiari non ualet, quia de latere Christi simul utrunque manauit. Aliĩ uerò concedunt, quod si quisquam nõ intendens hæresim introducere obliuione uel ignorantia prætermiserit aquam. ille quidem uehementer est corripiendus, & grauiter, non tamen fit irritum sacramentum. Quod ergo prædictum est, uinum solum offerri non posse, determinari debet, quia recipit exceptionem, hoc modo: nõ potest, nisi fiat simpliciter uel ignoranter. Vel, nõ potest, idest, non debet, quia non dicitur posse fieri, quod de iure non fit Nam & Græcorum Ecclesiã dicitur aquam non apponere sacramento. Ait enim cyprianus. Si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter uel simpliciter non obseruauerit, quod nos dñs exemplo facere uel magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgẽtia domini uenia cõcedi. nobis uero non potest ignosci, qui nunc a domino instructi sumus, ut calicem domini cum uino mixtum, secũdum quod dominus obtulit, offeramus Hinc ergo colligitur, q̃ uinum aqua mixtum christus in cœna discipulis tradidit.

Vtrũ fermentatũ transsubstãtietur. ca. 34.

QVæritur autẽ. Vtrum q̃ fermẽtatum sacrificat, sacramẽtũ cõficiat præsertim si negligenter uel ignoranter hoc faciat? Superius enim sufficienter ostensum est, quod christus azymũ conse-

consecrauit, cũ sacramentum instituit. Sed adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam uerè catholicis ecclesia Romana communicat. Verum hæc quæstio melius soluenda differtur vt alias competentius absoluatur.

Quare sub alia specie sumitur Euchar. c. 34.

TRibus autem ex causis sacramentũ corporis & sanguinis sui Christus sub alia specie sumendum instituit. Ad scilicet augendum meritum, ad fouendum sensum, ad vitandum ridiculum. Ad augẽdũ meritum, quoniã aliud ibi cernitur, & aliud esse creditur, vt fides habeat meritum, cui humana ratio nõ prębet experitũ. Ad fouẽdũ sensum, ne abhorreret animus, quod cerneret oculus: quia non consueuimus carnem crudam comedere, vel sanguinẽ humanũ potare. Ad vitandum ridiculum, ne insultaret paganus, cum id ageret christianus, vt ita veritas adsit, & ridiculum desit. Ad hoc ergo Christus sub specie principalis edulij sumendam proposuit Eucharistiã, vt sensus foueretur in vno, & fides ædificaretur in altero. Fouetur. n. sensus in uno dum solita percipit, ædificatur autem fides in altero, dum in eo, quod uidet quale sit, illud quod non uidet, agnoscit. Proponitur aũt species panis & uini, quatenus in sumptione corporis & sanguinis Christi doceatur esse perfecta refectio. Plena quippe refectio cibus & potus est. Cibi autem & potus, panis & uinum est principalis substãtia.

Tres causæ institutionis.

Quod sacramentũ altaris simul est ueritas & figura. cap. 35.

MIsterium fidei. Ex his aliisque scripturæ verbis quidã munimentũ erroris ducere putauerunt, dicẽtes, in sacramẽto altaris ueritatẽ corporis & sanguinis Christi non esse, sed imaginẽ tantũ & speciẽ & figuram, pro eo, quod scriptura memoret aliquoties id quòd in altari sumitur, esse sacramentũ & mysterium & exemplũ. Qui profectò laqueũ erroris incurrunt, quia nec sacramẽta Dei reuerẽter suscipiunt, nec authoritates scripturæ cõueniẽter intelligunt, nescientes scripturas neque uirtutẽ Dei. Quid enim? Nunquid ideo sacramẽtũ altaris ueritas non est, quia figura est? Ergo nec mors Christi ueritas est, quia figura est: & resurrectio Christi veritas non est, quia figura est. Nam & mortem & resurrectionẽ Christi figurã & imaginem & similitudinem esse manifeste declarat Apost. dicens. Christus mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et Petrus Apostolus: Christus passus est ꝑ nobis, nobis relinquens exemplũm, vt sequamini uestigia eius. Ergo mors Christi exemplum fuit, ut peccato moriamur: resurrectio eius exemplum fuit ut iustitiæ uiuamus. Nunquid ideo veritas non fuit? Ergo Christus uerè mortuus nõ est, & uerè non resurrexit, si mors eius & resurrectio eius uera non fuit. Absit. Nã propheta de ipso prædixit. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Altaris ergo sacramentũ est & ueritas & figura.

Error negantium ueritatem in sacramentum.

Rom 4.
1. Pet. 2.

Esai. 53.

De sacramento & re sacramenti. cap. 36.

TRia quippe in hoc sacramẽto sunt discreta, videlicet forma visibilis, veritas corpis & uirtus spiritualis. Forma panis & uini, ueritas carnis & sanguinis, uirtus vnitatis & charitatis. Primũ oculo cernit, 2m aĩo creditur tertiũ corde percipitur. Primum est sacrum, & nõ res secũm ẽ sacramentũ & res, tertiũ ẽ res, & nõ sacrum. Sed primũ ẽ sacrum geminæ rei, tertiũ verò res gemini sacri secũm aũt est sacrum unius, & res alterius. Nã forma panis utrãq; carnẽ Christi significat, i uerã, & myst. cã. Sed uerã carnẽ & cõtinet & significat, mysticã uero significat, sed nõ continet. Sicut unus panis ex multis granis cõficit, & unũ uinũ ex multis racemis cõfluit, sic corpus Christi ex multis mẽbris cõponit, & vnitas eccles ex diuersis personis cõsistit. In ꝑdestinatis, uocatis, iustificatis, & glorificatis: Nã quos prædestinauit, hos & vocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, &c. Propter quod dicit Apostolus. Vnus pãis & unũ corpus multi sumus

Vide c. cũ Marth. Ex tra de celebratione missæ.

Rom. 8.
1. cor. 10.

sa significata, siue diuersa sint significati tia, semper tñ diuersa sunt sacramenta. Quos oportet concedere. quod in altari ad minus sunt quatuor sacramēta uide licet species panis, & species uini, ueritas carnis, & ueritas sāguinis. Praeterea cū panis & uini diuersa sint accidentia, ut sapor, odor, pondus & color, quantitas & figura, uidetur quod singula per se sint uaria sacramētā Nā qua ratione potius unū, q̃ aliud dicendū est sacramētū? Sed cuius rei sacramentū est odor aut sapor? Pōt non incongrue respōdere, quia oīa simul accepta, sunt vnū Eucaristiae sacramentū, eo quod nullū sacramētū* solū significet per se, sed omnia simul panis speciē repraesentāt, quae corpus Christi continet & significat.

Vera determinatio. ** forte totum.*

De distinctione signorum, ubi ostenditur, quod sacramentum actiue & passiue dicitur. cap. 39.

SIgnorum autem alia sunt naturalia, & alia positiua Naturalia sunt quae secūm naturā significant. Quorū quaedam sunt quae per antecedens significant consequēs ut rubore uespertino significatur serenitas matutina. Alia sunt quae per cōsequens significant antecedēs ut fumo uel cinere significatur ignis. Positiua sunt illa quae secūm impositionē significāt quorū alia sunt signū rei sacrae, ut serpēs aeneus erectus in eremo. Alia sunt signa rei non sacrae vt arcus triūphalis erectus in biuio. Signorū rei sacrae, alia sunt sacra, ut baptismus, alia nō sacra, ut agnus paschalis. sacra sunt signa noui testamēti, non sacra ueteris. Quamuis.n. utraq; sint signa rei sacrae, i. rem sacrā significantia non tñ utraq; sunt sacra signa, i. iustificantia: licet nōnulli dixerūt legalia sacramēta iustificasse: Haec est enim differentia inter legalia & inter euangelica sacramēta, q illa significabāt tantū, & nō iustificabāt: haec aūt significant, & iustificant. Verū, quādoq; large, quādoque stricte sacramētū accipitur. Large ēm quod omne signū rei sacrae, siue sit sacrū. siue non sacrū dicitur sacramentum. Vnde signa legalia sacramenta dicuntur Stricte, secundū quod sacrum solūmodo signum dicitur sacramentū. Sacramentum aūt & actiuè & passiuè dicitur, quasi sacrū signans, vel sacrum signatū Nam nomine sacramēti, quandoq; signum rei, quandoq; res signa uariè nuncupatur, secūm quod sacramētum accipitur pro re signi. Sacramētum dicitur à sacro & secreto, quasi sacrum secretum. Species ergo panis dicitur sacramentum actiuè, i. sacrū significans, vnitas autem Ecclesiae dicit sacramētum passiuè, idest sacrum signatum. Corpus uerò domini utroque modo dicitur sacramentum. idest, sacrum significans, & sacrum signatum.

Signorum alia sunt naturalia, alia positiua. *Num. 21.* *Signa noui testamenti meliora sunt, quam signa ueteris testamēti.* *Sacramentum actiue & passiue dicitur Sacramentum.*

Quod sacramentum consistit in tribus, in rebus, factis & verbis. cap. 40.

SAcramentum uerò consistit in tribus in rebus, factis & verbis, secundum proprietatē, similitudinē & interpretationē. Leo nanque secundum proprietatē designat diabolum: vnde: Aduersarius uester diabolus tanquā leo rugiēs circuiuit, quaerens quē deuoret. seminare secundum similitudinē significat praedicare vnde. Exiit qui seminat seminare semen suum, & aliud cecidit in terrā bonā, aliud supra petrā, aliud inter spinas. Emanuel secundum interpretationē significat Christum. vnde. Vocabitur nomen eius Emmanuel quod interpretatur, nobiscum Deus. Res, vt aqua baptismi. Factum, vt signaculum crucis. Verbum, vt inuocatio trinitatis. Singula reperiūtur in hoc excellentissimo sacramento. Res, idest, corpus & sanguis, Factum, i. esus & potus. verbū Hoc ē corpus meū. Hic est sāguis meus.

1. Pet. 5. *Luc. 8.* *Matth. 1.*

Quod sanguis Christi dupliciter intelligitur in remissionem peccatorum effusus. cap. 41.

QVi pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pro solis praedestinatis effusus est, quantum ad efficientiā. Sed pro cunctis hominibus

minibus est effusus quantū ad sufficientiā Effusio quippe sanguinis iusti pro iniustis, tam fuit diues ad precium, vt si uniuersitas crederet in redemptoré, nullum omnino, diaboli uincula retinerent. Peccatū aūt duobus modis remittitur quo ad meritū culpæ, & quo ad debitū pœnæ. Meritū culpæ remittitur per sāguinis fidē, qua iustificamur à culpa. Debitū pœnæ remittitur per sanguinis prætiū, quo redēpti sumus à pœna. Omnes, n. quasi oues errauimus, unusquisq; in uiā suā declinauit, & dñs posuit in eo iniquitates oīum nostrū Vulneratus est propter iniquitates nrās, attritus est pp scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eū, & liuore eius sanati sumus Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quia ergo iustus iniustè punitus est, iniusti iustè sūt liberati. Assūpsit, n. pœnā in se pro oībus, ut daret per se gloriā uniuersis.

Esai. 53.

Quod sūptio Euc. nō est nimi differēda. c. 42.

HAec quotiescunque feceritis. In perceptione corporis & sanguinis Christi, magna est nobis adhibenda discretio Cauendum est, n. ne si nimium differatur mortis periculum incurratur Dño protestante. Nisi manducaueritis carnem filii hoīs, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitā in uobis. Si uerò quis indignè suscipiat, iudiciū dānationis incurrat Apost. testante. Qui manducat & bibit indignè, iudiciū sibi manducat & bibit Ideoq; iuxta uocem eiusdem Apostoli, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat ingens itaq; nobis indicitur bene uiuendi necessitas, ne corpus domini uel indignè sumēdo sumamus iudiciū vel sumere cessando nihilominus incurramus periculū: Necessario quippe sumendus est agnus vt à uastante angelo protegamur, nec exire possumus de Aegypto, nisi celebrando phase paschalem agnum edamus. Dixerit ergo quisquā communicandū esse quotidie, dixerit alius quotidie cōmunicandū non esse, faciat unusquisque quod piè crediderit faciendū. Non, n litigauerunt ad inuicem, nec alter alteri se ppposuit Zacheus & ille Centurio, cum alter eorū gaudēs

Ioan. 6

in domo sua Christū suscepit & alter eorum dixit. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meū. Audi quid super hoc sentiat Augustinus: Quotidie inquit, euchariistiam recipere, nec laudo nec vitupero, oībus diebus tamen dominicis commūnicandū hortor. Si tñ mens in affectu peccādi est, grauari magis dico Eucaristhiæ perceptione, q̄ purificari. Et licet quis peccato mordeat, si tñ peccādi de cætero nō habeat uoluntatem & satis faciat lachrymis & orationibus, securus accedat. Sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non grauāt. Cautum est aūt in canone, quod si nō frequentius, salt'em ter in anno oēs coīcent, qui nolunt eccles. carere liminibus, in Pascha, Pentecoste, & Natali.

Luc. 19 Matt. 8.

De con di. c. 2. Seculares

Quod sacramentum altaris est commemoratio mortis Christi. cap. 44.

IN mei memoriā faciatis, in hoc sacramēto nobis quotidie mortis Christi memoria renouatur sicut Apost. determinat, dicens. Quotiescunq; manducabitis panē hunc, & bibetis calicem mortē dñi annunciabitis, donec ueniat Propter q ipse dicebat Apostolis Hoc facite in meā cōmemorationē. Hanc ultimā sui memoriā dñs nobis dereliquit, quemadmodū si qs peregrè proficiscēs aliquod pignus ei quem diligit, derelinquat, vt quoties illud aspexerit ipsius debeat amicitias memorari, qm̄ is si perfectè dilexerit, absque magno fletu uel desiderio nequit illud aspicere. Ideoque hoc Saluator instituit sacramentū, ut quia uenerat eius hora, qua de mundo transiret ad patrē. quia uerum erat q dicebat Apost. Quo ego uado, uos nō potestis uenire. Nā & Petro dicenti, dñe, quò uadis? Respondit. Quò ego uado, me mō sequi non potes. Competentē ilis hæreditatē cōscribēs, uisibilē sui memoriā cōmendatat. Hoc, inquit, facite in meā cōmemorationem. Non. n. solū scripturarū cōmemorationem ad hoc sufficere iudicabat, qui lethargiicū uenerat ægrotum sanare. Quota nanque pars nostri capit illud, q in euang. optimis unguētis fragat, antidotū, uerbū q erat in principio apud Deum quē per oīa facta sunt quodque caro factū est, & habi-

1 Cor. 11.

Luc. 22 cur ultimo loco instituit christum hoc sacramentū.

Ioan. 13.

& habitauit in nobis. Nã illud quidẽ ruminare, medela salubris est, super mel & fauum, dulcis faucibus aïæ diligentis: Sed tantus cibus ualde paucorũ est & solius mentis pabulum, quo tunc aïa plenissime satiabitur, cũ uerbũ ipsum in æterna felicitate gustabit: At ille qui corpus assumpsit & aïam ut sanaret & aïam & corpus, pigmenta sua prouida charitatis arte cõposuit, quibus lethargicã mentem ægroti renouata quotidie suæ salutis cõmemoratione percelleret & edentulã, i. sine dentibus plebẽ quæ verbum antiquum & æternũ principium, quasi solidum cibum ruminare non poterat, hoc dulcissimo confectoliquamine in panis & vini sacramẽto consuefaceret sorbillare.

Psal. 16.

Cibus idẽtulæ plebi aptus.

De diuersis causis institutionis. cap. 44.

SApientia Dei, quæ se per visibilia manifestat, volens euidenter ostẽdere, quod ipsa cibus est animarũ, carnẽ assumptam proposuit in edulíũ vt per cibum humanitatis inuitaret ad gustũ diuinitatis, de quo dicit Psalmista. Gustate & videte, quoniã suauis est dominus. Totũ ergo Christus se exhibet nobis in cibũ, vt sicut diuinitate nos reficit (quã spiritualiter gustamus corde) ita nos humanitate reficiat, quã corporaliter ore comedimus, ut ita de uisilib. ad inuisibilia, de temporalib. ad æterna, de terrenis ad cælestia de humanis ad diuina nos trãsferat. Ego sum, inquit, panis uiuus qui de cælo descendi. Ecce cibus diuinitatis: Et panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi uita. Ecce cibus humanitatis. Panis igitur angelorũ factus est cibus hominũ, ẽm illud propheticũ. Panẽm angelorũ manducauit homo, quatenus qui ẽm aïam cibũ diuinitatis accipimus, et ẽm carnem cibum humanitatis sumamus, quoniã sicut aïa rationalis & caro unus ẽ homo ita Deus & homo unus est Christus. Et quia hõ per gustum mortem incurrit, per gustũ quoque uitam acquireret, quatenus unde mors oriebatur, inde uita resurgeret: Dictum est quippe de illo. Quacunq; die comederis, morte morieris. Dicitur aũt de isto. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternũ. Cibus ille mortalis pependit in ligno sciẽtiæ boni & mali. Cibus iste uitalis pependit in ligno uitæ, q est in medio paradisi. Illud fuit lignũ inobedientiæ, ad q homo manus extendit, ut fieret sicut Deus, iuxta quod illi serpens promiserat Eritis sicut dii, scientes bonũ & malum, istud aũt lignum est obediẽtiæ, in quo Deus manus extendit, & factus est homo, iuxta quod dicit Apost. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs in similitudinẽ hoium factus, & habitu inuentus, ut homo factus obediẽs usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Vt ergo suã erga nos charitatẽ ostenderet, & nostrã erga se charitatem accenderet, qui dedit se pro nobis in preciũ, ipse tribuit se nobis in cibum, ut per precium redimeret nos a morte per cibum aleret nos ad uitam. Vnde ait. Qui mãducat me, uiuet pp me. Quid amplius vnquã potuit pro nobis efficere? Preciũ se dedit pro nobis in mortẽ, & cibũ se tribuit nobis ad vitã, vt mortẽ nostrã sua morte perimeret, & vitã nostrã sua uita nutriret. Panis iste si digne mãducetur, impinguat: & calix iste si digne bibatur, inebriat, nõ corpus, sed cor, nõ uẽtrẽ, sed mentẽ. vnde poculũ tuũ inebriãs quã pclarum est. Per huius ergo sacramẽti virtutẽ, uniuersæ uirtutes augentur, & oium gratiarũ fructus exuberant. Is. n. in hoc sacramẽto sumitur totus & integer qui est, fons & origo totius virtutis & gratiæ. Per crucis mysteriũ eripuit nos à potestate peccati, per Eucharistiæ sacramentũ liberat nos à uoluntate peccãdi. Nã Eucharistia si dignẽ sumatur, à malo liberat, & cõfirmat in bono, uenialia delet & cauet mortalia. Vnde quũ præmittimus in oratione dominica, panẽ nostrũ supersubstãtialẽ, id est, super substãtialẽ, da nobis hodie, statim adiũgimus. Et dimitte nobis debita nostra. Vt ne nos inducas i tentationẽ, sed libera nos à malo. Quia per panẽ istũ cœlestẽ liberamur a malis preteritis, psentibus, & futuris. Dedit ergo nobis hoc sac. um salutis, ut qa nos quotidie peccamus, & ipse iã mori nõ pot, p hoc sacrũ, q ĩ memoria mortis eius accipimus, remissionẽ peccatorũ quotidie consequamur. Non enim solum

Psal. 53.

Ioan. 6.

Sap. 16.

Psalm. 77

Duplex lignum, sciẽtia & uita

Gen 3.

Ioan 6.

Phil. 2.

Ioan 6.

Psal. 22.

Apoc. 1.

lum lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suũ fudit pro nobis in crucis patibulo; uerum etiam quotidie nos lauat a peccatis nostris in sanguine suo, quãdo eius sanguinem nos accipimus in calicis poculo. Ascensurus ergo Christus ad patrem, quia promisit apostolis eorumq; sequacibus vobiscũ ero cunctis diebus usq; ad consummationem seculi: voluit remanere cum illis, non solum per inhabitantem gratiam, nec per diuinam tantum essentiam, uerum etiam per corporalem præsentiam Et ideo istud sacramentum instituit, in quo præsens ẽ ipse nobiscũ, sub alia quidem forma, sed in propria uere substantia Congruũ erat enim, vt Deus qui hominem plasmauit & fecit ad imaginẽ & similitudinẽ suam, in hoĩe quem assumpsit, imaginem & similitudinẽ suam expressius insigniret. Disposuit ergo cœlestis altitudo consilii, vt sicut tres sunt personæ in vnitate substantiæ, pater, verbum, & spiritus sanctus, ita tres essent substantiæ in unitate personæ, diuinitas, corpus, & aĩa. Cum ergo Christus secũm naturam diuinam tribus modis existat in oĩbus per essentiam, in solis iustis per gratiã, in homine assumpto per unionem, voluit ut idem ipse secũm naturã humanam tribus modis in rebus existeret, localiter in cœlo, personaliter in verbo, sacramentaliter in altari. Sicut.n. secundum diuinitatem totus essentialiter est in oĩbus rebus, ita secũm humanitatem totus sacramẽtaliter est in pluribus locis. Huius sacramenti virtute possibile fit, vt qui de terra sunt, in cœlum ascendant. Ait.n. ipse Saluator: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hoĩs, qui est in cœlo. Vnus & idẽ est filius Dei, qui de cœlo descendit, & filius hominis qui ascẽdit in cœlum, Christus Iesus, cui tanquam suo capiti cuncta membra corporis annectuntur omnes qui per fidem huius sacramenti seruant unitatem spiritus in uinculo pacis. Et sicut unum corpus, una persona, unus Christus caput cum suis membris in cœlum ascendit, diciũque gratulabundus gloriosam Deo repræsentans Ecclesiam. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Et ostendens se cũ illa in unam conuenisse personã. Erunt inquit, duo in carne vna. Hoc autẽ, vt inquit Apostolus, magnum sacramentum est in Christo & in ecclesia, quod eucharistia simul efficit & figurat, secũdum quod dominus ait. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ in me manet, & ego in eo. Per id ergo quod & suscepit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, ut qui est unum cum patre per ineffabilem unitatem; fiat unũ nobiscum per admirabilem unionem, ac per hoc ipso communiter mediante cum patre unũ efficimur. Pater, inquit, sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, & sicut nos. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis vnum sint & credant, quia tu me misisti. Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint unũ, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consũmati in unum & cognoscat mundus, quia tu me misisti. Rogat unitas pro unione, verbum cum patre unum est in natura, homo cum uerbo unum est in persona, membra sunt unum cum capite Primum est in iustitia, postmodum autem in gloria, quoniam qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo. Vt ergo in iustitia unum sint, cognoscat mundus, quia tu me misisti Vt autem in gloria vnum sint, uolo, ut vbi ego sum, & illi sint mecum, vt uideant claritatem quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

Christus sẽ per nobiscũ Matth. vlt

Trinitas substantiarum in vna persona christi.

Ioan 3. Ioan. 5. Per hoc sacramentum unimur christo, sicut membra capiti.

Gen. 2. Ephes. 5. Ioan. 6.

Rogat christus pro vnione nostri.

Explicit Liber Quartus.

MYSTERIORVM EVANGELICÆ legis ac sacramenti Eucharistiæ,

LIBER QVINTVS.

CANONIS SACRI PARS OCTAVA.

VNde & memores domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta, Christi filij tui domini Dei nostri, tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in celos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ maiestati tuæ, de tuis donis ac datis, Hostiã puram, Hostiam sanctam, Hostiã immaculatã, Panem sanctum vitæ æternæ, & calicẽ salutis perpetuæ.

De signis quæ tertio loco fiunt super oblatã & calicem. cap. 1.

VNde & memores domine. Quia dominus ipse præceperat, vt in sui memoriã hoc faceremus, id circo tria sibi cõmemoranda proponit Ecclesia, scilicet Eius beatã passionẽ, nec non & ab inferis resurrectionem, sed & in cœlos gloriosam ascensionẽ. Quorum primũ, idest, passio * excitat charitatẽ, secundũ, idest, resurrectio, corroborat fidem, tertiũ.i.ascensio, lætificat spẽ. Quid enim magis in nobis charitatẽ accendit, quã quod proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illũ? Christus enim pro nobis factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis Quid in nobis magis fidem confirmat, quam quod Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium? Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorũ. Sicut & in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quid magis in nobis amplificat spem, quàm quod Christus ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, vt vbi est ipse, illic sit & minister ipsius? Quia vero dicit Ecclesia, memorem se dominicæ passionis, statim acerbiorem speciem illius passionis commemorat, recolens in quinque crucibus quinque plagas. Deinde per partes ordinem dominicæ passionis prosequitur, sicut subsequens expositio declarabit. Abhinc igitur vsq; dum corporale desuper calicem remouetur, domini passio memoratur. Nam vbi dicit sacerdos. Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ, quinarium crucis signaculum imprimit super oblatam & calicem: significãs illa viuentis petræ foramina, in quibus residet immaculata columba fructuose nidificans. Cum inter prædicta crucis quinque signacula quinq; dilectissimi sui plagas, videlicet duas manuum, totidemq; pedum, & vnam lateris, fida tenet & contemplatur memoria. Tres autem cruces sacerdos communiter facit super oblatam & calicem, quoniam in tribus verbis vtrunq; pariter intelligitur. Nunquam enim in crucis signaculo panis separatur à calice, nisi cum separatim nominatur in Canone. Verum, erecta pars crucis solummodo super panem, transuersa vero vsque super calicem debet protendi, quoniam erecta pars crucis corpus Christi sustinuit, & brachia transuersa distendit.

Tria de christo cõmemoranda.
** Vulnerat.*
Rom. 8.
Filip. 2.
1. cor. 5.
Salm 67.
Ephe. 4
Gion. 12.

Quare post consecrationem signa super Eucharistiam fiunt. cap. 2.

HIc oritur quæstio non prætereunda silentio. Cum enim plenè & perfectè sit consecratio celebrata, (Nam materia panis & vini iam transiuit in substantiam carnis & sanguinis) quare super Eucharistiã benedictã & plenissimè

mē consecratam adhuc benedictio nisi signum imprimitur, aut aliquod verbum consecrationis profertur: imo talia quæ dum subiunguntur in canone, quæ uidētur innuere, q nondum sit transsubstantiatio consummata. Ego super hac quæstione uellem potius doceri, q̄ docere, magisque referre, q̄ proferre sententiā. Verū qa nihil a maioribus dictū super hac re potui reperire, dicā salua fide q sentio, sine preiudicio sententiæ melioris. In canone siquidē aliud verba significāt, & aliud signa prætendunt. Verba nāque principaliter spectāt ad Eucaristiā consecrādā: signa uero principaliter pertinent ad historiā recolendā. Nā verbis utimur ad consecrandū panē & uinū in corpus & sanguinē Giesu Christi: signis utimur ad recolendū ea quæ per hebdomadā ante Pascha gesta sunt circa Christū. Patet ergo quantū ad ordinem Eucaristiæ consecrandæ, quod capitulū istud, Qui pridie q̄ pateretur, in fine Canonis subiici debuisset, qm̄ in eo consecratio consūmatur. Sed quoniā impediuisset ordinē historiæ recolēde, quia q fuit gestū in medio recoleretur in fine, prouidus Canonis ordinator, ut ordinē seruaret historiæ, quasi quadā necessitate cōpulsus, capitulū istud, Qui pridie q̄ pateretur, quasi cor canonis, in medio collocauit, ut quæ sequūtur, intelligantur procedere, secundū illā figurā, qua sæpe fit, ut quæ narratione succedūt, intellectu pcedant: Vel potius, ut tā literæ, q̄ historiæ suus ordo seruetur. Dicatur itaque q signa pertineant ad historiam recolendam, sed verba non pertinent ad Eucaristiā consecrandā, imo pertinēt ad eucaristiā consecratam, hoc modo.

Responsio in canone alia est ratio uerborum quam signorum.

Alia responsio.

Expositio subsequentiū in canone. Cap. 3.

NOs tui serui, videlicet sacerdotes, sed & plebs tua sancta, scilicet populus christianus (Nam quod populus agit voto sacerdotes peragūt ministerio) offerimus preclaræ maiestati tuæ, i. præ cæteris claræ. Nā si giusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū, quāto clarius diuina præfulget maiestas? De tuis donis, i. dē frugibus segetum quantum ad panē qui consecratis in carnē. Ac datis; i. de frugibus arborum, quantū ad uinū, q est consecratū in sanguinē. De his; in q̄, & illis offerimus hostiā purā, hostiā sanctā, hostiā immaculatā, i. eucaristiā, immunem ab omni culpa, uel peccato originali, ueniali, & criminali. Vel purā quantū ad cogitationē sanctam, quantū ad locutionē immaculatam, quantū ad operationē, qa peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hoc est, panē sanctū, i. sanctificantē, datorē uitæ æternæ, quantū ad stolā carnis. & calicē salutis perpetuæ, quantū ad stolā aīæ, secundū illud. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descēdi. Si quis mādūcauerit ex hoc pane uiuet in æternū. Supra quæ propitio dñe nobis tuo sereno vultu, i. placabili respectu dign̄ris respicere: non q sereno uultus eius mutetur aliquando, sed tūc Deus illuminat suū uultum super nos, & serenat, quum mīam suā sup nos exhibet, & declarat, secūm illud Ps. illuminet uultū suū sup nos, & misereatur nři.

Matth. 13.

De tuis donis ac datis

Esa. 53.

Io. 6.

Propitio: sereno uultu.

Psal. 66.

CANONIS SACRI PARS NONA.

SVpra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrifitium patriarchæ nostri Abrahæ, quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec, sanctum sacrifitium, immaculatam hostiam.

De figuris noui Testamenti, quæ præcesserunt in ueteri Testamento. Cap. 4.

SIcuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel & c. Aduerbium istud, sicuti similitudinem innuit, non exprimit quantitatem multo quippe acceptius est hoc sacrifitium, quàm quod obtulit Abel; quod obtulit Abraham,

Sicuti, similitudinem dicit non quātitatē.

Oblatio abel. Gen. 4.

ham, quod obtulit Melchisedec. Valet enim amplius res, q̃ vmbra, ueritas, q̃ figura. Ipsam ergo similitudinē magis, quàm quantitatem debemus attendere. Similes ergo offerendo sumus Abel; si rectè quidem offerentes, rectè nihilo minus diuidamus, quod quia Cain non egit, peccauit. Sua namque rectè. cui debebat obtulit Deo, sed retinuit sibi seipsum. & cor suum auferens Deo, male diuisit. Abel autem acceptū Deo intus in corde obtulit holocaustū, quia non se sibi retinuit, sed Deo se totum subdidit & impendit. Et ideo respexit Deus ad Abel & ad munera eius, ad Cain aūt & ad eius munera non respexit. Prius respexit ad Abel, & postea respexit ad munera: quia non offerēs placuit a muneribus, sed munera placuerūt ab offerēte. Similiter Abraham egregia fide totū se prius offerebat altissimo, & propterea quum sua duceret offerēda, placidas ei hostias offerebat. Quod vt nos sciētes * imitaremur, patrios ab illo Deus exegit affectus. Tolle inquit filiū tuum vnigenitum quē diligis Isaac, & offer illum in holocaustū super unū montium, quem monstrauero tibi, stantimq; prōptum & obedientē inuenit, imo nobis ostendit. Melchisedec quoq; nisi se prius acceptū Deo sacrificiū obtulisset, futurorū causas minime prauidisset, quatū intuitu mysticum panis & vini primus obtulit sacrificiū. Erat .n. Dei sacerdos altissimi. Nos ergo assistentes ad offerendū, si rectè diuidimus prius nos ipsos in sacrificiū offeramus, arietinā proteruiā, feritatē taurinam, hircinamq; libidinem iugulantes: iuxta q̃ in Salmo cantauimus: Holocausta medullata offerā tibi cū incenso arietū, offeram tibi boues cum hircis. Ac deinde sicut munus Abel, sicut sacrificiū Abrahæ, sicut hostiā melchisedec, uota nostra dñs acceptabit: Verū non solū in offerētibus, sed ētin ipsis oblationibus debemus similitudinē intueri. Nam illa uetera sacrificia, hoc nouū sacrificiū figurabant. Quid enim per munus Abel offerentis de primogenitis gregis, nisi Christus exprimitur primogenitus in mun-

Oblatio abrahæ. al. * in uitaremur. Gen. 2.

Oblatio Melchisedec. Quomodo nos offerre debemus. Psalm. 63.

Per munus abel. Rom. 8. Apoc. 13. Per sacrifi cīū Abrahæ

tis fratribus? Qui sicut Abel inuidiose fuit interfectus a fratre, sic ipse malitiose fuit occisus a populo iudæorum. Nā secundum Apoc. Ioannis, ipse est agnus qui occisus est ab origine mundi. Quid per sacrificiū Abrahę dilectum & vnicū filium offerentis, nisi passio dñi designatur? De quo dicit Apo. Proprio filio suo nō pepercit Deus, sed pro nobis oībus tradidit illū. Hic est (inquit) filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Oblatio verò melchisedec tam proprie nouū sacrificiū præsignauit, vt inde prædictū sit: Tu es sacerdos in æternū, secundum ordinem melchisedec. Qui per omnia secundū Apost. assimilatus filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Abel dicitur puer, non tam à pueritia, quàm à puritate, secundum illud. Ecce puer meus electus quem elegi, posui super ipsum spiritum meum. Abraham dicitur patriarca, non tam Israeliticæ plebis, q̃ populi christiani: Illius per carnem, huiusque per fidem, secundum illud. Nam vltra uocabitur nomē tuū abram, sed appellaberis Abrahā, quia patrem multarū gentium constitui te. melchisedec interpretatus est rex iustitię, deinde rex salem, i. pacis, ꝓpter illud quod legitur. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, hoc addidit in Canone Leo Papa.

Rom. 8. Matt. 3. 17 Per oblatione Melchisedec Psal. 109. Heb. 7. Abel puer. Esa. 42. Abraham patriarcha. Gen. 17. Melchisedec rex. Psal. 71.

CANONIS SACRI PARS DECIMA.

Supplices te rogamus omnipotens Deus iube hæc perferri per manus sancti angeli tui, in sublime altare tuum, in conspectū diuine maiestatis tuæ, vt quot quot ex hac altaris participatione sacrosanctū filij tui corpus & sāguinē sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

De

De signis, quæ quarto loco fiunt super oblatam & calicem. Cap. V.

SVpplices te rogamus, &c. Dicto hymno post cœnam, exiit Iesus in montẽ Oliueti, trans torrentẽ Cedrũ & progressus pusillũ procidit in faciẽ suã, orans, & dicens: pater, si fieri potest, transfer hunc calicẽ a me. Sed & secũdo & tertio abiit, & orauit, eundẽ sermonẽ dicens. Et factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã. Tunc uenit ad discipulos suos, dicens: Surgite, eamus, ecce appropinquat qui me tradet. Traditor autem dedit eis signũ, dicens. Quẽ osculatus fuero, ipse est, tenete eum Et confestim accedens, osculatus est eũ. Iesus igitur quia procidit, orans, & dicens. Pater, si fieri potest, &c. sacerdos inclinans, orat, dicens; Supplices te rogamus, &c. per osculũ altaris representans osculum proditoris. Quia verò factus in agonia prolixius orabat, tertio dicẽs sermonẽ eundẽ, sacerdos facit tres cruces, primã & secundã distinctè super oblatam & calicẽ, dicendo; Sacrosanctũ filij tui corpus & sanguinem: tertiam, signando seipsum in faciem, cum dicit: Omni benedictione cœlesti & gratia repleamur. Fortè propter sudorẽ corporis crucẽ imprimens super corpus, & propter guttas sanguinis crucẽ imprimens super sanguinem; & quia procidit in faciẽ suã, orans, imprimit sibi crucẽ in faciẽ. Vel potius, per duas cruces, quas facit sacerdos super corpus & sanguinẽ, designantur vincula & flagella. Vincula, quibus ligatum est corpus, & flagella, quibus illisus est sanguis eius. Nam de vinculis legitur: Ministri Iudæorum cõprehenderunt Iesum, & ligauerunt, & vincientes duxerunt & tradiderunt Pilato De flagellis legitur: Apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit; cuius liuore sanati sumus. Per tertiã vero crucẽ, quã sacerdos sibi in faciem facit, recolitur illud, quod expuebant in faciẽ eius, & palmas in faciẽ ei dabant, & velantes faciẽ eius, dicebant: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

Gioan. 18. Luc. 22.

Osculum altaris.

Tres cruces.

Mar. 15.

Gioan. 19. Esa. 53. Luc. 22.

De profunda quorundam intelligentia verborum. cap. VI.

IVbe hæc perferri per manus, &c. Tantæ sunt profunditatis hæc verba, vt intellectus humanus vix ea sufficiat penetrare. Nã beatus Gregorius tantæ sacramẽti dignus interpres quodam in loco, de illis tanquam de re ineffabili pene ineffabiliter loquens, Quis, inquit, fideliũ habere dubiũ possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ cœlos aperiri in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnũ quid ex inuisibilibus & uisibilibus fieri? idẽ alibi dicit: vno eodẽque tẽpore ac momẽto, & in cœlũ rapitur ministerio angelorũ cõsociãdũ corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Saluo tamẽ occulto cœlestis oraculi sacramento, possunt hæc verba licet simplicius, tamẽ securius sic intelligi: Iube hæc, idest, vota fidelium, videlicet supplicationes & preces. Perferri per manus sancti angeli tui, hoc est, per ministerium angelorum, secundũ illud quod ait angelus ad Tobiam: Quãdo orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino: in sublime altare tuum, hoc est, in conspectũ diuinæ maiestatis tuæ. Porrò, sicut beatus Augustinus determinat, non dicitur angelus orationes nostras offerre Deo, quasi tunc primò Deus nouerit quid velimus qui Deus omnia nouit antequam fiant sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad æternitatem referre, siue petendo, quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat, vt quod Deo iubente implẽdum esse cognouerit, hoc nobis vel euidenter, vel latenter reportet. Hinc etiam euidenter apparet, quod angeli semper in sacrificio præsentes assistunt. Multiplex autẽ altare legitur in scripturis, superius & inferius, interius & exterius. quod libet aũt est duplex Nã altare superius est Deus Trinitas, de quo legitur: Nõ ascendes ad altare meũ per gradus. Est & altare superius triũphans Ecclesia, de qua dicitur. Tũc imponent super

Verba Gregorij Papæ: lib 4. Dial 36.8.

Tob. 12.

Quomodo angeli offerunt Deo preces nostras

Multiplex altare.

Exod. 20. Psal. 50. Exod. 20.

altare tuum uitulos. Altare inferius est ecclesia militans, de qua dicitur: Si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de sectis lapidibus Est & altare inferius mensa templi, de qua dicitur. constituite diem solemnē in confrequentationibus, usque ad cornu altaris. Altare interius est cor mundū, de quo præcipitur. Ignis in altari meo semper ardebit. Est & altare interius fides incarnationis de qua iubetur. Altare de terra facietis mihi. Altare exterius, est ara crucis, hoc est. altare holocausti super quod, cremabatur sacrifitium uespertinum. Est & altare exterius, ecclesiastica sacramenta, de quibus scriptū est: Altaria tua dñe virtutum &c. Quæ uero sint illa quæ petit in sublime altare perferri, determinat subdens. Vt quotquot, &c.

Psal. 127. *Leuit. 6.* *Exod. 20.* *Num. 28.* *Psal. 83.*

CANONIS SACRI PARS VNDECIMA.

MEmento etiam domine famulorum famularumque tuarum N. & N. Qui nos præcesserunt cū signo fidei, & dormiūt in somno pacis. Ipsis domine & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis & pacis, ut indulgeas deprecamur per eundē Christū dominū nostrū.

Hic agitur memoria defunctorum. cap. 7.

Memoria pro defunctis. Signum fidei 1. cor. 13. Apoc: 7.

ORat pia mater Ecclesia, non solū pro uiuis, sed ēt pro defunctis, & eos sacræ oblationis intercessione cōmendat, certissime credēs, q̄ sanguis ille preciosus, qui pro multis effusus est, in remissionē peccatorū, non solum ad salutem uiuentiū uerum ēt ad absolutionē ualeat defunctorū Qui cum signo fidei præcedunt ad dñum: Non quod ibi sit fides aut spes, ubi species est & res, Nam fides euacuatur, charitas autem nunquam excidit, sed signum fidei pro charactere christianitatis accipitur, quo fideles ab infidelibus discernuntur, secundum illud. Audiui numerum signatorū, centum quadraginta quatuor milia signatorū, ex omni tribu filiorum israel. Et dormiūt in somno pacis, sm illud: in pace in id ipsum obdormiam & requiescam. Frequenter enim sacra scriptura defunctos dormientes appellat, pro eo quòd sicut dormientes euigilant, ita defuncti resurgunt. Propter quòd dicit Apos. Nolo uos ignorare de dormientibus. ut non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Et dominus inquit in euāgelio. Lazarus amicus noster dormit, ipsis domine & oībus in Christo quiescētibus (in hoc loco sacerdos, quorum maluerit, defunctorum debet agere memoriam specialē) locum refrigerij, in quo non est ardor pęnarum, lucis in quo non est obscuritas tenebrarum, & pacis in quo non est cōflictus pugnarum. Nā absterget Deus omnē lachrymā ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neque luctus, neq; clamor, neque ullus dolor, quæ prima transierunt, sed delectabuntur in multitudine pacis, & complacebūt corā dño in lumine uiuentiū.

Psal. 4. Dormiunt multi. 1. Thes. 4. Ioan. 11. *apoc: 21.* *Psal. 36.*

CANONIS SACRI PARS DVODECIMA.

NObis quoq; peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarū sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus, cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba. Ignatio, Alexādro Marcellino. Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia. Et omnibus sanctis tuis, intra quorum nos consortium nō æstimator meriti, sed ueniæ quæsumus largitor admitte. Per Christum dominum nostrum.

De secunda commemoratione sanctorũ. c. 8.

Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Licet enim omni tempore nos debeamus ex corde recognoscere peccatores, precipue tamẽ cum pro remissione peccatorum sacro sanctum mysterium celebratur. De multitudine miserationum tuarum sperantibus, iuxta quod inquit Psalmista. Secundum multitudinem miserationum tuarum domine dele iniquitatem meã. Vna tantum est Dei misericordia, non aliud quidem quam ipse misericors, sed multi sunt eius effectus qui miserationes dicuntur. Vnde. Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum quæ a seculo sunt. Porro cum ipse Deus sit omnia in omnibus, salus, & præmium & gloria singulorum (Salus, inquit, populi ego sũ) quid est quod dicitur. Partem aliquam & societatem donare digneris, tanquã non omnes sint eundem denariũ accepturi? Sane licet unum & idem sit præmium singulorum, uidelicet ipse Deus in cuius cognitione salus æterna consistit, secundum illud quod ipse dicit in euangelio, hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum & quem misisti Iesum Christum, tamen secundum differentiam meritorum, alii plus, alii minus diuina uisione fruuntur. Nam stella differt a stella in claritate. Propter quod ipse dominus ait. in domo patris mei mãsiones multæ sunt. Sicut unus ẽ sol, cuius lumine participant uniuersi, alii plus, alii minus, ẽm differẽtiã intuẽtium. Cũ ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba &c. in hac secunda cõmemoratione sanctorũ ex magna parte supplentur, qui de primitiuis sanctis deesse uidebantur in prima Sed quare ioannes repetitur, & Stephanus sociatus ioanni præmittitur Matthiæ ac Barnabæ, Sanè ioannes in prima cõmemoratione disponitur, & cum aliis numeratur ꝓpter dignitatem apost. in hac autem cõmemoratione repetitur, & cum Stephano sociatur, propter priuilegium cœlibatus. Virgines enim sunt, & sequuntur agnũ quocunq; ierit, & propterea cæteris præmi truuntur. Virginitas. n. ioãnis inde maxime cõmendatur, quia Christus in cruce matrẽ discipulo. uirginem uirgini cõmendauit. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suam. Stephani uero uirginitas ex eo maxime cõprobatur quia ipse est, qui ab apostolis deputatus est ad ministerium uiduarũ, & in hoc quod fœminis est præpositus testimoniũ meruit syncerissime castitatis. Posset aũt non Euang. sed Baptista ioannes intelligi, nisi præmitteretur, Cum tuis sanctis Apostolis ac martyribus. Vnde coniicitur. quod Apostoli tantũ ac martyres subnotentur, quamuis ioãnes Baptista merito inter martyres possit numerari. Non æstimator meriti, q̃a non secundũ exigentiã meritorũ tetribuis, sed minus puniendo, uel magis remunerãdo, q̃ quisque meruit, unde. Non ẽm peccata nostra fecit nobis, neque ẽm iniquitates nostras retribuit nobis. Et alibi: Mensuram bonã & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum uestrum.

Margin notes: 1. ioan. 1. — Psal. 50. — ioan. 17. — 1. Cor. 15. — ioan. 14. — Apoc. 14. — ioan. 19. — Actor. 6. — Psal. 102. — Luc. 2.

CANONIS SACRI PARS TERTIADECIMA.

Per quem hæc omnia domine semper bona creas, sanctificas uiuificas, benedicis, & præstas nobis per ipsum, & cum ipso, & in ipso, est tibi Deo patri omnipotenti, in unitate spiritus sancti omnis honor & gloria. Per omnia secula seculorum. Amen.

De signis quæ quinto loco fiunt super corpus & sanguinem, & in latere calicis. cap. 9.

Per quem hæc omnia domine semper bona creas. Nam per eum oĩa facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et, uidit Deus cunctaqu æ fecerat, & erant ualde bona. Creas ergo condendo naturam, & sanctificas consecrando materiam

Margin notes: Ioan. 1. — Gen. 1.

teriam, uiuificas transsubstantiando creaturam, & benedicis accumulando gratiam. Est autem simplex pronominis demonstratio, sicut tempus uerbi confusum. Nam præsens cõfusum præsentis non tenet usum. Hæc enim oĩa idest, panem & uinum & aquam semp bona creas, secundum causas primordiales, & sanctificas, secundum causas sacramentales, uiuificas, ut transeant in carnem & sanguinem, & benedicis, ut conferant charitatem & unitatem. per ipsum, tanquam per mediatorem. cum ipso, tanquam cum coæquali, in ipso, tanquam in consubstantiali. in patre quippe notatur authoritas, in filio æqualitas, in spiritus sancto communitas. Authoritas in patre, propter principium. Equalitas in filio, propter medium. Communitas in spiritu sancto, propter consortium. Tertia & sexta hora crucifixus est dominus; hora
Marc. 13. tertia linguis iudæorum, quod narrat
Ioan. 19 Marcus, hora sexta manib gẽtilium, q̃
Luc 23 narrat Io. & circa horam nonam inclinato capite tradidit spiritum. Ad recolendam ergo crucifixionem, quæ hora tertia facta est linguis iudæorum terclamantium, Crucifige, crucifige, crucifige eũ & rursus. Tolle, tolle, crucifige eũ, sacerdos facit tres cruces super oblatam & calicem, cum dicit. Sanctificas. uiuificas, benedicis. Ad recolendã uero crucifixionem, quæ post interuallum trium horarum facta est manibus gentilium. (Milites enim cruci fixerũt iesum) sacerdos iterum facit tres cruces cum hostia super calicem, ita dicendo. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Postmodũ autem ad designandam diuisionem carnis & animæ domini morientis, facit duas cruces in ore calicis, cum dicit, Tibi Deo patri omnipotenti, in unitate spiritus sancti. Cum enim in Christo tres sint unitæ substantiæ, uidelicet diuinitas, corpus & anima; duæ tantum, i. corpus & anima fuerũt in morte diuisæ Nam diuinitas a neutra est separata, propterea non tribus crucibus, sed duabus mors domini designatur.

De extensione manuum Saluatoris in cruce & de tribus cruciatibus quos sustinuit in cruce ac quibusdam alijs. cap. 10.

Sacerdos autem super mensam altaris manus extendit, quia Christus super aram crucis manus expandit, fm illud propheticũ: Expandi manus meas ad populum non credentem mihi, sub Esa. 65 tilius tamen atque profũdius hæc possumus figurare; Tres quippe cruces significant tres cruciatus, quos Christus in cruce sustinuit, uidelicet passionem propassionẽ & cõpassionẽ. Pasionẽ in corpe propassionẽ in mẽte, cõpassionẽ in corde. De passione corporis ait dominus per Prophetã. O uos oẽs, qui transitis per uiã, attendite & uidete, si est dolor sicut dolor meus. Foderunt enim manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt oĩa ossa mea. De propassione mẽtis dñus inquit Apost: Tristis est aĩa mea usque ad mortẽ. Cœpit, n Iesus pauere & tædere, cœpit contristari & mœ Matth. 26 stus esse. Ex compassione cordis pro cru Mar. 14 cifixoribus orauit ad patrẽ: Pater (inqt) Luc. 23 dimitte illis, quia nesciunt quid faciũt. 1. Cor. 2. Si n. cognouissent, regẽ gloriæ non crucifixissent, ideo uero sacerdos facit has tres cruces cũ hostia super calicẽ, quia Christus sustinuit huiusmodi cruciatus in corpe super patibulũ. Per calicẽ n. passio designatur fm illud q̃ ipse dñs ait. Pater, si fieri põt transeat a me calix Matth. 26 iste. Duæ uero cruces, quas facit sacerdos in latere calicis, designãt duo sacramẽta, q̃ de latere dñi profluxerũt, uidelicet aqua regenerationis, & sanguis redẽptionis, iuxta testimoniũ Io. dicentis Vnus militũ lancea latus eius apruit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua Corpale añt desup calicẽ remouetur, qa uelũ Ioan. 19 tẽpli scissũ est a sũmo usque deorsum. Matth. 27 imo q̃ de illo scriptũ fuerat, hactenus clausũ erat, sicut dicitur de quibusdã: Et illud uerbũ erat absconditũ ab eis, ubi cõsũmmatum ẽt reuelatũ est: Nã Luc. 18 lignũ missum in Marat, aquas dulcorauit amaras. Tunc accedit Diaconus & Exod. 15 exaltatũ aliquãtulũ sacrificiũ de altare Luc. 23 tã ipse q̃ sacerdos deponit, qa uenit Io Ioan. 19. seph ab Arimathia, uenit & Nicodem. & impetratũ a Pilato corpus iesu depo

cc 2 nentes

Mat. 15. Psal. 75. Esaiæ. 9. nentes sepelierũt. Et quia ille aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, Diaconus super os calicis corporale reponit: Quia uero in pace factus est locus eius, Diaconus osculatur mensam altaris Et quia factus est principatus super humerum eius, Diaconus armum Pontificis osculatur, vt in vtroq; significet Christum & quieuisse post mortem, & vicisse post mortẽ, iuxta quod ipse prædixit in Psalmo: in pace in idipsum dormiam & requiescam.

Psal. 4. Oseæ 13. 1. cor. 15. Philip. 2. ioan. 19. Et alibi. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Christus enim per mortem triũphauit de morte. Nam quia factus est obediens usque ad mortem, mortem autẽ crucis, idcirco Deus exaltauit illũ &c. Hoc ipsum signauit, quia christ⁹ sibi crucẽ sup humerũ baiulauit

Epilogus de numero & ratione signorum, quæ fiunt super oblatam & calicẽ. c. 11.

SAcrificium itaque, septem uicibus signatur in canone. Prima uice; ter, vbi dicit. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata propter ternã Christi traditionem, quæ facta est a Deo, à Juda, & a iudæo. Secũda uicẽ quinquies ubi dicitur: Quam oblationem tu Deus digneris facere benedictam, ascriptam, ratam, ut fiat corpus & sanguis, propter quinque personas, uenditoris, uenditi, & emptorũ, uidelicet sacerdotũ & scribarũ, & pharisæorũ. Tertia, uice bis, vbi

I. II. III. IIII. dicitur. Accipiens panem, benedixit ac fregit, similiter, & hunc præclarum calicem, item tibi gratias agens benedixit, propter benedictionem panis, qui transsubstantiatur in carnem, & uini q̃ transsubstantiatur in sanguinẽ. Quarta uice quinquies, ubi dicitur. Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum uitæ eternæ & calicem salutis perpetuæ, ꝑpter quinque diuersas plagas, duas manuum, totidemque pedum, & unam lateris, Quin

V. ta uice bis, ubi dicitur. Sacrosanctum filii tui corpus & sanguinem sumpserimus, propter uincula, quibus ligatum est corpus, & flagella quibus allisus est sanguis Sexta uice ter, ubi dicitur, Sanctificas, uiuificas, & benedicis, propter crucifixionem, quæ facta est hora tertia linguis iudæorum, ter clamantium. Crocifige eum. Septima uice quinquiesubi dicitur. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate spiritus sancti Ter super calicem propter tres cruciatus, quos Christus sustinuit, passionis, pro passionis, & compassionis. Et bis in latere calicis, ꝑpter aquam & sanguinẽ, quæ de latere Christi fluxerunt. Inter has septem uices sacrificium signatur uicibus duabus bis, & duabus uicibus ter, & duabus uicibus quinquies; septima bis & ter, simul omnibus quinquies quinque, quæ sunt simul uigintiquinque, qui numerus per se ductus semper in seipsum reducitur, si ducatur in infinitum. Quantum liber. n. multiplicetur eucaristiæ sacramentum, semper est idem sacrificium. in hoc et sacramento quinque sensus corporis exercentur, uisus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, circa colorem, saporem, odorem, fractionem, & sumptionem (si tamen caro procedat in spiritum spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam, ut quinque sensus aïæ spirituales exuberent, uisus intelligentiæ, auditus obedientiæ, odoratus discretionis, gustus delectationis, & tactus operis, de quibus reperitur in euangelio. Domine quinque talenta tradidisti mihi. Ecce alia quinque sup lucratus sum. Sed & binarius & ternarius bene congruunt sacramento: Binarius propter carnẽ & sanguinẽ, ternarius pp panem & uinum & aquã. Binarius ptoter duplicem modũ edendi, sacramentalem & spiritualem: Sacramentalem sub specie panis, & spiritualem in fide cordis. Ternarius propter tria, quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet forma visibilis veritas corporis, & virtus spiritualis. Forma panis & vini, veritas carnis & sanguinis, & uirtus vnitatis & charitatis, vt ita ternarius per binarium, idest, fides trinitatis per dilectionem Dei & proximi operetur.

Marginalia (right): VI. VII. Mysterium numeri 25 ioan. 6. Quinque sensus. Matth. 25 Binarius & ternarius.

De

De uocis expressione & pectoris tunsione, quum dicitur. Nobis quoque pec catoribus. cap. 16.

NOn solum autem crucis impressio. uerum etiam uocis expressio, quæ gesta sunt iuxta crucem, insinuant. Cum enim ad id uentū est: No bis quo que peccatoribus famulis tuis, sacerdos paululum expressa uoce percusso pecto re silentium interrumpit, repræsentans contritionē & confessionē latronis, in il lo passionis dominicæ articulo increpā tis alterum, & dicentis Nos quidem di gna factis recipimus. hic uero nihil ma li gessit, & dicebat ad Iesum. Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. Propter quod dixit illi Iesus. Amen dico tibi, Hodie mecum eris in pa radiso. Vel, per exaltationem uocis & p cussionem pectoris, exprimitur illud q Centurio & qui cum eo erant. nisis his quæ fiebant timuerunt ualde dicentes; Vere filius Dei erat iste. Et omnis turba quæ simul aderant ad spectaculum istud percutientes pectora sua, reuertebātur. Quia uero Iesus clamans uoce magna, tradidit spiritum, leuat sacerdos uocē, di cendo. Per omnia secula seculorum Et quia mulieres lamentabantur flentes do minum, chorus quasi lamentando respō det: Amen, repræsentans fideles, qui do minum contrito corde lamentabantur ac lugebant, uel ut quondam Abel inui di fratris furore parentes eius lamenta bātur occisum. Iesus ergo uoce magna clamauit. Pater in man us tuas cōmēdo spiritum meum, & sacerdos eleuata uoce pronunciat. Pater noster, qui es in cælis.

Luc 23

Matth. 27
Luc. 23

ibidem.

CANONIS SACRI PAR TICVLA QVARTA.

ORemus, Præceptis salutari bus moniti, & diuina insti tutione formati audemus dic ere. Pater noster, qui es in cœlis. Sanctificetur nomē tuum. Ad ueniat regnum tuum. Fiat uolun tas tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis de bita nostra, sicut & nos dimitti mus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

De oratione dominica, ubi agitur de dignita te orationis, & ad quid ualeat. cap. 17.

HAec oratio mu ltis ex causis. cæ teris orationibus antecellit Au thoritate doct. ris, breuitate sermonis, sufficientia petitio num, & fœcunditate misteriorum. Au thoritate doctoris, quia fuit ipsius Salua toris ore prolata. Os n. domini locutū est. Breuitate sermonis, quia facile disci tur & profertur. Cum (inquit) oratis, no lite multum loqui, sicut ethnici faciūt. Sufficientia petitionū, quoniam utriusque uitæ continet necessaria. Pietas, n: promissionem habet uitæ, quæ nunc est & futuræ. Fœcunditate misteriorū, quo niam immensa continet sacramenta. Per transibunt enim plurimi, & multiplex erit scientia. Sic autem dominus, quid uelimus, sed uult nos orare uocaliter, p exci tanda, deuotione, quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni, unde: Ad ipsum ore clamaui & exultaui sub lingua mea. pro aliorum instructione, ut cortina, cortinam trahat & qui audit, dicat. Veni, unde. Lux ue stra luceat coram hominibus Pro linguę obsequio, ut quia lingua peccamus, sa tisfaciamus lingua. Vnde. Sicut exhi buistis membra uestra seruire iniquita ti ad iniquitatem, ita exhibeatis ea serui re iustitiæ in sanctificationem. Pro rei petendæ obtentione, quia facilius obti netur, quod instantius postulatur, unde. Petite, & accipietis, pulsate, & aperietur uobis.

Hæc oratio quatuor ex cellit cæte ras omnes
Matth. 6.
1. Tim. 4.
Dan. 12

Psal. 65
Matth. 5.

vobis. Pro impetrate rei custodia, quia quod sæpius requiritur, diligentius custoditur, unde. Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuã. Oratur aũt & ꝓ bonis adipiscendis, & pro malis uitandis, Pro bonis temporalibus, spiritualibus & æternis. Pro malis præteritis, præsētibus & futuris. De bonis æternis Adueniat regnum tuum: De spiritualibus, Fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra De temporalibus, Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Aeterna petuntur in præmiũ, spiritualia petũtur in meritũ, tēporalia petuntur in sustentaculũ. De malis præteritis, Dimitte nobis debita nostra. De præsentibus, Libera nos a malo. De futuris. Ne nos inducas in tentationē. Præterita sunt dolēda ꝑ sentia sunt uincēda, futura sũt ꝑcauēda.

Apoc 3

De numero petitionum & ordine. cap. 18

SEptē sunt petitiones orationis dominicæ, præter captationem beneuolentiæ, quarũ tres primæ spectãt ad patriã, tres ultimæ ad uiam, media uero pertinet ad utranque. Porrò tres primæ succedunt ordine temporis sed præcedunt ordine dignitatis. Tres ultimæ succedunt ordine dignitatis, sed præcedunt ordine tempis. Dominus aũt in oratione secutus est ordinē dignitatis qui est artificialis, ut de maioribus ad minora descenderet. Doctores in expositione sequuntur ordinē tēporis, qui est naturalis, ut de minoribus ad maiora conscendant, idest, de tempalibus ad æterna.

Duplex ordo, scilicet temporis & dignitatis.

De adaptatione septem petitionum & septem donorum. cap. 19.

FIt autem hic adaptatio septem petitionum & septem donorum, septem uirtutũ, & septem beatitudinum, contra septē uitia capitalia. Nam dona petitionibus, uirtutes donis & beatitudines uirtutibus obtinentur. Septem dona sunt ista. Sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas & timor, de quibus inquit Propheta. Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus sciētiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Septem aũt uirtutes sũt hæ. Paupertas spiritus, mansuetudo, luctus, esuries iustitiæ, misericordia, munditia cordis, & pax. Septem aũt beatitudines istæ sunt Regnum cælorum, possessio terræ, consolatio, saturitas, misericordiæ cōsecutio, uisio Dei, & filiatio Dei. De quibus cõi unctum ait dñs? Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cælorum Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabantur. Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur Beati mundo corde quoniam Deum uidebũt. Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabũtus. Hæc aũt sunt septē uitia principalia inanis gloria, ira, inuidia, acedia, auaritia, gula, luxuria. Quæ significata fuerũt in septē populis, qui terram israel promissam tenebant, uidelicet Ethæus, Gergesæus, Amorhæus, Cananæus, Pherezæus, Euæus, & iebusæus. Homo igitur est ægrotus, & Deus mediens, uitia sunt languores, & petitiones sunt planctus, dona sunt antidota, & uirtutes sunt sanitates, beatitudines uero sunt felicitates & gaudia.

Esa. 11

Matth. 5

Deut. 7

De captatione beneuolentiæ. cap. 20

PAter noster qui es in cęlis, &c. Deus generaliter & specialiter & singulariter dicitur pater. generaliter oĩum per creationē, specialiter iustorũ per adoptionem singulariter Christi per generationē. per creationē, ut ubi. Flecto genua mea ad patrem Deum omnipotentē, a quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Per adoptionē, ut ibi. Si uos, cum sitis mali, nostis bona data dare, filiis uestris, quanto magis pater uester de cælo dabit spiritũ bonũ petētibus se? Per generationē, ut ibi. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem õis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Per hoc autem quod dicit,

Ephes. 3
Luc. 11

Matth. 11

dicit, Pater noster qui es in cælis, dehortatur nos a duobus, a superbia, ne dicamus, Pater mi, repræsentãtes proprium, q est * cõmune. Ab indignitate, ne reddamur indigni tanto patre, qui consistit in cælis. Deus igitur solius Christi pater est per naturã, cui soli licet & competit dicere. Pater mi Fidelium aũt est pater per gratiam, quibus competit dicere, Pater noster. Ille dicit, pater mi, si possibile est, transfer hunc calicem a me. Isti dicunt, pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Hinc ipsemet dicit: Vado ad patrem meum & patrem vestrum. Meum per naturã, vestrum per gratiam. Hortatur etiam nos ad duo, ad seruandam gratiam adoptionis, cum dicit, pater, & unionem fraternitatis, cum ait, noster. Beneuolentia vero captatur à tribus, persona cognitoris, petitoris & assessoris. Cognitor enim est Deus, petitor homo, assessor est angelus. A persona cognitoris cum ait, pater, petitoris, cum ait, Noster, assessoris, cum ait, Qui es in celis, idest in angelis uel in sanctis, de quibus habetur: Cæli enarrant gloriã Dei. Vnde nobis spes tribuitur, ut sanctos nos faciat uel in cælis, idest, in secreto maiestatis diuinæ, per quod datur fiducia obtinendi donum occultum, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in corde hoĩs ascendit, Dat ergo fiduciã impetrandi Vnde non dicitur, Domine cui seruitur timore, sed pater, cui seruit amore. Quasi diceret, quia pater es, uis, quia in cælis es, potes. Ergo nos libera à malo:

* al. creatore

Christus ait, Pater mi, Nos autem, Pater noster.

Matth. 26

Ioan. 20

In cælis

Psalm. 18

Esaiæ 64

De triplici malo, a quo petimus liberari. cap. 21.

Triplex est malũ à quo petimus liberari, innatum, additũ & inflictum. Primũ contrahimus, 2m cõmittimus, tertiũ sustinemus. Primũ originale, 2m actuale, tertiũ penale. Malum aũt uitamus per spiritum timoris Nam, ut inquit scriptura, timor domini peccatũ expellit. porro triplex est timor quo cessamus à malo, seruilis, initialis, & filialis. Timore seruili cessamus a malo, formidine pœnæ. Filiali timore cessamus a malo, amore iustitiæ. Initiali timore cessamus à malo, partim formidine pœnæ, partim amore iustitiæ. Seruilis timor est incipientiũ, initialis est proficientiũ, filialis est perficientiũ. Quasi diceretur, Da nobis spũm timoris & paupertatem spiritus, ut per spũm timoris uitemus mala, per paupertatem spũs abdicemus bona terrena, quatenus exclusis uitiis, & contemptis terrenis, habeamus æterna, scilicet regnũ cælorum, quod Lucifer & primi parentes per inanem gloriã amiserunt, a qua nos retrahunt timor, spũs paupertas & ueritas. Duo uero sunt bona, quæ per paupertatem spũs abdicamus, interiora uidelicet & exteriora Interiora, de illis corde non præsumendo, exteriora, cor illis non apponendo, 2m illud. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, illis ergo comptesis, ne præsumamus, uel istis despectis, ne deficiamus regnũ cœlorũ cõsequimur. 2m illud, Beati pauperes spũ, quoniã ipsorum est regnũ cælorum quod dæmones & homines per inanẽ gloriã amiserunt, illi Dei similitudinẽ isti Dei sciãm inaniter appetendo. Lucifer enim dixit. Ascendam in cœlũ & prope nũ sedem meã ad aquilonẽ, & ero similis altissimo, primis autem parentibus dictum est, Eritis sicut dii, scientes bonum & malum.

Eccles. 1

Spiritus timoris & paupertas spiritus.

Psalm. 61

Esa. 14

Gen. 3

De diuersis tentationibus. cap. 22.

Ne nos inducas in tẽtationẽ. Tentat Deus, tentat homo, tẽtat diabolus. Deus tentat, ut probet, homo tentat, ut sciat, diabolus tentat, ut fallat. De primo legitur. Tẽtauit Deus Abrahã. De secũdo dicitur, tẽta nos obsecro diebus decẽ De tertio legitur, Cur tẽtauit Satanas cor tuũ? porrò duobus modis tentamur, interius & exterius. interius per delectationẽ, exterius p suggestionẽ. Verũ, interior tentatio parũ officit, & exterior tentatio, multũ proficit, si non cõsentiatur, sed resistatur Scriptum est enim, Tentatio uos nõ apprehendat, nisi humana. Et rursus, Beatus uir qui suffert tentationẽ, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Quum ergo citra consensum tentamur, ducimur in tentationem, cũ consentimus, in tentationem inducimur,

Triplex tẽtator.

Gen. 22

Dan. 1

Actor. 5

1. cor. 10

Iac. 1.

sicut piscis ante capturã in rete ducitur, cum aũt inducitur, capitur, & tenetur, & tunc impletur, quod iacobus apost. ait. Vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus, deinde cũ concupiscentia conceperit, parit peccatũ, peccatũ uerò cum consummatũ fuerit generat mortẽ. Porro cum idẽ Apost. dicat, quia Deus est intentator malorũ, quid est quod petimus, ne Deus nos in tentationẽ inducat? Sed Deus quodãmodo tẽtat & Deus quodãmodo non tentat. Tentat ut probet, sm illud. Proba me Deus & tẽta me. Non tentat ut fallat, sm illud, De' neminẽ tentat. Petimus ergo ne Deus nos in tentationẽ inducat, i. ne permittat induci, sicut dicitur, quia non est ma lũ in ciuitate quod dñus non faciat, i. quod fieri non permittat. Scriptum est enim Fidelis Deus, qui non patietur uos tẽtari supra id quod potestis. Quasi dicat. da nobis spũm pietatis, & mansuetudinem spiritus, ut per spũm pietatis uincamus tentationẽ, exercendo nos ad pietatẽ, & Per mansuetudinẽ spũs uincamus irã, non reddẽdo malũ pro malo, ut ita possideamus terrã uiuentium, quam per spũm pietatis & mansuetudinẽ obtinebimus. Nã pietas promissionẽ habet uitæ quæ nunc est, & futuræ. Et beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Vnde Psal. Mãsueti autem possidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

Quomodo deus est intentator malorum. *Psalm. 25.* *Iacob. 1.* *Amos. 3.* *1. Cor. 10.*

De tribus debitis, quæ petimus nobis dimitti. cap. 23.

DImitte nobis debita nostra. Debita dicuntur peccata, quæ nos debitores pœnæ constituunt. Non enim hic agitur de debitis pecuniarũ, sed de debitis offensarum. Tria uero sunt debita, quæ petimus nobis dimitti, uidelicet peccatũ in Deum, peccatum in proximum, & peccatum in nosipsos, unde. Peccauimus cũ patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatẽ fecimus. Peccauimus cũ patribus nostris in Deus, iniuste egimus in proximum iniquitatẽ fecimus in nosipsos. Sed quia peccamus in Deum, idcirco petimus, ut ipse dimittat nobis debita nostra. Quia peccamus in proximos, ideo petimus, ut dimittat nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc pacto & eadem cautione nobis debita dimittũtur si nos debitoribus dimittimus, alioquin etiam dimissa reuocantur in debitum, sm illud. Serue nequam omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me, nõne ergo oportuit & te misereri cõseruo tuo, sicut & ego tui misertus sũ? Et iratus dñs eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusque redderet uniuersum debitũ. Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus suis

Matth. 18

Vt ergo dñus euidenter ostenderet, quod nullus totius orationis fructus est, nisi debitoribus dimittamus, in fine subiunxit ad oĩa. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis pater uester cælestis delicta uestra. Si aũt non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater uester cælestis dimittet uobis peccata uestra His ergo qui debitoribus non dimittunt, hæc oratio non uidetur prodesse, quinimo uidetur obesse. Nã qui sic petit sibi dimitti, sicut debitoribus suis, ipse dimittit, profecto si non dimittit ipse debitoribus suis, uidetur petere. ut sibi non dimittatur. Quid ergo tenetur illi dimittere, qui nec satisfacere uult, nec ueniã postulare? Sane distinguendũ est inter perfectũ & imperfectum. Is qui uiã perfectionis arripuit, debet etiã nõ pe tenti ueniã omnimodis indulgere, qui uero nondũ perfectionis uotũ assumpsit tenetur quidẽ rancorẽ cordis deponere sed non tenetur satisfactionẽ debitam condonare. Quamquam oẽs teneamur uniuersaliter diligere inimicos nostros, & benefacere his qui oderunt nos, & orare pro persequentibus & calũniantibus nos. Quia uero sunt quædã culpæ, in quibus culpa est relaxate uindictam, & si peccatũ in nos teneamur dimittere, peccatũ tñ in Deũ, & peccatũ in proximũ debemus punire. Quisquis ergo laborat odio uel inuidia, grauatur magis hac oratione quam adiuuetur, nisi forte iam propositum habeat dimittendi. Veruntñ nõ in sua quisque sed in totius ecclesiæ persona uidetur orare. Vnde non dicit. Dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto

Matth. 6.

Luc. 6.

mitto debitoribus meis, ſed dicit. Di...it
te nobis debita noſtra ſicut & nos dimit
timus debitoribus noſtris. Quidam e͂t il
lud ita uolunt intelligi. Dimitte nobis
&c. ideſt, ſic dimitte nobis debita noſtra
Vt & nos dimittamus debitoribus no-
ſtris, quaſi dicat: Da nobis donũ, ſcĩam,
& luctum, & uirtutem, quatenus tã no
ſtra, q̃ aliena peccata cognoſcamus, & de
fleamus, ut nobis debita noſtra dimittas
& ita conſolationem habebimus aduer-
ſus inuidiam, quæ facit hoiem de alieno
bono tabeſcere per ſcĩam enim & luctũ
& in præſenti remiſſionem accipimus,
Pſal. 50 & in futuro conſolationem habebimus
Matth. 5 iuxta quod legitur: A delicto meo mun
da me, quoniam iniquitatem meam ego
cognoſco, Et Beati qui lugent, quoniam
ipſi conſolabuntur. Luctus aũt diſtingui
tur in irriguum ſuperius, & inferius,
quæ Caleph Axæ filiæ ſuæ dedit in do-
Ioſue 15 tem. Inferius pro peccatis, tam noſtris q̃
2. Cor. 11 alienis, unde. Quis infirmatur, & ego nõ
Phil. 2 infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non
Pſal. 119 uror? Superius pro incolatu uitæ præſen
tis, & deſiderio uitæ cæleſtis, unde. Cu-
pio diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Sed heu
mihi, q̃a incolatus meus ꝓlungatus eſt;

De quinque panibus, quos petimus nobis dari. cap. 24.

PAnem noſtrum &c. Quinque pa
nes ſunt nobis neceſſarii, quatuor
in uia, & quintus in patria. Cor-
poralis, ſpiritualis, doctrinalis, ſa
cramentalis, & æternalis. Corporalis ue
ro ad ſuſtentationẽ, ſpiritualis ad infor-
mationẽ, doctrinalis ad eruditionẽ, ſacra
mẽtalis ad expiationẽ, æternalis ad frui
Marc. 4 tionem, De primo. Non in ſolo pane ui
Luc. 11 uit homo. De ſecundo. Amice cõmoda
Prouer 9 mihi tres panes, De tertio. Venite, come
1. cor: 11 dite panem meũ, De quarto. Qui panẽ
Ioan. 6 dñi manducat indigne, reus erit corpis
domini. De quinto. Ego ſum panis ui-
uus qui de cælo deſcendi. Quum enim
homo fuerit liberatus à malo, quũ uice-
rit tentationes, quum fuerint dimiſſa
peccata, neceſſarius eſt ei ſpiritus fortitu
dinis, ne præmiũ expectando deficiat. Et
ideo dicit. Panem noſtrũ quotidianũ da
nobis, ideſt, nobis quotidie neceſſariũ.

Alioquin quod noſtrũ eſſet, nobis dari
non poſſet, niſi prius deſineret eſſe no-
ſtrũ Da nobis hodie, quaſi dicat, da no
bis ſpũm fortitudinis, qui multiplici pa-
ne roboret aĩam, ne deficiamus in præ
ſenti, eſuriendo iuſtitiã, per quam expel
lentes accediã, plena iuſtitia ſaturabimur Matth. 5
in futuro, ſcḋm illud. Beati qui eſuriunt
& ſitiunt iuſtitiã, quoniã ipſi ſaturabũ
tur Matthæus dicit, panẽ noſtrũ ſuper-
ſubſtantialẽ, q̃ duobus modis poteſt in-
telligi. Vel ut una ſit dictio, uel ut duæ
ſint dictiones, quaſi dicat panem da no-
bis ſuperſubſtantialẽ, ideſt, Chriſtum, q
eſt ſuperſubſtantialis, ideſt, ſuper oẽs ſub
ſtantias, qui panis noſter eſt in altari.
Vel ita. Da nobis panẽ noſtrũ, ideſt Chri
ſtum, qui ꝓprius cibus ẽ fideliũ, & hoc
ſuper panẽ, ideſt, præter panẽ ſubſtantia
lẽ, ideſt neceſſariũ ad ſuſtentationẽ, qua
ſi dicat. Da nobis utrunq; panẽ, & mẽtis
& corporis. Lucas dicit. Panem noſtrum
quotidianũ, q̃ tam de corpali, q̃ de ſa- Luc. 11
cramentali pane põt intelligi, uidlʒ de
uiatico. Græcus habet opiuſion quod in
terpretatur ſuperſubſtantialẽ. Hebræus
uero ſogolla, quod interpretatur egre-
giũ, uel peculiarẽ. Ob hoc forte Lucas
uidẽs Matthæũ ſogolla dixiſſe, quod ſo
nat peculiarẽ, dixit quotidianũ. Græcus
aũt interpres Matthæi, quia uidit eũ di-
xiſſe ſogolla, q̃ interpretatur egregiũ,
dixit opiuſion ideſt ſuperſubſtantialem.

De uoluntate dei, quam in terra ſicut in cælo fieri poſtulamus. cap. 25.

FIat uoluntas tua. Voluntas Dei
duplicitet intelligitur, & benepla Rom 9.
citum Dei æternũ, & ſignũ bene Pſal. 113.
placiti tẽporale. Beneplacitũ Dei
ſẽper impletur, unde. Voluntati eius qs
reſiſtet? Et. Omnia quæcũq; uoluit dñs
fecit in cælo & in terra. Signa beneplaci
ti quinq; ſunt. præceptio, prohibitio, ꝑ
miſſio, cõſiliũ & operatio, unde. Magna
opera domini, exquiſita in oẽs uolunta
tes eius. Hæc non ſemper implẽtur, ſed
ut impleantur, oratur. Fiat uoluntas tua Pſal. 110
ideſt ope cõplea: ut quod præcipis, quod
cõſulis, quod ſuades, q̃a non ſufficit uo
luntas,

luntas, ubi adest fac iltas. Sicut in cælo & in terra, id est, sicut in angelis, ita, & in hominibus. Vel, sicut in perfectis, ita & in conuersis. Vel, sicut in Christo, ita & in Ecclesia. Vel, sicut in mente, ita pariter & in carne, ut caro non concupiscat aduersus spiritũ, ſm illud Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deũ uiuũ. Quasi dicat, Da nobis spũm consilii, ut faciamus uoluntatẽ tuã, maxime mĩam quæ perimit auaritiã, quatenus, mĩam consequamur, ſm illud. Beati misericordes, quoniã ipsi mĩam consequentur. Sicut enim auaritia consistit in acquirẽdo & retinendo, ita misericordia consistit in dãdo & dimittẽdo. Huius petitionis & aliarũ duarũ ĩpletio inchoatur ĩ uia, & consummatur in patria, ubi nihil uelle poterimus, nisi quod Deũ uelle sciemus, tunc diligemus Deũ ex toto corde & ex tota mente, & ex tota anima. Ex corde, id est, intellectu, diligemus filium toto, id est, sine errore. Ex mẽte, i. memoria, diligemus patrẽ, tota, i. sine obliuione. Ex anima, id est, uoluntate, diligemus spĩm sanctũ, tota, id est, sine contrarietate, patrem potentiã, filium sapientiã, spiritum sanctum benignitatem.

Psalm. 83

Matth. 5

Matth. 22
Luc. 10

De regno Dei, quod petimus aduenire. c. 26.

Aduẽniat regnum tuum. Regnũ Dei dicitur & militans Ecclesia quia regitur, & triumphans Ecclesia, qa regnat. Itẽ regnũ Dei dicitur & gratia fidei, & gloria speciei. Rursus, regnũ Dei dicitur, & ĩtellectus scripturæ, & locus patriæ. De regno militantis Ecclesiæ scriptũ est. Exibunt angeli messores, & colligent de regno eius omnia scandala. De regno triũphãtis ecclesiæ reperitur. Venient & recũbent cũ Abrahã, Isaac, & Iacob in regno cælorũ. De regno fidei dicit scriptura. Regnum Dei intra uos est: De regno speciei dñus ait: Percipite regnũ, quod uobis paratũ est ab origine mundi. De regno scripturæ legitur: Auferetur a uobis regnũ Dei & dabitur genti facienti fructus eius. De regno patriæ reper. tur. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sed & ipse Christus dicitur regnũ Dei ſm illud: Si ego in digito Dei eiicio demonia, pfecto peruenit in uos regnũ Dei. Adueniat igitur regnũ tuũ, id est, ueniat regnũ ad regnũ, militans ad triumphans. Vel, regnũ tuũ adueniat, id est, ad uidendum te ueniat, ut regnũ fidei ad regnũ transeat speciei, quoniã, hæc est uita æterna, ut cognoscant te solũ uerũ Deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Quasi diceret: Da nobis spũm intellectus, quo mundati corde intelligamus te in præsenti regnare per fidẽ, ut in futuro te uideamus regnantẽ in nobis per speciẽ, quod est contra gulã, de qua dicit propheta. Quia uinum & ebrietas aufert cor. Tunc cognoscemus sicut & cogniti sumus, uidentes non per speculũ in ænigmate, sed facie ad faciẽ uidebimus Deũ deorũ in Sion.

Regnum Dei uarie accipitur.
Matth. 13
Ibid. 8
Luc. 17
Matth. 25

Ioan. 12
Osea. 4
2. Cor. 13

De sanctificatione nominis. cap. 27.

Sanctificetur nomen tuum. Nomẽ patris quatuor sanctificatur modis in filiis, duobus in uia, & duobus in patria. In uia per efficientiam, & perseuerantiã. In patria per consummationem, & ostensionẽ. In uia nanque nomen patris sanctificatur in filiis, quando sanctificationis effectũ operatur in eis, uel quando sanctificatio, quam acceperunt in nomine patris, perseuerat in illis, in patria uero nomen patris sanctificatur in filiis, quia sancitur & confirmatur in eis, ut nunquã possint a filiationis gratia separari. Hic enim quasi mobile manet nomẽ patris in filiis. Nã & Iudas quãdoq; fuit filius, quãdoq; nõ fuit. Pro qua possibilitate manẽdi dixit Apost. Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne forte, cũ aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar ibiq; nomẽ patris sanctificatur in filiis, qa tales ibi sunt filii, in quibus pater sanctus apparet, Tũc erunt manifesti, qui nunc sunt occulti, ſm illud. Nos insensati uitã illorum æstimabamus insaniã, & finẽ illorũ sine honore. Ecce quõ cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est. quasi dicat Da nobis spũm sapientiæ, prout dicitur a sapore, i. iucunditatẽ internã, ut gustemus quam

Sanctificetur nomen patris in filiis, tum in uia, tum in patria.

1. cor. 9

Sap. 3

quàm suauis est dñus generantē in nobis pacē, i. mortuū interiorū quietē, ut caro non cōcupiscat aduersus spūm, qa non est pax ossibus a facie peccatorū, ut ita sanctificetur nomen tuū, idest, pater in filiis, quatenus in præsenti difficile, in futuro nequaquam à filiationis gratia separentur. Quod est manifeste cōtra luxuriā, qua qui labotat, non iucundatur in Deo, idest, pacē Dei non habet, filius Dei nō est, sed iumēto assimilatur, qu ia quasi iumētū in stercore suo cōputrescit. Ioel. 1

De duplici ordine. cap. 28.

Duplex ordo petitionum in oratione ista.

Verum duplex est ordo notādus in oratione dominica. Vnus in descendendo, qui concordat cū donis, & alter in ascendendo, qui concordat, uel conuenit cū uirtutibus. Dona namque de summis ad ima descēdunt, unde. Requiescit super eū spūs sapientiæ & intellectus &c. Virtutes aūt de imis ad summa conscendunt, unde. Beati pauperes spiritu, qm ipsorū est regnū cælorū. Beati mites &c. Homo siqui dē multis malis circundatus, primo petit ut liberetur à malo. Quia uero tentatio est uita hois super terrā, liberatus a malo, petit ut in tentationē non inducatur: Et quia dū in hac uita consistit, semper est in aliquo peccato. (Nam si dixerimus, q peccatū non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est) ideo petitur, ut debita nobis dimittātur. Cū aūt fuerit liberatus a malo, cū uicerit tentationes, cū debita fuerint dimissa quia per se stare non pōt, ne diu expectādo deficiat, petit ut sibi panis quotidianus donetur. Deinde cū fuerit liberatus a malis & roboratus in bonis, petit ut fiat uoluntas Dei, sicut in cælo & in terra. Quæ quoniam in hac uita perfecte fieri non pōt, mox petit ut regnū adueniat in quo nomē patris sanctificetur in filiis, ut nunq de cætero possint a iustificationis gratia separari. Amen. Hæbreus dnū ex his tribus ponit in fine. Amē, Sela, Sale, quæ sonāt, uere, semper, pacem. Beatus Greg. oratonē dominicam post canonē super hostiam censuit recitari: Esaiæ 11

Amen Sela Sale.

CANONIS SACRI PARS VLTIMA.

Libera nos quæsumus domine ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris, & intercedēte beata & gloriosa semper virgine Dei genetrice Maria, & beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea cum omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & a peccatis simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eundē dominū nostrum Iesum Christū filium tuum. Qui tecū uiuit & regnat, Deus in unitate spūs sancti. Per omnia secula seculorū. Amē.

De silentio post orationē dominicam, ca. 29.

Quod hinc sequitur secrete, silentium innuit dominicæ sepulturæ, mediante sabbato quo dñs in sepulcro quieuit. Vnde Luca testante, Mulieres quæ parauerūt unguentum, sabbato quidem siluerunt fm mandatum, sed qui in sepulchro secundum carnem quieuit, secundum animam descendit ad inferos, ut fortior superueniens fortem spoliaret armatū. Tunc ergo momordit infernum, ut educeret suos uinctos de lacu, in quo non erat aqua, liberans eos a malis præteritis præsentibus, & futuris, & dans eis pacem perpetuam, in qua sunt semper & a peccato liberi, & a perturbatione securi. Hæc oratio, Libera nos, &c. dicitur Embolismus, & ē expositio nouissimæ petitionis orationis dominicæ. Luc. 23 Math. 12 Zach. 9

Explicit Liber Quintus.

MYSTERIORVM EVANGELICAE LEGIS ac Sacramenti Eucaristiæ,

LIBER SEXTVS.

De resumptione patenæ, quam sacerdos accipiens osculatur. cap. 1.



POST passionis tristitiã, ad resurrectionis gaudiũ peruenitur, secundum illud quod legitur. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Subdiaconus si quidem & Diaconus repræsentant patenam, quam sacerdos accipiens osculatur, & cum ea signum crucis sibi facit in facie. Hi tam numero, q̃ obsequio sanctas illas mulieres significant, de quibus narrat Euangelista Matthæus, quod vespere sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum. Præsentamus ei patenam, idest cor patens latitudine charitatis in obsequium sepulturæ, iuxta quod legitur, quia mulieres emerunt aromata, ut uenientes ungerent iesum, & ualde mane uno sabbatorum, ueniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Hanc ergo patenã idest cor amplum, latitudine charitatis sacerdos accipit, idest, Christus acceptat. Quia uero crucifixus ardenti desiderio quærebatur, iuxta quod angelus inquit mulieribus. Scio quod iesum quæritis crucifixum, idcirco crux cum patena signatur in facie sacerdotis, statimque sacerdos osculatur patenam, ostendens q̃ Christus confestim impleuit desiderium mulierum. Mox enim occurrit illis, dicens. Auete. Quæ procidentes tenuerũt pedes eius, & adorauerunt, haud dubiũ quin pedes fuerint osculatæ.

Psalm.29 — Matth.28 — Mar.16 — Matth.28

Pax Domini sit semper vobiscum. Et cum spiritu tuo.

De fractione hostiæ, cuius particulam sacerdos mittit in calicem. cap. 2

TVnc sacerdos frangit hostiam in tres partes, & duabus extra calicem reseruatis, cum alia signũ crucis ter efficit supra calicẽ, de cuius ore Diaconus remouerat corporale, & alta uoce dicendo, Pax domini sit semper uobiscũ, particulam hostiæ dimittit in calicem. Frangit igitur sacerdos hostiam, ut in fractione panis Dominum cognoscamus, sicut illi duo discipuli dominum cognouerunt, quibus ipso die resurrectionis iesus apparuit in Emaus euntibus. Commixtio panis & vini designat unionem carnis & animæ quæ in resurrectione Christi denuo sunt unitæ. Nam, ut prædictum est, panis ad carnem, & uinum refertur ad animam. Et ideo ter signum crucis producitur cum hostia super calicem, quia uirtus trinitatis animam crucifixi reduxit ad carnem, ne derelinqueret animam eius in inferno, nec daret carnem eius uidere corruptionem, iuxta quod ipse dicit in Psalmo. Ego dormiui & somnum cœpi & exurrexi, quoniam dominus suscepit me. Vel ideo tres cruces fiũt cum hostia super os calicis, quia tres mulieres quærebant crucifixũm ad ostium monumenti, unde. Quid quæritis, viuentem cum mortuis? Os ergo calicis in hoc loco significat ostium monumenti, de quo Diaconus remouet corporale, designans quod Angelus domini reuoluit lapidem ab ostio monumenti; illud autem sane debet intelligi, quod dicit sacerdos, cum eucaristiam mittit in calicem: Fiat, inquit, commixtio corporis & sanguinis domini. Quod utique referendum est ad species panis & uini, quibus continetur corpus & sanguis.

Frangit. — Luc 24. — Cõmixtio — Psalm. 13 & 3. — Luc.24

Quid

Quid significent partes illæ, quæ fiunt de sacrifitio. cap. 3.

QVid autem illæ partes significent. Sergius Papa determinat, dicens; Triforme est corpus Christi, pars oblatæ in calicẽ missa, corpus Christi, quod iam resurrexit, monstrat. Pars comesta, ambulans adhuc super terram. Pars in altari usque ad finem remanens, corpus iacens in sepulcro, quia usque in finem seculi sanctorum corpora in sepulchro erunt. Potest & aliter hoc mysterium explanari. Est enim corpus Christi uniuersalis ecclesia, scilicet caput cum mẽbris, iuxta quod dicit Apostolus. Vnus panis & unum corpus multi sumus. Et inueniuntur in isto corpore quasi tres partes, ex quibus totũ corpus cõsistit. Vna pars est ipsum caput, uidelicet Christus, qui & caput est & pars corporis. Altera pars sunt illi, quorum corpora requiescunt in tumulis, & animæ regnãt cũ Christo Et sunt quasi simul hæ duæ partes, caput uidelicet, & hæc pars corporis altera, sicut scriptum est. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ, Propterea in altari duæ partes seorsum extra calicem reseruantur, quasi extra passionẽ, quæ per calicẽ designatur. Christus enim resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Et qui cum ipso sunt sancti, non esurient neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; ullus æstus, quoniam priora transierũt. Tertia pars in calicem ponitur, significãs eos qui adhuc in passione consistunt donec ab hac uita migrantes, ad caput suum transeant, ubi nec moriantur amplius, neque ullatenus patiantur.

Triforme corpus Christi.

Matth. 24.

Rom. 6. apoc. 7. & 21.

De Agnus Dei. cap. 4.

NOn solum autem per signa, sed etiã per uerba resurrectionis gaudium intimatur. Sacerdos enim alta uoce pnuncians, pax domini sit semper uobiscum, insinuat quod die illo una sabbatorum uenit iesus & stetit in medio discipulorum suorum, & dixit eis, pax uobis. Quia uero Iesus statim ut salutauit apostolos, dedit eis potestatem remittendi peccata. Quorum, inquit, remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: idcirco chorus clamat ad ipsum & postulat. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Lauit enim nos a peccatis nostris in sanguine suo. Agnus grecè dicitur abagnõ quod est pium, Latinè, ab agno scendo, quoniam In magno grege solo balatu matrem agnoscit. Christus autẽ in ara crucis, & patrem agnouit & matrem. patrem obedientia, matrem cura, ibique obtulit se pro nobis: Et ob hoc in altaris immolatione, ter dicit agnus Dei, quasi agne qui agnouisti patrem, miserere nobis. Agne qui agnouisti matrem, miserere nobis. Pie qui redemisti mundum, dona nobis pacem; porrò secundum consuetudinem antiquam scolæ cantorum, quam adhuc ipsi conseruant, & in pluribus obseruatur Ecclesijs, ut in Lateranensi, nullatenus uariatur, sed tribus uicibus vniformiter dicitur miserere nobis, propter tria genera peccatorum, quæ petimus nobis remitti, cogitationis, locutionis & actionis. Cogitationis in corde, locutionis in ore, actionis in opere. Vel propter tres ordines fidelium in Ecclesia, qui sunt Noẽ, Daniel & iob, quos Ezechiel uidit in visione saluandos. Et secũdum parabolam euangelicã duo in lecto, duo sunt in agro, & duo sunt in mola. quorum unus assumetur, & alter relinquetur, postmodum autẽ multis & uariis aduersitatibus & horroribus ecclesiæ ingruentibus, cœpit ad dominũ clamare de tribulatione, dona nobis pacem. Et ut clamor eius facilius audiretur in ipsa * dixit immolationis horà clamandum. Hæc tamen uarietas non discrepat a consuetudine ueteris testamenti, ubi cum secundo repetitur, parce domine, parce populo tuo, tertio uariatur, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Dicamus ergo, miserere nobis, quantum ad animam, item miserere

Ioan. 40.

Ezech. 14.

Matth. 24

Dona nobis in pacem.

*al duxit.

Ioel. 2

rere nobis quātū ad carnē, dona nobis pacē pp utrumque, ut hēamus pacē pectoris spūalem, & pacē corpis temporalem. Sergius aūt Papa statuit, ut inter coīcandum Agnus Dei a Clero cātetur.

De osculo pacis. cap. 5.

Ioan. 20. POstquam dñus salutauit apostolos, iterum dixit eis, pax uobis, ostendēs quod non solum debemus habere pacē in ore, uerum ēt pacem debemus habere in pectore, ne simus de illis qui loquūtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, ideoque cū Psal. 27. hoc dixisset Apostolis, insufflauit & ait Accipite spiritum sanctū. Ad quod utique designandum sacerdos præbet osculum oris ministro, qui reuerenter inclinans, pectus osculatur ipsius, & planetā extendit, ut per pacis osculum attendatur charitas, q̄ planetam supradiximus designare. Quia ergo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spūm sanctum, qui datus est nobis, ideo pacis osculum per uniuersos fideles diffunditur in ecclesia. Nam & Apost. admonet Salutate uos inuicem in osculo sancto in primitiua quidē ecclesia singulis diebus, qui celebrationi missarum intererant, communicare solebant, sed excrescente multitudine fidelium, traditur institutum, ut tantum diebus communicarent dominicis. postmodum aūt qa nec hoc digne potuit obseruari, tertia secuta est institutio, ut ter saltem in anno quilibet christianus dēat accipere eucaristiam, hoc inuento remedio, ut singulis diebus osculum pacis daretur pro mysterio unitatis: Quia uero per immolationem hostiæ salutaris dimissis peccatis reconciliamur altissimo, recte pacis osculum tunc accipitur, cum immolationis mysterium celebratur. innocentius aūt Papa primus aliam causam assignat. pacem, inquit, asseris ante consecrata mysteria quosdam populis imperare, uel sibi sacerdotes inter se tradere, cum post oīa quæ aperire non *debeo, pax necessario sit indicenda, per q̄ constet poplm ad oīa, quæ in mysteriis aguntur atque in Ecclesia celebrātur, pbuisse consensum, ac finita esse pacis concludētis signaculo demōstrāri.

Osculum per omnes fideles, sub Missa. *Rom. 5.* *ib. d. 16.*

Innocentius 1. ad Decentium. c. 1. **al. debet.*

De diuersis osculis, quæ dātur in missa. c. 6.

OSculum ī sacra scriptura significat unionem, caritatem, pacem, & reuerentiam De osculo unionis, sponsa dicit in canticis. Osculetur me osculo oris sui. De osculo charitatis. isaac inquit ad filium suum. Accede huc ad me, & da mihi osculum fili mi. De osculo pacis, dicit apostolus in epistolis, salutate uos inuicem in osculo sancto, De osculo reuerentiæ, inquit dñus ad Simonem. Osculum mihi non dedisti. Hæc aūt ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Ad designandū ergo tres uniones in Christo, sacerdos ter osculatur altare, uidēt unionem diuinitatis ad aīam, diuinitatis ad carnē, & carnis ad aīam: Vel unionem qua unita est Christo humana natura. sancta ecclesia & fidelis aīa Ad significandū triplicem pacē, temporalē spiritualem, & æternalē, episcopus solenniter celebrans ter osculatur ministrum, uel ministros semel, & secundo diaconum & tertio sacerdotē. Ad notandum quoque duorum testamentorum cōcordiā episcopus duabus uicibus codicē osculatur, qa tota continetur in medio testæ, & duo Cherubin sese respiciunt uersis uultibus in propiciatorium Ad notandum charitatē, sacerdos osculatur patenā, q̄ designat cor pat eus latitudine charitatis, unde; Nonne cor nostrū ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia? in signum reuerētiæ diacons & subdiac. pedes & manus summi pont. osculātur. Pedē subdiac. osculatur, post lectā epist.: & diaconus ante legendum euang. manū osculatur offerens ampullā cū aqua calicemq; cum uino. Et subdiaconus offerēs patenam cum hostia & thuribulū cum incenso, uterque dema nu pont. accipiens eucaristiā, illud quoque uacate non creditur a mysterio, q summus pōtifex septem modis accipit osculū Ad os, ad pectus, ad humerū, ad man⁹, ad brachia, ad pedes ad genua expssum misteriū, sed alias exprimēdū:

Cant. 1. *Gen. 27.* *Rom. 16.* *Luc: 27*

Ezech. 1: *Esa. 6*

Luc. 4.

Quod Episcopus, Subdiaconus, & Diaconus communicant eucharistiam. cap: 7.

TVnc Episcopus communicat cum ministris insinuans quod Christus

post

pòst resurrectionē māducauit cū discipulis. Nam conuescens præcepit eis ab Hierosolyma ne discederet. Quod aūt Episcopus vnam partē accipiens, reliquas ministris impēdit, illud insinuat, quod Lucas Euangelista cōmemorat, quia Iesus accipiens panē māducauit corā suis discipulis, sumēsq; reliquias dedit illis. Et quoniā eodē Euangelista testante, Iesus accepit panē, ac fregit & porrigebat illis quorū cor ardēs erat in eis, ideirco Pontifex integrā eucaristiæ medietatē accipiens super patenā, frāgit in partes & eas porrigit ministris comedendas.

Actor. 1.
Luc. 24.

De ablutione manuum post Eucharistiæ sumptionem. cap. 8.

POst sumptū eucaristiæ sacrificium sacerdos abluit & perfundit manus, ne quid incautè remaneat ex cōtactu diuinissimi sacramenti: nō quod quicquam immundum ex contactu sacramenti cōtraxerit, sed vt suam potius indignitatē cōmemoret, qui se indicat tātis sacramētis celebrādis indignū, secundū illud quod dominus ait. Cū omnia bona feceritis, dicite. Serui inutiles sum⁹: indignū quidē existeret, vt manus, que corpus incorruptibile cōtractarunt, corpus corruptibile contingant donec studiose lauētur. Ablutionis autē aqua debet in locū mundū diffundi honestè, vt altitudo sacramenti reuerentius honoretur. Trina vero sacerdotis ablutio, quæ fit in principio, in medio, in fine designat mundationē cogitationis, locutionis, & actionis. Vel purgatione originalis peccati, criminalis & venialis, siue, quod agitur per ignorantiā, negligentiā & industriā ad quorum emundationē offertur sacrificium salutare. Hæc tamen ablutio potest referri ad ablutionem baptismi, cuius formam Christus post resurrectionē instituit. Euntes (inquit) docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

Luc. 17.
Matt. 28.
Marc. 16.

Quod Romanus Pontifex alium in communicando morem obseruat. cap. 9.

VT aūt in preceptione corporis & sanguinis Christi nullā possit fallacia* suboriri, sed in vtroq; perceptionis veritas euidēter appareat, summus Pontifex non statim particulam hostiæ dimitit in calicem, sed eam post trinū crucis signaculū in patenam reponit, & post osculū pacis ad sedem ascendens, ibiq; cōsistens, vniuersis cernentibus partem maiorē oblatæ de patena, quā mei subdiaconus repræsētat, ipsāmq; vidētibus diuidens vnamq; particulam sumens & aliam mittit in calicem, quem tenet coram ipso subdiaconus, de quo sanguinē haurit cum calamo. Deinde particulam vnā cū osculo tradit Diacono, aliamq; Subdiacono sine osculo, quē ad altare ministrās ei calicē Diaconus osculatur. Et tum Subdiaconus particulam dimissam in calicē sumit cū sanguine. Huius rei causam, nō allegoricā, sed historicā à nōnullis audiui, quam quia nūquam in autentico scripto potui reperire, melius reticēdam censui, quam temerè asserēdam. Et licet non omniū, quæ a maioribus introducta sunt, ratio reddi possit reor tamen quod in his profūda lateāt sacramenta. Romanus autem Pontifex ideo nō cōmunicat vbi frāgit, sed ad altare frāgit & ad sedē communicat, quia Christus in Emaus corā duobus discipulis fregit, & in Hierusalē corā decē Apostolis manducauit. In Emaus fregisse legitur, sed māducasse nō legitur. in Hierusalem nō legitur fregisse, sed legitur comedisse. Ministri represētāt Pōtifici oblatam & calicem, quia discipuli obtulerant Christo partem piscis assi & fauum mellis. pars piscis assi corpus est domini crucifixi, qui fuit in ara crucis assatus, fauus mellis sanguis Christi, super mel & fauum dulcis faucibus animæ diligentis. Ad notandum verò distinctionem inter sacros ordines, & non sacros Diaconus & qui superioris sunt ordinis cum percipiūt eucharistiā, osculū suscipiunt ab episcopo, acoluthus & qui sunt inferiorum ordinū nō suscipiunt. Subdiac. vero, qa character huiusmodi quōdā īter nō sacros, nūc aūt īter sacros ordines reputatur, ī pceptione corporis nō suscipit osculū à pōtifice, sed in pceptione sanguinis suscipit osculū à Diacono, vt q. nō ī sacris sunt minus. & q. sacris ī sunt amplius honorēt, quamuis in hoc & mystica possit assignari ratio:

*al. suboriri.
Luc. 24.

De

De Antiphona post communionem, cap. 10.

Ioan.20. Antiphona quæ post communionē concinitur, Apostolorum gaudiū de Christi resurrectione significat secundùm illud quod legitur, quia gauisi sunt discipuli uiso domino, & præ Luc.24. gaudio mirabantur. Quod aūt reciprocando cantatur, insinuat, quod discipuli resurrectionis gaudium sibi mutuo nunciabant. Vnde duo discipuli cum inuenissent undecim congregatos, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quia resurrexit dominus uere, & apparuit Simoni, & ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eū in Psal. 117. fractione panis. Hæc ergo dies quam fecit dñus, exultemus, & lætemur in ea:

De oratione nouissima. cap. 11.

* al com munionis Luc. ult. Peracto* orationis mysterio, Pontifex cum ministris ad altare procedit, & altare deosculās eleuatis manibus ultimam orationem exequitur: benedictionem illam significans, quam Christus ascensurus in cælum legitur dedisse discipulis suis. Nam ut Lucas commemorat, eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis suis manibus, benedixit eos: Et factum est cum benedixisset illis, recessit ab eis. & ferebatur in cœlū. Ite missa est. Vnde post salutationem nouissimam, quam sacerdos facit ad populum, Diaconus alta uoce pronunciat, ite missa est, repræsentans illud quod dictum est ad Apostolos. Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlum &c. Chorus autem qui Deo gratias gratulando respondet, imitatur Apostolos, qui adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo lau- Actor. 1. dantes & benedicentes Deum. Et ad hoc respicit quod in diebus profestis dicitur, benedicamus domino, Deo gratias, statimque hymnus & psalmi illi dicuntur, Benedicite & Laudate. Notandum uero quod Christus post resurrectionem bis legitur salutasse discipulos, dicens. Pax uobis, in signum dupli- Bis ait Iesus, pax uobis. cis pacis, uidelicet pectoris & æternitatis, quæ secundum Prophetam est pax Esa.66. Ioan. 14. super pacem, de qua dominus inquit apostolis. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Hanc duplicem pacem per duplex osculum sacerdos insinuat, cum prius osculatur ministrum, & postea altare.

Vnde dicitur Missa. cap. 12.

Missa dicitur & ministerium & mysterium, idest officium q profertur, & sacrificium quod offertur. Officium uero diuiditur in missam chatecumenorum & fidelium missam. Missa cathecumenorum est ab introitu usque post Offertorium. Missa catechumenorum. Et dicitur missa ab emittendo, quia tēpore quo sacerdos incipit eucaristiam consecrare, cathecumini foras de ecclesia emittuntur. Perlecto siquidem euangelio: Diaconus clamare solebat. Siquis cathecumenus adest, exeat foras. Cathecumini sacris mysteriis itéresse nō dēnt, quæ non nisi baptizatis fidelibus committuntur. Sicut de quibusdam, qui catechumenorum, & nondum renatorū typum gerebant, scriptū est. Ipse autē Iesus non credebat se illis. Missa fideliū est ab Offertorio usque post communionem: Et dicitur missa à dimittendo, qa tunc ad propria fidelis quisque dimittitur. Ioan.2. Missa fidelium. conc. Aurel c. 12. De consf. dist. 1.c. Constitutum est enim in Aurelianēsi Concilio, ut cum ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur, populus non ante discedat, quam missæ solēnitas compleatur. Totum autem officiū dicitur missa, quasi trāsmissio, eo quòd populus fidelis per ministerium sacerdotis, qui fungitur uice mediatoris inter Deum & homines, preces & supplicationes & uota transmittat altissimo ipum uero sacrificium, idest, hostia, missa uocatur, quasi transmissa Primū nobis a patre ut esset nobiscum, postea patri a nobis, ut intercedat pro nobis ad ipsum. Primum nobis a patre per incarnationem, pòstea patri a nobis per passionem.

sionem. et in sacramento primū nobis a patre per sanctificationem, postea patri a nobis per oblationē. Hæc est sola suffi ciēs, & idonea missio seu legatio ad sol uendas inter Deus & homines inimici tias & offensas. Cum ergo diaconus ait, Ite missa est, idem est ac si diceret, redite ac propriata est hostia salutaris.

Quare sacerdos pontificis humerum oscu letur. cap. 13.

Principatus super humerum Christi. Ratione finita, sacerdos qui as sistit episcopo mensam altaris & armum Pont. dextrum oscula tur, ostendens, hunc esse illum pontificem, qui ſm legem figuratæ dex trum armū separare debet de hostiis sa lutaribus uel pacificis. *Leu. 6. & 8* Sane per hume rum exprimitur principatus, ſm illud *Esa 9* Prophet. Et factus est principatus eius su per humerū eius Principatū uero Salua toris expressit uox angelica, prophetica & legalis: Angelus, n. inquit ad uirginē. Dabit ei dñs sedē Dauit patri eius. & re gnabit in domo Iacob in æternū, & re gni eius non erit finis. propheta dicit in Ps. Sedes tua Deus in sæculū sæculi. uir ga recta uirga regni tui, ꝑpterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ con sortibus tuis. Moyses inquit in lege. Læ tamini simul cæli cum eo, & adorent eū *Deut. 32* oēs angeli Dei. Ad quod designandum, tres humerū pontificis in signum reue rentiæ osculantur, Primicerius in princi pio, diaconus in medio, sacerdos in fine.

De benedictione nouissima. cap. 14.

VLtima benedictio, quam facit episcopus super populū, missio nem spiritus sancti significat, *Actor. 1* quē de cœlo misit dñs in Apos. iuxta quod eis ipse promisit. Accipietis, inquit, uirtutem superuenientis spūs sā cti in uos Hæc benedictio per uerbum oris & signū crucis exprimitur. Quoniā illa missio per sonū aeris & linguā ignis innotuit, iuxta ꝙ legitur. Factus est re pente de cœlo sonus tāq̄ aduenientis spūs uehemētis. Et apparuerunt illis dispertitæ *ibid. 2* linguæ tanq̄ ignis &c. Licet aūt spūs san ctus specialiter missus fuerit in Apost. qa tamen indiuisa sunt opera trinitatis, mi sionem illam tota fuit trinitas operata. Ideoque benedictionem istam facit epi scopus in nomine trinitatis, authoritate Psal. dicentis, Benedicat nos Deus Deus noster benedicat nos Deus, Benedictio nis formam legis expressit authoritas, domino dicente per Moysen. inuocabis nomen meum super filios israel, & ego dominus benedicam eis.

Libelli conclusio.

NEmo cum expositionem istā au dierit, hoc officium sufficienter æstimet expositum, ne forte cū opus humanū extulerit, diuinū extenuet sacrum. in hoc enim officio tot & tanta sunt inuoluta mysteria, ut ne mo, nisi per unctionem edoctus, ea suf *Iob. 38* ficiat explicare Quis enim nouit ordinē *Prouer. 25* cæli, & ponet rationes eius in terra? Nā & perscrutator maiestas opprimetur a gloria. Ego quippe non præualens lippi entibus oculis solem in tota conspicere tanti misterii maiestatem, quasi per spe culum in ænigmate, uisus sum intueri, nec penetrās ad interiora cœnaculi, sed præ foribus assidens in uestibulo, feci di ligenter, ut potui, non sufficienter ut uo lui. Præsertim cū ex officio, tot causa ū ſim impeditus incursibus, tot negocio rū nexibus irretitus, ut infra breue tem poris spaciū nec ad meditandū ocium, nec ad dictandū quietem nancisci que rē. Et quidem minor in singulis, diuisus a singula, uix potui meditata dictare, ne dū meditando concipere. Quocirca non solum beniguū imploro Lectorem, uerū ēt desidero liberū correctorem. Hanc so lā apud homines huius opusculi merce dem expectans, ut apud misericordissi mū iudicem pro meis peccatis deuotas orationes effundāt, ꝗ perfecte cognoscit qua cordis intentione tractatū istū exe gerim, & si nō multis, saltē aliquibus ac mihi soli uel in modico profuturū.

Quia uero canonē Missæ particulatim exposui, ne quid additū uel subtractū seu transpositū uideatur, & ut legētibus ipsius expositiōis plenior pateat, ite. Lctō totum continue censui* subscribendū, *interserēdum.

D. INNOCENTII PAPAE III.

DE BEATISSIMA VIRGINE MARIA, ET FILIO EIVS IESV CHRISTO Encomium.



IRGO Dei genetrix uirga est, flos filius eius. Præsumo pauca, & pauca loqui de virgine virga, & filio flore. Mira floris summitas & inattingibilis uirgæ proceritas. Hæc est virga recta, uirga erecta, procera, fragilis, gracilis, flexibilis, frondosa, florigera, fructifera. Recta per iustitiam, erecta per deuotionem, procera per longanimitatē. Fragilis per abiectionem sui, gracilis per humilitatem, flexibilis per mansuetudinem, frondosa per sanctissimam conuersationem, florigera per uirginalem conceptionem, per partum uitæ æternæ fructifera. Recta per fidem, erecta per spem, procera per charitatem, fragilis per pudorem, gracilis per despectionem mundi, flexibilis per compassionē proximi, frondosa per bonorum operum executionem, florigera per gloriam virginitatis, fructifera per prærogatiuam fœcunditatis. Miranda fœcunditatis prærogatiua, quod talis talem, taliter genuit. Gracilis uirgo ante partum, & uirgo post partū. Qualiter, angelo annunciante, spiritu sancto operante, uirtute altissimi obumbrante. Qualem, sanctum, sanctorum, unicum matris uirginis, unigenitum Dei patris, Deum & dominū maiestatis. O quam bene, quam rectè flos dicitur, qui ex uirginali uirga producitur, in quo semper sunt, quæ memorantur. Est enim tenuis, tener & leuis, lenis, & pulcher, fragrans, & utilis. Quid enim flore illo tenuius cum astringitur, quid tenerius cum atteritur, quid lenius cum attrectatur, quid leuius cum portatur, quid speciosius cum aspicitur, quid fragrantius cum odoratur, quid utilius cū effectus attenditur? Filius uirginis est flos tenuis ad indignationem, tener ad miserationem, lenis per mansuetudinē, leuis dominatione, pulcher moderatione, fragans (sic) repromissione, utilis remuneratione. Est ergo tenuis flagellis tener misericordiis, lenis in donis, leuis in pceptis, pulcher exemplis, fragans promissis, fructuosus in præmiis. Hic flos factus est nobis medicina, in ipso potus & esca, ex eo mel & cera. Medicina in redemptione, potus & esca in iustificatione, mel & cera in glorificatione. Ex hac medicina sempiterna sanitas incorruptionis, ex hac medicina, esca refectionis internæ societatis, ex hac medicina potus ebrietatis spiritualis, æternæ fœcunditatis, de illius cera splendor summæ claritatis, in eius melle dulcedo perpetuæ felicitatis. Flos est nobis Christus in humanitate, fructus in diuinitate. Flos in terris, fructus in cœlis. Flos in redemptione, fructus in glorificatione. Quem ipse nobis largire dignetur. Amen.

Maria uirginis ad uirgam comparatio.

D. INNOCENTII PAPAE III.

DE VITA ET PASSIONE DOMINI NOSTRI Iesu Christi orationes tres efficacissimæ: qui contrite & deuotè eas legentibus plurimas contulit remissiones & indulgentias.

Oratio 1.



Domine Iesu Christe fili Dei uiui, qui pro redemptione nostra nasci, & circuncidi uoluisti, & a iudæis reprobari, a iuda osculo tradi, capi & ligari, & cũ uinculis Annæ, Caiphæ, Herodi, Pilato offerri & coram eis illudi, colaphis, alapis, flagellis, arundinæ cædi, facie uelari, & sputo conspui, spinis coronari, falsis quoq; testibus accusari, iudicari, & ut agnus innocẽs tuã crucẽ ferẽdo ad uictimam duci, clauis ꝑforari, felle & aceto potari, atque in cruce morte turpissima condẽnari, ac lancea uulnerari. Tu ꝑ has sacratissimas pœnas ab oĩbus peccatis, & pœnis nos libera, & ꝑ sanctã crucẽ tuã illuc ꝑduc nos miseros peccatores, quo ꝑduxisti tecũ crucifixum latronẽ serò pœnitentẽ. Qui uiuis

Oratio 2.

Auxilientur nobis pie domine Iesu Christe, omnes passiones tuæ & defendant nos ab omni dolore & tristitia, ab omni periculo, & miseria, ab omni peccato & cordis immunditia, ab omni scandalo & infamia a morbis malis animæ & corporis, & a morte subitanea & improuisa, & ab omni persecutione inimicorũ uisibiliũ & inuisibiliũ, scimus enim quod in quacunq; hora uel die passionis tuæ memoriam habuerimus, salui erimus ideo de immensa tua pietate. confisi te deprecamur piissime saluator ꝑ benignissimas, sacratissimasq́ne passiones tuas, ut benigno nos ꝓtegas auxilio, & cõtinua pietate ab oĩ malo nos cõserues. Qui uiuis.

Oratio 3.

Domine Deus de Deo, lumen de lumine, qui humanũ genus ex præcepto patris patibulo crucis ꝓprio sanguine redimere dignatus es, te suppliciter exoramus, ut nõ ẽm peccata nostra facias nobis, sed ẽm m̃iam tuam saluos facias nos indignos famulos tuos: Tu quoq; exurge in adiutoriũ nostrũ, & esto nobis turris fortitudinis, & clipeus inexpugnabilis iustitiæ, a facie tã corpalis, q̃ incorpalis inimici atq; ab oĩ peccato & pœna misericorditer nos libera, & ab omni aduersitate corpis & aĩæ clementer nos defende. Qui uiuis &c.

EIVSDEM INNOCENTII PAPAE *tertij orationes tres de oĩbus sãctis pro defensione & tranquillitate Catholicæ & orthodoxæ Ecclesiæ.* Oratio 1.




A Cunctis nos q̃sumus dñe mẽtis & corpis defende periculis & intercedẽte beata & gloriosa uirgine Dei genetrice Maria, cũ beatis apost. tuis Petro & P. atq; bea. N. & oĩbus sãctis, salutẽ nobis tribue benignus & pacẽ, ut destructis aduersitatib. & errorib uniuersis ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundẽ Chr̃m dñm nostrum Amen.

Oratio 2.

Exaudi nos Deus salutaris noster, ut per unigeniti filii tui sacratiss. passionis uirtutẽ a cũctis nos mẽtis & corporis hostibus tuearis grãm tribuẽs in ꝓsenti & gl̃iam in futuro. Per eundem Christũ dñm nostrũ. Oratio 3.

Mundet & muniat nos quæsumus domine unigeniti filii tui preciosissimus sanguis effusus & tibi oblatus in cruce, & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis, à cunctis nos reddas & perversitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per eundẽ dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorũ. Amẽ.

Himnus de Christo & Beatiss. Virgine maria dignissima matre eius, ad quem certas & magnas contulit remissiones & indulgentias.



Ve mundi spes Maria,
Aue mitis, aue pia,
Aue charitate plena.
Virgo dulcis & serena,
Sancta parens Iesu Christi
Electa sola fuisti,
Esse mater sine uiro,
Et lactare modo miro,
Angelorum imperatrix:
Peccatorum consolatrix,
Consolare me lugentem,
In peccatis iam fœtentem,
Me defende peccatorem,
Et ne tuum des honorem,
Alieno & crudeli.
Præcor te regina cæli,
Me habeto excusatum,
Apud Christum tuum natum,
Cuius iram pertimesco,
Et furorem expauesco,
Nam peccaui illi soli,
O maria uirgo noli.
Esse mihi aliena,
omni gratia tu plena.
Esto custos cordis mei.
Signa me timore Dei,
Confer uitæ sanitatem,
Da & morum honestatem,
Da peccata me uitare,
Et quod iustum est amare,
o dulcedo uirginalis,
Nunquam fuit, nec est talis,
In ter natas mulierum,
omnium creator rerum.
Te elegit genitricem,
Qui mariam peccatricem,
Emundauit a reatu,
Ipse tuo me precatu,
A peccatis cunctis tergat,
Ne infernus me demergat,
Eia rosa sine spina,
Peccatorum medicina,
Pro me Deum interpella,
Vt me saluet a procella
Huius mundi, tam immundi,
Cuius fluctus furibundi,
omni parte me impingunt,
Et peccati zona stringunt.
Christe fili summi patris,
Per amorem tuæ matris
Cuius uenter te portauit
Et te dulci lacte pauit,
Te per ipsam hora supplex,
Quia tu es salus duplex,
Rerum dator mundanarum,
Atque salus animarum,
Te nunc precor licet reus,
miserere mei Deus,
miserere miserator.
Quia uere sum peccator,
Tu peccata dele mea,
Et cor mundum in me crea,
Da spem firmam, fidem rectam,
Charitatem da perfectam,
o iesu da finem bonum
Quod est super omne donum,
Vt in corde sic compungar,
Tibi Christe quod coniungar,
Fac me digne manducare
Corpus tuum salutare.
Ira tua non me grauet,
Sanguis tuus sic me lauet,
In sensibus & in corde,
A peccatis & a sorde,
Vt dum instat hora mortis,
Angelus tunc astet fortis,
A te mihi datus custos,
Qui me locet inter iustos,
mors si carnem meam frangat.
mors secunda non me tangat,
Licet cito computescat,
Spiritus in te quiescat,
Vt resurgens te uisurus,
Semper tecum sim mansurus.

Versus. Audi nos pia mater Christi. ℟. Nam te filius nihil negans honorat.

oratio.

Interueniat pro nobis quæsumus dñe iesu Christe apud tuã clementiã, gloriosiss. uirgo maria digniss. mr̃ tua, cuius sanctiss. animam in hora passionis, & mortis tuæ doloris gladius pertransiuit. Qui uiuis & regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus. &c.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI,

HVIVS NOMINIS III. DE CONTEMPTV MVNDI, siue de miseria humanæ conditionis, Libri III.

PROLOGVS.



OMINO Patri charissimo P. Dei gratia Portuēsi episcopo, Lotharius indignus diaconus, gratiam in præsenti, & gloriā in futuro.

Modicū ocii, quod inter mnltas angustias nuper ea, quam nosti, occasiōne captaui, non ex toto mihi præteriit ociosum. Sed ad deprimendam superbiā, (quæ caput est omnium uitiorum) uilitatē humanæ conditionis utcunque descripsi. Titulum autem præsentis opusculi uestro nomini dedicaui, rogans & postulans, ut si quid in eo uestra discretio dignum inuenerit, diuinæ gratiæ totum adscribat. Si uero paternitas uestra suggesserit, dignitatem humanæ naturæ, Christo fauente describam, quatenus ita per hoc humilietur elatus, ut per illud humilis *exaltetur. *al. gratuletur

De miserabili humanæ conditionis ingressu cap. I.

Hiere. 20 Iob. 3 QVare de uulua matris egressus sum, ut uiderem laborē & dolorem, & consumerentur in cōfusione dies mei? Si talia de se locutus est ille, quem Dominus sanctificauit in utero, qualia loquar ego de me quem mater mea genuit in peccatis? Heu me, dixerim, mater mea, quid me genuisti, filium amaritudinis & doloris? Quare nō in uulua matris mortuus sum? egressus ex utero non statim perii? Cur exceptus genibus, lactatus uberibus, natus in *combustionem & cibum ignis? Vtinā interfectus fuissem in utero, ut fuisset mihi mater mea sepulchrum, & uulua eius conceptus æternus. Fuissem enim quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Quis ergo det oculis meis fōtem lachrymarum, ut fleam miserabilē conditionis humanæ conuersationis progressum, damnabilem humanæ dissolutionis egressum? Consideraui ergo cum lachrymis de quo factus sit homo, quid faciat homo, quid *facturus sit homo. Sane formatus de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam, agit praua quæ non licent, turpia quæ non decent, uana quæ non expediunt, fiet cibus ignis, esca uermis, massa putredinis. Exponā id planius edisserā plenius. Formatus ē hō de puluere, de luto, de cinere, quodq; uilius ē, de spurcissimo spermate, conceptus in pruritu carnis, in feruore libidinis, in fetore luxuriæ, quodque deterius est, in labe peccati, natus ad laborem, dolorem, timorem, quodque miserius est, ad mortē. Agit praua, quibus offēdit Deū, offēdit proximū, offendit seipsum. Agit turpia, qbus, polluit famā, polluit cōsciam, polluit personam. Agit uana, quibus negligit seria, negligit utilia, negligit necessaria. Fiet cibus ignis, qui semper ardet, & urit inextinguibilis, esca uermis, qui sēp rodit & comedit īmortalis, massa putredinis, q̄ sēper fœtet, & sordet horribilis.

*al. confusionem. *al. futurus. Quid homo facit.

De nilitate materiæ ipsius hominis. ca. 2.

FOrmauit igitūr Dñs Deus hominem de limo terræ, quæ cæteris elemētis est uilior, ut patet Gn. 2. Planetas & stellas fecit ex igne,

Flatus & uentos fecit ex aere, Pisces & uolucres fecit ex aqua, Homines & iumenta fecit de terra. Considerans igitur aquatica, homo se uilem inueniet. Considerans aerea, se uiliora agnoscet. Considerans ignea, se uilissimum reputabit, nec ualebit se purificare cælestibus, nec audebit se præferre terrenis, quia parē se iumentis inueniet, & similem recognoscet. Vnus est enim hominum & iumentorum interitus, & aqua utriusque conditio, & nihil habet homo iumento amplius. De terra orta sunt, & in terrā pariter reuertentur. Verba sunt ista nō cuiuslibet hominis, sed sapientissimi Salomonis. Quid est igitur homo, nisi lutum & cinis? Hinc enim homo dicit ad Deum, memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem me reduces. Hinc & Deus inquit ad hominem. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Cōparatus sum (ait Iob) luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Lutum efficitur ex aqua & puluere, utroque manente: Cinis autem ut ex ligno, & igne utroq; deficiēte. Expressū misteriū, sed alias melius exprimēdū, quid ergo lutū superbis? de quo puluis extolleris? vnd cinis gloriaris.

Eccl. 3. Homo lutū & cinis. Iob. 10. Gen. 3. Iob. 30.

De uitio conceptionis. cap. 3.

AN illud forsan respōdebis, quod Adam ipse fuit de limo terræ formatus, tu autem ex humano semine procreatus? At ille fuit formatus de terra, sed uirgine, tu uero procreatus de semine, sed immūndo. Quis.n. pōt facere mundū de immūdo cōceptū semine? Quis est hō, ut immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Non in una tantum iniquitate non in uno tantum delicto, sed in multis iniquitatibus, & in multis delictis. In delictis uidelicet & iniquitatibus propriis. In delictis & iniquitatibus alienis.

Iob. 14.

Psalm. 50.

De conceptione infantis. cap. 4.

EST enim duplex cōceptio, una seminum, & altera naturarum. Prima fit in cōmissis, secunda fit in contractis. parentes enim cōmittunt in prima, proles contrahunt in secunda. Quis enim nesciat concubitū etiam coniugalem, nunquā omnino committi sine pruritu carnis, sine feruore luxuriæ, sine fætore libidinis Vnde semina concepta fœdantur, maculantur, & uitiantur, ex quibus anima tādem infusa contrahit labem peccati, maculam culpæ, sordem iniquitatis. Sicut ex uase corrupto liquor infusus corrumpitur, & pollutum contingens, ex ipso contractu polluitur. Habet enim anima tres naturales potentias, siue tres naturales uires. Rationalem, ut discernat inter bonum & malum, Irascibilem, ut respuat malum. Concupiscibilem, ut appetat bonum. Ista tres uires tribus oppositis uitiis originaliter corrumpuntur. Vis rationalis per ignorantiam, ut non discernat inter bonum & malum. Vis irascibilis per iracundiam, ut respuat bonū Vis concupiscibilis per concupiscentiā, ut appetat malum. Prima gignit delictū ultima parit peccatum, media delictum generat & peccatum. Est enim delictum non facere faciendum. Peccatum agere non agendum. Hæc tria uitia contrahū tur ex carne corrupta, per tres naturales illecebras. In carnali quippe commercio, rationis sopitur intuitus, ut ignorantia seminetur: libidinis irritatur pruritus, ut iracundia propagetur, uoluptatis satiatur affectus, ut concupiscentia contrahatur. Hic est tyrannus carnis, lex membrorum, fomes peccati, languor naturæ, pabulum mortis, sine quo nemo nascitur sine quo nullus moritur, qui si quando transit reatu, semper tamē remanet actu. Si enim dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimmus, & ueritas in nobis nos est. O grauis necessitas & infelix conditio. Antequam peccemus, peccato constringimur, & antequam delinquamus, delicto tenemur. Per hominem unum peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum in omnes homines mors pertransit An non patres uuam comederunt acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?

Duplex conceptio.

Delictum & peccatū

*Al carnales.

1. Gio. 1. Rom. 3.

Quali

Quali cibo conceptus nutriatur in utero. cap. 5.

SEd attende quo cibo conceptus nutriatur in utero. Profecto sanguine menstruo, qui cessat ex fœmina post conceptum, ut ex eo cōceptus nutriatur in fœmina. Qui fertur esse tam detestabilis & immundus, ut ex eius contactu fruges non germinent, arescant arbusta, moriantur herbæ, amittant arbores fœtus, & si canes inde comederint, in rabiem efferantur. Concepti fœtus uitiū seminis contrahunt, ita ut leprosi & elephantici ex hac corruptione nascantur. Vnde fm legē Mosaicā, mulier quæ menstruū patitur, reputatur immunda. Et si quis ad menstruatā accesserit, iubetur interfici. Ac pp immunditiam menstruorū præcipitur, ut mulier si masculum pareret quadraginta, si uero fœminam octoginta diebus a templi cessaret ingressu.

De imbecillitate infantis. cap. 6.

QVare ergo data est misero lux, & uita iis, qui sunt in amaritudine animæ? Felices illi qui moriuntur antequam oriantur, Prius mortem sentientes, quam uitam scientes. Quidam enim tam desormes & prodigiosi nascuntur, ut non homines, sed abominationes potius uideantur, q̄bus fortè melius fuisset prouisum, si nunquam prodissent ad uisum, quoniā ut monstra monstrantur, & ostenduntur ostentui. Plerique uero diminuti membris & sensibus corrupti nascuntur, amicorum tristitia, parentum infamia, uerecundia propinquorum. Quid hoc particulatiter dixerim de quibusdam, quum generaliter omnes sine scientia, sine uerbo, sine uirtute nascamur? Flebiles, debiles, imbecilles, parū a brutis distātes, imo minus in multis habentes? Nam illa statim ut orta sunt, gradiuntur, nos aūt nō solum erecti pedibus non incedimus uerum & curuati manibus non reptamus.

De dolore partus & eiulatu infantis. cap. 7.

OMnes nascimur eiulantes, ut* nostram miseriam exprimamus. Masculus enim recenter natus dicit A, fœmina uero E. Dicentes E uel A quotquot nascuntur ab Eua. Quid est igitur Eua, nisi heu ha? Vtrunque dolentis est interiectio doloris exprimens magnitudinem. Hæc enim ante peccatum uirā go, post peccatum Eua meruit appellari, ex quo sibi dictum audiuit. In dolore paries. Non est enim dolor sicut parturientis. Vnde Rachel præ nimio dolore partus interiit, & moriens uocauit nomen filii sui Benoni, idest, filiū doloris. Vxor Phinees subitis doloribus irruentibus peperit simul ac periit, & in ipso mortis articulo uocauit filium Icabod. Mulier autem ut naufragus, quum parit tristitiam habet, quum uero pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Concipit ergo cū immunditia & fœtore parit cum tristitia & dolore, nutrit cum angustia & labore, custodit cū sollicitudine & timore.

* Al. natu ræ.

Miseria parientis.

De nuditate hominis. cap. 8.

NVdus egreditur, & nudus regreditur. Pauper accedit, & pauper recedit nudus, inquit Iob, egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Nihil intulimus in hunc mundū, haud dubiū, quia nec auferre quid possumus. Siquis aūt indutus ingreditur, attendat quale proferat indumentum. Turpe dictu, turpius auditu, turpissimum uisu fœdam pelliculam sanguine cruentatam. hæc est illa maceria, de qua Thamar inquit in partu. Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam uocauit nomen eius Phares, q̄ interpretatur diuisio.

Quem fructum homo producit. cap. 9.

O Vilis conditionis humanæ indignitas, o indigna uilitatis humanæ conditio. herbas & arbores inuestiga. illæ de se pducūt flores & frōdes & fructus, & heu tu de te lēdes & pediculos & lūbricos. illæ de sē fūdūt oleū, uinum & balsamū. & tu de te sputū, urinā & stercus: illæ de se spirant

Matth. 7 & 12. suauitatem odoris,& tu de te reddis abominationem fœtoris. Qualis est ergo arbor, talis est fructus. Non enim potest arbor mala fructus bonos facere. Quid est enim homo secundum formam, nisi quædam arbor inuersa? cuius radices sunt crines, truncus est caput cum collo, stipes est pectus cum aluo, rami sunt ilia cum tibiis, frondes sunt digiti cum articulis. Hoc est folium quod a uento rapitur, & stipula quæ a sole siccatur.

De incommodis senectutis, & breuitate uitæ hominis. cap. 10.

Gen. 5 IN primordio conditionis humanæ nongentis annis & amplius homines uixisse leguntur, sed paulatim uita hominis declinante dixit Dominus
Gen. 6 ad Noe. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Eruntque dies illius centum uiginti annorum, Quod intelligi potest tam de termino uitæ, quam de spacio pœnitendi. Ex tunc enim rarissime leguntur homines plus uixisse. sed cum magis ac magis uita recideretur humana, dictum est a Ps. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si aūt in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Nonne autem paucitas dierū meorum finietur breui tempore? Dies nostri uelocius transeunt quam a texente tela succiditur. Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miseriis. qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquā in eodem statu permanet. Pauci enim nunc ad quadraginta, paucissimi ad sexaginta annos perueniunt.

De incommodis senectutis. cap. 11

SI quis autem ad senectutem processerit, statim cor eius affligitur, & caput concutitur, languet spiritus, & fœtet anhelitus, facies rugatur, & statura curuatur, caligant oculi, & uacillant articuli, nares effluunt, & crines defluunt, tremit tactus, & deperit actus, dētes putrescūt, & aures surdescunt. Senex facile prouocatur, difficile reuocatur, cito credit, & tarde discredit, tenax & cupidus, tristis, & querulus, uelox ad loquendum, tardus ad audiendum, sed non tardus ad iram, laudat antiquos, spernit modernos, uituperat præsens, cōmendat præteritū suspirat & anxiatur, torpet & infirmatur. Audi Horatium Poetam. Multa senem circumueniunt incommoda, Porro nec senes contra iuuenem glorientur nec insolescant iuuenes contra senem, quia quod sumus, iste fuit, erimus quandoque quod hic est.

De labore mortalium. cap. 12.

AVis ergo nascitur ad uolandū, & homo nascitur ad laborē: Cūcti dies eius laboribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem requiescit mens eius. Et quid hoc est nisi uanitas? Non est quisquam sine labore sub sole, non est sine defectu sub luna, non est sine uanitate sub tempore. Tempus est* mora rerum mutabilium. Vanitas uanitatum, inquit Ecclesiastes, & omnia uanitas. O quam uaria sunt studia hominum, quam diuersa sunt exercitia. Vnus est tamen oīum finis, & idem affectus, labor, & afflictio spiritus. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, a die exitus de uentre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium. Iob. 5

*al. motus Eccles. 1

De studio sapientum. cap. 13.

PErscrutentur sapientes, inuestigēt alta cœli, lata terræ, profunda maris, & de singulis disputent, de cunctis pertractent, discant semper aut doceant. Et quid ex hac occupatione nisi laborem & dolorem & afflictionem spūs inuenient? Nouerat hoc experimēto qui dixerat. Dedi cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinā, errores & stultitiam

titiam, & agnoui quod esset labor & afflictio spiritus, eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, & qui addit scientiam, addit dolorem. Licet enim oporteat indagantem & multis insudare uigiliis, & inuigilare laboribus & sudoribus, nix tamen est quicquam tam utile, uix est tam facile, quod ad plenum intelligat homo, comprehendatque ad liquidum, nisi forsan illud perfecte sciatur, quod nihil scitur perfecte, quanquam ex hoc insolubilis redargutio consequatur. Quinimo corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Audi quid super hoc sentiat Salomon. Cunctae res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Est hō qui diebus ac noctibus somnum non capit oculis, & nullā operum Dei potest inuenire rationem. Et quanto plus laborauerit ad quaerendū tanto minus inueniet. Defecerunt ergo scrutantes scrutinio, quoniam accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus. Perscrutator enim maiestatis opprimetur a gloria. Qui enim magis intelligit, magis dubitat, & ille uidetur sibi plus sapere, qui plus desipit. Ergo pars scientiae est, scire quod nesciat. Fecit autem Deus hominem rectum, & ipse se infinitis immiscuit quaestionibus.

Eccl. 1

Prouer. 25
Ecclef. 7

De uarijs studijs hominum. cap. 14.

CVrrunt & discurrunt mortales per sepes & semitas, ascendunt mōtes, transcendunt colles, transuolāt rupes, peruolant alpes, trasgrediuntur foueas, ingrediuntur cauernas, rimantur uiscera terrae profunda maris, incerta fluminis, opaca nemoris, in uia solitudinis exponunt se uentis & imbribus, tonitruis & fulminibus, fluctibus & procellis, ruinis, & praecipitiis. Metalla cudunt & conflant, lapides sculpunt & poliunt, ligna succidunt & dolant, telas ordiūtur & texunt, uestes incidunt & consuunt, aedificant domos, plantant hortos, excolūt agros, pastinant uineas, succēdunt clibanos, extruunt molendina, piscantur, uenantur & aucupantur. Meditantur, & cogitant, consiliantur & ordinant, querulantur, & litigant, diripiunt & furantur, decipiunt & mercantur, contendūt & praeliantur, & innumera talia faciunt, ut opes congerant, ut quaestus multiplicent, ut lucra sectentur, ut honores acquirant, ut dignitates extollant, ut potestates extendat, & haec quoque labor & mētis afflictio. Si mihi non creditur, Salomoni credatur. Magnificaui, inquit, opera mea. Aedificaui mihi domos, & plantaui mihi uineas, feci hortos & pomaria, conseui ea cunctis generis arboribus, extruxi mihi piscinas aquarum ut irrigarem syluam lignorum germinantium, possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque & magnos ouium greges, ultra omnes qui fuerant ante me in Hierusalem. Coaceruaui mihi aurum & argentum & substātias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorū hominum, sciphos & urceolos in ministerio ad uina fundenda, & supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Hierusalem. Cumque me conuertissem ad uniuersa, quae fecerant manus meae, & ad labores, quibus frustra insudaueram, uidi in omnibus uanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole.

Ecclef. 2

De diuersis anxietatibus. cap. 15.

O Quanta mortales angit anxietas, affligit cura, solicitudo molestat, metus exterret, tremor cōcutit, horror abducit, dolor affligit, conturbat tristitia, contristat *turbatio. Pauper & diues, seruus & Dominus, coniugatus & continens denique bonus & malus, omnes mundanis cruciatibus affliguntur, & mundanis afflictionibus cruciantur. Experto crede magistro. Si impius (inquit) fuero, uae mihi est. Et si iustus, non leuabo caput saturatus afflictione & miseria.

*al Tribulatio
Iob. 19

De

De miseria diuitis & pauperis. ca. 16.

Miseria pauperis. Pauperes enim premuntur inedia, cruciantur ærumna, famæ, siti, frigore, nuditate, uilescunt, tabescunt, spernuntur & confunduntur. O miserabilis mendicantis conditio, & si petit, pudore confunditur, & si non petit, egestate consumitur, sed ut mendicet, necessitate compellitur. Deum causatur iniquũ, quod non recte diuidat. Proximum criminatur malignum, quod non plenè subueniat. Indignatur, murmurat, imprecatur. Aduerte super hoc sententiam Sapientis: Melius est (inquit) mori quam indigere. Etiam proximo suo pauper odiosus erit. Omnes dies pauperis mali, fratres hominis pauperis oderunt eum. Insuper & amici procul recesserunt ab eo: quia quum fueris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. Proh pudor secundum fortunã existimatur persona, quum potius secundum personam æstimanda sit fortuna.

Miseria diuitis. Tam bonus reputatur quàm diues, tam malus, quàm pauper, cum potius tam diues sit reputandus, quàm bonus, tã pauper quàm malus. Diues autem à superfluitate resoluitur, & iactantia effrenatur, currit ad libitum, & corruit ad illicitum. Etiam fiunt instrumenta pœnarum, quæ

Matth. 6 fuerant oblectamenta culparum. Labor in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo, mentem eius semper fatigat, solicitat & affligit. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Sed de hoc in sequentibus plenius dicemus.

De miseria seruorum & dominorum, ca. 17.

Miseria serui. Seruus ministrat, minis terretur, angarijs fatigatur, plagis affligitur, opibus spoliatur, quod si non habet, habere compellitur, & si habet, cogitur non habere. Culpa domini, serui pœna, culpa serui, domini præda. Quid quid delirant reges, plectuntur Achiui. Venatio leonis onager in eremo, sic &

Eccl. 13. pascua diuitum pauperes. O extrema cõditio seruitutis. Natura liberos genuit, sed fortuna seruos constituit. Seruus cogitur pati, & nemo finitur compati, dolere compellitur, & nemo condolere permittitur. Sic ipse non suus est, ut nemo

Miseria domini. sit sibi. Miseri qui castra sequuntur, quia miserum est uiuere aliena preda. Dominum autem si crudelis est, oportet uereri propter nequitiam subiectorum. Si mitis est, contingit illum contemni propter insolentiam subiectorum. Seuerum ergo metus affligit, mansuetum uilitas parui pendit. Nam crudelitas parit odium, & familiaritas parit contemptum. Familiaris enim cura fatigat, & domestica solicitudo molestat. Oportet enim eum semper esse paratum, ubique munitum, ut possit insidias malignantium præcauere, oppugnantium iniurias propulsare, hostes cõterere, ciues tueri. Nec sufficit diei malitia sua, sed dies diei laborem eructat, & nox nocti solicitudinem indicat. Dies ergo laboriosi ducuntur, & noctes expenduntur insomnes.

De miseria continentis, & coniugati, ca. 18.

Si potest ignis non urere, potest caro non concupiscere, quia quantumcunque* piunietur, nunquam tamen rebu- ** Al. pungetur.* sæus ille potest expelli. Naturam expellas furca, tamen usque recurret. Non omnes (inquit) capiunt uerbum istud, sed qui põt capere, capiat. Vnde quum Deus ipse de certis pontificalibus indumentis iussisset, ut Moyses & Aaron filios suos uestirent, de solis fœminalibus non præcepit, sed ut, ut ipsi fœminalibus uterentur, cum ingrederentur tabernaculum

Matth. 16. testimonii. Sed & Apostolus dicit Noli-

Exod 18. te fraudare inuicem, nisi forte ex consen-

1. Cor. 2. su ad tempus, ut uacetis orationi, & iterũ reuertimini in idipsum, ne tentet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Melius est enim nubere, quam uri. Pugnat ergo contra continentiam angelus Satanæ, qui carnaliter stimulat & grauiter colaphizat, ignem naturæ flatu sugge-

Suggestio diaboli stionis succendit, materiam apponit, facultatem tribuit, & opportunitatem ministrat. Pugnat etiam, & species, quæ subito

uisa est, facile concupiscitur. Vnde cum David post meridiem deambularet in palatio domus regiæ, uidens ex aduerso Bersabee se lauantem, misit, & tulit eam & dormiuit cum ea, erat enim mulier pulchra nimis. Porrò qui cum uxore est solicitus est quæ sunt mundi & diuisus est. Distrahitur enim per multas angustias, & in solicitudines uarias distecatur ut filiis & uxori, famulis & ancillis necessaria quærat & subministret. Tribulationes ergo carnis habent huiusmodi. Vxor contendit habere pretiosum * ornamentum, & uariam supellectilem, ut plus ris sæpe sit cultus quam census mariti, alioquin per noctes & dies plangit & suspirat, garrit & murmurat. Tria sunt enim, quæ non sinunt hominem in domo permanere, fumus, stillicidiū, & mala uxor, illa inquit ornatior procedit, & ab omnibus honoratur, ego autem miserrima in conuentu mulierum sola despicior, a cunctis contemnor. Sola uult diligi, sola laudari, alterius amorem suū * allerit odium, alterius laudem suum suspicatur dedecus. Amandum est omne quod diligit, odiēdum omne, quod * odit. Vincere uult, sed uinci non ualet. Famulari non patitur, sed dominari molitur. Cuncta uult posse, nulla non posse. Si pulchra fuerit, facile adamatur, si fœda, non facile coucupiscitur. Sed difficile custoditur, quod a multis diligitur, & molestum est possidere, quod nemo dignatur habere. Alius forma, alius ingenio, alius facetiis alius liberalitate solicitat, & ex aliqua parte capitur, quod undique * incessitur. Equus & asinus, bos & canis, uestis, & lectus, calix etiam & urceolus prius probantur, postea comparantur. Sponsa uero uix tandem ostenditur, ne prius displiceat quam ducatur, qualicunque tamen casu obuenerit * semper est habenda. Si fœda, si fœtida, si ægra, si fatua, si superba, si iracunda, si quolibet modo uitiosa, nisi propter solam fornicationem, non potest uxor a uiro dimitti. Sed nec dimittēs potest aliam ducere, nec dimissa alii potest copulari. Nam quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationis causam, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Quod si uxor a uiro discesserit, manere debet innupta, aut uiro suo reconciliari. Similiter & uir, si discesserit ab uxore. Graue nimis est pōdus coniugii. Nam (ut inquit Salomon) stultus est & impius est qui tenet adulteram & patronus est turpitudinis, qui celat crimen uxoris. Si uero dimittit adulteram absque sui culpa punitur, quoniam illa uiuente cogitur continere, propter quod & discipuli Christi dixerunt: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Quis unquam æquanimiter potuit sustinere riualem? Sola suspicio zelotypum uehementer affligit. Nam licet scriptum sit: Erunt duo in carne una, zelus tamen uiri duos in una carne non patitur.

2. Reg. 11.

* al. ornatum.

Prou. 18.

* al. spernit.

* al. lacessitur.

* al. necessario.

De miseria bonorum & malorum: cap. 19.

Non est impiis gaudere, dicit dominus, quia per quæ peccat homo, per hæc & torquetur, uermis enim conscientiæ nunquā moritur, & ignis * rationis nunquam extinguitur. Vidi enim eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Superbia inflat, inuidia rodit, auaritia stimulat, ira succendit, angit gula, dissoluit luxuria, ligat mendacium, maculat homicidium. Sic & cætera portenta uitiorum, & quæ sunt homini oblectamenta peccandi, Deo sunt instrumenta puniendi. Inuidus alterius rebus marcescit opimis. Sed inuidia Siculi non inuenere tyranni tormentum maius. Vitiū enim corrumpit naturam, Apost. testante, qui ait. Quia euanuerunt in cogitationibus suis, obscuratum est insipiens cor eorum. Propter quod Deus tradidit illos in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua, & sicut reprobauerūt Deum habere in notitia, ita tradidit eos Deus in reprobū sensū, ut faciant ea quæ nō conueniunt. Sed & qui pie uiuere uolūt in Xpo, persequutionem patiuntur.

* al. terroris.

Sancti

Sancti namque ludibria & uerbera experti, insuper & uincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt pro domino.
2 Tim. 3 Hebr. 11 1. Cor. 11 Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, & in montibus, in speluncis & in cauernis terræ, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis ex falsis fratribus.
Luc. 9 Gal. 5 Heb. 13 in labore & ærumna, in uigiliis multis, in fame & siti, in angustiis multis, in frigore & nuditate. iustus enim abnegat semetipsum, crucifigens membra sua cũ uitiis & concupiscentiis, ut sibi mũdus crucifixus sit, & ipse mũdo. Non habet hic manentẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirit. Sustinet seculũ tanquam exiliũ, clausus in corpore tanquam in carcere. Incola inquit, ego sum in terra, & peregrinus sicut oẽs patres mei. Remitte mihi ut refrigerer, priusquam abeam, & amplius non ero. Heu mihi quia incolatus meus prolungatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scãdalizatur, & ego nõ uror? Nam peccata proximorum frixoria sũt iustorum. Hoc est irriguum, quod Caleph Axæ filiæ suæ dedit in dotem.

De hostibus hominis. cap. 20.

Iob. 7 Militia ergo est uita hominis super terram. An non uera militia est, cum multiplices hostes semper undique insidientur, ut capiant, persequantur, ut perimãt dæmon & homo, mundus & caro? Dæmon cum uitiis, & concupiscenciis, homo cum bestiis, mundus cũ elementis, caro cũ sensibus. Caro enim cõcupiscit aduersus spũm, spũs autem aduersus carnem. Verum non est nobis colluctatio
Gen 3 Psalm. 79 Iuc 5 aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus, aduersus rectores tenebrarũ harum. Aduersarius enim vester diabolus, tanquã leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Accenduntur ignea tela nequissimi. Mors ingreditur per fenestras, oculus animam deprædatur, pugnat orbis terrarum contra insensatos. Gens contra gentẽ & regnum aduersus regnũ, & terræmotus magni erunt per loca, pestilentiæ & fames, terroresque de cœlo & tempestates. Terra producit spinas & tribulos; aqua procellas & fluctus, Aer tempestates & tonitrua. ignis coruscationes & fulgura. Maledicta, inquit, terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi in sudore uultus tui uesceris pane tuo Gen. 3
donec reuertaris in terram, quia terra es & in terram ibis. insidiatus est eum aper de sylua, & singularis ferus depastatus est eum. Lupus & ursus, pardus & leo, tigris & onager, crocodilus & gryphus, serpens & coluber, basiliscus & aspis, cerastes & draco, scorpiones & viperæ. Sed & lendes & pediculi, formicæ & pulices cyniphes & muscæ, crabrones, & uespæ, pisces & uolucres. Nam qui creati fuimus, ut dominaremur piscibus maris & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus quæ mouentur in terra, nunc illis damur in prædam, & in escam eis tribuimur. Scriptum est enim. Dentes bestiarum mittam in eos, cũ furore trahentium super terram atque serpentiũ.

De carcere animæ, quod est corpus. ca. 21.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Certe nõ uult educi de carcere, qui non uult exire de corpore. Nam carcer animæ corpus est. De quo Psalmista. Educ de carcere animam meam. Nusquam quies & tranquillitas, nusquam pax nec securitas, ubique timor & tremor, ubique labor & dolor. Caro dum uiuit, dolebit, & anima super semetipsam lugebit. Rom. 7 Psal. 141

De breui lætitia hominis. cap. 22

Quis unquam uel unicum diẽ totũ duxit in sua delectatione iucundũ quem in aliqua parte diei reatus conscientiæ, uel impetus iræ, uel mo-

tus concupiscentiæ nō turbauerit? Quē liuor inuidiæ uel ardor auaritiæ uel tumor superbiæ non uexauerit? quem aliqua iactura, uel offensa, uel passio, non commouerit? quem denique uisus, uel auditus, uel actus aliquis non offenderit? Rara auis in terris nigroque simillima cygno. Audi super hoc sententiā Sapientis. A mane usque ad uesperā immutabitur tēpus. Cogitationes * uanæ sibi succedunt, & mēs rapitur in diuersa. Tenent tympanū & citharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendūt.

De inopinato dolore. cap. 23.

al. huma

Semper enim *mundanæ lætitiæ tristitia repentina succedit. Et quod incipit a gaudio desinit in mœrore. Mundana quippe felicitas multis amaritudinibus est respersa. Nouerat hoc qui dixerat. Risus dolore miscebitur. & extrema gaudii luctus occupat. Experti sunt hoc liberi Iob, qui cū comederēt & biberent uinum in domo fratris sui primogeniti, repente uehemens uētus irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruēs uniuersos oppressit. Merito ergo pater aiebat, Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocē flentium. Melius est enim ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii. Attende salubre consilium: in die bonorum, non immemor sis malorū. memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Prouer. 14
Iob. 1

De uicinitate mortis. cap. 24.

Semper morimur.

Semper ultimus dies primus, & nunquam primus dies ultimus reputatur. Cum tamen ita semper uiuere deceat, tanquam mori semper oporteat. Scriptum est enim. memor esto, quia mors non tardat. Tempus præterit, & mors appropinquat. mille anni ante oculos morientis, tanquam dies hesterna. q̄ præteriit. Semper, n. futura nascuntur, sē per præsentia moriuntur, & quicquid est præteritum, est mortuū totum morimur enim dum uiuimus semper, & tunc tantum desinimus mori, cum desinimus uiuere. Melius est ergo mori uitæ, quam uiuere morti. Quia nihil est uita mortalis, nisi mors uiuens. Vnde Salamon. Laudaui magis mortuos, quā uiuentes, & utroque feliciorem iudicaui, qui necdum natus est. Vita uelociter fugit, & retineri nō potest. mors autem instanter occurrit, & impediri non ualet, hoc est illud mirabile, quod quanto plus crescit, tanto magis decrescit. Quia quanto plus uita procedit, tanto magis ad finem accedit.

De terrore somniorum. cap. 25.

Vetus terrore falsis somniis

Tempus quod quieti concessum est non conceditur esse quietum, nam terrent somnia, uisiones conturbant. Et licet non sint in ueritate tristia, uel terribilia, seu laboriosa, quæ somniantes, tamen in ueritate contristantur, terrentur, & fatigantur, in tantum, ut aliquando dormientes lacrymentur, & euigilantes sæpissime conturbentur. Si uero iucundum quid uiderint, nihilominus euigilantes tristarentur, tanquā illud amiserint. Aduerte quid super hoc dicat Eliphas Themanites. In horrore uisionis nocturnæ, cum solet sopor occupare homines, pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt, & cum spiritus me præsente transiret, in horruerunt pili carnis meæ. Considera Iob dicē tem. Si dixero, consolabitur me lectus meus, & releuabor loquēs mecū in stratu meo, terrebis me per somnia, & per uisiones horrore concuties. Nabuchodonosor somnium uidit, quod eum ualde perterruit, & uisiones capitis eius conturbauerunt eum. Multas curas sequuntur somnia, & ubi multa somnia, uanitates plurimæ. Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Apparent enim frequenter turpes in somniis imagines, ex quibus per illusiones nocturnas nō solū caro polluitur, sed aīa quoque maculatur. Vnde dn̄s in Leuit. Si fit, inquit, inter uos homo, qui pollutus sit in nocturno sō no, extra castra egrediatur, & non reuertatur, priusquā ad uesperū lauerit aqua, & post solis occasum regrediatur in castra.

De

De compassione amicorum. cap. 26.

Condolere amicis: Ouidius.

O Quanto dolore turbamur, quãto tremore concutimur, cum amicorũ damna sentimus, & parentum pericula formidamus? Plus interdum sanus in formidine, quã infirmus ægritudine perturbatur. Plus hic voluntarius affectu doloris, quàm ille inuitus effectu languoris affligitur: Verũ est illud poeticum, Res est soliciti plena timoris amor. Cuius pectus tam ferreũ, cuius cor tam lapideum, vt gemitus nõ exprimat, lachrymas non effundat, cum proximi vel amici morbum vel *interitum intuetur, vt patienti non compatiatur, & dolenti non condoleat? ipse Iesus quum vidisset Mariam & Iudæos, qui cum ea venerant ad monumentum, plorantes, infremuit spiritu, turbauit se metipsum, & lachrymatus est, forsitan non quia mortuus est, sed eo potius, quia mortuum ad vitæ miserias reuocauit. Sciat autem se culpabiliter durum & durè culpabilem, qui corporalem amici sui mortem deplorat, & spiritualem animæ suæ mortem non defleat:

*al. Mortẽ

De subitis infortuniis. cap. 27.

S Vbito cum non suspicatur, infortunium accidit, calamitas irruit, morbus inuadit, mors intercipit, *quã nullus euadit. Ergo ne glorieris in crastinum, ignorans, quid superuẽiẽt futura pariat dies. Nescit homo finem suum sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo, cũ eis extemplo superuenerint.

*al. Quiã

Prou. 27 Eccle. 3.

De innumerabilibus speciebus ægritudinum. cap. 28.

N Ondum a seculis tot ægritudinũ genera, tot passionũ species, physicalis industria potuit indagare quot humana fragilitas potuit tolerare. Tolerabilem dixerim intolerantiam morborum, aut intolerabilem dixerim tolerantiam? Melius est ut utrunque coniunxerim. Nam intolerabile est propter passionis acerbitatem, & tolerabile propter patiendi necessitatem, dum die in diẽ magis ac magis humana natura corrumpitur. ita q plurima fuerunt olim experimẽta salubria, quæ propter defectũ ipsius hodie sunt mortifera. Senuit iam mundus uterque, scilicet macrocosmus & microcosmus, idest, maior mundus & minor mundus. Et quanto prolixius utriusque senectus producitur, tanto deterius utriusque natura perturbatur.

Intolerabilis tolerantia.

De diuersis generibus tormentorum. cap. 29.

Q Vid dicam de miseris, qui per innumerabilia tormentorum genera puniuntur? Cæduntur fustibus, & gladiis iugulantur, cremantur flammis, & lapidibus obruũtur, discerpuntur ungulis, & patibulis suspenduntur, torquẽtur *c. gnibus, & scorpionibus flagellantur, artantur uinculis & laqueis strangulãtur, detruduntur carceribus, & ieiuniis macerantur, præcipitantur, & submerguntur, excoriantur & distrahuntur, secantur & suffodiuntur. Qui ad mortẽ, ad mortẽ, qui ad gladiũ, ad gladiũ, qui ad famẽ, ad famẽ, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Crudele iudicium, immane supplicium, triste spectaculum, dantur in escã uolatilibus cœli, bestiis terræ, & piscibus maris. Heu heu heu miseræ matres, quæ tam infelices genuistis filios.

*al. Vngui bus.

Hier. 15

De quodam horrendo facinore, scilicet quod quædam mulier comedit infantem suum. cap. 30.

I Llud igitur horribile facinus libet reminisci, quod Iosephus de iudaica obsidione describit. Mulier quædam facultatibus & genere nobilis cũ cætera multitudine quæ confluxerat Hierosolymam communem cum omnibus obsidionis casum ferebat. Huius reliquas facultates, quas de domo in urbem conuexerat,

Iosephus de bello iudaico lib. 7. 6. 13.

uexerat, tyranni penitus inuaserunt. Si quid uero reiiectum ex magnis opibus fuerat, quo uictum quotidianum pette nuem duceret, inuentes per momenta satellites prædonum rapiebant, pro quo ingens labor mulierem ex indignatione quadam uelut insania fatigabat, ita ut interdum prædones in necem sui maledictis & conuitiis instigaret. Verũ quũ nec irritatus quisquam nec miseratus il lam perimeret, & si quid forte fuisset ci bi quæsitum ab illa, id ab aliis quærere tur, nec iam fieret usquam copia requi rendi. Fames autem dira dum uisceribus insisteret ac medullis, & ad furorem iam famis inedia perurgeretur, pessimis usa est consiliis, & contra ipsa naturæ iura iam armatur. Erat enim ei sub uberibus paruulus filius, quem ante oculos ferẽs infelicis, inquit matris es. O infelicior fili, in bello fame ac direptione prædonum cui te reseruabo? Nam & si posset uita sperari, iugo tamen Romanæ serui tutis* urgeberis. Veni ergo nunc o mi nate, esto matri cibus, prædonibus furor seculis fabula, quæ sola deerat cladibus iudæorum. Et cum hoc dixisset, protinus filium iugulauit, tum deinde igni apposito torret, & medium quidem con sumit, medium seruat obtectum. Et ecce statim prædones irruerunt ambustæ carnis odore suscepto, mortem minantur, nisi cibos sine mora quos paratos senserant, demonstraret. Tunc illa inqt. Partem uobis optimam reseruaui, & cõ tinuo, quæ superfuerant membra retexit infan tis. At illos repente ingens hor ror inuasit, membra que eorum diripuere, & quasi animi duricie uox eorum est faucibus interclusa. illa uero truci uultu & ipsis prædonibus truculentior. Meus, inquit, est partus, meus est filius, meum est facinus, edite, nam ego prior edi quẽ genui. Nolite uos effici aut matre religiosiores, aut fœmina molliores, quod si uos pietas uincit, meos execramini cibos, quæ iã talibus pasta sum, ego iterũ his pascar. Post hæc illi territi contremen tesque discedũt, qui hunc solũ ex oĩbus facultatib. cibũ miseræ mri reliquerũt.

* al urgeberis.

Quod quandoque punitur innocens & nocens absoluitur. cap. 31:

NEmo se confidat expertem a pœna, qui se nouit immunem a culpa Qui stat, uideat ne cadat. Nã sæpe innocens damnatur, & no cens absoluitur, pius punitur, & honoratur impius. iesus crucifigitur, & Barrabas liberatur. Hodie uir iustus & quietus inutilis, uir religiosus hypocrita, uir simplex fatuus reputatur. Deridetur, n. iusti simplicitas. Lampas cõtempta apud cogitationes diuitum. *Rom, 11* *Ioan. 12*

Libri primi finis.

DE MISERIA HVMANAE CONDITIONIS

Liber Secundus, determinans de culpabil humanæ conuersionis progressu.

Quænam soleant homines communiter affectare. cap. 1.



Ria maximè solent homines affectare, Opes, uoluptates, honores De opibus praua, de uoluptatibus turpia, de honoribus uana procedunt. Hinc eum Ioannes apostolus, ait. Nolite diligere mũdum, neque ea, quæ in mundo sunt, quia quicquid est in mundo, est concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum. & superbia uitæ. Concupiscentia carnis ad uoluptates, concupiscentia oculorum ad opes superbia uitæ pertinet ad honores. Opes generant cupiditates & auaritiam, uoluptates pariunt gulam & luxuriam, honores nutriunt superbiam, & iactantiam.

Tria desiderantur præcipuæ. opes uoluptates, honores: *1. Ioan. 2*

De

De cupiditate, *cap.* 2.

NIhil est igitur auaro scelestius,& nihil iniquius,quam amare pecuniam. Verbum est sapientis, quod confirmat Apostol. dicens Qui uolunt diuites fieri,incidunt in tentatioñe,& in laqueum diaboli,& in desideria multa, & inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorũ est cupiditas,hæc sacrilegia committit,& furta,rapinas exercet & prædas.bella gerit & homicidia. Simoniace uendit & emit,inique petit & recipit,iniuste negociatur & fœneratur,instat dolis & imminet fraudibus,dissoluit pactum , & uiolat iuramentum,corrumpit testimoniũ & peruertit iudicium.

De iniquis muneribus. *cap.* 3

Esa.1
Mali principes sequũtur retributiones

COnsule prophetam Euangelicũ Esaiam. Omnes(inquit) diligũt munera,sequuntur retributiones,pupillo non iudicant,causa uiduæ non ingreditur ad eos Non ipsi p̃cedunt retributiones,quia non iudicant amore iustitiæ,sed retributiones præcedunt ipsos,quia iudicant amore pecuniæ Semper enim sequuntur largitionẽ uel promissionem,uel spem,& ideo pupillo non iudicant,a quo nihil largitur, aut promittitur,aut speratur. O principes infideles,socii furum,quicunque diligitis munera, sequimini retributiones nunquam excutietis manum a munere nisi prius excludatis cupiditatem a pectore. De uobis inquit Propheta: Principes eius quasi lupi rapientes prædam, & auare sectando lucra. Principes eius in muneribus iudicabant , & sacerdotes eius in mercede docebant,& Prophetæ eius in pecunia diuinabant. Ecce contrariũ Dominus per Moysen præcepit in lege iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, ut iudicẽt populũ iusto iudicio ; nec in alteram partem declinent. Non accipies personam, nec munera qa munera excæcant oculos sapientũ,& mutant uerba iustorum. Sed iuste quod iustum est prosequeris, & uiues. Duo dicit iustũ & iuste, quidam enim iuste quod iustum est,alii quod iniustum est iniuste rursum quidã iniuste quod iustũ est,alii iuste quod iniustum est persequuntur .

De acceptione personarum. *cap.* 4

VAe uobis,qui corrupti prece uel precio,q tracti amore uel odio, dicitis bonum malum, & malũ bonum, ponentes lucem tenebras,& tenebras lucẽ, mortificantes animas,quæ non moriuntur,& uiuificãtes animas,quæ non uiuunt. Vos enim nõ attenditis merita causarum , sed merita personarum non iura,sed munera, non iustitiam, sed pecuniam,non quod ratio dictat, sed quod uoluntas affectat, non quid lex sanciat, sed quid mens cupiat. Non inclinatis animum ad iustitiã,sed iustitiam inclinatis ad animum, non ut quod licet hoc libeat , sed ut liceat hoc. quod libet. Nunquam in uobis ita simplex est oculus, ut totum corpus sit lucidum,sed aliquid semper admiscetis fermenti,quo totam massam corrumpitis. pauperum causam cum mora negligitis diuitum causam cum instantia promouetis. In illis rigorem ostenditis cum istis exmansuetudine dispensatis . illos cum difficultate respicitis , istos cum fauore tractatis,illos negligenter auditis,istos subtiliter auscultatis. Clamat pauper & nullus exaudit, loquitur diues & omnes applaudunt. Diues locutus est & omnes tacuerunt, & uerbum illius usque ad nubes perducent, pauper locutus est, & dicunt,Quis est hic?& si offenderit,subuertent illum. Clamat uim patiens & nullus exaudit. uociferatur,& non est qui iudicet. Sed si forte pauperum causam suscipitis,illos remisse fouetis: cum autem diuitum causam assumitis,illos pertinaciter adiuuatis. Pauperes despicitis, diuites honoratis

Quid attendunt iniqui iudices.

honoratis, istis reuerenter assurgitis, illos despicabiliter conculcatis. Si introierit in conuentum uestrum uir anulum habens aureũ in ueste candida, introierit & pauper sordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei, Tu sede hic bene, pauperi uero dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogitationũ iniquarum? De vobis enim & contra uos dicit propheta: Magnificati sunt & ditati, incrassati & impinguati, causam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudicauerũt uti in lege præcipitur. Nulla erit distãtia personarum, ita paruum audietis ut magnum. Nec accipietis cuiuscunque personam, quia Dei iudicium est. Non enim est personarum acceptio apud Deum.

Hier. 5
Deut. 1
Act. 10

De uenditione iustitiæ. cap. 5.

Venditores iustitiæ.

Vos autem nec gratiam gratis datis, nec iustitiam iuste redditis, quia nisi uenierit, non prouenit nec datur, nisi uendatur. Sæpe iustitiam tantũ differtis, q; litigantibus plusq̃ totũ aufertis, quia maior est sumptus expensæ quam fructus sententiæ. Quid aũt poteritis illi in districto iudicio respondere, qui præcipit Gratis accepistis, gratis date? lucrũ in arca, damnũ in cõscientia, pecuniã captatis, sed aĩam captiuatis. Verũ quid proficit homini si mundũ lucretur uniuersum, animæ uero suæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo cõmutat onẽ pro aĩa sua? Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationẽ suã, nec pretiũ redemptionis animæ suæ, laborauit in æternum, & uiuet adhuc in finẽ. Audite diuites quid contra uos Iacobus apost ait. Agite nunc diuites, plorate & ululate in miseriis uestris, quæ aduenient uobis, diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra a tineis comesta sunt aurũ & argentum uestrum æruginauit, & ærugo eorum erit uobis in testimoniũ, & manducabit carnes uestras sicut ignis: Thesaurizastis uobis irã in nouissimis diebus. Ecce merces operariorũ qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata

Iacob. 5

est a uobis clamat, & clamor ipsorum in aures dñi Sabaoth introiuit. Propterea ueritas præcepit: Nolite thesaurizare uobis thezauros in terra, ubi ærugo & tinea demolit, ubi fures effodiũt, & furãt. Matth. 9

De insatiabili desiderio cupidorum cap. 6.

O ignis inextinguibilis, ô cupiditas insatiabilis. Quis unq̃ cupidus primo fuit uoto contentus? Cũ adipiscitur quod optauerat, desiderat ampliora, sẽper in habendis, & nunq̃ in habitis finẽ constituit, insatiabilis est oculus cupidi, & in parte iniquitatis nõ satiabitur. Auarus nõ implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. infernus & perditio nũq̃ replentur, similiter & oculi hominum insatiabiles. Sanguisugæ uero duæ filiæ sunt, q̃ dicunt, Affer, affer. Nã crescit amor nummi quãtũ ipsa pecunia crescit.

Eccles. 5
Prou. 27
Ibid. 30

Quare cupidus satiari non potest. cap. 7.

Vis o cupide scire quare semper es uacuus, cur nũquã impleris? Aduerte. Non est plena mensura tua, quæ quantũcunque cõtineat, adhuc capax est amplioris. Sed humanus animus capax est Dei, quoniã q adhæret Deo, unus spiritus est cũ Deo. Quamtumlibet ergo contineat, nunq̃ est plenus, nisi Deum habeat, cuius semper est capax Si uis ergo o cupide satiari desinas esse cupidus, quia dum cupidus fueris satiari non poteris non est enim conuẽrtio lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial, quia nemo pot st Deo seruire & Mammonæ.

De falso nomine diuitiarum. cap. 8.

O Falsa diuitiarum felicitas, quæ diuitem ueraciter efficit filium infelicem. Quid enim est infelicius* quam opes mundi, quæ diuitiæ nuncupantur? Opposita quippe sunt esse diuitẽ & egenum. At opes mũdi non auferunt, sed afferunt egestatem. Magis enim, inquit Salomõ, sufficit modicum pauperi, quam plurimum diuiti, qa ubi multæ diuitiæ, ibi multi, qui comedũt illas. Quot & quãti magnates ĩdigeãt, ipsemet frequẽter experior. Opes itaque non faciunt hominem diuitem, sed egenum.

*al. falsius
Eccles. 5

ee Exempla

Exemplo contra cupiditatem. cap. 9.

Quàm multos seduxit cupiditas quam plures perdidit auaritia Balaam asella redarguit,
Num.22 & pedes sedentis attriuit, quia
Iosue 7 captus cupiditate promissorum disposuerat maledicere Israeli. Achan populus la
3.Reg.21 pidauit, quia tulit aurum & argentum
4.Reg.5 de anathemate. Naboth interemptus est
Matth.27 ut Achab eius uineam possideret. Giezi lepra percussus est, quia petiit & recepit aurum & argentum, & uestes sub nomine Helisei. Iudas laqueo se suspendit, quia uendidit & tradidit Christum. Ananiā & Saphiram subitanea mors extinxit, quia de precio agri defraudauerūt apostolos. Aedificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argētū quasi humū & aurū quasi lutum plateaū, sed ecce dñus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinē eius, & hæc igni deuorabitur.

De superflua solicitudine cupidorū. ca. 10.

Cur ad congregandum quis instet, cum stare non possit ille, qui congregat? Nam quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Cur multa desideret, cum pauca sufficiant? Habentes, inquit, uictum & uestitum, his contenti simus. Cur necessaria cum multa solicitudine quærat, cum ipsa sine magna difficultate se offerāt? Audi quid super hoc ueritas dicit. Nolite soliciti esse, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit
Psalm.36 enim pater uester cœlestis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primū regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicietur uobis. Nūquam, n. uidi iustū derelictū, nec semen eius quærēs panē.

De auaritia. cap. 11.

Tantalus sitit in undis, & auarus eget in opibus, cui tantū est quod habet, quantū est quod non habet, quia nunquam utitur acquisitis, [illegible] semper inhiat acquirendis. Salo
Prou 13 [illegible] n[illegible] diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Auarus & infernus uterque comedit & non digerit, recipit & non reddit. Auarus nec patientibus compatitur, nec miseris subuenit uel miseretur, sed offēdit Deum, offendit, seipsum, offendit proximū. Nam Deo retinet debita, proximo denegat necessaria, sibi subtrahit opportuna. Deo ingratus, proximo impius, sibi crudelis. Viro cupido & tenaci simo sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui sibi neq̃ est quomodo bonus aliis erit? Et non iocūdabitur in bonis suis. Qui habet substantiam huius mundi, & uiderit fratrē suum necessitatē habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Non n. proximum suū diligit sicut seipsum, quem inedia perimit & egestas cōsumit, neq; Deū diligit super oīa, qui fert aurū & præponit argētū

Cur auaritia sit seruitus idolorum. cap. 12.

Recte diffinit Apostolus. Auaritia est seruitus idolorum. Sicut enī idololatra seruit simulacro, sic & auarus thesauro. Nam ille cultum idololatriæ diligenter amplificat, & iste cumulum pecuniæ libenter augmentat. Ille cum oī diligentia colit simulacrum. & iste cū oī cura custodit thesaurū. Ille spē ponit in idololatria, & iste spē cōstituit in pecunia. Ille timet mutilare simulacrū, & iste timet minuere tesaurū.

De quibusdam proprietatibus auaritiæ. c. 13.

Auarus ad petendū prōptus, ad dandū tardus, ad negandū frontosus. Si quid expendit, totum amittit, tristis, querulus & morosus solicitus suspirat & anxiatur, dubius habet & innitus expendit, Magnificardatū seduilificat dādū, dat ut lucretur, sed nō liberatur, ut det largus in alieno, sed parcus in ꝓprio. Gulā cruciat, ut arcā impleat, corpus extenuat, ut lucrū extēdat. Manū hēt ad dandū collectā, sed ad recipiendū porrectā, ad dandū clausam, sed ad recipiendū apertā. Porrò substātię iniustorū, sicut fluuius siccabuntur, quia qui male cōgregat, citò dispergit. Iustū *Prauitas & miseria auari.*

iudicium

iudiciũ, ut quæ de malo proueniũt, ad malũ perueniant, nec accedat ad bonũ, q̃ nõ procedit ex bono. Auarus ergo tã nationẽ habet uitæ, q̃ nũc est & futuræ.

De iniqua possessione diuitiarum. ca. 14.

Eccles. 8. ibid. 31 Psal. 72 VErum est ergo quod Sapiens ꝓtestatur, multos perdidit aurum & argentũ. Qui aurũ diligit, nõ iustificabitur. Væ illis qui sectãtur illud Ecce ipsi peccatores & abundãtes in hoc seculo obtinuerunt diuitias. Hinc ueritas ipsa præcipiebat Apostolos Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris, quia sicut camelus non põt introire per foramen acus, ita difficile est diuitem intrare in regnũ cœlorũ. Arta est enim uia & angusta porta, quæ ducit ad uitam. Apost. ergo securus regulã ueritatis aiebat. Argentum & aurum non est mihi, ibid. 19 ibid. 7 Væ ergo uobis qui coniungitis domũ ad domum, & agrum agro copularis usque ad terminum loci: Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum eius Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum & percussi eum.

De licitis opibus. cap. 15

CAeterum Abraham diues fuit, & Iob locuples, Dauit opulentus, & tamen de Abraham inquit scriptura, Quia credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et de Iob, quia nõ erat ei similis in terra, uir simplex & rectus ac timens Deum & recedens a malo. De Dauid autem, Quia dominus inuenit 1. Reg. 16 uirum ſm cor suum Ar illi fuerunt qua 2. cor. 6 si nihil habentes, & omnia possidentes, Psalm: 1 iuxta illud prophetæ. Diuitiæ si affluant Psalm. 37 nolite cor apponere. Nos autem sumus omnia possidentes, quasi nihil habentes ſm illud Psal. Diuites eguerunt & esurierunt. Facilius enim inuenies, qui diligit diuitias, & non habeat, quam qui habeat & non diligat. Quia difficile est esse in igne & non ardere, difficilius ẽ possidere diuitias, & non diligere. Audi ꝓphetam Hier. A minore usque ad maiorem omnes auaritiæ student, & a prophe

ta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Hier. 6

De incertitudine diuitiarum. cap. 16.

OMnis cupidus & auarus contra naturam nititur & molitur. Natura enim pauperem adducit in mundum, natura pauperem reducit a mũdo Nudum namque eum terra suscepit, nudum etiã suscipiet. Cupidus autem cupit & curat fieri diues in mundo. Destruam (inquit) horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & omnia bona mea. Sed dictũ est ei, O stulte, hac nocte repetetur anima tua a te, quæ aũt parasti cuius erũt? Thesaurizas, & ignoras cui congreges Dormierunt enim sõnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Diues cum dormierit, nihil secum affert, aperiet oculos suos, & nihil inueniet, Ne timueris ergo cum diues factus fuerit homo, & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum morietur, non accipiet hæc omnia, neque simul cũ eo descendet gloria domus eius, sed relinquet alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus eorũ in æternum Hinc & Sapiens attestatur. Qui aceruat ex animo iniuste, aliis congregat, & in bonis suis alius luxuriabitur. Proh dolor, quẽ habebat hostem, dimittit hæredem.

cupiditas opum contra natura Luc. 12

De gula cap. 17.

INitium uitæ hominis aqua & panis & uestimentum, & domus protegẽs turpitudinem, Nune autem gulosis non sufficiunt fructus arborum, nõ Eccl. 2 genera leguminum, non radices herbarum, nõ pisces maris, non bestiæ terræ, nõ aues cœli, sed quæruntur pigmenta cõparãtur * aromata, nutriuntur altilia Capiuntur ob escã, quæ studiose coquũtur arte coquorũ, quæ laute parantur officio ministrorũ: Alius contundit & colat, alius confundit & conficit, substantiam cõuertit in accidens, naturam mutat in artem, ut saturitas transeat in esuriem, ut fastidium reuocet appetitũ, ad irritandũ gulam, non ad sustentandam

* al. operãtur

naturā, non ad necessitatē supplendam, sed ad auiditatē explendam. Cæterū tā breuis est gulæ voluptas, vt spacio loci vix sit quatuor digitorū, spacio tēporis vix sit totidem momentorū. Contemnitur mediocritas & superfluitas affectatur, in diuersitate saporū, in varietate ciborū. Auiditas nescit modum, & * varietas excedit mensurā, sed & mens grauatur, & stomachus turbatur, sensus opprimitur in illis. Inde non salus & sanitas, sed morbus & mors. Audi super hoc sententiā Sapiētis: Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & propter crapulā multi perierunt. Esca ventri, & venter escis; Deus autem & hunc & hanc destruet.

*al. voracitas. | Eccle. 37. | 2. Cor. 6.

Exempla contra gulam. *Cap.* 18.

Gulæ tamen tributum exigit, sed vilissimū reddit, quia quāto sūt delicatiora cibaria, tanto fætidiora sunt stercora. Turpiter egerit, qui turpiter ingerit, superius & inferius horribilē flatum exprimens, & abominabilem sonum emittens. Gulá paradisum clausit, primogenita Esau vendidit, suspendit pistorē, decollauit Baptistam. Nabuzardā princeps coquorum templum incēdit, & Hierusalē euertit. Baltasar in conuiuio manū contra parietē scribentē aspexit, Mane, thecel phares, & eadē nocte interfectus est a Chaldæis. Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere, sed adhuc erant escæ eorū in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Qui vescebātur voluptuose, interierūt in uijs. Diues ille, q epulabatur quotidie splendide, sepultus est in inferno.

Mali fructus gulæ. | *Gen. 3. 25.* | *Mat. 6.* | *4. Reg 7.* | *Dan. 5.* | *Exod 32.* | *Psal. 77.* | *Thren. 4.* | *Luc. 16.*

De ebrietate. *Cap.* 19.

Quid turpius ebrioso? cui fœtor in ore, tremor in corpore, qui promittit multa, prodit occulta cui mens alienatur, facies trāsformatur? Nullum enim secretum, vbi regnat ebrietas. Horatius, Fœcundi calices, quem non fecere disertum? Porro non sufficit vinum, non sicera, non ceruisia, sed studiose conficitur mulsum, syropus, claretum, labore multo, sollicitudine magna, sumptu non modico, sed inde cōtentiones & rixæ, lites & iurgia. Vinum enim multum potatum (ut ait Sapiens) irritationem & iram, & ruinā multā facit: Fornicationes ex eo sunt. Fornicatio & uinum & ebrietas auferūt cor. Propterea dicit apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et salomon, Luxuriosa res uinum & tumultuosa ebrietas. Filij Rechab & filius Zachariæ uinum & siceram, & omne quod inebriare poterat, non biberunt.

Prou. 32. | *Horatius.* | *Eccl. 31.* | *Osee. 4.* | *Eph. 5.* | *Prou. 20.* | *Hier. 35.* | *Luc. 1.*

Exempla contra ebrietatem. *Cap.* 20.

Ebrietas enim verenda nudauit, incestum commisit, filium regis occidit, principem exercitus iugulauit. Verum est ergo quod Salomon ait prouer. xxiii. Vacantes potibus & dantes symbola consumentur. Et Esaias in v. capite, Væ qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectandā, & potandū usq; ad vesperā, vt vino æstueris. Cithara & lyra & tympanum, & tibia, & vinum in cōuiuiis uestris. Væ qui potentes estis ad bibendum uinū, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Ecce gaudium & lætitia occidere uitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinū. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum. Si dimittetur hæc iniquitas vobis donec moriamini. Væ coronæ superbiæ ebriis Ephraim. Sacerdos & propheta nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt à uino, nescierūt uidentem, & ignorauerunt iudiciū. Proh pudor, cū ad annunciandā euangelicā lectionē, à quodā presbytero benedictio peteretur, hesternam crapulam, & nocturnā ebrietatem eructans, fertur alta uoce dixisse: Potum seruorum benedicat rex angelorū.

Gen 9. 19. | *2. Reg. 13.* | *Iud. 13.* | *Prou. 23.* | *Esa. 5.* | *Esa. 12.* | *Esa. 28* | *Presbyter ebrius.*

De luxuria *Cap.* 21.

Porrò turpis mater filiam generat turpiorē. Iustum est n. ut q in sordibus est, sordescat & adhuc. Omnes enim adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Cœperunt principes furere a uino. Venter n. oppipa refartus, libenter Venerē amplexatur: O extrema libidinis turpitudo, quæ nō solum mentē effœminat, sed etiam corpus eneruat, nō solum maculat animā, sed

Apoc. 22 | *Ose. 7* | *Turpitudo luxuriæ.*

fœdat

fœdat personam. Omne namque peccatum quodcunque fecerit homo, extra suum corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Semper illum præcedunt ardor & petulantia, semper comitantur fœtor & immunditia, sequuntur sæpe dolor & pœnitentia. Fauus enim (inquit Salomon) distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara sicut absinthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps.

1. Cor. 6

De generalitate luxuriæ. cap. 22.

Familiaris est inimicus, habitans non procul, sed prope: non exterius, sed interius. Nã uirtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in umbilico uentris eius. Nunquam fugatur, nisi cum fugitur, nunquam mactatur, nisi cum maceratur. Ad causam exigit libertatem & abundantiam, sed* requirit ad effectum facultatem & adiacentiam. Hæc omnem ætatem corrumpit, omnem sexum confundit, omnem ordinem soluit, omnẽ gradũ peruertit. Inuadit enim senes & iuuenes, mares & fœminas, prudẽtes & simplices, superiores & inferiores, ad extremam generationẽ et sacerdotes. Qui nocte venerem amplexantur, mane uero virginem uenerantur. Turpe dictu, sed turpissimum actu, dici liceat* quod agi non libeat. Nocte filium Veneris agitant in cubilibus, mane filium virginis offerunt in altari.

Iob. 40
*al. reperit.

De diuersis speciebus luxuriæ & pœnis earum. cap. 23.

Qvis multiplices species huius sufficienter ualet explicare? Hæc n. Pentapolim cũ adiacẽte regione subuertit. Sodomitas & Sychẽ cũ populo interemit, raptores Dinæ, Her, & Onam filios Iuda percussit, scil. cetimmundos, Iudæum & Madianitidem pugione transfodit, & fornicatores, tribus Beniamin pro uxore leuitæ deleuit, adulteros, filios Heli sacerdotis in bello prostrauit stupratores. Amon in conuiuio interfecit. Hæc denique Vriã occidit, presbyteros lapidauit, Rubem maledixit, Samsonem seduxit, Salomonem peruertit. Verum est ergo quod legitur, propter speciem mulieris multi perierunt. Nam uinum & mulieres apostatare faciunt sapientes & arguunt sensatos. Hæc multos uulneratos deiecit & fortissimi quique interfecti sunt ab ea, uiæ inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis. Hæc uires eneruat, sensus diminuit, dies consumit, opes effundit.

Gen. 20
ibid. 38
ibid. 34
Num. 25
Iudi 19. & 20.

De coitu contra naturam. cap. 24.

Hæc ignominiosam morphosim operatur, q̃ tñ Apost. non cõfunditur nominare: Propterea, inquit, tradidit eos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorũ cõmutauerunt naturalẽ usum in eũ, qui est contra naturã. Similiter & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in cõcupiscentiis suis inuicẽ, masculi in masculos turpitudinem operantes. Quid aũt hanc turpitudinem operantibus turpius? Quid hoc crimine criminosius? In lege enim quasi paria coniũguntur cõcubitus maris cũ masculo, & coitus hominis cũ iumento. Sic enim legitur in Leuitico: Cum masculo non commisceberis coitu fœmineo, quia abominatio est, cũ omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Vtrique par pœna subscribitur. Qui dormierit, inquit, cum masculo coitu fœmineo, utrique operati sunt nefas, morte moriantur, pecus quoque occidite. Qui habet aures audiat, imo qui desipit, resipiscat.

Rom. 1
ibid. 20

De pœna huius sceleris. cap. 25.

Poena docuit, quid hæc culpa promeruit. Pluit n. dñs super Sodomã & Gomorrhã sulphur & ignem de cælo. Noluit n. dñs cuiquã angelorũ uel ho minũ executionẽ huius pœnæ cõmittere sed sibiipsi uindictã huius sceleris reseruauit, sm illud. Mea est ultio, & ego retribuam. Et ideo pluit dñs a domino, uidelicet a seipso, non imbrem uel rorem, sed sulphur & ignem: Sulphur super fœtorem luxuriæ, ignem

Gen. 16

super ardorem libidinis, quatenus pœna similis esset culpæ. Nec misisse dicitur, sed pluisse, quatenus ipso uerbo magnitudinem & abundantiam pœnæ notaret. Nemini pepercit oculus eius, sed omnes simul extinxit. Vxorem quoque Loth, Heb. 10 qui a retro respexit in statuam salis mutauit, nec solum urbes, sed & omnes circa regiones in mare mortuum & ualle salinatiam conuertit. Horrendum est u. incidere in manus Dei uiuentis, qui quãto maiorem suæ longanimitatis exhibet patientiam, tanto duriorem suæ seueritatis infert uindictam.

De ambitioso. cap. 26.

OPes utique cupidus cõgregat, & auarus cũsetuat. Voluptates gulosus degustat, & luxuriosus exercet. Honores ambitiosus affectat, & superbus extollit. Ambitiosus ãt semper est pauidus, sẽper attentus, ne qd dicat uel faciat, q̃ in oculis hoĩum ualeat displicere, humilitatẽ simulat, honestatẽ mentitur, affabilitatẽ exhibet, benignitatẽ ostendit, subsequitur & obsequitur, cunctos honorat, uniuersis inclinat, frequẽtat curias, uisitat optimates, assurgit & amplexatur, applaudit, & adulatur. bene nouit illud poeticũ. Etsi nullus erit puluis, tñ excutit ullũ. Promptus & seruidus ubi placere recognouerit, remissus & tepidus ubi putauerit displicere. Improbat mala, detestatur iniqua, sed alia cũ aliis probat & improbat, ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab hoĩbus, & a singulis approbetur. Et ecce graue intra se sustinet pugnã, difficilemq; conflictũ. dum iniquitas pulsat animũ, & ambitio continet* *al. malum manũ, & q̃ illa suggerit faciendũ, hæc fieri non permittit. Colludunt tñ ad inuicẽ mater & filia, iniquitas & ambitio; nã mater in aperto subsistit, & filia in occulto non resistit. Hæc n. uendicat sibi publicũ, illa secretũ. Ambitiosus ergo libẽter agit de principatu quẽ ambit, & dicit. O quando principabitur ille, qui seuerus sit in iustitia, pius in misericordia, qui nõ declinet amore uel odio, qui non corrũpatur prece uel precio, qui credat fidelibus, & acquiescat supplicib⁹ qui sit humilis & benignus, largus & mãsuetus, constans, sapiens, patiens & astutus.

De nimia concupiscentia ambitiosorũ. c. 27.

SI forsan hac arte nõ proficit, recurrit ad aliã aduocat Simon & accedit ad Giezi, Simonia per hunc ab illo nititur emere, q̃ per se nõ preualet obtinere, supplicat & promittit, offert & tribuit, proh pudor, gratiam quam gratis *al. obtinere per fas, & nefas. *adipisci non potuit, per fas & nefas ut titur adipisci. Nec desistit adhuc, sed instat & inuadit uiolenter honorem, & impudenter arripit dignitatem amicorum suffragio, præsidio propinquorum, tantoque damnationis inflammatur ardore, tanta libidine præsidendi, ut nec schisma abhorreat, nec scandalum formidet. 4. Reg. 5 Sed Giezi lepra percussit, & Simõ periit Acto 8. pecunia. Chore autem cũ complicibus Num. 16 ignis assumpsit, & Dathan & Abirõ terra Heb. 5 uiuos absorbuit. Nullus itaque sibi honorẽ assumat, nisi qui uocatur a Deo tanquam Aaron.

De ambitioso exemplo. cap. 28.

LIquidum ambitionis exemplum reperitur in Absalone, qui cũ aspiraret ad regnum, fecit sibi currus & equites, & L. uiros qui præcede- 2. Reg. 18 rent eũ, & mane consurgens Absalon, stabat iuxta introitum portæ, & oẽm uirum, qui habebat negocium, ut ueniret ad regis iudicium, uocabat ad se, & dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui respondit Ex una tribu Israel ego sum seruus tuus. Respondebat ei Absalon; Videntur mihi sermones tui iusti & boni, sed non est, qui te audiat, constitutus a rege. Dicebat & Absalon, Quis me constituat iudicem super terram, ut ad me ueniant omnes, qui habent negocium, & iuste iudicem. Sed cum accederet ad eum homo quidam & salutaret eum, extendebat manum suam, & apprehendens eum osculabatur, faciebatque hæc omni Israel, qui ueniebant ad iudicium, ut audirentur à

tur à

tur a Rege, & solicitabat corda uirorum Israel. Cumque abisset Absalon in Ebrõ misit exploratores in uniuersas tribus Israel dicentes: Statim ut audieritis clãgores buccinæ, dicite. Regnauit Absalõ in Ebron, & facta est coniuratio ualida, & populus concurrens augebatur cum Absalone.

De breui & misera uita magnatum. cap. 29.

SEd esto quod sublimetur in altum, prouehatur ad summũ, statim curæ succrescunt solicitudines cumulantur, extũduntur ieiunia, uigiliæ producuntur, ex quibus natura corrumpitur, spiritus infirmatur. Corrũpitur somnus, amittitur appetitus, debilitatur uirtus, attenuatur corpus, & sic in seipso deficiens non dimidiat dies suos, sed miserabilẽ uitã miserabiliori fine concludit. Verum est illud poeticum, in se magna ruunt, summisque negatum est stare diu, tolluntur in altum, ut lapsu grauiore ruant. Verius autem istud propheticum: Vidi impium superexaltatũ & eleuatũ sicut cedros Libani transiui, & ecce nõ erat, qui eũ cognosceret, quæsiui eũ, & nõ est inuentus locus eius, antequã dies eius impleantur peribit, lædetur quasi uinea in primo flore botrus eius, & sicut oliua proiiciens florem. Audi super hoc sententiam Sap. Omnis potentatus breuis uita.

Psal. 36 / Eccles. 1

De diuersis proprietatib. superborum. c. 30.

STatim autem ut ambitiosus est prõptus ad honorem, in superbiam extollitur, & in iactantiam effrenatur, nec curat prodesse, sed gloriatur præesse præsumit se meliorem, quia creuit in superiorem. At bonum facit non gradus sed uirtus: non dignitas, sed honestas. Priores dedignatur amicos, notos ignorat hesternos, comites contemnit antiquos, uultũ auertit, uisum extollit, ceruicem erigit, fastũ ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur. Subesse non patitur, præesse molitur, prælatis infensus subditis onerosus. Molesta nõ suffert, concepta non differt, præceps & audax, gloriosus arrogãs grauis & importunus.

De superbia & casu Lucifer. cap. 31.

O Superbia cunctis importabilis, & omnibus odiosa, inter omnia uitia tu semper es prima, tu semper es ultima. Nam omne peccatum recedendo cõmittitur, & te recedente dimittitur. Scriptum est.n. Initium omnis peccati est superbia Primogenita mors Hæc enim inter ipsa rerum primordia creaturã contra creatorem erexit. Angelum contra Deum, sed eum absque mora deiecit, quoniã in ueritate non stetit, ab innocentia in peccatum, a delictis in miserias, a cœlo empyreo in aerem calliginosum. Audi prophetam: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui uulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, in cœlum ascendam, & super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, & ascendam super altitudinem nubium similis ero altissimo. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia & perfectus decore, in delitiis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis preciosus* uestimentum tuum, Sardius, Topazius, & Iaspis Chrysolitus, Onix, & Berillus, Carbunculus, Saphyrus Smaragdus, Aurũ opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt. Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in mõte sancto Dei. In medio lapidum igniũ ambulasti perfectus in uiis tuis, a die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Peccasti, & eieci te de mõte sancto Dei Eleuatum est cor tuũ in decore tuo, & in terrã proieci te. Cedri nõ fuerunt altiores illo in paradiso Dei. Abietes non æquauerunt ad sũmitatem eius, & platani non fuerunt æquales frõdibus eius. Omne lignum preciosum paradisi non est assimilatum ei & pulchritudini eius, qm speciosum feci eum in multis condensis frondibus, ipse est rex super omnes filios superbiæ. Ipse est draco magnus, rufus habens capita septẽ & cornua decem, & in capitibus septẽ diademata, cuius cauda trahebat tertiã partem stellarũ cœli, & misit illas in terrã, &

Omnis contra superbiam / Eccl. 10 / Esa. 14 / Ezech. 28

* al. operimentum

Ezech. 28

Iob. 41 / Apoc. 12

proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanas, qui seducit uniuersũ orbẽ, & proiectus est in terrã, & angeli eius cũ eo missi sunt in terram. De quo & ueritas ait: Vidi Satanã quasi fulgur de cælo cadentem. Nam omnis qui se exaltat, humiliabitur & qui se humiliat, exaltabitur.

Luc. 10
Ibid. 14

De arrogantia hominum. cap. 32.

O Superba præsumptio, & præsũptuosa superbia, quæ non tantũ angelos Deo uoluisti adæquare sed & homines præsumpsisti deificare. Porro, quos erexit, depulit, & quos exaltauit, humiliauit. Hinc ait dominus ad prophetam: Fili hominis dic principi Tyri, hæc dicit dominus Deus, eo q̃ eleuatum est cor tuum, quasi cor Dei, & dixisti: Deus ego sum, cum sis homo, & non Deus, idcirco ego adducam super te robustissimos gentium, & interficiam te, & morieris in interitu occisorũ. Nabuchodonosor, quia potentiam suam iactauit superbe, & ait: Nonne hæc est Babylon, quã ædificaui mihi in * domo regni i robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Quum adhuc sermo esset in ore regis, uox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex regnum tuum transiet a te, & ab hominibus eiciam te, & cum feris & bestiis erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod excelsus dominetur in regno hominũ, & cuicunque uoluerit, det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor. Verum est ergo, quod dicitur in Ps. Homo quũ in honore esset, nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Superbia turrem euertit, & linguam confudit, prostrauit Goliam, & suspendit Aman, interfecit Nichanorem & peremit Antiochum, Pharaonem submersit, & Sennacherib interemit. Holofernis caput amputauit. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & radices gentium superborum arefecit.

Ezech. 28
* al. domũ.
Dan. 4

Psal. 48
Gen. 11
1 Reg. 17
Hester 7
2. Mac. 15

De abominatione superbiæ. cap. 33.

QVam detestabilis sit superbia, dominus ipse per prophetã testatur, dicẽs: Detestor ego superbiam Iacob. Et iurauit dominus in superbiam Iacob. Si oblitus fuero usq; in finem omnia opera eorum. Vnde inter illa sex, quæ dominus odit, & septimum detestatur anima eius Salomon primum posuit oculos sublimes, id est, superbiam. Et Esaias, Dies domini exercituum super omnem superbũ & excelsum, & super omnem arrogantẽ, & humiliabitur eis altitudo uirorum, & super omnes cedros Libani, & sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basã, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super oẽm turrem excelsam, & super oẽm murum munitum, & incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo uirorum propterea dilatauit infernus aĩam suam, & aperuit suum absque ullo termino, & descẽdent sublimes gloriosiq; eius ad eũ. Dñs exercituũ cogitauit hoc, ut detraheret superbiam oĩs gloriæ eius. Iob quoque dicit: Si ascenderit usque ad cęlum superbia, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur.

Exod. 14
4. Reg. 19
Iudi. 13
Eccles. 19

Contra arrogantiam superborum. ca. 34.

OMnis fere uitiosus diligit sibi simile. Sup̃bus aũt odit eleuatũ. Vnde salomon, Inter sup̃bos sẽper sunt iurgia, & ubi fuerit superbia ibi & cõtumelia sup̃bus insolita gestit, cõsueta fastidit, magnũ reputat si loqui dignetur, maximũ si surgat & amplexetur. Aestimat plus dignitatẽ ab ipso, q̃ ipsũ effectũ ex dignitate. Nunquã uult uti paternitatis affectu, semp uult uti dominatu oĩs imperio. superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius, plus q̃ fortitudo eius. Reuoluat in aĩo q̃ legitur in Euang. Facta est cõtentio inter discipulos dñi Iesu quis eorũ uideretur esse maior, & ait Iesus. Principes gentiũ dominãtur eorũ, & qui potestatẽ habent inter illos benefici uocantur, uos aũt nõ sic, sed qui maior est inter uos, erit sicut iunior, & qui præcessor, sicut ministrator. Et ut Petrus apost. princeps ait. Non quasi

Prou. 15
Ibid. 13
1. Pet. 5

Psal. 13 quasi dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Dñs est terra, & plenitudo eius, orbis terrarũ & uniuersi, qui habitant in eo. Vnus est ergo Deus, & unus est dñs: Cæteri uero non sunt domini, sed ministri, quibus interdicitur dominiũ, & indicitur ministeriũ. Audi super hoc sapientẽ. Rectorem te posuerũt, noli extolli, esto in illis, quasi unus ex illis. Eccles. 12

Contra fraudem ambitiosorũ exemplũ. c. 35.

Filii Zebedæi, qui per interuentum matris honorem postulauerunt a Christo, Dic (inquit) ut sedeant duo filii mei, unus ad dexteram, & alius ad sinistram tuam in regno tuo, meruerũt audire. Nescitis quid petatis. non n. honore, sed onere peruenitur ad regnũ. Vnde dñs subdit. Non est meum dare uobis, quasi diceret, nisi quidẽ est dare. sed nõ uobis, id ambitiosis, quales uos estis. Licet aũt potestas a Deo sit, superbus tñ non regnat ex Deo, sm illud propheticũ ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui eos. Matth. 20

De proprietatibus arrogantium cap 36.

Matth 23 Superbus autem amat primas cathedras in synagogis, & primos recubitus in cœnis, salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi, non nominæ personæ, sed nomine fortunæ uult appellari, non ut homo, sed ut dominus uult honorari. Sedet sublimis incedit excel sus, uult sibi omnes assurgere, singulos inclinare. Porrò, quidam philosoph⁹ uolens arrogantiã cuiusdã regis illudere, cum uidisset eum in throno regali sedere sublimẽ, pstratus in terrã suppliciter adorauit, & confestim non inuitatus ascendens iuxta regẽ consedit. Quod rex uehementer admirans, eo quod nosset eum esse philosophum, quare hoc egerit exquisiuit. Philosophus ergo respondit, Aut Deus es, aut homo: si Deus, debuite adorare, si homo, bene potui, iuxta te sedere. Rex autem responsionem cõuertens contra philosophũ intulit: imo si homo sum, non debuisti me adorare, si Deus sũ nõ debuisti iuxta me sedere. Sapiẽter ille respõdit, sed ille prudẽter elusit

De superfluo cultu. cap. 37.

Primis parentibus fecit Deus* tunicas pelliceas post peccatũ, & a Christo dicitur xpianis, non duas tunicas habeatis. Sed iuxta Ioannis consiliũ qui habet duas tunicas, det non habenti unam. Superbus autem, ut magnificus uideatur, satagit uestiri duplicibus, indui mollibus, preciosis ornari. Sed quid est homo preciosis ornatus, nisi sepulchrũ foris dealbatum, intus autẽ plenũ spurcitia? Hyacinthus & purpura coccus & byssus, in limo putrescunt aurum & argentum, lapides & gẽmæ in luto sordescũt. Dignitas & potestas male iacent in puluere, honor & gloria male sedent in cinere. Quid ergo superbe, phylacteria dilatas, & magnificas fimbrias? Diues ille, qui induebatur purpura & bysso, sepultus est in inferno. Dina filia patriarchæ Iacob, antequam egrederetur, ut ait Iosephus ut emeret ornamentum prouincialium mulierum, uirgo permansit. Quum autem exiuit, Sychem filius regis Aemor, eam uiolenter oppressit. Holofernes, qui sedebat in Canopeo, quod erat ex purpura & bysso & auro & smaragdo & lapidibus preciosis intextum, iugulatus est a Iudith. Quæ quum prius uteretur cilicio, tunc assũpsit ornatum iucunditatis. Audi super hoc consilium sapientis. In uestitu ne glorieris unquam. Et Apostolus. Non in ueste preciosa, nec sit extrinsecus capillatura. aut circũdatio auri, aut uestimẽtorũ cultus: Gen 3 *al pelliceas* *mata.*

Contra superfluum ornatum. ca. 38.

Attende quid cõtra superfluũ ornatum cõminetur dominus per prophetam. Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ sion, & ambulauerũt extento collo, & nutibus oculorũ ibant decaluabit dominus uerticem filiarum sion, & crinem earum nudabit in die illa auferet dominus ornatum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discrimina-

inaures, & perichelides, & murenulas, & olfactoriola, & in aures, & annulos & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & sindones & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitiũ & pro fascia pectorali cilicium. Ecce iusta pœna redditur pro culpa, ut in eo puniantur, in quo peccauerunt. Adhuc super his alium audi prophetam. O Tyre, byssus varia de Aegypto texta est tibi in velũ, hyacinthus & purpura de insulis Elisa; *facta est indumentum tuum. Dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in precio tuo. Propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpuram & scutulata, & byssum, & sericũ, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. Dedriti institores tui in tapetibus ad sedendum, & repleta es, & glorificata nimis. Sed nunc contrita es in mari, & in profundis aquarũ opes tuæ, ad nihilũ redactæ sunt, & non eris usque in perpetuũ.

Ezec. 27

*al. sunt operimentũ

Quod plus defertur uestibus quam uirtutibus. cap. 39.

Cum quidam philosophus in habitu contemptibili principis aulã adisset: & diu pulsãs nõ fuisset admissus, sed quoties tentasset ingredi, toties cõgisset eum repelli, mutauit habitũ, & assumpsit ornatũ. Tũc ad primã uocẽ aditus patuit uenienti. Qui procedens ad principem, pallium quod testabatur, cœpit uenerabiliter osculari super quo princeps admirans, quare hoc ageret, exquisiuit. Philosophus respondit: Honorantem me honoro, quia quod virtus non potuit, vestis obtinuit. O vanitas uanitatum, plus honoris defertur vestibus, quam uirtutibus plus venustati, quam honestati.

Exemplum cuiusdam philosophi.

*De fucatione *. ocolorum cap. 40.*

*al. oculorum. fucare faciem

Artificialis species superducitur, & facies obducitur naturalis, tanquam artificium hominis artem superet creatoris. Nõ sic non sic. Considerate, inquit dominus, lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Absit autem ut adulterinus color comparabilis sit natiuo. Quinimo cum facies adulterino colore furatur, os abominali fœtore corrumpitur. Vniuersa uanitas omnis homo uiuẽs. Quid enim vanius quã pectere crines planare cæsariem, ungere genas, vngere faciem, producere supercilia? Quandoquidem fallax sit gratia, & uana sit pulchritudo. Omnis caro fœnũ & omnis gloria eius quasi flos agri. Quoniam tanquam fœnum uelociter arescit. Vt autem personæ ornatum prætercam ne malignius quam uerius uidear aliquos succensere, quid uanius quam ornare mensam mantilibus picturatis, cultellis eboreornatis, uasis aureis & argenteis vasculis. *scyphis & *nappis, bucalibus & gradalibus, scutellis & coclearibus, fuscinulis & salariis, bacilibus & vrceolis, capsulis, & flabellis? Quid prodest pingere cameras, ditare perticas, palliare vestibulum, substernere pauimentum, componere lectum inflatum plumis, opertum sericis, obductum cortinis aut etiam canapeo? Scriptum est.n. Homo cum morietur, nõ accipiet hæc omnia, neque simul cum eo descendet gloria eius.

Psal 38
Prou 30
Esa. 40

Psal. 36

*al. cuppis.
*al. mappis

Psal. 48

De immunditia cordis. cap. 41.

Non est qui de cordis mundicia ualeat gloriari, quoniã in multis offendimus omnes. Et si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quis, est qui illud dicere valeat cũ Apostolo: Nihil mihi cõscius sum; non tamen in hoc iustificatus sum? Quis est hic, & laudabimus eum? Ecce inter sanctos nemo est immutabilis, cœli non sunt mundi in conspectu eius, & in angelis eius reperit prauitatem. Quãto magis & abominabilis & inutilis est homo, qui bibit quasi aquã iniquitatẽ? Pœnituit ergo Deũ, quod fecisset hominẽ in terra, eo quòd multa esset hominũ malitia super terram, & cuncta cogitatio hominis omni tempore ad malum intenta, & ideo tactus dolore cordis intrinsecus, deleuit hominem quem creauerat

Iacob. 3
1. Ioan. 1
1. Cor. 4
Eccles. 31
Iob. 4. & 15. & 25
Gen. 6
Matth. 24.

Psal. 13. 51 uerat. Porrò, superabundauit iniquitas e refriguit charitas multorũ. Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnum. Tota penè vita mortaliũ mortalibus est plena peccatis, vt vix valeat inueniri, qui nõ declinet ad sinistrã, qui nõ reuertat ad vomitũ, qui nõ cõputrescat in stercore. Quin potius gloriãt cũ malefecerint & exultãt in rebus pessimis repleti omni iniquitate malitia, fornicatione auaritia nequitia, pleni inuidia, homicidijs, contẽtione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, cõtumeliosi, superbi, elati inuẽtores malorũ, parentibus nõ obediẽtes, insipiẽtes, incõpositi, sine affectione, sine fœdere, absque misericordia. Talibus & peioribus mũdus iste repletus est, abũdat hæreticis & schismaticis, perfidis & tyrannis, simoniacis & hypocritis, ambitiosis & cupidis, raptoribus & prædonibus, violentis & extortoribus, vsurarijs & falsarijs, impijs & sacrilegis, proditoribus & mẽdacibus, adulatoribus & fallacib', garrulis & versutis, gulosis & ebriosis, adulteris & incestuosis, mollibus & imũdis, pigris & negligẽtibus, vanis & prodigis, impetuosis & iracũdis, impatiẽtibus & incõstãtibus veneficis & auguribus, periuris & execratis, psũptuosis & arrogãtibus, incredulis & desperatis, demũ vniuersis vitijs irretitus. Porrò sicut deficit fumus deficiẽt, & sicut fluit cera à facie ignis, ita peccatores peribunt à facie Dei.

Prou. 2 — Ro. 1. & 2 — Tit. 5 — Psal. 67

De doloribus, quos mali patiuntur in morte. cap. 42.

Mali siquidem quatuor dolores patiuntur in morte: Primus dolor est angustia corporea, tãta & tã grauis, quãta vsqualis nec fuit nec est in perfecti vita ante dissolutionẽ illã. Quod in quibusdã, etsi nõ in omnibus apparet, præ nimio dolore seipsos discerpẽtibus. Fortis enim & incõparabilis est violẽtia quãdo nexus illi & vitales nodi inter corpus & animã dirũpũtur. Vnde Propheta lamẽtãdo ait: circũdederũt me dolores mortis. Nõ enim est mẽbrũ, nõ articulus in corpore, quod penitus nõ inuoluat illo inexplicabili dolore.

Psal. 114

Secũdus dolor est, quãdo iã penè defatigato corpore & suis exhausto viribus, anima multo liberius videt tũc in momẽto occurrere omnia opera bona, vel mala, quę fecit, quę omnia reducuntur ante oculos interiores. Dolor iste est tãtus, & * retractatio ista tam grauis est, q; anima plurimũ turbata cogitur quasi seipsã odisse. Vnde dicitur ĩ Psalmo. Torrẽtes iniquitatis cõturbauerũt me. Nam torrẽtes cũ multo impetu veniunt, & videntur * diruere omnia, ita in morte videbit malus omnia subitò, quę fecit opera bona vel mala.

* al. recogitatio. — Psal. 17. — * al. destruere.

Tertius dolor est, quãdo anima iã incipit tã iustè dijudicare, & sibi pro suis iniquitatibus singulis omnia & debita gehẽnæ tormẽta videt imminere. Vnde dicit in Psalmo. Circũdederũt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.

Quartus dolor est, quando anima adhuc in corpore posita videt spiritus malignos, ad rapiendũ se paratos, vbi tantus dolor est & timor, quod misera anima licet à corpore egressura, quãdiu potest refugiat, vt tempus suę captiuitatis redimat, antequã de corpore exeat. Propter quod dicit Sophonias propheta. A prima porta exit clamor, & à 2. vlulatus. Prima porta dicitur, quãdo anima mala quàm citò egreditur à corpore, tam citò rapitur à malignis spiritibus ad æterna supplicia. Secunda porta dicitur, quãdo post diem iudicij puniẽtur in corpore & anima, sine fine. Puniuntur enim mali in anima tantum in prima separatione corporis & animæ, post iudicium verò in anima & corpore puniẽtur. Vnde dicitur. Duplici contritione contere eos:

De aduentu Christi ad diem mortis cuiuslibet hominis. cap. 43.

Videt etiam tam bonus quàm malus antequã egrediatur anima de corpo

re

re Christum in cruce positum. Malus videt sibi ad confusionem, ut erubescat se non esse redemptum sanguine Christi, sua culpa exigente. Vnde de malis dicitur in Euangelio. Viderunt in quem pupugerūt; quod intelligitur de aduentu Christi ad iudicium, & de aduentu eius ad diem mortis cuiuslibet hominis. Bonus uero uidet ad exultationem. Et hoc habemus ex uerbis Apostoli, qui ait. Vsque in aduentum dñi nostri Iesu Christi, i dest, ad diem mortis * quando appa ret tam bonis quam malis Christus in cruce positus, & ipse Christus de Ioanne Euangelista ait. Sic eum uolo manere donec ueniam, scilicet ueniam ad obitū eius. Quatuor namque leguntur aduentus Christi, duo uisibiles & duo inuisibiles. Primus aduentus uisibilis fuit in carne, quando natus est de uirgine. Alius aduentus uisibilis est ad iudicium, quando iudicabit bonos & malos quando statuet oues a dextris, hædos uero a sinistris. Primus aduentus inuisibilis fit in mente iusti per gratiam. Vnde Christus de uno iusto ait. Ad eum ueniemus, & mansionē apud eum faciemus. Est ergo anima iusti sedes & habitaculum Dei, sicut scriptum est: Anima iusti sedes Dei. quia sedet Deus in eo per gratiā. Secundus aduentus inuisibilis est in obitu uniuscuiusque fidelis. Vnde Ioā in Apoc desiderans liberari a carcere corporis ad Christū ait. Veni dōmine Iesu, scilicet ad obitum meū. Vnde dicitur, quod in die obitus sui, obuiā uenit ei Christus.

Ioan. 19

1. Tim. 6

* al. quia.

Ioan. 21

Ioan 14

Apoc. 22

Libri Secundi finis.

DE MISERIA HVMANAE conditionis, Liber Tertius.

De putridine cadauerum. cap. I.



Psal 145

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorū. O quot & quanta mortales de mundanæ prosperitatis incertitudine cogitant; sed sub repentinæ mortis articulo repente cuncta quæ cogitauerant, euanescunt. Sicut umbra cum declinat ablati sunt, & excussi sunt sicut locustæ. Exibit ergo spiritus eius, non uoluntarius, sed inuitus, quia cum dolore dimittet, quæ cum amore possedit, at uelit, nolit, constitutus est ei terminus, qui præteriri non potest, in quo terra reuertetur ī terrā. Scriptum est enim. Terra es, & in terrā ibis. Naturale siquidē est ut materiatum in materiam resoluatur. Auferet ergo spiritum eorum & deficient, & in puluerem reuertentur. Cum autem morietur homo, hæreditabit bestias, serpentes & uermes. Omnes enim in puluere dormient & uermes operient eos. Sicut uestimentum sic comedet eos uermis, & sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Quasi putredo consumendus est, & quasi uestimētū quod comeditur a tinea. Putredini dixi (ait Iob) Pater meus es, mater mea, & soror mea uermibus. Homo putredo & filius hominis. Quam turpis pater, quā uilis mater, quam abominabilis soror? Conceptus est enim homo de sanguine per ardorem libidinis putrefacto, cuius tandē libidinis cadaueri quasi funebres uermes assistent. Viuus generauit pediculos & lumbricos, mortuus generabit uermes & muscas. Viuus produxit stercus & uomitum, mortuus producet putredinem & fœtorem. Viuus hominem unicum impinguauit, mortuus uermes plurimos impinguabit. Quid ergo fœtidius humano cadauere? qd horribilius homine mortuo? Cui gratissimus erat amplexus in uita, molestus erit aspectus in morte. Quid ergo prosunt diuitiæ? quid epulæ? quid deliciæ? quid honores? Diuitiæ non liberabunt a morte, epulæ non defendent a morte, nec deliciæ a uerme, honores non eripient a fœtore. Qui modo sedebat gloriosus in throno, modo iacet despectus in tumulo: Qui modo fulgebat ornatus in aula: modo sordet nudus in tumba. Qui modo uescebatur deliciis in cœnaculo, modo consumitur a uermibus in sepulchro.

De tristi memoria damnatorum. cap. 2.

Vin-

Vindicta carnis impij, vermis & ignis. Vterque duplex, interior & exterior. Interior, qui rodit & vrit cor, exterior, qui rodit & vrit corpus. vermis, inquit, eorũ non morietur, & ignis non extinguetur. Dabit dominus ignẽ & vermes in carnes eorum, vt vrantur et sentiant vsque in sempiternum. Vermis cõsciẽtię tripliciter lacerabit. Affligẽt memoria, sera* turbabit pœnitẽtia, torq. bit angustia. Venient n. incogitat oẽ peccatorũ suorũ timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates eorũ, dicẽtes, Quid profuit nobis superbia? & iactãtia diuitiarũ quid cõtulit nobis? Trãsierunt illa omnia tanquã vmbra, & sicut nauis, quæ pertrãsit fluctuãtẽ aquã, cuius quũ præterieris, nõ est inuenire vestigiũ. Sic & nos nati, continuo desinimus esse. virtutis quidẽ nullũ signũ valemus ostẽdere, sed in malignitate nostra cõsumpti sumus. Cũ ingẽti turbatione recogitabũt quæ cũ nimia delectatione gesserunt, ut stimulus memoriæ pungat a pœnã, quos aculeus nequitiæ stimulauit ad culpã.

Eccle. 7
Esaiæ vlt.
Iud. 16
* al. exacerbabit pœna.
Sap. 4

De inutili pœnitentia damnatorum: cap. 3

Sap. 5
Luc. 23
Apoc. 6

Dicent intra se pœnitentiam agentes: Errauimus a uia ueritatis, & lumen iustitiæ non luxit nobis. Tunc incipient dicere mõtibus. Cadite super nos, & collibus operite nos. Pœnitebunt ad pœnam, sed non conuertentur ad ueniam, iustum est enim, ut q noluerunt cum bene potuerunt, quum uelint, non possint. Dedit enim dñus locũ pœnitentiæ, & ipsi abusi sunt eo. Propter ea diues qui cruciabatur in flãma, dicebat ad Abraham. Rogo te pater, ut mittas Lazarum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locũ tormentorum. Cui quum Abraham respondisset: Habent Moysen & prophetas, audiant illos, subiunxit. Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Agebat & ille pœnitentiam in inferno, sed quia cognoscebat illam inutilem, rogabat ut annun ciaretur, hoc fratribus suis, quatenus agerent pœnitentiam in hoc seculo fructuosam, quia tunc prodest homini pœnitere, quum potest ipse peccare.

Luc. 16

De pœnis inferni diuersis. cap. 4.

Pœnæ autem infernales secundum diuersa peccata sunt diuersę. Prima pœna est ignis. Secũda* frigoris. De his dixit dominus, Ibi erit fletus & stridor dẽtiũ. Fletus propter fumum ignis & Stridor dẽtiũ, propter frigus. Tertia erat fœtor. De his tribus dicitur in Psalmo: Ignis, sulphur & spiritus procellarũ pars calicis eorũ. Quarta, vermes indeficientes, Vnde Esaias, Vermis eorũ nõ morietur, & ignis eorũ non extinguetur. Quinta, mallei percutientes: Vnde dicit Salomon. Parata sunt damnationis iudicio* blasphematoribus, & percutientes mallei stultorum corporibus. Sexta, tenebræ palpabiles exteriores & interiores: Vnde Iob. p Terra miseriæ & tenebrarũ, vbi umbra mortis, &c. Et alibi; Vadã ad terrã tenebrosã, & opertã mortis caligine. Et in Psalmo: In æternum non uidebũt lumen, & alibi: impij in tenebris conticescent. Septima, cõfusio peccatorum: Tunc enim (vt legitur in Daniele) erũt libri aperti, idest, cõscientiæ hominum erunt omnibus manifestæ. Octaua, horribilis visio dæmonũ, qui uidebuntur in excussione scintillarum de igne ascendetiũ. Nona, igneæ cathenæ quibus impij singulis membris constringentur.

* al. frigus
Matth. 13
Psal. 10.
Isa. vlt.
Prou. 19
* al. derisoribus.
Iob. 10
Psa. 4.
1 Reg. 2
Dan. 7
Psal. 9.

Prima pœna est concupiscentium, secunda malitiosorum, tertia luxuriosorũ quarta inuidorũ & odiũ habentiũ, quinta eorũ, qui in hoc seculo per flagella nõ meruerunt castigari, quia tentauerunt & exacerbauerũt dominum in multitudine iniquitatũ suarũ. Vnde scriptũ est: Exacerbauit dominũ peccator, secundũ multitudinẽ irę suæ non requiret. Sexta eorum, qui in tenebris ambulantes, ad lumen verum scilicet Christum, uenire contempserunt, septima confitentiũ peccata sua, & pœnitentiam contẽnentiũ, octaua illorũ, qui in hoc seculo libenter uident mala, & faciunt. Nona illorũ qui

qui per singula vitia sunt defluxi, qui ambulant in desiderijs suis, & eunt post concupiscentias suas.

De ineffabili angustia damnatorum. cap. 5.

Sap. 5 VIdentes turbabũtur timore horribili gementes præ angustia spiritus, & dicentes, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improperij, nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniã & finẽ eorũ sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Supplicium erit malorum, intueri gloriam beatorum, licet fortè post finem giudicij. Beati quoque uisuri sunt reprobos in tormentis, secundum illud: Lætabitur iustus cum viderit vindictam impiorum, reprobi vero non sunt visuri beatos in gloria, secũdum illud. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Talia dicẽt in inferno peccatores, quoniam spes impij est tãquam lanugo, quæ à vento tollitur, & tanquã spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus à vento diffusus & tanquam memoria hospitis unius diei.

Psal 57
Isaiæ 16

De igne gehennali. cap. 6.

Sapien. 5 IGnis gehennæ nec lignis nutritur, nec flatu succenditur, sed à Deo creatus est inextinguibilis ab origine mũdi. Scriptum est enim. Deuorabit eũ ignis, qui non succenditur. Creditur autem esse sub terris, secundũ illud Esaiæ. Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui. Sed & omnis locus reprobis est pœnalis qui semper secum defert cruciatum, & vbique contra se tormentum incurrit. Producam (inquit) ignem de medio tui, qui comedet te Ignis autem gehennæ semper ardebit, & nunquam lucebit, sempre vret, & nunquam consumet, semper affliget, & nunquam deficiet. Est enim apud inferos sũma tenebrarum obscuritas, immensa pœnarum acerbitas, infinita miseriarum æternitas. Ligatis (inquit) pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores vbi erit fletus & stridor dentium. Singula mẽbra pro suis peccatis propria sustinebunt tormenta, vt in eo puniantur, in quo peccauerunt scriptum est enim. Per quæ peccat homo, per hæc & torquebitur. Vnde qui in lĩgua peccauerat, cruciabat' ĩ lingua. Propter qd ipse clamabat Pater Abraã, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguã meam, quia crucior in hac flamma. Per digitos intelligitur operatio. Digitis enĩ operamur. Quasi dicat. si minimũ operum Lazari haberem, minorem pœnam sentirem.

Ezech. 20.
Iob. 20
Isaiæ 14
Ezech. 28
Matth. 22
Sapi. 11

De tenebris inferni. cap. 7.

REprobi vero non solum exterioribus, sed etiam interioribus tenebris inuoluentur, quia spirituali pariter & corporali luce carebũt Scriptum est enim, Tollatur impius, nẽ uideat gloriam Dei, qui solus tunc erit in lucẽ sẽpiternã. Tãtã autẽ in pœnis reprobi tolerabunt angustiam, ut vix, aliquid cogitare ualebunt preter penas, sed illuc dirigent impetum cogitationis, ubi sentient uim doloris. Sæpè discipulus quidam fertur apparuisse magistro suo post mortem, Quem cum magister esse damnatum intellexisset, quæsiuit ab eo, si aliquæ quæstiones apud inferos uerterentur, Qui dicitur respondisse; Apud inferos quæritur solummodo quid non sit pœna. sed & salomon ait. Nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapiẽtia est apud inferos, quo tu properas. Erit enim tanta in reprobis mentis obliuio, tanta cæcitas animi, tanta confusio rationis, ut rarò uel nunquam ad cogitandum quicquam de Deo possint assurgere, nedum ad confitendum ualeant aspirare; Nam a mortuo tanquam ab eo qui non est, periit confessio. Scriptum est enim; Non mortui laudabunt te domine, neque omnes, qui descendunt in infernum; non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.

Luc. 16
Isa. 26.
ibid. 60
Exemplum cuiusdam discipuli.
Eccle 9.
Eccl. 17
Psal. 113.
Isa. 38.

De

De confusione pœnarum Cap. 8.

Iob.10 Dimitte me domine (dicit Iob) vt plã gam paululum dolorem meum ante quam vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Ordo quidem erit in quãtitate pœnarum, quoniam in qua mensura mẽsi fuerint, remetietur eis, ut qui grauius peccauerunt, grauius pun ẽtur. Luc. 6. Potentes enim potenter tormenta patiẽtur. Sap.6. Sed ordo non est in qualitate rerum, quia de aquis niuium transibunt ad calorem * nimium, *al ignis ut subita contrariorum mutatio grauiorem inferat cruciatum. Iob.1 Experimento cognoui, quod adustus, si frigidum statim adhibeat, ardẽtiorem sentiet cruciatum.

De indeficientia tormentorum. Cap. 9.

Psal.48 Sicut oues in inferno positi sunt, & mors depascet eos. Dictum est hoc a simili iumentorum, quæ non radicitus euellunt herbas, sed summitates sõlummodo carpunt, ut iterum herbæ renascantur ad pastum. Sic & impij quasi morte pasti, rediuiuiscent ad mortem; ut æternaliter moriantur. Ouidius. Sic inconsumptum Titij semperque renascẽs Sic perit, ut possit sæpè perire iecur. Tũc erit mors immortalis, tunc uiuent mortui, qui uitæ sunt mortui. Mors immortalis Quærẽt mortem, & non inuenient, quia uitã habuerunt & perdiderunt. Apoc.9 Audi Ioannẽ in Apocalypsi dicentem. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & fugiet mors ab illis. O mors quam dulcis esses quibus tam amara fuisti, te solam desiderabunt, qui te solam uehementer abhorruerunt.

Cur reprobi nunquam liberabũtur à pœnis cap. 10.

Psal. 102 Psal. 144 Sap.11 Isa 24 Nullus ergo sibi blandiatur, & dicat, quia Deus non in finem irascetur, neque in æternum indignabitur, sed miserationes eius super omnia opera eius. Quia cum iratus est, non obliuiscetur misereri, nec quicquam eorum, quæ fecit Deus, odiuit. Assumens in argumentum erroris quod ait dominus per Esaiam prophetã. Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur in carcerem, & post multos dies uisitabuntur. Homo nanque peccauit ad tempus, non ergo Deus puniet in æternum.

O spes inanis, ò falsa præsumptio. Nõ credat frustra errore deceptus, quod aliquo precio sit redimendus, quoniam in inferno nulla est redemptio. Congregabuntur ergo peccatores in lacum, & claudentur in carcerem, scilicet in inferno, in quo sine corporibus usque in diem iudicii torquebuntur, & post multos dies, postquã uidelicet resumẽt cũ corporibus suis in nouissimo die, uisitabũtur, nõ ad salutẽ, sed ad uindictã, quia post diẽ iudicii grauius punietur. Sic & alibi dicitur, Visitabo in uirga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorũ. Prædestinatis ergo Deus irascitur tẽporaliter, quia flagellat oẽm Deus filiũ quẽ recipit de quibus illud accipitur, Non in finẽ irascetur, &c. Reprobis autẽ Deus irascitur æternaliter, quia iustũ est, vt quod impius in suo præuaricatur æterno, Deus vlciscatur in suo æterno. Nã licet peccãdi facultas illũ dimittat, ipse tamen nõ dimittit voluntatẽ peccãdi. scriptum est enim: superbia eorũ, qui te oderunt ascendit semper. Nã non humiliabuntur reprobi iã desperati de venia, sed malignitas odii tantũ in illis excrescet, ut uelint illum omnino non esse, per quẽ sciunt se tã infeliciter esse. Maledicent altissimo, & blasphemabunt excelsum, conquerentes eũ esse malignũ, qui creauit illos ad pœnam, & nunquã inclinatur ad veniã. Audi Ioannẽ in Apocalipsi dicentẽ, Grando magna descẽdit de cœlo in homines, & blasphemauerũt homines Deũ propter plagã grandinis, quoniã magna facta est uehementer. Voluntas ergo damnati, licet amiserit potestatis effectũ, semper tamẽ habebit mali gaudiis affectum, & ipsa erit in inferno suppliciũ, quæ fuerat in mundo peccatũ

licet

licet forsan & ibi peccatum sit, sed non meritum pœnæ: Impius ergo quia semp habebit in se reatū ex culpa, semper sentiet* contra se esse cruciatū ex pœna, qa quod ipse per pœnitentiam non deleuit Deus per indulgentiā non remittet. Ad magnam ergo pertinet iustitiā iudicādis ut nunquam careant in gehenna supplitio, qui nunquam carere uoluerunt in uita peccato. Voluissent utique si potuissent sine fine uiuere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quod in peccato semper uiuere uolunt, qui nunquā desinunt peccare dum uiuunt.

Testimonia de suppliciis æternalibus. ca. 11.

Esa. 33. & 65. Quis (inquit Esaias) poterit habitare de vobis cum ardoribus sempiternis? Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die & nocte, & non extinguetur, sed ascēdet fumus eius in sempiternum. Hieremias quoq; ait: Dabo uos in opprobriū

Hier. 25 sempiternum & ignominiā æternā, quæ

Dan. 12 nunquam obliuione delebitur. Et Dani

Prou. 9 el ait: Qui dormierunt in puluere terræ euigilabunt, alii in uitam æternam, alii in opprobrium, ut uideant semper. Salomon quoque, ... mortuo, inquit, homine impio nulla spes erit de eo. Huic extemplo ueniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam. Et Io

Apoc. 4 annes Apostolus. Si quis, ait, adorauerit bestiam & imaginem eius, hic bibet de uino iræ Dei, & cruciabitur igne & sulphure; & fumus tormentorum ascendet in secula seculorum, nec habebit requiē

* Al. damnandos. die ac nocte, qui adorauerit bestiā & imaginē eius. Confirmat hæc ueritas, quæ*

Matth. 25 dānatos in iudicio sententialiter reprobabit,

Deut. 19 dum dicet: Ite maledicti in ignem æternū, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Si ēm diuinū iudicium in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum, quanto magis in ore tot & tantorū uirorum de proposita ueritate constabit.

De die iudicij. cap. 12.

Ecce ergo dies domini ueniet crudelis, & indignationis plenus, iræ & furoris, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Et uisitabo super orbem mala, & contra impios iniquitatem eorum. Et requiescere faciā superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor homi nis tabescet & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturientes dolebunt, unusquisque ad proximum suū stupebit, facies combustæ uultus eorum. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris, quia consummationem cum festinatione faciet dominus cunctis habitantibus terrā. Et superueniet repentina dies illa tanq laqueus in omnes, qui sedent super faciē orbis terræ. Quoniam sicut fulgur exit ab oriente & apparet usque in occidentē ita erit aduētus filii hominis. Dies enim domini sicut fur in nocte ita ueniet. Et cum dixerint pax & securitas, tunc repētinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Esa. 13 Soph. 1 Luc. 21 Matth. 24 1. Thess. 5

De iudicium præcedente tribulatione. ca. 13.

Præcedet autem tribulatio magna qualis nūqnam fuit ab initio mūdi usque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Surget enim gens contra gentem, & regnum aduersus regnum & terræ motus erunt magni per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, q̄ superuenient uniuerso orbi. Surgent n. Matth. 24

pseudo xpi & pseudoprophetæ,& dabũt signa magna & prodigia, ita ut in errorẽ deducantur, si fieri põt, etiã electi. Tũc reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur sup omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ut in tẽplo Dei sedeat, ostendens se tãquam sit Deus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Mittetur aũt Helias propheta, priusquam ueniat dies domini magnus & horribilis, & cõuertet corda patrum ad filios, & cor filiorũ ad parentes. Cum quo ueniet & Enoch,
Malac 4 & prophetabunt diebus mille ducentis & sexaginta amicti saccis. Et cũ finierint testimoniũ suũ, bestia quæ ascendet de abysso, faciet aduersus illos bellum, & uincet illos & occidet, & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi dominus illorum crucifixus est
Apoc. 1 Et post tres dies & dimidium spiritus uitæ intrabit in eos.

De signis iuditium precedentibus. Cap. 14

Manh. 24 Statim aũt post tribulationẽ dierũ illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorũ mouebuntur. & tunc apparebit signum filii hominis in cœlo. Et tunc plangent
Apoc. 4 se super se oẽs tribus terræ: Reges terræ & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber abscondent se in speluncis & in petris montiũ, & di
Matth. 24 cent mõtibus & petris, Cadite super nos
1. Thess. 4 & abscondite nos a facie sedentis super thronũ, & ab ira agni, quoniã uenit dies magnus iræ ipsorum. Et qs poterit stare Et mittet angelos suos cũ tuba & uoce magna, & congregabũt electos eius a quatuor uentis, & summis cœlorũ usque ad
Ioan. 13 terminos eorũ. Tunc ipse dñs in iussu & uoce archangeli & in tuba Dei descẽdet de cœlo. Et oẽs, qui in monumentis sũt, audient uocẽ filii Dei, & procedent boni in resurrectionem uitæ, mali uero in ĩ resurrectionẽ iudicii. Mors & infernus dabunt mortuos suos, qui in ipsis erũt. Ecce uenit in nubibus, & uidebit omnis oculus, & qui in eũ pupugerunt, & plãgent oẽs tribus terræ, & tunc uidebunt filiũ hoĩs uenientẽ in nubibus cum uirtute multa & potestate magna & maiestate. Veniet aũt dñs ad iudiciũ, non solũ cũ angelis & apostolis, sed & cum senatoribus populi sui. Vnde ait Salomõ. Nobilis in portis uir eius, qñ sederit cũ senatoribus terræ. Sedebunt n. & ipsi super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Aspiciebã, inquit Daniel, donec throni positi sunt, & antiquus dierũ sedit. Vestimentũ eius quasi nix cãdidum, & capilli capitis eius quasi lana munda Thronus eius flammæ ignis, rotæ eius quasi ignis accẽsus, fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius Psal. 49
Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Vnde ait & Psalmista; Deus noster manifeste ueniet. Deus noster & non silebit. Ignis incõspectu eius ardebit. & in circuitu eius tẽpestas ualida Nubes & caligo in circuitu eius. Iustitia & iudicium pręparatio sedes eius, & aduocauit cœlũ desursum, & terram ut discernat populum suum. Nam congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas ab inuicẽ, sicut Matth. 2
pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues qdẽ a dextris, hœdos aũt a sinistris

De potest. sapiẽtia & iustitia iudicis. c. 15

Quantus tunc erit timor & tremor, quantus erit fletus & gemitus. Nã si colũnæ cœli cõtremiscunt & pauent ad nutũ eius Iob. 26
& angeli pacis amare flebũt, peccatores Esa. 33
aũt quid faciẽt? si iustus uix saluabitur, impius & peccatores ubi parebunt? Propterea clamat Propheta Ne intres in iudicium cũ seruo tuo dñe, quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuẽs. Si enim iniquitates obseruaueris dñe, qs sustinebit? Quis. n. non timeat iudicẽ potentissimũ, sapientissimũ, & iustissimũ, Potentissimũ, quẽ nemo potest effugere, sapientissimũ, quẽ nemo potest latere, iustissimũ, quẽ nemo potest corrumpere. Si fortitudo quæritur, robustissimus est sapiens corde, & fortis robore. Si æquitas iudicii, nemo audebit pro me testimonium reddere Si iustificare me uoluero, os meum condemnabit me: Si innocentem ostendero, prauum

me comprobabit, & si simplex fuero. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Qui uocat stellas, & dicūt. Adsumus. Qui facit angelos suos spūs & ministros suos * flāmā ignis. (*al. ignem urentem.) Cuius uolūtati nihil omnino resistit. Cui nullū uerbū est impossibile cui flectitur oē genu, cœlestiū, terrestriū & infernorū. Hunc ergo nemo potest fugere, sicut dicit propheta: Si ascendero in cœlum, tu illic es si descendero ad infernum ades. Ipse scrutatur renes & corda, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. (Psal. 138) Qui pluuiæ guttas & arenam maris dinumerat. Deus sciens tiarū dñs, præscius omnium, & cōscius singulorū, occultus occultorum oīum indagator. Hunc ergo nemo potest latere, sicut dicit Apost. Non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Ipse est iudex iustus fortis, & longanimis, qui nec prece, nec precio, nec amore, nec odio declinat a semita rectitudinis, sed uia regia semper incedens, nullum malum præterit impunitū, nullum bonū irremuneratum relinquit. Hunc ergo nemo potest corrumpere, iuxta quod dicit Ps. Tu redd des singulis secundum opera sua. (Hier. 17; Heb. 4; Eccle 12; Heb. 4; Psal. 7)

De diuino iudicio. cap. 16.

Quis autem non timeat illud examen, in quo idem erit & accusator & aduocatus, & iudex? (Psal. 61) Accusabit enim dum dicet. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere. Aduocabit, quum subdet. Quamdiu non fecistis uni de minimis meis his, nec mihi fecistis. Iudicabit, quum inferet. Discedite a me maledicti in ignem æternū. Non erunt testes in illo iudicio necessarii, quia tunc manifesta erunt abscondita tenebrarum. Nihil enim occultum, quod non reuelabitur; Tunc erunt libri conscientiarum aperti, & iudicabuntur mortui ex his, quæ scripta sunt in libris. secundum opera ipsorum. Opera enim ipsorum sequuntur illos. Quātus erit pudor in peccatoribus quanta confusio erit, quum eorum nefandissima crimina cunctis erunt liquida & manifesta. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sūt peccata. Ab illa enim sententia nunquā poterit * prouocari (*al. reuoca uel appellari.) Quia pater omne iudicium dedit filio suo. Qui claudit & nemō aperit, aperit & nemo claudit. Os u. domini locutum est.

Quod nihil proderit damnatis. ca. 17.


Tunc non proderunt opes, non defendent honores, nō suffragabūtur amici. Scriptum est enim: Argentum eorū, & aurum eorū nō ualebit eos liberare in die furoris domini. Flebunt & plangent omnes reges terræ, quum uiderint fumum incendii, propter timorem tormētorum eorum. Quid ergo facietis in die furoris dñi, in die uisitationis & calamitatis, de longe uenientis? ad cuius fugietis auxilium? Vnusquisque onus suū portabit. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. O quam durum & districtum iudicium, in quo non solum de factis, sed de omni uerbo ocioso quodcunque loquuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die iudicii. in quo usque ad nouissimum quadrantem exigetur debitum cum usuris. Quis ergo fugere poterit a uentura ira? (Matth. 13) Mittet ergo filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & (Ibid. 8; Luc. 3) eos qui faciunt iniquitatem & alligabūt fasciculos ad comburendum, & mittent eos in caminum ignis ardentis: ibi erit fletus & stridor dēuum, gemitus & * ululatus, luctus & cruciatus, stridor & clamor, timor & tremor, dolor & labor, ardor & fœtor, obscuritas & anxietas, acerbitas, & asperitas, calamitas & egestas, angustia & tristitia, obliuio & confusio, tortiones & punctiones, amaritudines & terrores, fames & sitis, frigus, & cauma, sulphur & ignis ardens in secula seculorū. (Philip. 2; Luc. 22) Vnde liberet nos Deus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Libri tertii finis.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. ANTE SACRI CONCILII LATERANENSIS, QUOD IPSE CONUOCAUERAT, INCHOATIONEM, SERMO PARENETICUS.

Sacri concilij Lateranensis causam desideriumq; exponit, triplex Pascha, idest, triplicem transitum constituens, eumq; exponens: Pascha in scripturis multifariam accipi: desiderium item duplex quodnam sit.

Desiderio desideraui hoc Pascha manducare uobiscum, antequam patiar, idest, antequam moriar. Lucæ xxij.

Psal. 118 VIA mihi uiuere Christus est, & mori lucrum, non abnuo si dispositum est a Deo, bibere calicem passionis, siue pro defensione fidei catholicæ, siue ꝓ subsidio terræ sanctæ, siue ꝓ statu eccles. libertatis mihi fuerit ꝓpinatus q̄q̄ desiderē in carne ꝑmanere, donec consumetur opus inceptū. Veruntñ non mea, sed Dei uoluntas fiat Et ideo dixi uobis, Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscū, anteq̄ꝫ patiar. Multa sunt & uaria
Cant. 2 hominū desideria, quis ea sufficit explicare Omnia tñ reduci possūt ad duo spūritua'e uidelicet & carnale. Spūale, quod de cœlestibus & æternis. Carnale uero, de tempalibus & terrenis. De isto Propheta dicit in Ps Concupiuit aīa mea desiderare iustificationes t uas in oī tempe. Et spōsa dicit in Cant Sub umbra illius quē de
1. Pet. 2 siderauerā, sedi & fructus eius dulcis gu
Eccl. 23 turi meo De illo dicit Apostl Desideria
Psal. 38 carnis fugite, q̄ militant aduersus aīam. Et alius, Desider. ū malignū longē fac a me Ego aūt illius innocē testimoniū, q testis est in cœlo fidelis, quod non carnali, sed spūali desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū: non pp commoditatē terrenā, aut gloriā tēporalē, sed pp reformationē uniuersalis Ecclesiæ, ad liberationē potissimū terræ sanctæ, Propter quæ duo principaliter & præcipue hoc sacrū conciliū conuocaui Sed forte diceres. Quid est hoc pascha qđ desideras manducare nobiscū? Pascha nāq; diuersis modis accipitur in scripturis diuinis. Pro die, vnde appropinquabit dies azimorum, qui dr̄ Pascha. Pro hora unde.
Luc. 22 Quartadecima ad uesperā Pascha dñi est Pro agno, unde Venit dies azimorum,
Leuit. 23 qn̄ necesse erat occidi pascha. Pro azimo unde. Non introierunt prætoriū, ut non
Luc. 3 contaminarentur, sed comederēt pascha
Ioan. 18 Pro festo, unde. Ante diem festū paschæ
Ioan. 13 sciens Iesus, quia uenit hora eius, ut trā
1. Cor. 5 seat de hoc mundo ad patrē. Et ꝓ ipso Christo, unde, pascha nostrū immolatus est Christus, Sane pascha Hebraice dr̄ phase, quod est transitus, Grece uero a paschin, quod est pati, q̄ per passiones debemus trāsire ad gloriā, sm quod ueritas ipsa dicebat. Oportebat pati Christū & sic intrare in gloriā suā. Quia si uolumus conregnare, oportet & cōpati, licet non sint condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur i nobis Hoc pascha, quod est phase, i. transitus, desiderio desideraui mãducare vobiscū. De quo in Exo dicitur. Comedent festinanter. Est enim phase, i. transitus domini. Legitur quippe in libro regum, & in Paralipomenon apertissime continet quod 18. anno regni Iosie regis, restauratū est templum, & celebratū est phase, quale non fuit factū in Israel a diebus iudicū atque regū Vtinā hæc historia instantis ip̄s sit parabola, ut in hoc nostri ponti-

tificatus anno 18. templum dñi quod ẽ ecclesia, restauretur, & celebretur phase siue pascha, uidelicet hoc solenne conciliũ, per quod fiat transitus de uitiis ad uirtutes, quale reuera nõ fuit factũ in Israel a diebus iudicũ atque regũ, i. a tẽ
Matth. 13 poribus patrũ sanctorũ atque catholicorũ principũ, in populo xpiano, Deũ uidente per fidẽ. Et ego pro certo spero in eo, q̃ suis promittit fidelibus, dicens, Vbicunque duo uel tres cõgregati fuerĩt in noĩe meo, ibi in medio eorũ sum, q̃a ipse in medio nostrũ adest, ad celebrandũ hoc pascha, qui cõgregati sumus in hac saluatoris basilica, in nomine saluatoris, p his quæ pertinent ad saluẽ. Triplex aũt pascha siue phase desidero uobiscũ celebrare, corpale, spũale, æterna le. Corpale ut fiat trãsitus de loco ad locũ, p miserabili Hierlẽm liberãda. Spirituale, ut fiat transitus de statu ad statũ p uniuersali eccl. reformãda. Aeterna le, ut fiat transitus de uita in uitã, p cœlesti gloria obtinenda. De corpali transitu clamat ad nos miserabiliter Hierusalẽ in Threnis per Hier: O uos oẽs q̃ transitis per uiã, attendite & uidete, si est dolor similis, sicut dolor meus. Ergo trãsite ad me oẽs, qui diligitis me, ut a tãta miseria me liberetis, Ego n. qui solebã esse domina gentiũ, mõ facta sũ sub tributo, q̃ solebã esse plena populo, modo sedeo quasi sola. Viæ Sion lugent, eo q̃ nõ sint, q̃ ueniant ad solennitatẽ, facti sunt hostes eius in capite, loca sancta p phanata sunt uniuersa & sepulchrũ dñi est ingloriũ, quod solebat esse gloriosũ. Vbi colebatur unigenitus Dei filius Iesus Christus, mõ colitur filius pditionis Machometus. Insultaut mihi filii alieni, & Iproperãt lignũ crucis, dicentes: Confidebas in ligno ecce nũc adiuuet, si põt. O quantus pudor, quãta confusio
Psal. 86 quantũ opprobriũ quod filii ancillæ, uilissimi Agareni detinẽt matrẽ nostrã, ma
Psal. 73 trẽ uniuersorũ fideliũ ancillatã. Illã utique de qua dicit Ps. Mater Sion dicet hõ & homo natus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus, ubi Deus rex noster ante secula saluẽ in medio terræ dignatus est operari. Quid itaque faciemus? Ecce ego dilecti fratres totũ me uobis cõmitto, totũ me uobis expono, paratus iuxta consiliũ uestrũ, si uideritis expedire, psonal ẽ subire laborẽ, & transire ad reges & principes & populos & nationes. Adhuc aũt & ultra, si clamore ualido eos ualeã excitare, ut surgant ad dñi prœliũ pliandũ, & uindicandã iniuriã crucifixi, qui ppeccatis nostris eiectus est de terra, & de se de sua q̃ sanguine cõparauit, & in qua uniuersa redẽtionis nostræ sacramẽta p egit. Quicquid tamẽ egerint alii, nos sacerdotes dñi hoc negociũ specialiter assumamus subuenientes & succurrẽtes in psonis & rebus necessitatib. terræ sanctæ ita quod nullus omnino remaneat, q̃ nõ
sit particeps tanti operis, ne sit expers tãtæ mercedis. Nã & olim in simili casu p sacerdotes fecit Deus saluẽ in Israel, qñ per Machabæos, utique sacerdotes, filios Mathatiæ, liberauit Ierusalẽ & templũ de manib. impiorũ. De spũali uero transitu dominus ait ad uirum uestitũ lineis habentem atramentarium scriptoris ad renes. Trãsi per mediam ciuitatem, & signa Thau super frontes uirorum gemẽtium atque dolentiũ, super cunctis abominationib. quæ sunt in medio eius. De inde dixit sex uiris habentibus uasa interitus in manibus suis. Transite per ciuitatẽ, sequentes eum, & percutite oẽm, super quẽ nõ inueneritis Thau. Nemini parcat oculus uester. & a sanctuario meo ĩcipite. Vir uestitus lineis hẽns atramẽtariũ scriptoris ad renes eius is dẽt esse, q̃ loquaẽ, uir uir utib. uirẽs, qualis erat ille, de quo dicit scrip. Vir erat in terra hus noĩe Iob. & erat uir iste simplex & rectus, ac timens Deũ, & recedẽs a malo. Vestitus in eis, i. honestis morib. & bonis operib adornat iuxta q̃ alibi dr. Oĩ tẽpe uestimẽta tua sint cãdida, i. opa tua mũda. Linũ n. mũditiã & honestatẽ designat, ppter candorẽ ad quẽ, per carnis macerationẽ & contritionẽ pducitur, de quo uestis sacerd. fiebat in lege. Scriptor aũt egregius & summus spũssanctus est, digitus Dei, quo scriptæ fuerunt duæ tabulæ testamenti. De quo dicit Ps. Ligua mea calamus scribæ uelociter scribẽtis. huius scriptoris atramentariũ est donũ sciẽ, de quo per calamum linguæ atramentum doctrinæ proferitur, & in cordis superscribitur per

Marginal notes (right column): *1. Mach. 4* (beside "sit particeps tanti operis"); *Ezech. 9* (beside "cat oculus uester"); *Iob. 1.* (beside "dicit scrip. Vir erat in terra hus").

pergameno. In renibus sedes est deside
Exo 12. rii, de quibus dñs pcipit; Renes uestros
Psalm. 25. accingetis. Et psalmista orabat ad dñm:
Vre renes meos & cor meũ. Ille igitur
habet atramẽtariũ scriptoris, qui per do
nũ scientiæ sibi a spiritu sancto datũ de
sideria carnis cohibet & restringit, ut ui
ta non discrepet a doctrina, ne sibi ipsi
dicatur; Medice cura te ipsum, qui præ
dicas nõ furandũ furaris? q dices non
mœchandum, mœcharis? Propterea Ve
Luc. 4. ritas ait. Sint lumbi uestri pcincti, & lu-
Rom. 2. cernæ ardentes in manibus uestris. Hic
Luc. 12. transire præcipitur per mediã ciuitatẽ, &
signare Thau super frontes virorum ge
mentium & dolentiũ. T est ultima lite
ra hebraici alphabeti, exprimens formã
crucis, qualis erat, antequã domino cru
cifixo Pilatus titulũ superponeret, quã
& sanguis agni positus super utramque
postem, & in superliminaribus domorũ
mirifice designabat. Hoc signum ge
rit in fronte, qui uirtutem crucis osten-
dit in opere, ut, iuxta quod dicit Apo-
stolus, Cruci figat carnẽ suam cum uitiis
& concupiscentiis; idemque cum aposto
lo dicat, Mihi absit gloriari, nisi in cru
ce dñi nostri Iesu Christi, per quem mi
hi mundus crucifixus est, & ego mũdo.
Gal. 5. Tales profecto dolent & gemunt super
Gal. 6. cunctis abominationibus, quæ fiunt in
medio ciuitatis, quia peccata proximo-
rum, fixoria sunt iustorũ. Quis, inquit
2. Cor. 11 apostolus, infirmatur, & ego non infir
mor? quis scandalizatur, & ego nõ uror?
Vir ergo uestitus lineis, habens atramẽ
tarium scriptoris ad renes, debet transi-
Esa. 5. re per mediã ciuitatẽ, & signare Thau
super frontes virorum gementiũ & do-
lentium super cunctis abominationi-
bus, quæ fiunt in medio eius, quoniam
summus pontifex, qui super domũ Isra
el constitutus est speculator, transire de
bet per uniuersam Ecclesiam, quæ est ci
uitas regis magni, ciuitas posita supra
montẽ, inuestigando & inquirendo me
rita singulorũ, ne dicant bonũ malum,
uel malum bonum, ne ponãt tenebras
lucem, & lucem tenebras, ne mortificẽt
Ezec. 23 animas quæ non moriuntur, aut uiuifi
cent animas, q̃ nõ uiuũt. Et ideo ut di
stinguat & discernat ĩter illos & istos, de
bet signare Thau super frõtes uirorũ ge Luc. 1.
mẽtiũ & dolẽtiũ quatenus ostẽdat eos, Psal. 6.
q dolẽt & gemũt super abominationib.
q̃ in medio eccl pperrãtur, signatos esse
Thau ĩ frontibus suis. tales pfecto pro
culpa dolẽt & p infamia gemũt, super
abominationib. q̃ fiũt i medio ciuitatis
qm ĩ tãtũ iã pcessit abominatio q & ĩ
famis est culpa, & est culpa infamia. Vn
de si foderimus studiose parietem, sicut Ezech. 12
pph pcipitur, uidebim' abominationes
maiores, abominationes pessimas, quas
nõnulli exercent in templo. Sex uiri ha
bentes uasa ĩteritus unusquisque ĩ manu
sua. uos esse debetis viri virtutũ, sex quidẽ
pp numeri sacrũ, ut pfecti sitis in ope
ac serm: Senarius n. numerus est pfectus
eo q redditur ex suis partibus aggrega
tis: Vnde sexta die per fecit Deus cęlũ &
terrã & omnem ornatũ eorũ, & cũ ĩ ple
nitudine tpis sexta uenisset ætate, sexta
die, sub ora 6. genus redemit humanũ. I
deoque sex ultima uerba dixit in cruce.
Vas ĩteritus q tenere debetis ĩ manibus Gen. 1.
uestris ad ĩterimendum scelestos, ẽ pont.
authoritas, q̃ exercere debetis ĩ ope ad
perimendum iniquos, exemplo psalmi
stæ dicentis. In matutino ĩterficiebã oẽs
peccatores terræ, ut disperderem de ciui Psal. 100.
tate dñi omnes operãtes iniquitatem. De Psal. 7.
his uasis alibi dicitur, Tetendit arcum
suũ, & parauit illũ, & ĩ ipso parauit uasa
mortis, sagittas suas ardẽtibus effecit. Vo
bis ergo pcipitur. Trãsite q mediã ciuita
tẽ, sequentes eũ, summũ uidelicet sacerdo
tem, q̃si ducẽ, prĩcipẽ & magistrũ, ut p-
cutiatis intercidendo & suspendendo,
excoĩando & deponendo, put culpæ q̃li
tas postulauerit, Oẽm sup quẽ nõ ĩuene
ritis Thau signatũ ab ipso, q claudit & ne
mo apit, apit & nemo claudit signatis. n. Apoc. 3.
nocendũ nõ est iuxta, q alibi dicit Noli
te nocere terre, neq; mari, neq; arborib.
quoadusq; signemus seruos Dei nostri ĩ Apoc. 17.
frõtibus eorũ. De cæteris aũt dicit. Nemi Exo. 32.
ni parcat oculus uester, ut nõ sit ĩ uobis
personarũ acceptio, recolentib. illud, q
Moyses legit dixisse Leuitis. Si qs ẽ dñi,
iungatur mihi, ponat uir gladium su-
p fœmur suum. Ite & redite de porta usq;

ff 3 ad

ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem & amicum & proximum suum. Feceruntque filii Leui iuxta sermonē Moysi. Et uos similiter faciatis. Porro, sic percutite, ut saneris: sic occidite, ut uiuificetis, eius exemplo qui ait. Ego occidam, & ego uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo, Et a sanctuario meo, inquit, incipite. Tempus enim est, sicut b. Apostolus ait, ut iudicium incipiat a domo domini. Nam omnis in populo corruptela principaliter procedit a clero, quia si sacerdos, qui est unctus, peccauerit, facit delinquere populum: quippe dum laici uident turpiter & enormiter excedentes, & ipsi eorum exemplo ad iniquitatem & scelera prolabuntur. Cūque repræhēduntur ab aliquo, protinus se excusant, dicentes; Non potest filius facere nisi quod uiderit patrem facientē & sufficit discipulo, si sit, sicut magister eius. Impletum est illud propheticum: erit sicut populus sic sacerdos. Quinimo erubesce Sidon, ait mare. Hinc etiam mala prouenerunt in populo christiano. Perit fides, religio deformatur, libertas confunditur, iustitia conculcatur hæretici pullulant, insolescunt schismatici, perfidi sæuiunt, præualent Agareni. De transitu autem æternali dominus ait: Beati sunt serui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis. De hoc transitu sanè martyres gloriantur in Psalmo, dicentes, Transiuimus per ignē & aquam, & induxisti nos in refrigeriū hoc Pascha præ cæteris desidero manducare uobiscum in regno Dei; Est autem manducatio corporalis & spiritualis. De illa dicitur. Date illis manducare. De ista dicitur. Macta & manduca, item manducatio culpæ, & manducatio pœnæ. De illa dicitur. manducauerunt sacrificia mortuorum. De ista legitur, Gladius meus manducabit carnes. Rursus, est manducatio doctrinalis, & est manducatio pœnitentialis. De illa dicitur. Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. De ista legitur. Cinerem sicut panem mādu cauerunt. Est præterea manducatio Eucaristiæ, & manducatio gloriæ. De illa dicitur, Qui manducat me, uiuet uiuet propter me. De ista legitur. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. hac ultima manducatione præcipue desidero manducare nobiscum, hoc Pascha, ut trāseamus de labore ad requiem, de dolore ad gaudium, de infelicitate ad gloriam, de morte ad uitam, de corruptione ad æternitatem. Præstante domino Iesu Christo cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Deut. 32; Ezech. 9; 1. Pet. 4; Leuit. 4; Ioan. 5; Osee 4; Esa. 23; Luc. 12; Psal. 65; Ioan. 4; Ioan. 6; Luc. 16 44

D. INNOCENTII PAPAE III. SERMO SUB CONCILIO SACRO Lateranensi habitus.

De operatione & doctrina, quæ debent inesse sacerdoti, de præmio præsentis uitæ & futuræ de dormitione mortis & uitæ corporalis & spiritualis, de triplici somno, de naturalibus uiribus animæ & animalibus defectibus eius, a quibus dormire debeamus, de triplici hæreditate, de pennis deargentatis contemplationis & doctrinæ, qualiter orandũ, & quæ in oratione sint cauenda, denique ab omni concupiscentia rerum, & mulierum abstinendum esse.

Psal. 67 Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ & posteriora dorsi eius in specie auri.



DVO sunt nobis ad meritum necessaria, uita scilicet & doctrina. Alterum propter nos, alterum propter proximos. Cępit enim Iesus docere & facere, nobis relinquens exemplum, ut sequamur uestigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, peccatum non fecit, ut sit honestas in uita, nec inuentus est dolus in ore eius, ut sit ueritas in doctrina: Quæ duo commendantur nobis in uerbis propositis. De uita præmittitur; Si dormiatis. De doctrina subiungitur, inter medios cleros. Hinc est igitur, quod a ueste pontificali dependebant mala granata, cum tintinnabulis aureis. Per malum granatum accipitur operatio, per tintinnabulum aureum intelligitur prædicatio, quæ duo debent in sacerdote coniũgi, ne sine illis ingrediens sanctuarium, moriatur. Quia uero per meritum peruenitur ad præmium, recte post meritum promittitur præmium. Quod & duplex promittitur, unum in præsenti, & alterũ in futuro, Pietas enim promissionem habet uitæ, quæ nunc est, & futuræ, ut centuplum accipiat, & uitam æternam possideat. Centuplum in præsenti, uitam æternam in futuro. De præsenti præmittitur: Pennæ columbæ deargentatæ. De futuro subiungitur. Et posteriora dorsi eius in specie auri. Quoniam misericordiam & ueritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Gratiam in præsenti præstat ad meritum, gloriam in futuro præstabit ad præmium. Est autem duplex dormitio, una mortis, altera uitæ sed utraque diuiditur. Nam alia est dormitio mortis corporalis, & hæc est pœna. & alia dormitio spiritualis, & hæc est culpa. De prima dominus inquit apostolis: Lazarus amicus noster dormit. Et Apostolus ait. Nolo uos ignorare de dormientibus &c. De secũda dicit. Dauid. Nũquid qui dormit nõ adijciat, ut resurgat? Et Apost. inquit, Surge qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

Marginal notes: *Duo sacerdoti ad meritum necessaria* — *1. Pet. 2* — *Exo. 39* — *1. Tim. 4* — *Psal. 83*

Hoc autem tribus modis admittitur per ignorantiam, negligentiam & concupiscentiam. De somno ignorantiæ dicit Psal. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. De somno negligentiæ Salomõ ait. Vsquequo piger dormis? quando consurges de somno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas, ut dormias, & ueniet tibi quasi uiator egestas, & pauperies quasi uir armatus. De somno concupiscentiæ dicit Dauid dormierunt somnũm suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Cæterum dormitio uitæ duplex quoque legitur in scripturis. Vna uitæ corporalis, proueniens ex natura. Altera uitæ spiritualis, procedens ex gratia. De prima dñs dixit apostolis. Dormite iam & requiescite De secunda sponsa dicit in Canticis Ego dormio, & cor meum ui-

Marginal notes: *Psal. 12* — *Prou. 6* — *Psal. 75*

gilat. Sic & nos charissimi uigilemus & dormiamus, sed dormiamus a malis, & uigilemus in bonis. Siquidē uitæ perfectio in duobus cōsistit, in declinādis uitiis, & in exercendis uirtutibus, ſm illud Diuerte a malo, & fac bonū. per alterū vitamus suppliciū, per alterū acquirimus præmiū. Quæ duo p dormitionē cōuenienter intelliguntur. Sōnus enim, ut asserunt, q de rerū naturis edisserūt, est quies animaliū uirtutū, cū intentione naturaliū. Nos aūt qui spūales sumus, spūaliter has in spū possumus inuenire. Sūt n. tres naturales uires in aīa, uis rationalis vis cōcupiscibilis, uis irascibilis. Rationabilitas quasi uis digestiua, quæ discernit inter bonū & malū inter lucē & tenebras inter sanctū & prophanū. Cōcupiscibilitas, quasi uis appetiua, bonū elegit, lucē appetit, & sanctū inquirit. Irascibilitas, quasi uis expulsiua, malū abiicit, tenebras repellit, & pphanū respuit. E cōtra sunt tres aīales defectus in aīa, ignorantia, negligētia, & cōcupiscentia. Contra rationabilitatē, est ignorantia, cōtra irascibilitatē, negligentia, contra concupiscibilitatē, concupiscentia. Ab his tribus uitiis maxime nobis ē dormiēdū. Nā ex negligētia pcedit delictū, ex cōcupiscētia pcedit peccatū, ex ignorātia puenit delictū atque peccatū. Differt enim inter delictū & pcūm Quia delictū in omittēdo pcūm a cōmittēdo cōsistit. Delictū utiq; est, nō facere faciendū peccatū uero, agere non agendū. Dormiendū est nobis ab ignorātia pſertim ab ignorātia mādatorū, in pceptis diuinis, & officiorū, in sacris eccles. q duo sine periculo nō possumus ignorare. Scriptū est n. ipsi uero nō cognouerūt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibūt in requiē meā. Nescierūt neq; intellexerūt, in tenebris ambulāt. Ait aūt Deus pphetæ. Tu sciam repulisti, & ego te repellā, ne sacerdotio fungaris mihi. Et populus meus captiuus du- 1. Cor. 2.
ctus est, qa nō habuit sciam. Nobiles ei⁹ īterierūt fame, & multitudo eius siti exaruit. Noluit ītelligere, ut bene ageret, iniquitatē meditatus ē in cubili suo. Nā si cognouissent, nunq̄ dnm gloriæ crucifixissent. Caueamus igitur nos pcipue ignorantiā, qbus datū est ex offic. nosse misteria regni Dei, cæteris aūt in parabolis Nos n. debemus esse boues arātes, cæteri sunt asinæ iuxta pascētes. Nos psallētes Deo repmittimus In tuis iustificatio nib meditabor, nō obliuiscar serm. tuos Nos debemus esse lux mūdi. Si uero lumē, q in nobis est, tenebræ fiāt, tenebræ quātæ erunt. Nos debemus esse sal terræ Quod si sal euanuerit, in quo saleitur? Ad nihilū ualet ultra. nisi ut mittatur foras, & cōculcetur ab hoībus. Quiescat igitur ignorātia, & rationabilitas imēdatur, ſm illud. Rationabile sit obsequium uestrū Et, Parati sitis reddere rationē oī poscēti uos de ea, q in uobis est fide. Hoc n. est logion siue rationale, q pōtifex ferebat in pectore, in quo scriptū est purin & thumin, i. manifestatio & ueritas. Nā in pectore sacerdotis manifesta debet esse cognitio ueritatis, ſm illud proph. Labia sacerdotis custodiunt sciam & legem exquirunt ex ore eius quia angelus dni exercituū est. Erat aūt rationale quadrangulū, quia sacerdos debet discernere inter quatuor, inter uerū & falsum, ne deuiet in credēdis inter bonū & malum, ne deuiet in agendis. Erat & duplex. qa dēt discernere p duobus, pro se, & p populo, ne. si cæcus cæcū duxerit ambo in foueā cadant. Dormiamus ergo ab ignorātia, quia non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Nō dormitabit a pœna, nisi nos dormiamus a culpa Dormiēdum est quoq; nobis a negligentia, præsertim in oratione, quæ spectat ad dnm & correctione, q̄ spectat ad pximū, quæ duo non possumus sine peccato negligere. Quidā n. orant, tā negligenter & inde uote, q ore quidē loquūtur cœlestia, sed cor demeditatur terrena, quibus dns imperat per proph. Populus hic labiis me honorat cor aūt eorū longe est a me. De talibus legitur. Ore suo benedicebāt, & corde suo maledicebant Ore suo benedicunt, q loquuntur eloquia ueritatis, sed corde maledicunt, qui meditātur inania uanitatis. Alii uero tā festinanter orant, & indiscrete, q medio prætermisso, non pferunt nisi caput & caudam. Sed qui se metipsum non audit, quō Deus illum exaudiet?

Matth. 13.
Iob. 1.
Psal. 118.
Matth. 5.
Matth. 6
Matth. 5
Rom. 12
1. Pet. 3
Exo. 28
Mal. 2
Matth. 15
Psal. 120

exaudiet? Qui taliter orat, non inclinat Deũ ad indulgentiã, sed prouocat illũ ad iracundiã. Tu aũt cũ oras, intra in cubiculũ, & clauso ostio ora patrẽ tuum. Intra in cubiculũ cordis, ostio sensuum intercluso, ne muscæ morientes perdãt suauitatẽ unguenti. Ora patrẽ tuũ, non in multiloquio, sicut Ethnici faciunt, q putant in multiloquio exaudiri, sed in corde puro, & conscia bona, & fide non ficta. Sic orauerunt Moyses & Susanna, q clamauerũt ad dñm, & de necessitatib. eorũ liberauit eos. Clamauerunt, non tã uocis intentione, q̃ cordis deuotione, dicente Ps. Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Hinc & Apost. ait. Cantantes & psallentes in cordibus uestris: Deus n non tam auditor est uocis, q̃ cordis. nec est admonendus clamorib. qui renũ est scrutator & cordiũ. Quod Anna, gerens typũ Eccl legitur obseruasse, q̃ non petitione clamosa, sed oratione deuota, q penitẽ sperauit. Legitur n. in li. Reg. quod Anna loquebatur in corde suo, tantũq; labia sua mouebantur, & uox penitus nõ audiebatur. Vnde in Ps. Quæ dicitis in cordib. uestris, in cubilibus uestris cõpungimini. Quia sacrificiũ Deo spũs contribulatus, cor contritũ & humiliatũ Deus non spernit. Expedit tñ ut oris pronunciatio deuotũ cõmitetur affectũ, quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni. Audi Psal. Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Vos ergo charissimi, quũ oratis state corã dño Deo nostro cõpuncti, humiles & deuoti, sine motu, sine risu, sine cachinno, nolite nimiũ clamare, nimium festinare, sed pronunciate distincte ad intelligendũ. Quia maledictus hõ, qui opus Dei agit negligenter. Ergo seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore, pręsertim in sacrificio, in quo mortis Christi memoria celebratur. Hoc, inquit, facite in meã cõmemorationẽ. Et Apos dicit, Quotiescunque mãducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annunciabitis, donec ueniat. In quolibet enim officio negligentia ẽ peccatũ, sed in sacrificio est periculũ. Quoniã, qui manducat indigne, iudicium sibi mãducat, nõ diiudicãs corpus dñi. Caueamus quoq; negligentiã in correctione peccãtiũ. Quidã enim sunt canes muti, non ualẽtes latrare, palpãtes uitia peccatorũ, uel cupiditatis amore, uel fragilitatis timore. Cupiditatis amore, ne forte pdant oblationes aut decimas. Fragilitatis timore, ne forte incurrãt indignationẽ aut odiũ. Contra tales dr̃ per proph. Væ qui consuũt puluillos sub oĩ cubito manus, & faciũt ceruicalia sub capitæ uniuersæ ætatis. Item, ipsi edificabãt parietẽ, illi aũt liniebãt eũ. Rursus, Prophetæ tui uiderũt tibi stulta & falsa, nec apiebãt tibi iniquitatẽ tuã, ut te ad pœnitentiã prouocarẽt. Ecõtra pcipitur; Clama, ne cesses quasi tuba exalta uocẽ tuã, & annuncia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Hic Apo. dicebat Eph. mũdæ sũt manus meæ a sanguine oium uestrũ. Non n. subterfugi quo minus annunciarẽ oẽ consiliũ Dei uobis. Audi pphetiã? Væ mihi, quia tacui, quia uir pollutus labiis ego sũ, & in medio populi polluta labia habẽtis ego habito. Non timuit Ioa. Herodẽ, quo minus eũ libere reprehenderet, pp Herodiadẽ, q̃ uiuente uiro suo Philippo tenebat uxorẽ. Quiescat ergo negligẽtia, & irascibilitas intẽdatur, ſm illud; irascimini & nolite peccare, i. irascimini uitiis, ne peccetis. Hic est zelus ille, quo Christus accensus eiecit uendẽtes & emẽtes de tẽplo, ſm illud zelus domus tuæ comedit me. Quo sũc æstus Phinees, iudæũ cum Madianitide coeuntẽ pugione trãsfodit. Discretus ergo sacerdos cõtra rebelles & obstinatos seueritatẽ exerceat, erga humiles & pœnitentes exhibeat pietatem. Nã illius seq̃min. semiuiuo mortuo relicto in uulneribus, quem Samaritanus duxit in stabulũ, & uinum sup infundit & oleũ. Et in arca tabernaculi uirga continebatur & mãna. Dormiendũ est quoq; nobis ab hac concupiscentia, præsertim a concupiscentia rerũ, quæ pcedit ex auaritia, & concupiscentia mulierũ, quæ prouenit ex luxuria. Scriptum est n. nihil est auaro scelestius, & nihil iniquius, q̃ amare pecuniam. Verbum est sapientis, quo confirmat Apostolus dicens. Qui uolunt fieri diui-

Eccl. 1
Psal. 36
Eph. 3
1. Reg. 1
Psal. 4
Psal. 50
Psal. 65
Hier. 48
Psal. 1
Luc. 22
1. Cor. 15
Esa. 56
Ezech. 13
Esa. 58

ditas mea præclata est mihi. Quælibet hæreditatū istarū, suas habet medietates. Terrena possessio res mobiles & immobiles, sacra scriptura spūm & literā, beatitudo cœlestis stolam mentis, & stolam carnis. Inter hos medios cleros inter has medias hæreditates dormire debemus, aliter a sit & aliter. Est enim mediū, qđ utrūque extremorū contingit, & est mediū, quod neutrū extremorū contingit, & est mediū, quod alterū tantū extremorū contingit verbi gratia: Mediū, quod utrumque extremorū contingit, est aer qui medius inter cœlū & terrā utrūque contingit. Medium, q neutrū extremorū cōtingit, est sol, qui medius inter cœlū & terrā, neutrū cōtingit. Medium q alterū extremorum tantum contingit, est arbor, qui media inter cælum & terrā, alterum tantum cōtingit. Ad hunc modum inter hos medios cleros, inter has medias hæreditates dormire debemus. Dormiamus igitur inter medios cleros possessionis terrenæ, per uim irascibilē, ut in neutra sui parte, quiescamus, secundum illud quod legitur Filioli, nolite diligere mundum, neque ea q in mundo sunt. Dormiamus inter medios cleros sacræ scripturæ per uim rationalē, ut in altera tātum sui parte quiescamus, secundum quod legitur. Litera occidit spūs autem uiuificat. Dormiamus inter medios cleros cœlestis beatitudinis per uim cōcupiscibilē, ut in utraque parte quiescamus, secundum hoc quod legitur. Gaudete & exultate, quia merces uestra copiosa est in cœlis. Gaudete pro stola cordis, & exultate pro stola corporis. Si sic dormierimus, profecto nos sumus pennæ columbæ deargentatæ. Sicut per columbā designatur Ecclesia, sic per pennas columbæ designantur sacerdotes ecclesiæ, qui uerbis & exēplis eam subleuant ad cælestia. Vnde spōsus de sponsa dicit in Canticis. Vna est columba mea, perfecta mea. Cuius pennas perfecte propheta describens, dicit; Qui sunt hi, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Pennæ deargentatæ sunt illi, qui diuinis sunt eloquiis eruditi, ſm illud. Eloquia dñi, eloqa casta argētum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum. Hinc alibi dicitur Oculi tui sicut columbæ, quæ lacte sunt lotæ sedentes super fluenta plenissima. Sunt autem pennæ uirtutis, pennæ contemplationis, & pennæ doctrinæ. De primis legitur. Volauit super pennas uentorum. De secundis dicitur, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? De tertiis autem scribitur, Iunctæ erant pennæ unius ad alterum. porrò sunt pennæ ueræ, sunt quidem & falsæ. Veræ sunt pennæ iustorum, qui signantur per pennas Herodii falsæ sunt pennæ hipocritarum. quæ signantur per pennas strutionis. Legitur enim in Iob. Penna strutionis similis est pennæ Herodii & accipitris. Pennæ simus despiciētes mundana, per uim irascibilem, dormientes inter medios cleros possessionis terrenæ. Pennæ columbæ simus, appetētes cęlestia, per uim concupiscibilē, dormientes inter medios cleros beatitudinis sempiternæ. Pennæ deargentatæ simus, intelligentes diuina, per uim rationalē, dormientes inter medios cleros sacræ scripturæ. nec tantum in præsenti simus pennæ columbæ deargentatæ, sed posteriora dorsi eius in specie auri. Sicut dorsum laborem uitæ præsentis significat, secundum illud, Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, ita posteriora dorsi requiem futuræ uitæ designant, secundum illud. Iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quoniam priora transierunt. Ergo posteriora dorsi, idest requies post laborē erit in specie auri, hoc est, in gloria contemplationis, quæ per fulgorem auri cōgrue designatur, propter illud Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ad quam gloriam nos perducat dominus Iesus Christus, qui est Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Marginal notes: 1. ioan. 2; 2. cor. 3; Matth. 5; cant. 6.; Esa. 60; Psal. 11; cant. 5.; Psal. 17; Psal. 54; Ezech. 1; Iob. 39

Lecto-

LECTORI CHRISTIANO ET BENEVOLO S.




ECRETA huius concilii Lateranensis sub hocce nostro D. Innocētio tertio Pōtifice maximo celebrati, pro sua & celebritate & utilitate sunt quinque libris Decretalium iuris Canonici maxima ex parte sparsim inserta. Id quod nos in margine circa singula annotādum esse duximus, tum quod non est in Decretalibus idē ordo titulorūm, qui est in hoc libro, tum quòd obscuriora horum decretorum loca poterunt ex glossis & cōmentariis Decretalium clarius intelligi. Ad antiquissima autem & diuersa exemplaria, quāuis magno cum labore, adeo hocce Concilium tersum & correctum reddidimus, ut nunquam antehac pro indubitato Lector integrum, sed mutilum, mēdisque multis scaturiens, idem habuerit. Quem quidem laborē, uti & alios multos, libenter huic editioni impendimus, ut quoquo modo inseruiremus, iuxta legem charitatis, proximo, hoc est Christiano, studiosoque Lectori in cuius etiam gratiam, id molestiæ subentes suscepimus, ut singulis capitulis suum adaptaremus librum, titulum, & capitulum quæ in Decretalibus sortita sunt, adiectis simul summariis singulorum capitum, eiusdem sacri Concilii.

Quātæ uerò celebritatis idipsum fuerit Concilium Lateranense, Platina, cō pluresque alij insignis eruditionis, & authoritatis viri in uita D. huius nostri Innocentij Papæ tertii luculenter declarant. Non est profecto Concilium aliud celebrius ullum facile indicare. Fuerūt quidem hæc Decreta in eo Concilio cōstituta, quemadmodum & in prædictis Decretalibus ubique allegando annotatur. Veruntamen ab ipso Papa Innocentio in hanc redacta sunt formā, aliquandiu post celebratum concilium, id quod cordatus Lector facile deprehendet ex capitulis quibusdam, præsertim ex uicesimonono, ex trigesimotertio, & ex quadragesimo pr. Quantæ uero pietatis ac eruditionis fuerit ille Pontifex, in uita & gestis ipsius, iā ante indicauimus. Hic tertiè ex appendice, ubi de expeditione pro recuperanda terra sancta agitur, facile intelliget Lector, uirum illum insigniter pium atque magnanimum fuisse. Quē sanæ & hæc Decreta, & plurimæ ipsius Decretales in quinque libros digestæ, & hisce ipsius operibus insertæ, tum iuris scientissimum, tum æquitatis studiosissimum fuisse conuincunt.

SACRI CONCILII GENERALIS LATERANENSIS SVB D. INNOCENTIO PONTIFICE MAXIMO, HVIVS NOMINIS III. celebrati, Anno domini MCCXV. Decreta, ab eodem Innocentio conscripta, & in eum, qui sequitur, ordinem digesta.

Tractat de Trinitate & ipsius operibus, de fide, & articulis fidei, & de sacramentis Ecclesiæ, ubi etiam interserit de ordine.

Cap. 1.



Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod unus solus est uerus Deus æternus & immensus omnipotens incommutabilis, incomprehensibilis & inestabilis, pater, & filius, & spūsanctus, tres quidem personæ, sed una essentia substantia seu natura simplex omnino. Pater a nullo, filius autem a solo patre, ac spiritus sanctus ab utroque pariter, absque initio semper & fine patre generans filius nascens, & spiritus sanctus procedens, consubstantiales, & coæquales, coomnipotentes & coæterni, unū uniuersorum principium, creator omnium uisibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti uirtute simul ab initio temporis utranque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam uidelicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutā. Diabolus enim & dæmones alii a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. homo uero diaboli suggestione peccauit.

Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundū personales proprietates discreta, per Moisen & sanctos prophetas aliosque famulos suos, iuxta ordinatissimā dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem.

Et tandem unigenitus Dei filius Iesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus ex Maria semper uirgine spiritus sancti cooperatione conceptus, uerus homo factus, ex anima rationali, & humana carne compositus una in duabus naturis persona, uiam uitæ manifestius demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est passibilis & mortalis,* quin & pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in cœlum. Sed descendit in anima & resurrexit in carne, ascenditque pariter in utroque, uenturus in fine seculi iudicaturus uiuos & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua tam reprobis quam electis. Qui omnes cum suis propriis corporibus resurgent, quæ nunc gestant, ut recipiant secundum opera sua, siue bona fuerint, siue mala illi cum diabolo pœnam perpetuā, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

*al. qui. uel quum.

Tractatur hic de Sacramentis ecclesiasticis.

Vna uero est fidelium uniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse sacerdos & sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & uini ueraciter continentur transsubstantiatis pane in corpus, & uino in sanguinem potestate diuina, ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro.

Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos qui fuerit rite ordinatus sm claues eccl quas ipse cōcessit apo. & eorū successorib. Iesus Xp̃s.

Sacra

Sacramentum uero baptismi, quod ad inuocationem indiuiduæ trinitatis, uidelicet patris & filii, & spiritus sancti, & consecratur in aqua tam paruulis, quam adultis in forma ecclesiæ, a quocunque rite collatum, proficit ad salutem.

Et si post susceptionem baptismi quisquā prolapsus fuerit in peccatū, per uerā pœnitentiam semper potest reparari.

Non solum aūt uirgines & continentes, uerū etiam coniugati per fidem rectā, & operationem bonam, placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinē peruenire.

Pater & filius & spiritussanctus uera unione, nō collectiua, seu similitudinaria sūt una essentia substantia, seu natura contrarium sentientes; ut hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipiscant, & correctioni sedis apostolicæ se submittant.

Cap. 2.

Damnamus ergo & reprobamus libellum, siue tractatum, quem abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardū, de unitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo quod in suis dixit sententiis, quā quædam summa res est pater & filius, & spiritussanctus, & illa non est generans, neque genita, nec procedens. Vnde asserit quod ille non tam Trinitatem, q̄ quaternitatem adstruebat in Deo, uidelicet tres personas. & illam communē essentiā quasi quartā, manifeste protestans, quod nulla res est quæ sit pater, & filius, & spūssanctus, nec est essētia, nec substantia nec natura q̄uis concedat quod pater, & filius, & spūs sanctus sunt una essentia, una substantia, unaq; natura. Verū unitatē hmōi non uerā & propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariā esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus & multi fideles una ecclesia; iuxta illud.
Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unū
2. Cor. 6 & anima una. Et, Qui adhæret Deo, unus
ibid. 3. & 12. spiritus est cum illo, item ille, Qui plantat, & qui rigat, unum sunt. Et, Omnes
3. Reg. 22 unum corpus sumus in Christo Rursus
Ioan. 17 in li. Reg. Populus meus & populus tuus unū sunt. Ad hanc autem suam sentētiam astruendam, illud potissimum uerbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euang. Volo pater, ut sint unū in nobis, sicut & nos unū sumus, ut sint consummati in unum. Non enim, ut ait fideles Christi sunt unum, idest, una quædam res quæ cōmunis sit omnibus, sed hoc modo sunt unum, idest, una Ecclesia propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnū, propter unionem in 1. Ioan. 5
dissolubilis charitatis Quemadmodum in canonica Ioannis epist. legitur. Quia tres sunt, qui testimonium dant in cœlo pater. & uerbū, & spūs sanctus, & hi tres unū sunt. Statimq; subiungitur, Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spūs aqua, & sanguis, & hi tres unū sunt, sicut in codicibus quibusdam inuenitur.

Nos autem sacro & uniuersali concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod una quædam summa res est incomprehensibilis quidē & ineffabilis, quæ ueraciter est pater, & filius, & spiritus sanctus tres simul personæ, ac singulatim quælibet earundē, & ideo in Deo Trinitas est solūmodo, non quaternitas quia quælibet trium personarum est illa res. uidelicet substantia, essentia, siue natura diuina quæ sola est uniuersorū principium, præter quod aliud inueniri non potest. Et illa res non est generans, neq; genita, nec procedens, sed est pater qui generat, filius qui gignitur, & spūs sanctus, qui procedit, ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licet igitur alius sit pater, alius filius, alius spūs sanctus non tamen aliud. sed id quod est pater, est filius, & spiritus sanctus, idem omnino, ut secundum orthodoxam & catholicam fidem consubstantiales esse credantur. pater enim ab æterno filium generando suam substantiam ei dedit iuxta quod ipse testatur, pater quod dedit mihi, maius est omnibus. Ac dici nō potest, quod partem suæ substantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, quum substantia patris indiuisibilis sit, utpote simplex omnino Sed nec dici po Ioan. 10
test, quod pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit ipsam

ipsam

ipsam sibi, alioquin desisteret esse substan tia. Patet ergò, quod sine ulla diminutio ne filius nascen lo substantiam patris ac cepit, & ita pater & filius habent eãdem substantiam, & sic eadem res est pater, & filius, necnon & spiritus sanctus ab utro que procedens.

Cum ergo Veritas pro fidelibus suis ad patrem orat, Volo, inquiens, ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, hoc nomen, Vnũ, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia, pro personis uero di uinis, ut attendatur identitatis in natura unitas, quemadmodum Veritas alibi ait *Ioan. 17* Estote perfecti, sicut & pater uester coele stis pfectus est. Ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater uester cœlestis perfectus est perfe ctione naturæ, utraque uidelicet suo mo do, quia inter creatorem & creaturã non potest tãta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda.

Matth. 5 Si quis igitur sententiam siue doctri nam præfati Ioachim in hac parte defen dere uel approbare præsumpserit, tanquã hæreticus ab omnibus euitetur.

In nullo tamen per hoc Florẽtino mo nasterio, cuius ipse Ioachim extitit insti tutor, uolumus derogari, quoniam ibi & regularis institutio est & obseruantia sa lutaris, maxime cum idem Ioachim om nia scripta sua nobis assignari mandaue rit, apostolicæ sedis iudicio approbanda seu etiam corrigenda, dictans epistolam quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere quam Romana tenet ecclesia, quæ cun ctorum fidelium disponẽte domino ma ter est & magistra.

Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma Ipsi * a mal rici; **al. almarici.* cuius mentem sic pater mendacii excæca uit, ut eius doctrina non tam hæretica cẽ senda sit, quam insana.

Excommunicati sunt omnes hæretici, qui busc unque nominibus nominentur. cap. 3.

Excommunicamus & anathematiza mus omnem hæresim, extollentẽ se aduersus hãc sanctam orthodoxã & catholicam fidem, quam superius ex-posuimus, condemnantes vniuersos hæ reticos, quibuscunque nominibus cense antur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de uanitate conueniunt in idipsum.

Damnati de hæresi per secularem iudicem puniuntur, & bona laicorũ hæreticorum confiscantur, & clericorum bona applicantur ecclesiis, ubi beneficiati erant.

Damnati uerò, secularibus potestati bus præsentibus aut eorum balliuis relin quantur animaduersione debita punien di, clericis prius a suis ordinibus degra datis, ita quod bona huiusmodi damna torum, si laici fuerint, cõfiscentur, si ve ro clerici, applicentur ecclesiis, a quibus stipendia receperunt.

Si suspectus de hæresi se non purgat ad arbitrium superioris, ea communicatur, & si exi stens per annum in excommunicatione, ut hæreticus damnatur.

Qui autem inuenti fuerint sola su spicione notabiles, nisi iuxta considera tiones suspicionis qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathema tis gladio feriãtur, & usq; ad satisfactio nem condignam ab omnibus euitentur ita q si p annũ in excõ. ca tione perstite rint extunc uelut hæretici cõdẽnentur.

Potestates seculares perpetuo uel temporales iurare tenentur, uniuersos hæreticos ab ec clesia dãnatos pro uiribus exterminare, & temporalis dominus nõ purgãs terram suam hæreticis, excõicatur, & si persisterit in excõicatione p annũ, punietur a papa, qui fideles eius ab excommunicatione absoluet, & eius terrã fidelibus exponet salvo iure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa.

Moueãtur aũt & inducãtur, & si necesse fuerit, p cẽsurã ecclesiasticã cõpellãtur se culares potestates, qbuscunque fungan tur officiis, ut sicut reputari cupiũt & ha beri fideles, ita p defensione fidei præstent publice iuramentũq; de terris suæ iuri sdictioni subiectis, uniuersos hæreticos ab ecclesia dãnatos, bona fide pro ui ribus exterminare studebũt, ita q a mmo do quãdocũq; qs fuerit in potestatẽ siue **al. perpetuum* spũale siue tpalẽ assumptus, hoc teneat capi

capitulum iuramento firmare. Si uero dominus temporalis requisitus & moni tus ab ecclesia. terram suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate per metro politanum & cæteros comprouinciales episcopos excommunicationis uinculo innodetur. Et si satisfacere contempserit infra annum, significetur hoc summo pontifici, ut ex tunc ipse uasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eā exterminatis hæreticis sine ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure domini principalis, dummodo super hoc ipse nullū præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

Catholici uero, qui crucis assumpto charactere, ad hæreticorum exterminiū se accinxerint, illa gaudeant indulgentia illoque sancto priuilegio sint muniti, quod accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceditur.

Pœna credentium receptatorum & defendentium hæreticos, primo laicorum, secundo clericorum.

Credentes præterea receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, excōmunicationi decernimus subiacere, statuentes, ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimoniū admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionē accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negocio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus eius patrociniū nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, sed cum authore damnato damnentur, Et in similibus idem præcipimus obseruari. Si uero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo maior est culpa, grauior exerceatur uindicta. Si qui aut tales postquam ab ecclesia denotari fuerint, euitare contempserint, excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam, percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant sepulturæ tradere, nec eleemosynas aut oblationes eorum accipiāt. Alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolicæ speciali. Similiter quilibet regularis, quibus hoc etiam infligatur, ut illorum priuilegia in illa diocesi non seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare.

Nullus debet sibi officium prædicandi assumere, nisi super hoc sibi a iure uel a sede apostolica, uel diocesano episcopo licentia concedatur, alias excommunicat, & nisi resipuerit alia pœna imponit.

Quia uero nonnulli sub specie pietatis, uirtutem eius (iuxta quod ait apostolus) abnegantes, authoritatem sibi uendicant prædicandi, cum idem Apostolus dicat. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? omnes qui prohibiti uel non missi præter authoritatem ab apostolica sede uel catholico episcopo loci susceptam publice uel priuatim prædicationis officium usurpare præsumpserint, ex communicationis uinculo innodentur. Et nisi quantocius resipuerint, alia competenti pœna plectantur.

Tit. 1

Rom. 10

Archiepiscopi & episcopi inferiorum suorū prouincias & dioceses suspectas habentes de heresi saltem semel in anno per se, uel per alios idoneos uisitent, qui etiam debēt si hoc expedire uidebitur exigere iuramētum

tum ab illis de uicinia ad reuelãdos hæreticos & occulta conuenticula celebrantes quos reuelatos elapsos canonice puniunt, & renitentes iurare ut hæretici condemnentur.

Adiicimus insuper, ut quilibet archiepiscopus uel episcopus per se, aut per archidiaconum suum, uel idoneas personas honestas: bis aut saltē semel in anno ꝓpriā parochiā, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres uel plures boni testimonii uiros uel ēt, si expedire uidebitur totā uiciniā iurare cōpellat, q̄ si q̄s ibidem hæreticos sciuerit, uel aliquos occulta conuēticula celebrātes, seu a cōmuni cōuersatione fidelium uita & moribus dissidētes, eos episcopo studeat indicare. Ipse aūt episc. ad præsētiā suā cōuocet accusatos, q nisi se ab obiectio reatu purgauerit, uel si post purgationē exhibitā in pristinā fuerit relapsi ꝑfidiā, canonice puniātur. Si q̄s uero ex eis iuramēti religionē obstinatione damnabili respuētes, iurare forte noluerint, ex hoc ipso tanq̄ hæretici reputentur.

Episcopus negligens in hæresi persequenda, a dignitate episcopali est remouendus & alius idoneus est surrogandus.

Volumus igitur & mandamus, & in uirtute obedientiæ districte præcipimus ut ad hæc efficaciter exequenda, episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam effugere uelint ultionem. Si quis enim episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit uel remissus, cū id certis iudiciis apparuerit, & ab episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter idoneus substituatur, qui uelit & possit hæreticam confundere prauitatē.

Baptizatos a Latinis, Græci rebaptizare non debent. Cap. iiii.

LIcet Græcos in diebus nostris ad obedientiā sedis apostolicæ reuertentes fouere ac honorare uelimus, mores, ac ritus eorū in quantum cū dño possumus, sustinendo, in his tñ illis deferre nec uolumus, nec debemus, q̄ periculū generant animarū, & ecclesiasticæ derogant honestati. Postquam enim Græcorum ecclesia cum quibusdā cōplicibus & fautoribus suis, ab obediētia sedis apost. se subtraxit, in tantū Græci cœperunt abominari Latinis, quod inter alia, quæ in derogationem eorū impie committebant, si q̄n sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non prius ipsi sacrificare uolebāt in illis, q̄ ea tanq̄ ꝑ hoc inquinata lauissent, Baptizatos ēt a latinis, & ipsi Græci rebaptizare ausu temerario ꝑsumebāt & adhuc (sicut accepimus) quidā agere hoc nō uerētur.

Volentes ergo tantū ab ecclesia dei scādalū amouere, sacro sua dente cōcilio, districte ꝑcipimus, ut talia de cætero non præsumant, conformantes se tanquam obedientiæ filios sacrosan. Ro. ecclesiæ matri suæ; ut sit unū ouile & un⁹ pastor. *Ioan. 10.*

Si quis aūt q̄d tale præsumpserit, excōicationis mucrone percussus ab omni officio & beneficio ecclesiast. deponatur.

Ordines quatuor patriarchalium sedium: item tria priuilegia earum: primum quia dant pallium: Secundum, quia ante se crucem deferri faciunt præterquā in casibus hic exceptis. Tertium quia ad ipsas appellatur.

ANtiqua patriarchalium sedium priuilegia renouantes, sancta uniuersali synodo approbante sancimus, ut post Rom. ecclesiā, q̄ disponēte dño super oēs alias ordinariæ potestatis obtinet principatū, utpote mater uniuersorū Christi fideliū & magistra, Constantinopolitana primū, Alexandrina secundū, Antiochena tertium, Hierosolimitana quartū locū obtineant, seruata cuilibet ꝓpria dignitate, ita quod postq̄ eorū antistites a Rom. Pont. receperint palliū quod est plenitudinis officio pontificalis insigne præstito sibi fidelitatis & obediētiæ iuramēto licēter & ipsi suis suffraganeis palliū largiātur recipiētes ꝓ se ꝓfessionem canonicam, & pro Ro. ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ uero crucis uexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, & ubicunque summus pontifex præsens extiterit, uel eius legatus utens insigniis apostolicæ dignitatis.

In omnibus autem prouinciis eorundem iurisdictioni subiectis, ad eos, cum necesse fuerit, prouocetur, saluis appellationibus ad sedem apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

Metropolitani ad correctionem excessuum, & reformationem morum singulis annis facere debent prouinciale concilium, in quo statuere debent personas idoneas per singulas dioeceses, quae solicite inuestigēt, & in sequenti concilio referant corrigenda, & episcopi debent facere synodos episcopales singulis annis, & publicare agitata in prouinciali concilio, & haec negligentes, ab executioni officii suspendantur.

Cap. 6.

SIcut olim a sanctis patribus noscitur institutum, metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare. In quibus de corrigendis excessibus & moribus reformandis, praesertim in clero, diligentem habeāt cum Dei timore tractatum, canonicas regulas, & maximè quae statutae sunt in hoc generali concilio, relegentes, ut eas faciant obseruari, debitam poenam transgressoribus infligendo.

Vt autem id ualeat efficacius adimpleri, per singulas dioeceses statuant idoneas personas, prouidas uidelicet & honestas, quae per totum annum simpliciter, & de plano, absque ulla iurisdictione solicite inuestigent, quae correctione uel reformatione sint digna, & ea fideliter perferant ad metropolitanum & suffraganeos, & alios in concilio subsequēti, ut super his & aliis, prout utilitati & honestati congruerit, prouida deliberatione procedant, & quae statuerint, faciant obseruari, publicaturi ea in episcopalibus synodis, annuatim per singulas dioeceses celebrandis.

Quisquis aūt hoc salutare statutum neglexerit adimplere, a suis beneficiis & executione officii suspendatur, donec per superioris arbitrium * eius relaxetur.

Praelati subditos corrigunt & reformant appellatione remota, uel consuetudine non obstante: si tamen capitulum consueuit corrigere excessus canonicorum, & infra terminum ab episcopo praefigendum non facit, ipse episcopus hoc faciet.

Cap. vij.

* al. forte eius suffē-sio.

IRrefragabili cōstitutione sancimus ut ecclesiarum praelati ad corrigendum subditorum excessum, maxime clericorum, & reformandū mores, prudenter & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officium libere ualeant exercere decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo uel appellatio ualeat impedire, nisi formam excesserint in talibus obseruandam.

Excessus tamē canonicorum ecclesiae cathedralis, qui consueuerunt corrigi per capitulum, per ipsum in illis ecclesiis (quae talem hactenus consuetudinem habuerunt) ad commonitionem uel iussionē episcopi corrigantur infra terminum cōpetentem ab episcopo praefigendum. Alioquin extunc episcopus Deum habēs prae oculis, omni contradictione cessante ipsos, prout animarum cura exegerit, per censuram ecclesiasticam corrigere non postponat. Sed & alios eorum excessus corrigere non omittat, prout animarū causa requirit, debito tamen ordine in omnibus obseruato.

Si canonici sine manifesta & rationabili causa, maximè in cōtēptū episcopi, cessant a diuinis, episcopus cessationē non seruabit, et metropolitanus uice Papae cognoscet.

Caeterum si canonici absque manifesta & rationabili causa, maximè in contemptum episcopi, cessauerint a diuinis, episcopus nihilominus si uoluerit, celebret in ecclesia cathedrali, & metropolitanus ad querelam ipsius, tanquam super hoc delegatus a nobis, taliter eos, per censuram ecclesiasticam, cognita veritate, castiget, quod poenae metu talia de caetero non praesumant.

Praela

Prælatus in impositione pœnæ cauere debet a quæstu pecuniæ, & ab oĩ alio grauamine.

Prouideant itaque diligenter ecclesiarũ prælati, ut hoc salutare statutũ ad quæstum pecuniæ uel grauamen aliud non conuertant, sed illud studiose ac fideliter exequantur, si canonicã uelint effugere ultionẽ, quoniã super his apostolica sedes, authore dño, attentissime uigilabit.

Superior cõtra subditũ, maxime p̃latum, de his tãtũ inquiret, sup quibus p̃cessit infamia. Et tũc uocabit eũ, & tradet illi capitula & nomina, & testiũ dicta publicabit, & ipsius legitimas exceptiones admittet, & p̃bato graui crimine, eũ ab administratione remouebit. In regularibus uero p̃latis ad unguẽ seruãdus ẽ hic ordo.

Cap. 8.

Qualiter & quomodo debeat prælatus procedere ad inquirendũ & puniendũ subditorum excessus, ex authoritatibus ueteris & noui testamẽti colligitur euidenter, ex quibus postea processerũt canonicæ sanctiones, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione concilij cõfirmamus. Legitur enim *Luc. 16* in Euangelio, quod uillicus ille, qui diffamatus erat apud dñm suum, quasi dissipasset bona ipsius, audiuit ab illo, Quid hoc audio de te? Redde rationẽ uillicationis tuæ. Iã n. non poteris amplius uillicare. Et in Genesi dñs ait, *Gen. 18* Descendam & uidebo, utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint.

Ex quibus authoritatibus manifeste probatur, quod non solum cum subditus, uerũ etiã cum p̃latus excedit, si per clamorẽ & famã ad aures superioris peruenerit, non quidem a maleuolis & maledicis, sed a prouidis & honestis, non semel tantum, sed sæpe (quod clamor innuit & diffamatio manifestat) debet corã ecclesiæ senioribus, ueritatẽ diligentius perscrutari, ut si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpã feriat delinquentis, non tanquã sit author & iudex sed quasi deferente fama uel denunciãte clamore, officii sui debitum exequatur. *Thren. 3* Licet aũt hoc sit obseruandũ in subditis, diligentius tamen obseruandum est in prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam.

Et quia non possunt oĩbus cõplacere cũ ex officio suo teneãtur nõ solũ arguere, sed ẽt increpare, quin ẽt interdũ suspendere, nonnunquã uero ligare, frequenter odiũ multorũ incurrunt, & insidias patiuntur. Ideo sancti patres p̃uide statuerũt, ut accusatio prælatorũ nõ facile admittatur, ne concussis colũnis corruat ædificiũ, nisi diligẽs adhibeatur cautela, p quã nõ solũ falsæ, sed ẽt malignæ criminationi ianua p̃cludatur.

Verũ ita uoluerũt p̃uidere p̃latis, ne criminarẽtur iniuste, ut tñ cauerent ne delinquerent insolẽter; contra morbum utrunque inuenientes congruã medicinã, uidelicet, ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionẽ capitis (.i. degradationẽ) intenditur, nisi legitima p̃cedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cũ super excessibus suis quisquã fuerit infamatus, ita ut iã clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, uel sine periculo tolerari; absque dubitationis scrupulo, ad inquirendũ & & puniendũ eius excessus non ex odii fomite, sed charitatis p̃cedatur affectu, quatenus si fuerit grauis excessus, & si non degradetur ab ordine, ab administratione tñ amoueatur omnino, quod est secundum euangelicã sententiã a uillicatione uillicũ amoueri, qui non põt uillicationis suæ dignã reddere rõnem. *Luc. 18*

Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciã absentauerit, & exponẽda sunt ei illa capitula, de q̃bus fuerit inquirendũ, ut facultatẽ habeat defendendi seipsum. Et non solum dicta, sed ẽt nomina ipsa testiũ sunt ei, ut q d, & a quo sit dictũ appareat, publicãda, nec non exceptiones & replicationes legitimæ admittẽde, ne p suppressionẽ nominũ, infamãdi, p exceptionũ uero exclusione, deponendi falsum audacia p̃beatur.

Ad corrigendos itaque subditorum excessus tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorũ offensas desereret incorrectas, cõtra

quos, ut de notoriis excessibus taceatur & si tribus modis possit procedi, per accusationem uidelicet, denunciationem & inquisitionem eorum, ut tamē in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leue compendiū ad graue dispēdiū ueniatur, sicut accusationē legitima pcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionē clamosa insinuatio preuenire, illo semper adhibito moderamine, ut iuxta formam iudicii, sententiæ quoque forma dictetur.

Hunc tamen ordinem contra regulares personas non credimus vsquequaque seruandum, quæ cum causa requirit, facilius & liberius a suis possunt administrationibus amoueri.

Cum in ciuitate uel diœcesi sunt populi diuersarum linguarū, episcopus debet prouidere eis p uiros idoneos, qui secundum uarietatē linguarū officia eis celebrent, & sacramenta ministrent. Et si urgens est necessitas, constituat sibi Vicarium pontificem illius linguæ, non tamen propter hoc eandem diœcesis debet habere duos episcopos.

Cap. IX.

Quoniam in plerisque partibus intra eandem ciuitatem atque diœcesim permixti sunt populi diuersarū linguarū habētes sub una fide uarios ritus & mores, districte pcepimus, ut pontifices huiusmodi ciuitatum siue diœcesum, prouideāt uiros idoneos, qui secundū diuersitates rituū & linguarum diuina officia illis celebrēt & ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos uerbo pariter & exemplo.

Prohibemus aūt omnino, ne una eadē que ciuitas siue diœcesis, diuersos pontifices habeat, tanquam unū corpus diuersa capita, quasi monstrū. Sed si propter pdictas causas urgens necessitas postulauerit, pontifex loci catholicū psulē nationibus illis conformem, prouida deliberatione constituat sibi uicarium in prędictis, qui ei per omnia sit obediens & subiectus. Vnde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se nouerit mucrone percussum. Et si nec sic resipuerit, ab omni ecclesiastico ministerio deponatur adhibito, si necesse fuerit, brachio seculari ad tantam insolentiam cōpescendam.

Episcopi, qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleāt suo loco, qui ad prædicationes, uisitationes, & confessionū audiciones, & ut possint Episcopi reperire tales, præcipit in Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis tales institui.

Cap. X.

Inter cætera, quæ ad salutem spectāt populi Christiani, pabulum uerbi Dei, permaxime sibi noscitur esse necessarium, quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur; eo quod non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, q pcedit de ore Dei.

Vnde quum sæpe contingat, quod Episcopi propter occupationes multiplices, uel inualitudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias, (ne dicamus defectum scientiæ, quo in eis est reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum) per seipsos non sufficiunt ministrare populo uerbum Dei, maximè per amplas diœceses & diffusas, generali cōstitutione sancimus, ut Episcopi uiros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potētes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas uice ipsorum, quum per se idē nequiuerint, solicite uisitantes, eas uerbo ædificent & exēplo, quibus ipsi quum in diguerint, cōgruē necessaria ministrent, ne pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto. Deut. 8 Matth. 4.

Vnde præcipimus, tam in cathedralibus, quam in aliis conuentualibus Ecclesiis uiros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadiutores & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio verum etiam in audiendis confessionibus & pœnitentiis iniungendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum.

Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtæ subiaceat ultioni.

In

In qualibet cathedrali ecclesia, uel alia in facultatibus sufficienti, debet prælato uel capitulo unus magister eligi, cui redditus unius præbendæ debet assignari. In Metropolitana uero ecclesia etiam eligi debet Theologus, & si ad grammaticum, & theologum non sufficit, prouideat ipso Theologo ex redditibus suæ ecclesiæ, & grammatico faciat prouideri in aliqua ecclesiarū suæ ciuitatis uel diœcesis.

Cap. xi.

QVia nonnullis propter inopiam & legendi studium, & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit constitutione prouisum, ut per unamquanque cathedralē ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem ecclesiæ aliosque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis releuaretur necessitas, & uia pateret discentibus ad doctrinam.

Verum, quoniam in multis ecclesiis id minime obseruatur, nos prædictum roborantes statutum, adiicimus, ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, cōstituatur magister idoneus a prælato cum capitulo, seu maiori ac saniori parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum & aliarum, gratis in grammaticæ facultate ac aliis instituat iuxta posse.

Sane Metropolitana ecclesia Theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet magistrorum a capitulo unius præbendæ prouentus, & pro Theologo a Metropolitano tantundem non quod propter hoc efficiatur canonicus, sed tam diu redditus ipsius percipiat quamdiu persistit in docendo. Quod si forte de duobus magistris Metropolitana ecclesia grauetur, Theologo iuxta modum prædictum ipsa prouideat, grammatico uero in alia ecclesia suæ ciuitatis siue diœcesis, quæ sufficere ualeat, faciat prouideri.

Prima statuit de conciliis regularium prouincialibus celebrandis singulis trienniis. Secundo, moderat numerum euectionum, & personarum uenientium. Tertio, disponit de instructoribus, & præsidentibus capitulis: Quarto, de tempore quo duret capitulum, & quid ibi fiet. Quinto quod obseruetur, quod ibi fiet. Sexto, de capitulo sequenti. Septimo de communi uita. Octauo de uisitatoribus eligendis & ipsorum officio. Nono extendit ad canonicos regulares Decimo, prouidet super discordia uisitatorum. Vndecimo hortatur diœcesanos ad monasteriorum reformationem. Duodecimo præcipit proteruos & similes compescē ab offensis monasteriorum.

Cap. xii.

IN singulis regnis siue prouinciis fiat de triennio in triennium, saluo iure diœcesanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque priorum, abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt tale capitulum celebrare, ad quod uniuersi conueniant, præpeditionem canonicam non habentes apud unum de monasteriis ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus quam sex euectiones & octo personas adducat.

Aduocent autem in huiusmodi nouitatis primordiis duos Cisterciensis ordinis abbates uicinos ad præstandū sibi cōsiliū & auxiliū opportunū, cum sint in hmōi capitulis celebrandis ex longa cōsuetudine plenius informati. Qui absq; contradictione duos sibi de ipsis associēt quos uiderint expedire. Ac ipsi quatuor præsint capitulo uniuerso, ita quod ex hoc nullus sibi eorum authoritatem prælationis assumat. Vnde, cum expedierit, prouida possint deliberatione mutari.

Huiusmodi uero capitulum aliquot certis diebus continue iuxta morem Cisterciensis ordinis celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obseruantia regulari.

Et quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus, ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, omni excusatione & contradictione ac appellatione remotis, prouiso nihilominus ubi sequenti termino debeat capitulum celebrari, & qui conuenerint, uitam ducant communẽ, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas, ita quod si nõ omnes potuerint in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus commorentur,

Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ quæ singulas abbatias eiusdem regni siue prouinciæ non solum monachorum, sed etiam monialium secũdum formam sibi præfixam, uice nostra studeant uisitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio uideriint indigere, ita quod si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum, denuncient episcopo proprio; ut illum amouere procuret, quod si non fecerit, ipsi uisitatores hoc referãt ad apostolicæ sedis examen. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinẽ suum uolumus & præcipimus obseruare.

Si uero in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad apostolicę sedis iudiciũ absque scandalo referatur, cæteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa.

Porrò diœcesani episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, ut cum ad ea prædicti uisitatores accesserint, plus in illis inueniant quod cõmendatione, quam quod correctione sit dignum, attentissime præcauentes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur. Quia sic uolumus superiorum iura obseruari, ut inferiorum nolimus iniurias sustinere.

Ad hoc districte præcipimus tam diœcesanis episcopis, quam personis quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant aduocatos, patronos uicedominos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis aut rebus. Et si forsitan offenderit, eos ad satisfactionem compellere non omittant, ut liberius, & quietius omnipotenti Deo ualeant famulari.

Nouam religionem non licet constituere, sine authoritate Romani pontificis, nec in diuersis monasteriis potest quis esse abbas uel monachus.

Cap. xiii.

Ne nimia religionum diuersitas grauem in ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat. Sed quicũque uoluerit ad religionem conuerti, unam de approbatis assumat. Similiter qui uoluerit religiosam domum fundare de nouo regulam & institutionem accipiat de religionibus approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasteriis locum monachi habere præsumat, nec unus abbas pluribus monasteriis p̃sidere.

Clerici debent continenter & caste uiuere contra facientes punit, & seuerius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio uti.

Cap. xiiii.

Vt clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & caste uiuere studeant uniuersi præsertim in sacris ordinibus constituti ab omni libidinis uitio p̃cauentes, maxime illo, propter quod ira Dei uenit in filios diffidentiæ, quatenus in conspectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore ualeant ministrare.

Ne uero facilitas ueniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuimus, ut qui deprehensi fuerint incontinentiæ uitio laborare, prout magis aut minus peccauerint puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius, & districtius præcipimus obseruari, ut quos diuinus timor a malo non reuocat, temporalis saltem pœna a peccato prohibeat.

Si quis igitur hac de causa suspẽsus diuina celebrare p̃sumpserit, non solũ ecclesiast. beneficiis spolietur, uerũ ẽt pro

hac

hac duplici culpa, perpetuo deponatur. Prælati uero, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecuniæ uel alterius commodi temporalis, pari subiaceãt ultioni. Quia aũt se un lũ* religiõis suæ morem nõ abdicarunt copula coniugalem si lapsi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti.

*al. prælatis.

Clericus crapulosus uel ebriosus monitus nõ desistens, ab officio, uel beneficio suspenditur.

Cap. xv.

A Crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, unde uinum sibi temperent, & se uino, nec ad bibendum quispiam incitetur, cũ ebrietas & mentis inducat exiliũ, & libidinis prouocet incentiuũ. Vnde illum abusum decernimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, & ille iudicio taliũ plus laudatur qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem super his culpabilem se exhibuerit, nisi a superiore commonitus satisfecerit, à beneficio uel officio suspendatur. Venationẽ & aucupationem uniuersis clericis interdicimus. Vnde nec canes, nec aues ad aucupandum habere præsumant.

A negocijs, personis, locis, ludis, uestibus inhonestis, & ornatu minus honesto præcipit clericos abstinere, & habitu honesto uti cuius uanitatem in pluribus exprimit & detestatur.

Cap. xvi.

C Lerici officia uel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta. Mimis ioculatoribus & histrionibus non intendant, & tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas uel taxillos non ludant nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsurã habeant congruentẽ, & se in officijs diuinis ecclesiast. & alijs bonis exerceant studijs diligenter. Clausa desuper deferãt indumẽta, nimia breuitate uel lõgitudine non notanda. Pannis rubeis aut uiridibus, necnon manicis aut sotularibus consutitiis seu rostratis, frenis, sellis pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut aliã superfluitatẽ gerẽtibus nõ utantur. cappas manicatas ad diuinũ officiũ intra ecclesiã non gerãt, sed nec alibi, q sunt in sacerdotio & psonalibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit habitũ trãsformari. Fibulas omnino non ferant neque corrigias auri uel argẽti ornatũ habẽtes, sed nec anulos, nisi qbus competit ex officii dignitatis. Pontifices aũt in publico & in ecclesia superindumẽtis lineis oẽs utãtur, nisi monachi fuerint, quos oportet deferre habitũ monachalẽ, pallijs diffibulatis non utantur in publico sed uel post collũ, uel ante *pedes hincinde connexis.

*al. Pectus

Præcipit prælatis & clericis in uirtute obedientiæ ut nocturnum officium & diurnũ studiose celebrent, & deuote.

Cap. xvii.

D Olentes referimus, quod non solũ quidã minores clerici, uerũ etiã aliqui ecclesiarũ prælati, circa comessationes superfluas & fabulationes illicitas, ut de aliis taceamus, fere medietatẽ noctis expendunt, & sõno residuũ relinquẽtes, uix ad diurnũ concentũ auiũ excitantur, transcurrendo undique continua syncopa matutinum.

Sunt & alii, q missarũ celebrãt solennia uix quater in anno, & q deterius est, interesse contẽnũt, & si qn dũ hæc celebrãtur, intersũt, chori silentiũ fugiẽtes, intẽdũt ex teriis allocutionib. laicorũ, dũq; auditũad indebitos serm. effundũt, aures intentas non porrigunt ad diuina.

Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus districte præcipientes in uirtute obediẽtiæ, ut diuinũ officium diurnum pariter & nocturnum quantum eis Deus dederit, studiose celebrent pariter & deuote.

Clericus nec dictare, nec proferre sentẽtiã sãguinis dẽt, nec quicquã aliud exercere, p q ad uindictã sanguinis tendatur, uel purgationi uulgari opem præstare non debet.

Cap. xviii.

Sententiam sanguinis nullus clericus dictet aut proferat, sed nec sanguinis uindictam exerceat, aut ubi exercetur, intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti, ecclesiis uel personis ecclesiasticis aliquod presumpserit inferre dispendium per censuram ecclesiast. compescatur, nec quisquam clericus literas scribat aut dictet pro uindicta sanguinis destinandas, unde in curiis principum hęc solicitudo non clericis sed laicis committatur.

Nullus quoque clericus *rottariis aut balistariis aut huiusmodi uiris sanguinum pręponatur, nec ullam chirurgiæ artem subdiaconus uel sacerdos exerceat quæ ad ustionem uel incisionē inducit.

Nec quisquam purgationi aquæ feruentis uel frigidæ, seu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat, saluis nihilominus prohibitionibus de monomachiis siue duellis antea promulgatis.

Suppellectilia in ecclesiis poni non debent, nisi necessitas urgeat. Ecclesiæ debent sua uasa & uestimenta munde tenere.

Cap. xix.

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici sic exponūt ecclesias suppellectilibus propriis & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei basilicæ uideantur, non considerantes quod dominus non sinebat, ut uas transferretur per templum.

Sunt & alii, qui non solum ecclesias dimittunt incultas, uerum etiam uasa ministeriis & uestimenta ministrorum ac pallas altaris, necnon & ipsa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus sint horrori.

Quia uero zelus nos comedit domus Dei, firmiter prohibemus, ne huiusmodi suppellectilia in ecclesiis admittantur nisi propter hostiles incursus aut incendia, repentina, seu alias necessitates urgentes ad eas oporteat habere refugium. Sic tamen, ut necessitate cessante, res in loca pristina reportentur. Præcipimus quoque, ut oratoria, uasa, corporalia, & uestimenta prædicta, munda & nitida conseruentur. Nimis enim uidetur absurdum in sacris sordes *negligere, quæ dedecerēt etiam in prophanis.

Eucharistia & Chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri, & contrafacientes sūt puniendi.

Cap. xx.

Statuimus ut in cunctis ecclesiis, chrisma & eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruentur, ne possit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia uel nefaria exercēda. Si uero is ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauiori subiaceat ultioni.

Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, uel de eius licentia, alteri, & eucharistiæ sacramentum ad minus in pascha recipere: Et sacerdos reuelans confessionem, deponendus est, & in monasterio ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus.

Cap. xxi.

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltē semel in anno proprio sacerdoti & iniunctam sibi pœnitentiā studeat *pro uiribus adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in pascha eucharistiæ sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum alioquin & uiuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum, frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantiæ cæcitate uelamen excusationis assumat.

Si quis autem alieno sacerdoti uoluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit soluere uel ligari.

Sacerdos autem sit discretus & cautus ut more periti medici super infundat uinum & oleum uulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circunstantias & peccati, quibus prudenter intelligat qualeilli consilium debeat exhibere & cuiusmodi remedium adhibere diuersis experimentis utendo ad sanandum ægrotum.

Caueat autem omnino, ne uerbo uel signo uel alio quo uis modo prodat aliquatenus peccatorem sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ caute requirat, quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum sacerdotali officio deponendum decernimus, uerum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

Medici uocati ad infirmos, debent ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarum periculum.

Cap. xxii.

Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat dicente domino languido quem sanauerat. Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, decreto præsenti statuimus & districte præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos uocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, quod medicos aduocent animarum, ut postquam infirmis fuerit de spirituali salute prouisum ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cum causa cessante cesset effectus.

Hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis a medicis suadetur, ut de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurrunt.

Si quis autem medicorum huius nostræ constitutionis, postquam per prælatos locorum fuerit publicata transgressor extiterit, tandiu ab ingressu ecclesiæ arceatur donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competenter.

Cæterum cum anima sit multo preciosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

Si illi, ad quos spectat electio, negligunt eligere prælatum cathedralis uel regularis ecclesiæ, infra tres menses, proximus superior ecclesiam ordinabit, quod si infra tres menses non fecerit, canonice punietur.

Cap. xxiii.

Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax inuadat aut in facultatibus suis ecclesia uiduata graue dispendium patiatur uolentes in hoc etiam occurrere periculis animarum & ecclesiarum indemnitatibus prouidere, statuimus, ut ultra tres menses cathedralis uel regularis ecclesia prælato non uacet, infra quos iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea uice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dinoscitur, deuoluatur.

Is uero ad quem deuoluta fuerit potestas, dominum habens præ oculis, non differat ultra tres menses cum capituli sui consilio & aliorum uirorum prudentium uiduatam ecclesiam de persona idonea ipsius quidem ecclesiæ, uel alterius, si digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, si canonicam uoluerit effugere ultionem.

Per aliquam de tribus formis hic literis scilicet Scrutinij Compromissi & inspirationis procedi debet ad electionem in ecclesiis cathedralibus, aliter electio celebrata non ualet, & contra facientes priuandi sunt ea uice potestate eligendi.

Cap.xxiiij.

Quia propter electionum formas diuersas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent ecclesiis uiduatis, statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præsentibus oĩbus, qui debent & uolunt & possunt cõmode interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secreto & singulatim uota cunctorum diligẽter exquirant. Et in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, ut is collatione adhibita eligatur, in quem omnes uel maior uel sanior pars capituli consentit.

Vel saltem eligẽdi potestas aliquibus uiris idoneis committatur, qui uice omnium ecclesiæ uiduatæ prouideant de pastore, aliter electio facta non ualeat, nisi forte communiter esset ab omnibus qua si per inspirationem diuinam absque uitio celebrata. Qui uero contra prædictas formas eligere attentauerint, eligendi ea uice potestate priuentur.

Interdicit procuratorem in electionis negotio constitui, nisi occurrant hic contenta.

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negocio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco de quo debeat aduocari, iustoque impedimento detentus uenire non possit, super quo, si fuerit opus, fidem faciat iuramẽto, & tũc si uoluerit, uni committat de ipso collegio uicem suam.

Præcipit electiones solenniter publicari, & clandestinas reprobari.

Electiones quoque clandestinas reprobamus, statuentes, ut quàm cito electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

Consentiens electioni de se factæ per abusum potestatis secularis efficitur inegibilis ad dignitatem, & electio est nulla. Eligentes autem a beneficiis per triennium suspendũtur, & tunc sunt priuati potestate eligẽdi.

Cap. xxv.

Quisquis electioni de se factæ, per secularis potestatis abusum, cõsentire præsumpserit contra canonicam libertatẽ, & electionis cõmodo careat, & ineligibilis fiat, nec absq. dispẽsatione possit ad aliq̃ eligi dignitatẽ. Qui uero electionem huiusmodi, quam ipso iure irritam esse censemus, p̃sumpserint celebrare, ab officiis & beneficiis penitus per triennium suspendantur eligendi tunc potestate priuati.

Si prælatus per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimen animarum, p[illegible] dis potestatẽ confirmandi primum successorem, & a perceptione proprij beneficij suspẽditur, & promotus deij[illegible]itur. Si uero per malitiam hoc fecit, grauius punitur. Electi uero immediate subiecti Papæ, per se, aut personas instructas ddbent adire Papam, & petere cõfirmationem, & si sunt electi in concordia, & ualde remoti, uidelicet ultra Italiam constituti, interim administrãt. ita tamen quod nihil alienent, benedicuntur aũt & consecrantur, prout cõsueuerũt.

Cap. xxvi.

Nihil est quod ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo necessar am adhibere medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus cum quisquam fuerit ad regimẽn animarum *assumptus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligẽter examinet & electionis processum & personam electi, ut cum omnia rite cõcurrerint, munus ei confirmationis impẽdat, quia si secus fuerit incautè præsumptum, non solum deijciendus est indignè promotus, uerum etiam indignè promouens puniendus. *al.electus

Ipsum quoque decernimus hac animaduersione puniri, ut cum de ipsius constiterit negligentia maxime, si hominem insufficientis scientiæ, uel in honestæ uitæ, aut ætatis illegittime approbauerit, non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate, uerum etiam ne aliquo casu pœnam effugiat, a perceptione proprij beneficij suspendatur, quousque si æquum fuerit, indul-

dulgentiā valeat promereri, si vero conuictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, grauiori subiaceat vltioni.

Episcopi quoque tales ad sacros ordines & ecclesiasticas dignitates promoueri procurent, qui commissum sibi officium dignè valeant adimplere, si & ipsi canonicam cupiunt effugere vltionem.

Cæterum, qui ad Romanū pertinent immediatè pontificem, ad percipiendā sui confirmationē officij eius se conspectui, si commodè potest fieri, personaliter repræsentent, vel personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionis processu & electis possit haberi vt sic demum per ipsius circumspectionē consilij, sui plenitudinē assequantur officij, cū eis nihil obsistet de canonicis institutis, ita quod interim valde remoti, videlicet vltra Italiā constituti, si electi fuerint in concordia, dispensatiue propter necessitates & vtilitates ecclesiarū, in spiritualibus & temporalibus administrēt. Sic tamē, vt de rebus ecclesiasticis nil penitus alienent. Munus verò cōsecrationis seu benedictionis recipiāt sicut hactenus recipere cōsueuerūt.

Minus idoneus in sacerdotem promoueri, vel ad regimen animarum assumi non debet.

Cap. xxvij.

Cum sit ars artiū regimē animarū, districtè præcipimus vt episcopi, promouēdos in sacerdotes diligenter instruāt & informēt, vel per se ipsos, vel per alios viros idoneos, super diuinis officijs & ecclesiasticis sacramētis, qualiter ea rite valeant celebrare, quoniā si ignaros & rudes de cætero ordinare præsumpserint (quod quidē facile poterit deprehendi) & ordinatores & ordinatos graui decreuimus subiacere vltioni. Satius est enim, maximè in ordinatione sacerdotum, paucos bonos quam multos malos habere ministros, quia si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam dilabuntur.

* al. sanctius
Luc. 6.

Qui petijt cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.

Cap. xxviij.

Qvidam licentiam cedēdi cum instantia postulantes, ea obtēta cedere prætermittunt. Sed cūm in postulatione cessionis huiusmodi, aut ecclesiarum cōmoda quibus præsunt, aut salutem videantur propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum quærentiū, quę sua sunt, etiam leuitate qualibet uolumus impediri, ad cedendum eos decernimus compellendos.

Habens personatum, uel beneficium curatū, si secundo tale receperit, uacat primum. Quòd si retinere contenderit, etiam secūdo priuabitur, & is, ad quem spectat beneficij curati collatio, licitè cōferre stat. mox cum institutus aliud recepit, & si infra sex menses non conferat, deuoluitur ad alium collatio & alter punitur. Cū sublimibus verò & literatis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium, solus Papa dispensat.

Cap. xxix.

De multa prouidentia fuit in Lateranensi concilio prohibitū, vt nullus diuersas dignitates ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales reciperet cōtra sacrorū canonū instituta, alioquin & recipiens sic receptū amitteret, & largiendi potestate cōferens priuaretur. Quia vero propter præsumptiones & cupiditates quorundam, nullus hactenus fructus aut rarus de prædicto statuto prouenit, nos euidētius & expressius occurrere cupientes, præsenti decreto statuimus, vt quicūq; receperit aliquod beneficium habens curā animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit iure ipso priuatus & si forte illud retinere contēderit, alio etiam spolietur.

Is quoque ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius, libere conferat cui merito viderit conferendum & si vltra tres menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum statutū Lateranensis concilij eius collatio deuoluatur, uerum etiam tantum de suis cogatur pro-uentibus in utilitatē ecclesiæ, cuius illud est beneficiū assignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit esse preceptum. Hoc idem in personatibus decernimus obser-

obseruandum, addentes, ut in eadem ecclesia uullus plures dignitates aut personatus habere præsumat, etiam si curã non haberent animarum.

Circa sublimes tamen & literatas ꝑsonas, quæ maioribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postulauerit per sedem apostolicam poterit dispensari.

Concilium prouinciale a beneficiorum colla tion suspendit eos, qui post secundam correptionem indignis beneficia conferunt, prouidet etiam, quis interim beneficia conferat, & illam suspensionem relaxat solus papa, uel solus patriarcha.

Cap. xxx.

GRaue nimis est & absurdum, quod quidam prælati ecclesiarum cũ possint uiros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non uerentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quanta ecclesiis damna proueniant, nemo sane mentis ignorat.

Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, ut prætermissis indignis assumant idoneos, qui Deo & ecclesiis uelint & ualeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in prouinciali cõcilio diligens inquisitio annuatim, ita quod qui post primam & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis a conferendis beneficiis per ipsum concilium suspendatur, instituto in eodem cõcilio persona prouida & honesta, quæ suppleat suspensi defectum in beneficiis cõferẽdis. Et hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerint, obseruetur. Metropolitani uero delictum, superioris iudicio relinquatur ex parte concilii nunciandum. Vt autem hæc salubris prouisio pleniorem consequatur effectum, huius modi suspensionis sententia, præter Romanus Pontificis anthoritatem aut proprii patriarchæ, minime relaxetur, ut in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur.

Si illegitimus, maxime filius spurius, instituatur in ecclesia, in qua institutus est pater, institutio non ualet, & instituens a suis beneficiis suspendatur.

Cap. xxxi.

AD abolendam pessimam, quæ in plerisque inoleuit ecclesiis, corruptelã, firmiter inhibemus, ne canonicorum filii, maxime spurii, canonici fiant in secularibus ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum. Et si fuerit contra præsumptum, decernimus non ualere, Qui uero (dictum est) canonicare præsumpserint a suis beneficiis suspendantur.

Rector ecclesiæ, non obstante consuetudine episcopi uel patroni, debet de redditibus ecclesiæ suffi cientem habere portionem.

Cap. xxxii.

EXtirpandæ consuetudinis uitium in quibusdam partibus inoleuit, quod scilicet patroni ecclesiarum parochialium & aliæ quædam personæ ꝓuentus ipsarum sibi penitus uendicãtes presbiteris, earundem seruitiis deputatis relinquunt adeo exiguam portionem, ut ex ea congrue nequeant sustentari. Nam ut pro certo didicimus, in quibusdam regionibus parochiales presbiteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, idest sextamdecimam decimatum. Vnde fit, ut in his regionibus pene nullus inueniatur sacerdos parochialis, qui uel modicam habeat peritiam literarum.

Cum igitur os bouis alligari non debeat triturantis, sed qui altari seruit, uiuere debeat de altari, statuimus, ut consuetudine qualibet episcopi, uel patroni seu cuiuscunq; alterius nõ obstãte, portio ipsis presbiteris sufficiens assignetur. *Deut. 12.* *1. Cor. 9.*

Priuatus est parochiali ecclesia rector in ea non residens, nisi sit annexa dignitati uel prabende, quo casu debet ibi habere perpetuum uicarium.

Qui uero parochialem habet ecclesiã non per uicarium, sed per seipsum illi

illi deseruiat in ordine, quem ipsius eccle siæ cura requirit. Quod si forte præbendæ uel dignitati parochialis ecclesia sit annexa, in quo casu concedimus, ut is, qui talem habet præbendam uel dignitatem, cum oporteat eum in maiori ecclesia deseruire, in ipsa parochiali ecclesia idoneum & perpetuũ studeat habere uicarium canonicè institutum, qui (ut prædictum est) congruentem habeat de ipsius ecclesiæ prouentibus portionem, alioquin illa se sciat huius decreti authoritate priuatum liberè alij conferenda, qui uelit & possit, quod prædictum est adimplere.

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouentibus ecclesiæ quæ curam proprij sacerdotis debet habere, pensionem alij quasi pro beneficio cõferre præsumat.

Prælati tunc sunt procurandi, cum personaliter uisitant, & debent tunc seruare concilium Lateranense, & prædicationi, & reformationi uacare Legati & nuncij apostolici pro his diebus tantum pro quibus moram trahunt, procurari debent, & contra hanc constitutionem exactum restituetur duplicatum.

Cap. xxxiij.

PRocurationes, quæ uisitationis ratione debentur episcopis, archidiaconis, uel quibuslibet alijs, etiam apostolicæ sedis legatis aut nũcijs, absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando personaliter officium uisitationis impendunt, & tunc euectionum & personarum mediocritatem obseruent, in Lateranensi concilio definitam.

Hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios apostolicæ sedis, ut cum oportuerit eos ad aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille propter illos nimium aggrauetur, procurationes recipiant moderatas ab alijs ecclesiis uel personis, quæ nondum fuerant de suis procurationibus aggrauatæ, ita quod numerus procurationũ, numerũ dierũ, quibus huiusmodi morã fecerint, non excedat, & cum aliqua non suffecerit per seipsam, duæ uel plures coniungantur in unam.

Porro uisitationis officium exercentes non quærant quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, Prædicationi & exhortationi, correctioni & reformationi uacando, ut fructum referant, qui non perit. Qui autem contra uenire* præsumpserit, & quod accepit, reddat, & ecclesiæ quam taliter aggrauauit, tantundem impendat. *l. tentauerit.

Prælati plus debito a subditis extorquentes prætextu procurationis, uel alterius serui tij impensi legato, uel alteri, illud restituẽt & tantundẽ pauperibus erogabunt.

Cap. xxxiiij.

QVia prælati plerique, ut procurationem aut seruitium aliquod impẽdãt legato uel alii, plus extorquẽt a subditis, quam soluant, & in eorũ damnis lucra sectantes, quærunt prædam potius, quam subsidium in subiectis. Id de cætero fieri prohibemus.

Quod si quis forte præsumpserit, & hic extortam restituat, & tantũdem cogatur pauperibus elargiri.

Superior autem, cui super hoc fuerit querela deposita, si negligens fuerit in huiusmodi executione statuti, canonicæ subiaceat ultioni.

Appellans ante sententiam tenetur exprimere causã rationabilẽ, corã ipso iudice, a quo nec admittetur exceptio, quod prius miserat nuncium ad sedem apostolicam, uel quod literas impetraverat, quæ nondum sunt iudici præsentatæ. Cap xxxv.

VT debitus honor deferatur iudicibus, & litigatoribus consulatur super laboribus & expensis, statuimus, ut si quis coram idoneo iudice conuenerit aduersanũ, ille ante sententiam ad superiorem iudicem absque rationabili causa non prouocet, sed coram illo suam iustitiam prosequatur, non obstãte si dicat, quod ad superiorẽ iudicem nunciũ dest nauerit, aut etiam literas impetrauerit ab eodem, priusquã de legato fuerint assignatæ. Cũ autem ex rationabili causa putauerit appellandũ, coram eodem iudice causa probabili appel-

appellationis exposita, tali uidelicet, qua si forte probata, deberet legitima reputari, superior de appellatione cognoscat, & si minus eum rationabiliter appellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat & in expensis alteri parti condemnet. Alioquin ipse procedet, saluis constitutionibus de maioribus causis ad sedem apostolicam * perferendis.

*al. referendis.

Si iudex a quo est appellatum a grauamine illud reuocat, potest in principali causa procedere.

Cap. xxxvj.

CVM cessante causa cesset effect⁹ statuimus, ut siue iudex ordinarius, siue delegatus aliquid comminando uel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium grauaretur, & sano usus consilio, ab huiusmodi comminationis uel interlocutionis effectu destiterit, libere in causæ cognitione procedat, non obstante si a tali comminatione uel interlocutione fuerit appellatum, dummodo non sit ex alia legitima causa suspectus, ne processus negocii friuolis occasionibus retardetur.

Per literas apostolicas de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dietas extra suam dioecesim, nisi de consensu partium literæ fuerint impetratæ.

Cap. xxxvij.

NOnnulli gratia sedis apostolicæ abutentes, literas eius ad remotos iudices, impetrare nituntur ut reus fatigatus laboribus & expensis, liti cedere uel importunitatem actoris redimere compellatur. Cum autem per iudicium iniuriis aditus patere non debeat, quæ iuris obseruantia interdicit, statuimus ne quis ultra duas dietas extra suam dioecesim per literas apostolicas ad iudicium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratæ, uel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Non ualent literæ ad lites impetratæ, sine speciali mandato domini, nisi impetrentur per coniunctam personam.

Sunt & alii qui se ad nouum genus mercimonii conuertentes: ut uel sopitas possint suscitare querelas, aut nouas immittere questiones, fingunt causas super quibus a sede apostolica literas impetrãt absque dominorum mandato, quos uel reo, ne propter eas laborum, uel expensarum dispendio molestetur, aut actori ut per ipsas aduersarium indebita uexatione fatiget, uenales exponunt.

Cum autem lites restringendæ sint potius quam laxandæ, hac generali constitutione sancimus, ut si quis super aliqua quæstione, de cætero, sine mandato speciali domini literas apostolicas impetrare præsumpserit, & literæ illæ non ualeant, & ipse tanquam falsarius puniatur, nisi forte de illis personis extiterit, a quibus non debet exigi de iure mandatum.

Iudex debet habere notarium uel duos uiros idoneos, qui scribant acta iudicii, alias si qd difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec creditur ei super processu, nisi in quantum per acta uel alias per legitima documenta constabit.

Cap. xxxviij.

QVoniam contra falsam assertionẽ iniqui iudicis innocens litigator quandoque non potest ueram negationem probare, cum negantis factũ per rerum naturam nulla sit directa probatio, ne falsitas ueritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati.

Statuimus, ut tam in ordinario iuditio, quam extraordinario, iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos uiros idoneos, qui fideliter uniuersa iudicii acta conscribãt uidelicet citationes, dilationes, recusationes & exceptiones, petitiones & responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones, & c. quæ occurrunt competenti ordine conscribẽda, designãdo loca, tempora & personas

& omniã

& omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores *al.vi. remaneant* ubi si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit ueritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenus sic honestis & discretis deferatur iudicibus, quod per improuidos & iniquos innocentum iustitia non lædatur. Iudex autem, qui constitutionẽ istam neglexerit obseruare, si ꝓpter eius negligentiam aliquid difficultatis emerserit per superiorẽ iudicem animaduersione debita castigetur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis.

Recipiens sciens rem inuasam a spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licet non probet dominium.

Cap. xxxix.

SAepe contingit, quod spoliatus iniuste p spoliatorem in alium re translata, dum aduersus possessorem nõ subuenitur per restitutionis beneficium spoliato, commodo possessionis amisso, propter difficultatem probationis, ius proprietatis amittit effectum. Vnde non obstante ciuilis iuris rigore sancimus, ut si quis de cætero scienter rem talem acceperit, cum spoliatori quasi succedat in uitiũ, eo quòd non multum intersit, præsertim quo ad periculũ animæ, detinere iniuste, ac inuadere alienum, cõtra possessorem huiusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

Actor non admissus in possessionem sibi decretam per iudicem causa rei seruandæ, uel ab ea expulsus per lapsum anni, uerus efficitur possessor.

Cap. xl.

COntingit interdum, quod cũ actori ob contumaciam partis aduersæ adiudicatur causa rei seruandæ possessio propter rei potentiam siue dolum actor intra annum rem custodiendam nancisci non põtest, uel nactã amittit, & sic cum secundum assertiorem multorum, uerus non efficeretur post lapsũ anni possessor, reportet commodum de malitia sua reus; Ne igitur contumax melioris quam obediens cõditionis existat de canonica æquitate sancimus, ut in casu præmisso actor uerus constituatur elapso anno possessor.

De rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest.

Cap. xli.

COntingit authori interdum, quod cum. Et infra.

Ad hæc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus cõpromittatur in laicum, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur.

Nec in foro canonico, nec ciuili ualet præscriptio cum mala fide. Cap. xlii.

QVoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio definimus, ut nulla ualeat absque bona fide præscriptio, tam canonica quã ciuilis, cum sit generaliter omni constitutioni atque consuetudini derogandũ quæ absque mortali non potest obseruari peccato. Vnde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.

De seculari iustitia.

Cap. xliij.

SIcut uolumus ut iura clericorum nõ usurpent laici, ita uelle debemus, ne clerici iura sibi uendicent laicorum. Quocirca uniuersis clericis interdicimus ne quis prætextu ecclesiasticæ libertatis suam de cætero iurisdictionem extendat in præiudicium secularis, sed contentus existat constitutionibus scriptis, & consuetudinibus hactenus approbatis, ut quæ sunt Cæsaris, reddantur Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo recta distributione reddantur.

Clerici

Clerici non habentes temporalia a laicis, non tenentur eis præstare iuraméto fidelitatis
Cap. xliiij.

Nimis de iure diuino quidam laici usurpare conantur, cum uiros ecclesiasticos nihil temporale detinentes, ab eis ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia uero secundum Apostolum, seruus suo domino stat aut cadit, sacri authoritate concilii prohibemus, ne tales clerici personis secularibus præstare cogantur huiusmodi iuramentum.

Alienatio res ecclesiasticæ facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu non tenet, licet approbetur per constitutionem laicorum.
Cap. xlv.

Cum laicis, quamuis religiosis, disponendi de rebus ecclesiasticis nulla sit tributa potestas, quos subsequēdi manet necessitas, non authoritas imperandi, dolemus sic in quibusdam ex illis refrigescere charitatem, quod immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam nedum sancti patres, sed etiam principes seculares multis priuilegiis munierunt, non formidant suis constitutionibus uel potius confictionibus impugnare, non solum de feudorum alienatione, ac aliarum possessionum ecclesiasticarum & usurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuariis, necnon & aliis, quæ spirituali iuri uidentur annexa, illicite præsumēdo. Volentes igitur super his ecclesiarum indemnitatibus consulere, ac tantis grauaminibus prouidere constitutiones huiusmodi & uendicationes feudorum seu aliorum bonorum ecclesiasticorum, sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu præsumptas, occasione constitutionis laicæ potestatis, cum non constitutio sed destitutio uel destructio dici possit, nec non usurpatio iurisdictionum sacri approbatione concilii decernimus non tenere, præsumptoribus per censuram ecclesiasticam* compescendis.

*al. compellendis.

Patroni, aduocati, uel uicedomini uendicātes sibi in ecclesiis plus quàm iura permittant, per censuram ecclesiasticam compescuntur, & si occidunt prælatum uel clericum ecclesiæ per se, uel per alios perdunt quod habent ab ecclesia, & eorum posteri usque ad quartam generationem non admittuntur ad clerum nec in religionibus præficiuntur.

Cap. xlvi.

In quibusdam prouinciis ecclesiarum patroni, seu uicedomini, & aduocati, se in tantum insolentiam erexerūt quod non solum cum uacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt & malitias, uerum etiam de possessionibus & aliis bonis ecclesiasticis pro sua uoluntate ordinare præsumunt, & (quod horrendum est dicere) in necem prælatorum prorum pere non formidant.

Cum igitur quod ad defensionis subsidium est inuentum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri, prohibemus expresse, ne patroni, uel aduocati seu uicedomini super præmissis de cætero plus usurpent, quam reperitur in iure permissum, & si contra præsumpserint, districtissime per seueritatem canonicam compescantur.

Sacri nihilominus concilii approbatione statuimus, quatenus si patroni, uel aduocati, aut feudatarii, seu uicedomini seu alii beneficiati, alicuius ecclesiæ rectorem, uel clericum alium ipsius ecclesiæ per se uel per alios occidere uel mutilare ausu nefando præsumpserint, patroni ius patronatus, aduocati aduocatiam, feudatarius feudum, uicedomini, uicedominatum, beneficiati beneficium prorsus omittat.

Et ne minus uindictæ quam excessus memoria prorogetur, non solum de præmis nil perueniat ad hæredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, nec in regularibus domibus alicuius prælationis assequantur

quantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum.

Clerici non debent necessitatibus, seu utilitatibus ciuitatum seu aliorum locorum, etiam ubi laicorum non supersunt facultates, subuenire nisi prius Romanus pontifex consulatur. Sententiæ, & constitutiones editæ a laicis collectantibus ecclesiam, sunt ipso iure irritæ: nec ullo tempore conualescunt. Rectores excommunicati ob grauamina præmissa, remanent excommunicati, etiam post depositum officium nihilominus excommunicati sunt successores, nisi satisfecerint infra mẽses.

Cap. xlvii.

ADuersus consules ac rectores ciuitatum, & alios qui Ecclesias & uiros ecclesiasticos, talliis, seu collectis & exactionibus aliis aggrauare nituntur, uolens immunitati ecclesiasticæ Lateranensi concilium prouidere, præsumptionem huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit, transgressores & fautores eorũ excommunicationi præcepit subiacere donec satisfactionem impendant competentem. Verum si quando forsan episcopus simul cum clericis tantam necessitatem uel utilitatem prospexerint, ut absque ulla coactione ad releuandas utilitates uel necessitates cõmunes, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter & deuote recipiant cum actionibus gratiarum.

Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum prius consulant pontificem, cuius interest communibus utilitatibus prouidere.

Quoniam uero nec sic quorundam malitia contra Dei ecclesiam conquieuit, adiicimus ut constitutione & sententiæ, quæ ab excommunicatis huiusmodi uel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo unquam tempore ualituræ.

Cæterum, quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus uano decipiatur errore, ut infra tempus regiminis sustineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionem debitam compellendus. Nam & ipsum, qui satisfacere recusauerit, & successorem ipsius si non satisfecerit infra mensem, manere decernimus ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter cum succedat in onere, qui substituitur in honore.

Prælatus excommunicare non debet subditum, nisi competenti monitione præmissa & ex causa manifesta & rationabili, & cõtrafaciẽti imponitur pœna hic expressa. Item punitur subditus, qui falso conqueritur se excommunicatum iniuste, & subiicis quid iuris, si prælatus dicens se errasse uult excommunicatum absoluere, & aduersarius appellet ne absoluatur.

Cap. xlviii.

SAcro approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti commonitione præmissa, & præsentibus idoneis personis per quas si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat. Qui si contra præsumpserit, etiam si iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum ecclesiæ ꝑ mensem unum sibi nouerit interdictũ, alia nihilominus pœna mulctandus, si uisum fuerit expedire.

Caueat etiam diligenter, ne ad excõmunicationẽ cuiusq́ absque manifesta & rationabili causa ꝓcedat, ad q̃ si forte taliter ꝓcesserit & requisitus humiliter ꝓcessum hmõi non curauerit absq; grauamine reuocare, grauatus apud superiorẽ deponat de iniusta excõicatione querelã, ꝙ si absque piculo moræ põt ad excõicatorẽ, illũ cũ suo mãdato remittat, iuxta cõpetentẽ terminũ absoluẽdũ, alioquin ipse per se, uel per aliũ, prout uiderit expedire, sufficienti cautione recepta, munus ei absolutionis impendat.

Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad interesse. Alias nihilominus, si culpæ qualitas postulauerit, superioris arbitrio puniendus. cum non leuis sit culpa, tantam infligere pœnam insonti, nisi forsan errauerit ex causa probabili, maxime si laudabilis opinionis existat. Verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatũ & idẽ super iniusta conquestionis molestia per pœnã ad interesse, uel alias sm superioris arbitriũ condẽnetur, nisi forsan & ipsũ probabilis error excuset, & super eo, pro quo iusta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptã satisfacere compellatur, uel in pristinam reducatur sententiam usque ad satisfactionẽ condignam inuiolabiliter obseruandã. Siue ro iudex suũ recognoscens errorẽ, paratus sit talẽ reuocare sententiam & is pro quo lata fuerat, ne absque satisfactione reuocet illam appellet, appellationi non deferat in hac parte, nisi talis sit error, de quo merito possit dubitari, & tunc sufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatum, uel delegato ab ipso, iuri parebit excommunicatum absoluat, sicque pœnæ præscriptæ minime subiacebit. Caueat omnino, ne uoluntate peruersa in alterius præiudicium mentiatur errorem, si districtionis canonicæ uult effugere ultionem.

Volens iudicem recusare, debet coram eodẽ suspicionis causam probabilem proponere & eam coram arbitris communiter eligẽdis probare, qua non probata, sua iurisdictione iudex utitur in principali, illa uero probata, remittit negocium ad superiorem, vel causam committit de recusatoris consensu.

Cap. xlix.

CVm speciali sit prohibitione prouisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competẽti commonitione præmissa promulgare præsumat, uolentes etiam prouideri, ne forte commonitus, frustratoriæ recusationis uel appellationis obtentu monẽtis declinare possit examen, statuimus, quod si allegauerit se iudicem habere suspectum coram eodem causam iustæ suspicionis assignet Et ipse cum aduersario, uel si forte aduersariũ non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat, aut si forte communiter conuenire non possunt, eligant absque malitia ipse unum, & ille alium, qui de suspicionis causa cognoscant, & si nequiuerint in unam cõcordare sententiam, aduocent tertium, ut quod duo ex ipsis decreuerint, robur obtineat firmitatis. Sciant quoque se ad id fideliter exequendum, ex iniuncto a nobis in uirtute obedientiæ sub attestatione diuini iudicii districto præcepto teneri. Causa uero suspicionis legitima coram ipsis infra competentem terminum non probata, sua iurisdictione iudex utatur. At ipsa probata legitime de recusatoris assensu personæ idoneæ committat negocium recusatus, uel ad superiorem transmittat, ut in eo ipse procedat secundum quod fuerit procedendum.

In notoriis non admittitur appellatio in dubiis causa probabilis coram iudice est exprimenda. quæ debeat legitima reputari, quam si non prosequitur, iudex a quo in causa procedat. Idem si prosequitur, & non probat. Hec autem constitutio non extenditur ad regulares.

Porrò commonito ad appellationis obstaculũ cõuolante, si eius excessus euidentia rei, uel ipsius cõfessione, aut alio modo legitime fuerit manifestatus, cũ appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed in præsidium innocentiæ institutum, non est prouocationi huiusmodi deferendum.

Ex-

Excessu quoque dubio existente, ne friuolæ appellationis diffugio appellans iudicis processum impediat, corã eodem probabilẽ causam appellationis exponat talẽ uidelicet, q̃ si foret ꝓbata, deberet legitima reputari, & tũc si habuerit ad uersariũ, intra terminũ ẽm locorũ distã tiam & temporis qualitatẽ & naturã nego cii ab eodẽ iudice moderandũ, appellationis causam prosequatur. quam si prosequi non curauerit, ex tunc ipse iudex, non obstante appellatione procedat.

Nullo autẽ aduersario comparente tunc ex suo iudex procedat officio appellationis causa corã superiore probata, superior suæ iurisdictionis officium exequatur. Sed si appellans in eius probatione defecerit, ad eũ, a quo ipsum maliciose appellasse constiterit, remittatur. Cæterum has duas constitutiones præmissas nolumus ad regulares extendi, q suas habent obseruantias speciales.

De pœna excommunicantis iniuste.

Cap. L.

SVb interminatione diuini iudicii penitus interdicimus, ut causa cupiditatis nullus audeat excõicationis uinculo aliquẽ innodare, uel absoluere innodatum, in illis maxime regionibus, in quibus ex consuetudine cum excõicatus absoluitur pecuniaria pœna mulctatur Statuentes, ut cum excommunicationis sententiam iniustam fuisse constiterit, excommunicator ad restituendam pecuniam sic extortam, p censuram ecclesiasticam compellatur, & nisi probabili fuerit errore deceptus tãtundem iniuriam passo persoluat, & si forte soluendo non fuerit, animaduersione alia castigetur.

In secundo & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole suscepta ex secũdis nuptiis quæ olim non poterat contrahere cum cognatione prioris uiri. Et prohibitio coniugii ultra quartum consanguinitatis & affinitatis gradum non extenditur.

Cap. Lj.

NOn debet reprehensibile iudicari, si ẽm uarietatem temporum statuta quandoque uarientur humana, præsertim cum urgẽs necessitas uel euidẽs utilitas id exposcit qm̃ ipse Deus ex his quæ in ueteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo Cum igitur prohibitiones de cõiugio in secundo & tertio affinitatis genere minime contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi uiri nõ copulanda prioris, & difficultatẽ frequenter inducãt, & aliqñ periculũ pariat animarũ, ut cessante ꝓhibitione cesset effectus, constitutiones super hoc editas, sacri approbatione concilii reuocantes, præsenti constitutione decernimus, ut sic contrahentes de cætero libere copulentur.

Prohibitio quoque copulæ coniugalis, quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedãt, quonia in ulterioribus gradibus iam non põt absque graui dispendio hmõi prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius enim numerus bene congruit prohibitioni coniugii corpalis de quo dicit Apostolus, quod uir non habet potestatẽ sui corporis, sed mulier, neque mulier habet potestatẽ sui corporis, sed uir, q a quatuor sunt humores in corpore, qd constat ex quatuor elementis. Cum ergo tã usq̃ ad quartũ gradũ prohibitio coniugalis copulæ sic restricta, eam ita esse uolumus perpetuã, non obstãtibus constitutionib. super hoc dudum editis. uel ab aliis uel a nobis, ut si qui contra prohibitione hmõi præsumpserint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporũ non minuat peccatum, sed augeat, tantoque grauiora sint crimina, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam.

dum solitum ordinem iudiciorum, non sufficiat unius testis assertio, etiam si prae fidali dignitate praefulgeat, & actus legitimi sint infamibus interdicti.

Testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes, quod ad ferendum in causa ipsa testimonium, odio uel timore, uel amore, uel commodo non procedat, personas expressis nominibus, uel demonstratione siue circumlocutione sufficienti designent, & ab utroque latere clara computatione gradus singulos distinguant, & in suo nihilominus iuramento concludant, se accepisse a suis maioribus quod deponunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficiant, nisi iurati deponant se uidisse personas saltē in uno praedictorum gradunm constitutas, pro consanguineis se habere. Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominū copulatos dimittere, quam coniunctos legitime contra statuta domini separare.

Domini praediorum cogi possunt, ut praedia dent colenda talibus, a quibus sine contradictione ecclesia possit decimas consequi.

Cap. liiii.

IN aliquibus regionibus quaedam permixtae sunt gentes, quae secundum suos ritus decimas de more non soluunt, quamuis censeantur nomine christiano. His nonnulli domini praediorum ea tribuunt excolenda, ut decimis defraudantes ecclesias, maiores inde reditus assequantur. Volentes igitur super his ecclesiarum indemnitatibus prouidere, statuimus, ut ipsi domini talibus personis, & taliter sua praedia excolenda committant quod absque contradictione decimas ecclesiis cum integritate persoluantur, & ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur. Illae quippe decimae necessario sunt soluendae, quae debentur ex lege diuina, uel loci consuetudine approbata.

Prius soluendae sunt decimae quam census seu tributa, & si prius illa soluuntur, postea decimari debent.

Cap. lv.

CUm non sit in homine quod semē serenti respondeat, quoniam iuxta uerbum Apostoli, neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, ipsum quidem de mortificato semine plurimum fructum afferente, nimis auare in decimis quidam defraudare nituntur, census & tributa, quae interdum indecimata praetereuntur, de * frugibus & primitiis educentes. Cum autem in signum uniuersalis dominii, quasi quodam titulo speciali, sibi dominus decimas reseruauerit, nos & ecclesiarum dispendiis & animarum periculis obuiare uolentes, statuimus, ut in praerogatiua dominii generalis, exactionem tributorum & censuum praecedat solutio decimarum, uel saltem hi ad quos census uel tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere suo transit, ea per censuram ecclesiasticam decimare cogantur ecclesiis, quibus de iure debentur. *al. fructibus primitiis deducentes.*

Cistercienses, templarij, & hospitalarij, de fructibus possessionum quas acquisierunt post concilium generale, de quo hic decimas soluere tenentur, si de illis possessionibus prius soluebantur decimae.

Cap. lvi.

NUper abbates Cestertiensis ordinis in generali capitulo cōgregati, ad cōmonitionē nostrā prouide statuerunt, ne de caetero fratres ipsius ordinis emant possessiones, de quibus decimae debentur ecclesiis, nisi forte pro monasteriis nouiter fundādis. Et si tales possessiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatae, aut emptae pro monasteriis de nouo fundandis, committantur excolendae aliis, quibus ecclesiis decimae persoluantur, ne occasione priuilegiorū suorū ecclesiae ulterius praegrauentur. Decernimus ergo, ut de alienis terris & amodo acquirēdis, et si eas propriis manib. aut sūptibus deinceps excoluerint, decimas psoluāt ecclesiis, qbus rōne pdiorū antea soluebātur, nisi cū ipsis ecclesiis aliter duxerint cōponēdum. Nos ergo statutū hmōi gratū & ratum hētes, hoc ipsū ad alios regu. gaudēt

similibus priuilegiis, extendi uolumus & mandamus, ut ecclesiarũ prælati pro niores & efficaciores ex stant ad exhibẽdum eis de suis malefactoribus iustitiæ complementũ, eorumq; priuilegia diligentius & perfectius studeãt obseruare.

Si ecclesia rem suam locando uel in feudum concedendo apponit pactum, in præiudicium iuris parochialis alterius ecclesiæ nõ tenet. Et quicquid hac occasione percepe rit, reddere cogitur illi ecclesiæ.

Cap. lvii.

Plerique (sicut accepimus) regulares & clerici seculares interdum cũ uel domos locant, uel feuda concedunt in præiudicium parochialium ecclesiarum, pactum adiiciunt, ut conductores & feudatarii decimas eis soluant, & apud eosdem eligant sepulturam. Cum autem id de auaritiæ radice procedat, pactum huiusmodi penitus reprobamus, statuentes ut quicquid fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum, ecclesiæ parochiali reddatur.

Priuilegium religiosis concessum, ut possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui licet maneant in seculo obtulerunt tamẽ se ordini, mutato habitu seculari, uel de illis, qui bona sua eis dederunt usufructu retento. Priuilegium religiosis concessum, quo eis uenientibus ad locum interdictũ semel in anno aperiantur ecclesiæ, ut celebrẽtur in eis diuina, intelligitur quod una tantũ ecclesia sola in loco aperiatur.

Cap. lviii.

Vt priuilegia quæ quibusdã religiosis personis Ro. ecclesia concessit ecclesia pmaneant incõuulsa, quędã in eis duximus declarãda, ne minus sane intellecta, pertrahãtur ad abusum; pp quẽ merito possint reuocari, qa priuilegiũ meretur amittere, qui pmissa sibi abutitur potestate. Sane quibusdam regularibus sedes apost. indulsit, ut his qui eorũ fraternitatẽ assumpserint, si forsan ecclesiæ, ad quos pertinent, a diuinis fuerint officiis interdictæ, ipsosque mori contingat sepulturaecclesiast. nõ negetur, nisi excoĩcati uel nominatim fuerint interdicti, suosque confratres, quos ecclesiarũ prælati apud ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati uel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad ecclesias suas deferant tumulandos. Hoc aũt de illis cõfratribus intelligimus, qui uel adhuc manentes in seculo, eorum ordini sunt oblati, mutato habitu seculari, uel qui eis inter uiuos sua bona dederunt, retento sibi, quam diu in seculo uixerint usufructu, qui tñ sepeliantur apud ipsorum regularium uel aliorũ nõ interdictas ecclesias, in quibus elegerint sepulturã, ne. si de quibuslibet ipsorũ fraternitatẽ assumentibus fuerit *intellectũ, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis, dissoluatur pariter & uilescat ecclesiastica disciplina certam tñ & ipsi remissionẽ obtineant ab apost. sede sibi concessam. Illud ẽt pro hmõi regularibus est indultũ si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates siue collectas in quamlibet ciuitatem, castellum uel uicũ aduenerint, si forte locus ille a diuinis sit officiis ĩterdictus, in eorũ iucũdo aduẽtu semel in anno aperiũtur ecclesiæ, ut exclusis excommunicatis diuina ibi officia celebrentur. Sic intelligi uolumus, quod in eadem ciuitate aut castro uel uilla, una tantum ecclesia eiusdem ordinis fratribus, ut dictum est semel aperiatur in anno. Quia licet pluraliter dictum sit, quod in eorum iucũdo aduentũ aperiantur ecclesiæ, non tamen ad ecclesias eiusdem loci diuisim, sed prædictorum locorum coniunctim sano referendum est intellectu, ne si hoc modo singulas eiusdem loci ecclesias uisitarent, nimium uilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui uero contra declarationes præscriptas quicquam sibi præsumpserint usurpare, graui subiaceant ultioni. *al. interdictum.*

Tem-

Tempore generalis interdicti, Episcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti, clam celebrare possunt. Et hodie istud non est priuilegium Episcoporũ sed ius commune.

Cap. LIX.

QVod non nullis est religiosis indultum, in fauorem pontificalis officij ad episcopos extendentes, concedimus, ut e si cõmune terræ fuerit interdictum, excõiatis & interdictis exclusis, possint quandoq; ianuis clausis, pressa uoce, non pulsatis cãpanis, celebrare officia diuina, nisi hoc ipsum eis expresse fuerit interdictum. verum hoc illis concedimus, quia causam aliquam non præstiterint interdicto, nec quicquã doli uel fraudis ingesserint, tale compẽdium ad iniquum dispendiũ ptrahẽtes.

Si sine licentia prælati & maioris partis capituli religiosus fideiusseris, uel mutuum acceperis, non tenetur ecclesia, & ipsa recipiens punitur nisi mutuum sit uersum in utilitatem ecclesiæ.

cap. LX.

QVod quibusdam religiosis a sede apostolica est ꝓhibitũ, uolumus & mandamus ad uniuersos extendi, ne quis uidelicet religiosus absq; abbatis & maioris partis sui capituli licentia, pro aliquo fideiubeat, uel ab alio pecuniam mutuo accipiat ultra summam communi puidentia constitutam. Alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus respondere, nisi forte in utilitate domus ipsius manifeste constiterit redundasse, & q contra statutũ istud uenire præsumpserit, grauiori disciplinæ subdatur.

Cognoscere de causa matrimoniali, item pœnitentias publicas, & indulgentias concedere, spectat ad dignitatem Episcopalẽ, unde inferior prælatus de his se intromettere nõ debet, nisi ei competat de iure speciali

Cap. lxi.

ACcedentibus ad nos de diuersis mũdi partibus episcoporum q̃relis, intelleximus graues & grandes quorundam abbatum excessus, qui, suis finibus non contenti, manus ad ea q̃ sunt episcopalis dignitatis extendũt, de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas, & similia præsumendo, unde contingit interdum, quod uilescat episcopalis authoritas apud multos Volentes igitur in his & episcoporum dignitati, & abbatum ꝓuidere saluti, præsenti decreto firmiter ꝓhibemus, ne quis abbatum ad talia se p̃sumat extendere, si ꝓprium uoluerit piculum euitare, nisi forte quisquã eorum speciali concessione uel alia legitima causa super hmõi ualeat se tueri.

Non debent religiosi ecclesias uel decimas a laicis sine diœcesanorum consensu recipere excommunicatos uel interdictos ad diuina admittere, in ecclesijs quoque, q̃ ad eos non pleno iure pertinent, instituere uel dist ituere sed præsentabũt diœcesanis ad eas uiros idoneos.

Cap lxii.

IN Lateranensi concilio noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares ecclesias seu decimas sine consensu episcoporum de manu præsumant recipere laicali, nec excõmunicatos uel nominatim interdictos admittant aliquatenus a diuina. Nos autẽ id fortius inhibentes, transgressores cõdigna curabimus animaduersione puniri, statuentes nihilominus, quatenus in ecclesiis q̃ ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdem statuta concilij, episcopis instituendos presbyteros repræsentent, ut illis de plebis cura respondeant, ipsis uero pro rebus tẽporalibus rationem exhibeant competentẽ. Institutos vero remouere non audeant episcopis inconsultis. Sanè adijcimus, ut illos repræsentare ꝓcurent, quos uel conuersatio reddit notos, uel commendat probabile testimonium prælatorum.

Sanctorum reliquiæ uendi non possunt, uel passim ostendi non debent, ne circa illas populus decipi possit.

Cap. lxiii.

CVm ex eo quod quidam sanctorũ reliquias exponunt uenales, & eas passim ostẽdant, christianæ religioni sit detractũ sæpius, ne detrahatur in

Posterum, præsenti decreto statuimus, Vt antiquæ reliquiæ a modo extra capsã non ostendantur, nec exponantur venales. Inuentas aũt de nouo nemo publice venerari præsumat, nisi prius authoritate Romani Põtificis fuerint approbatæ.

Prælati verò de cætero non permittãt illos, qui ad eorum ecclesias causa venerationis accedũt, vanis figmentis aut falsis decipi documentis, sicut & in pleris que locis occasione quæstus fieri consueuit.

Eleemosynarum quæstores sine apostol. siue diœcesanorum literis admitti non debent nec tunc proponant vltra id quod in ipsis literis continetur. Et debent esse modesti, & à locis & expensis incongruis abstinere. In dedicatione basilicæ vltra annum & in anniuersario dedicationis, & in literis indulgentiarum concessis ab alio quã à Papa vltra quatuordecim dies remissio excedere non debet.

Cap. lxiiij.

Cvm ex eo. Et infrà. Eleemosynarũ quoq; q̃stores, quorũ q̃dam se alios mẽtiendo, abusiones nõ nullas in sua prædicatione ꝓponũt admitti, nisi apostol. vel diœcesani episcopi literas veras exhibeant, ꝓhibemus. Et tũc p̃ter id q́ in ipsis cõtinebit' literis, nihil populo ꝓponere pmittant'.

Formã vero quã cõmuniter talibus apost. sedes indulget, duximus exprimẽdam, vt ẽm eam diœcesani episcopi suas literas moderentur. Ea si quidẽ talis est.

FORMA LITERARVM PRÆdicatorum.

Voniã (vt ait Apostolus) omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, siue bonũ, siue malum fuerit, oportet diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac eternorũ intuitu seminare in terris, q́ reddẽte domino, cũ multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis firmã spẽ fiduciã q́ue rectã tenentes quoniã q parce seminat parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet uitam æternam. Cum igitur ad sustentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hospitale, propriæ non suppetant facultates, uniuersitatem uestram monemus & exhortamur in domino, atque in remissionem uobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis à Deo uobis collatis, pias eleemosinas & grata eis charitatis subsidia erogetis, ut per subuentionem uestram ipsorũ inopiæ cõsulatur. & uos per hæc, & per alia bona, quæ & dño inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire.

2. Cor. 5

Qui autem ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint & discrete nec in tabernis aut locis aliis incõgruis hospitentur, nec inutiles faciant aut sũptuosas expensas, cauentes omnino; ne falsæ religionis habitum gestent.

Adhæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiarum prælati facere non uerentur, & claues ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur, decernimus, ut cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia ultra annum, siue ab uno solo, siue a pluribus episcopis dedicetur, ac deinde in anniuersario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio nõ excedat, hũc quoq; dierũ numerũ indulgẽtiarũ literis præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet casibus aliquoties conceduntur, cum Romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus moderamen consueuerit obseruare.

Simoniacum est aliquid exigere pro consecratione Episcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinationibus clericorum, nec excusat consuetudo.

Cap. lxv.

Sicut pro certo didicimus, in plerisq; locis, & à plurimis psonis, quasi columbas in templo uendẽtibus, fiunt exactiones turpes & prauæ pro consecrationibus

bus episcoporum, benedictionibus abbatum & ordinibus clericorũ, estq; taxatũ quantum sit isti, uel illi, quantum ue alteri uel alij persoluendum, & ad cumulum damnationis maioris, quidam turpitudinem & prauitatem hmõi nitũtur defendere per consuetudinem lõgo tempore obseruatam.

Tantum igitur abolere uolentes abusum, consuetudinem hm õi (quæ magis dicenda est corruptela) penitus reprobamus, firmiter statuentes, ut pro his siue conferendis, siue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere ac extorquere præsumat. Alioquin & qui recepe-
4 Reg. 5
Actor 8.
rit, & qui dederit hmõi precium omnino damnatũ, cũ Giezi & Simone condemnetur.

Religiosi precio recepti, una cum recipientibus de monasterio expellantur, & in arctioribus monasterijs ad agendam pœnitẽtiam detruduntur. Sed recepti ante istud concilium ponebantur: sic recepti in alijs locis eiusdem ordinis, nisi multitudo sit in causa, ita tamen, quod renunciet primæ receptioni, & de nouo recipiantur.

Cap. lxvi.

QVoniam simoniaca labes adeò plerasq; moniales infecit, ut uix aliquas sine pcio recipiãt in sorores, paupertatis prætextu uolentes hmõi uitium palliare, ne id de cætero fiat penitus prohibemus, statuentes, ut quæcunque de cætero talem prauitatem cõmiserit, tã recipiens q̃ recepta, siue sit subdita, siue prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, in locũ arctioris regulæ ad agendũ ppetuã pœnitentiã retrudenda: De his aũt q̃ ante hoc synodale statutũ taliter sunt receptæ, ita duximus ꝓuidẽdũ ut remotæ de monasterijs quæ pperam sunt ingressæ, in alijs locis eiusdẽ ordinis collocẽtur. Quod si propter nimiã multitudinem alibi forte nequiuerint cõmode collocari, ne forte dãnabiliter in seculo euagentur, recipiãtur in eodem monasterio dispensatiue de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obseruandũ. Verum ne per simplicitatem uel ignorãtiam se ualeant excusare, præcipimus, ut diœcesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

Episcopi nil exigere debent, ut permittant in ecclesiis sibi subiectis clericos institui, monachos profiteri, uel mortuos sepeliri, alioquin exacta restituentur duplicata.

Cap. lxvii.

AVdiuimus de quibusdam episcopis q decedentibus ecclesiarum rectoribus ipsas interdicto subijciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem institui donec ipsis certa summa pecuniæ persoluatur, præterea cum miles aut clericus domum religionis ingreditur, uel apud religiosos eligit sepulturam, et si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cũ igitur non solum a malo, sed ẽt ab omni specie mali sit (secundum Apostolum) abstinendũ, exactiones hmõi penitus inhibemus q si qs transgressor extiterit exacta duplicata restituat, I utilitates locorũ, in quorũ fuerint soluta dispendium, fideliter conuertenda. 1. Thes. 5.

Sacramenta sunt libere conferenda, cogit tamen ordinarius laicos obseruare laudabiles consuetudines.

Cap. lxviii.

AD Apostolicam audientiam frequẽti relatione puenit, quod quidam clerici ꝓ exequiis mortuorum & benedictionibus nubentium & similibus pecuniam exigunt & extorquent, & si forte cupiditati eorum non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra uero quidam laici laudabilẽ consuetudinem erga sanctam ecclesiam pia deuotione fidelium introdu

troductam, ex fermentu hæreticæ prauitatis nituntur infringere sub prætextu canonicæ pietatis. Qua propter & prauas exactiones super his fieri prohibemus & pias consuetudines præcipimus obseruare, statuentes ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta, sed per episcopum loci, ueritate cognita, compescãtur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

Etiam Iudæi compellendi sunt ad restituendas usuras extortas a christianis, & ad soluendas decimas uel obligationes de eorum possessionibus.

Cap. lxix.

Quanto amplius christiana religio ab exactione cõpescitur usurarũ, tanto grauius super his Iudæorũ perfidia insolescit, ita quod breui tẽpore christianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte prospicere christianis, ne a Iudæis immaniter aggrauentur, synodali decreto statuimus, ut si de cætero quocunque prætextu, Iudæi a christianis graues & immoderatas usuras extorserint, christianorũ eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter. Vnde christiani quoque, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur ab eorum commerciis abstinere. Principibus aũt iniungimus, ut propter hoc non sint christianis infesti, sed potius a tanto grauamine iudæos studeãt cohibere. Ac eadem pœna iudæos decernimus cõpellendos ad satisfaciendũ ecclesiis pro decimis & oblationibus debitis, quas a christianis de domibus & possessionib. aliis percipere consueuerant, antequam ad iudæos quocunq; titulo deuenissent ut sic ecclesiæ conseruentur indemnes.

Iudæi & Saraceni utriusque sexus debent in terris christianorum uti habitu, per quem a christianis discernantur, & in die passionis domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam creatoris prosilire.

Cap. lxx.

In non nullis prouinciis a christianis iudæos seu Saracenos habitus distinguit diuersitas, sed in quibusdam sic quædam inoleuit confusio, ut nulla differentia discernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorẽ christiani iudæorum seu Saracenorum, & iudei seu Saraceni christianorum mulieribus commiscentur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis excessus per uelamẽ tum erroris huiusmodi excusationis ulterius possint habere diffugium, statuimus, ut tales utriusque sexus in omni christianorum prouincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur, quum etiam per Moysen hoc ipsum legatur eis iniunctum. In diebus autem lamentationis & dominicæ passionis, in publicum minime prodeant, eo quod nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) & ornatius non erubescũt incedere, ac christianis, qui sacratissimæ passionis memoriã exhibentes lamentationum signa prætẽdunt, illudere non formidant. Illud autem districtissime inhibemus, ne in contumeliam redemptoris prosilire aliquatenus præsumant. Et quoniam illius dissimulare nõ debemus opprobrium, qui probra nostra deleuit, præcipimus præsumptores huiusmodi per principes seculares condignæ animaduersionis adiectione cõpesci ne crucifixum pro nobis, præsumant aliquatenus blasphemare. Leuit. 19. Deut. 22.

Præponens iudæum uel paganum publicis officiis, per concilium prouinciale corripitur, & præposito denegatur christianorum cõmercium, donec deposuerit officiũ & in usus christianorum pauperum restituet inde quæsita secundum episcopi prouidentiam. Esaie 53.

Cap. lxxi.

Cum sit nimis absurdum, ut Christi blasphem[or] ĩ christianos uim potestatis exerceat, quod sup hoc Toletanũ conciliũ prouide statuit nos propter transgressorũ audaciã, ih hoc generali concilio innouamus, prohibentes ne iudæi officiis publicis præferantur, quoniam sub tali prætextu christianis

plu

plurimum sunt infesti. Si quis autem officium eis tale commiserit, per prouinciale concilium (quod singulis præcipimus annis celebrari) monitione præmissa districtione qua conuenit compescatur. Officiali uero huiusmodi, tam diu Christianorum communio in commerciis & aliis denegetur, donec in usus pauperum Christianorum secundum prouidentiam diœcesani episcopi conuertatur, quicquid fuerit adeptus a christianis occasione officij sic suscepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos.

Baptizati alterius sectæ uel fidei ritus dimittere compelluntur.

cap. lxxii.

Quidam (sicut accepimus) qui ad sacri undam baptismatis uoluntarii accesserunt, ueterem hominem omnino non exuunt ut nouum perfectius induant, cum priorist ritus reliquias retinentes, christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem scriptum sit. Maledictus homo qui terram duabus uiis ingreditur, & indui uestis non debeat lino lanaque contexta, statuimus ut tales per prælatos ecclesiarum ab obseruantia ueteris ritus omnimodo compescantur, ut quos christianæ religioni libere uoluntatis arbitrium obtulit, salutifere coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet, cum minus malū existat uiam domini non agnoscere, quam post agnitam retroire.

Eccli. 3. Deut. 22. 2. Pet. 2

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI HVIVS NOMINIS III.

Expeditionis pro recuperanda terra sancta, Ordinatio.



AD liberandam terram sanctam de manibus impiorū, ardenti desiderio aspirātes, de prudentum uirorum cōsilio, qui plene nouerāt circunstantias temporum & locorū, sacro approbante concilio diffinimus, ut ita cruce signati se præparent, quod in Calendas Iunii sequentis post proximum, omnes qui disposuerunt transire per mare, conueniant in regnum Siciliæ. alii, sicut oportuerit & decuerit, apud Brundusium, & alii apud Messanam, & partes utrobique uicinas, ubi & nos personaliter, domino annuente disposuimus tunc adesse, quatenus nostro consilio & auxilio exercitus christianus salubriter ordinetur, cum benedictione diuina & Apostolica profecturus. Ad eūdem quoque terminum se studeant præparare, q proposuerunt per terram proficisci. Significaturi hoc interim nobis, ut eis ad consilium & auxilium, legatum idoneū de nostro latere concedamus.

Sacerdotes autem & alii clerici, qui fuerint in exercitu christiano, tam subditi, quam prælati, orationi & exhortationi diligenter insistant, docentes eos uerbo pariter & exemplo, ut timorē & amorē sēper habeant diuinū ante oculos ne quid dicant aut faciant quod diuinā maiestatē offendat. Et si aliqn lapsi fuerint in peccatū, per uerā pœnitentiā mox resurgāt, gerentes humilitatē cordis & corporis, & tā in uictu, q̄ in uestitu mediocritatē seruantes, dissensiones & æmulationes omnino uitando, rancore, ac liuore a se penitus relegatis, ut sic spiritualibus & materialibus armis muniti, aduersus hostes fidei securius præliēntur, nō de sua præsumentes potētia sed de diuina uirtute sperātes. Ipsis aūt clericis indulgemus, ut beneficia sua integra pcipiant per triennium, ac si essent in ecclesiis residentes & si necesse fuerit, ea per idem tempus pignori ualeant obligare.

Ne igitur hoc sanctum propositū impediri uel retardari cōtingat, uniuersis ecclesiarū plātis districte præcipimus, ut singuli p loca sua illos qui signū crucis disposuerūt resumere, ac tā ipsos q̄ alios cruce signatos, & quos adhuc signare cōtigerit, ad reddendū uota sua dn̄o diligēter moueāt & inducāt, & si necesse fuerit per excōicationis in personas, & interdicti sententias in terras eorū, omni tergiuersatione cessante, compellant, illis dūtaxat exceptis, qbus tale impedimentū occurrerit, propter quod, secundū sedis apostolicæ prouidentiā, uotum eorum commutari debeat merito uel differri.

Adhæc, ne quid in negocio Iesu Christi de contingentibus omittatur, uolumus & mandamus, ut patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates & alii, qui curā obtinent animarum, studiose proponant sibi commissis uerbum crucis, obsecrantes per patrem, & filium, & spiritum sanctum, unum solum uerū æternum Deum, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & Barones, aliosque magnates, necnon communiones ciuitatum, uillarum, oppidorum, ut qui psonaliter non accesserint in subsidium terræ sanctæ, competentē conferant numerū bellatorū cū expensis ad triennium necessariis sm̄ ꝓprias facultates, in remissionē peccatorū suorū, prout in generalib. literis est expressum, & ad maiorem cautelam etiam inferius exprimemus.

Huius remissionis uolumus esse participes non solum eos, qui naues proprias exhibēt, sed etiam illos, qui propter hoc opus naues studuerint fabricare. Renuētibus autem, si qui forte tam ingrati fuerint domino Deo nostro, ex parte apostolica firmiter protestentur, ut se sciant super hoc nobis in nouissimo districti examinis die coram tremendo iudicio responsuros, prius tamen considerantes qua conscientia, qua ue securitate confi

teri poterunt coràm unigenito Dei filio Iesu Christo, cui omnia pariter dedit in manus, si ei pro peccatoribus crucifixo seruire renuerint in hoc negocio, quasi ꝓprie sibi proprio cuius munere uiuũt cuius benefi. io sustentantur, quin etiã eius sanguine sunt redempti.

Ne uerò in humeros hominũ onera grauia & importabilia imponere uideamur, quæ digito nostro mouere nolimus, similes illis qui dicunt utique sed non faciunt, ecce nos de his q̃ ultra necessarias & moderatas expẽsas potuimus reseruare, triginta milia lib. in hoc opus cõcedimus & donamus, præter nauigiũ quod cruce signatis de urbe atque u cinis partibus cõferimus, assignaturi nihilominus ad hoc ipsum tria milia marcarũ argenti, quæ apud nos de quorundã fideliũ eleemosynis remanserunt, aliis in necessitates & utilitates prædictæ terræ, per manus felicis memoriæ abbatis Hierosolymitani, patriarchæ ac magistrorũ tẽpli, & hospitalis fideliter distributis.

Matth. 23

Cupientes aũt alios ecclesiarũ prælatos, necnon clericos uniuersos, & in merito & in præmio habere participes & consortes, ex communi concilii approbatione statuimus ut omnes omnino clerici, tam subditi q̃ prælati, uicesima partẽ ecclesiasticorum prouentuum usque ad triennium conferant in subsidiũ terræ sanctæ, per manus eorũ, qui ad hoc apostolica fuerint prouidẽtia ordinati, Quibusdã dũtaxat religiosis exceptis, ab hac prætaxatione merito eximendis, illis similiter, q assumpto uel assumẽdo crucis signaculo, sunt personaliter ꝓfecturi.

Nos aũt & fratres nostri sanctæ Ro. ecclesiæ Cardinales, plenariè decimam persoluemus, sciantque se oẽs ad hoc fideliter obseruandũ per excõicationis sẽtentiam obligatos, ita quod illi, qui super hoc fraudẽ scienter commiserint, sentẽtiam excommunicationis incurrant.

Sane quia iusto giudicio cælestis imperatoris obsequiis inhærentes, specialiter decet prærogatiua gaudere, cũ tempus proficiscendi annum excedat in modico, cruce signati, uel a collectis uel talliis aliisque grauaminibus sint immunes quarũ personas & bona post crucẽ assũptã sub b. Petri & nostra protectione suscepimus, ut sub archiepiscoporum, episcoporũ ac oĩum prælatorũ ecclesiæ defensione consistant ꝓpriis nihilominus ꝓtectoribus ad hoc spec aliter deputandis, ita ut donec de ipsorũ obitu uel reditu certissime cognoscatur integra maneant, & quieta, & si quisquam contra præsumpserit, per censuram ecclesiasticam compescatur.

Siqui uero proficiscentium illuc, ad præstandas usuras iuramento tenentur astricti creditores eorum, ut remittant eis p̃stitum iuramentum, & ab usurarũ exactione desistant, eadem præcipimus districtione compelli. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum eum ad restitutionem earum simili cogi animaduersione mandamus.

Iudæos uero ad remittendas usuras per secularẽ cõpelli præcipimus potestatem, & donec illas remiserint, ab uniuersis Christi fidelibus per excõicationis sẽtentia eis oĩno cõmunio denegetur. His aũt q iudæis debita soluere nequeũt in p̃senti sic p̃cipes seculares utili dilatione ꝓuideant q̃ post iter arrep tũ, usque quo de ipsorũ obitu uel reditu certissime cognoscat, usurarũ incõmoda nõ incurrãt cõpulsis iudæis ꝓuentus pignorum, quos interim ipsi perceperint, in sortẽ expẽsis deductis necessariis, cõputare, cum hmõi beneficiũ nõ multũ uideatur habere dispẽdii, q solutionẽ sic prorogat, quod debitũ nõ absorbet. Porro eccle. p̃lati, q in exhibẽda iustitia cruce signatis & eorũ familiis negligẽtes extiterint sciãt se grauiter puniẽdos. Cæterũ quia cursarii & piratæ nimiũ ipediũt subsidiũ terræ sãctæ capiẽdo & expoliãdo trãseũtes ad illã, & redeũtes ab ipsa nos speciales adiutores & fautores eorũ excõicationis uinculo innodamus sub interminatione anathematis inhibẽtes, ne qs cũ eis sciẽter coicet aliquo uẽditionis uel emptionis cõtractu, & iniungẽtes rectoribus ciuitatũ & locorũ suorũ, ut eos ab hac iniqtate reuocẽt & cõpescant, alioquin quia nolle ꝑturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere, nec caret

scrupulo

VENETIIS
Ex Officina Societatis Typographorum
MDLXXVI.